Quod dicit dn̄s in euangelio: iustificata est sapientia ab oībus filijs suis: ostēdit filios sapiētiæ intelligere: nec in abstinendo: nec in manducando eē iusticiā: sed in æquanimitate tolerādi inopiā: ϯ tēpantia per abundantiā non se corrumpendi atqꝫ opportune sumendi vel non sumendi ea quoꝝ non vsus sed cōcupiscētia reprehendenda est. Non eñ interest oīno quid alimētorum sumas: vt succurras necessitati corporis dummodo cōgruat in generib⁹ alimentorū his cum quibus tibi viuendum est: Neqꝫ quantū sumas interest multū: quū videam⁹ aliorum stomachum citi⁹ saturari cibis: ϯ eos quū illi ipsi paruo quo satient ardenter: intolerabiliter: ϯ oīno turpiter inhiare. ¶ Aug.lib.questionū noui ϯ veteris testamēti: ϯ habet.xxxiij.q.iiij. christiano.

Christiano cū vxore sua aliqñ cōuenire licet: aliquādo non licet. Propter ꝓcessionis eñ dies ϯ ieiunioꝝ aliqñ non licet cōuenire. Quia a licitis etiam abstinendū est ad tp̄s: vt facili⁹ impetrari possit quod postulatur. Vñ apostolus ex consensu ait abstinendū est ad tempus: vt expeditius vacetis orationi. ¶ Aug.de verbis dñi: ϯ habetur di.xlj. non cogantur.

Non cogantur diuites pauperū cibis vesci. Vtātur cōsuetudine infirmitatis suæ. Sed doleant aliter se non posse sustētari. Si cōsuetudinē mutant: ȩgrotant. Vtantur superfluis: dent inopibus necessaria. Vtant preciosis: dent pauperibus vilia. ¶ Aug.de diffinitione rectæ fidei.

Bonum est in cibo cum gratiarūactione percipere quicquid deus edendū p̄cepit. Abstinere autem ab aliquibus: non quasi malis: sed quasi non necessarijs: nō est malum. ¶ Aug.in sermone in dominica.iiij.in aduentu.

Qui sic se a carnibus tēperāt vt alias escas difficilioris præparationis ϯ precij maioris inquirant: multū errant. Non eñ est hoc suscipere abstinentiam: sed imitari luxuriā. ¶ Augu.super illud ad Romanos.xiiij. Noli propter escam destruere opus dei.

Non ꝑpter porcū: sed propter pomū mortē primus hō inuenit. Et Esau primatū suū non propter gallinā: sed ꝑpter lenticulā perdidit. Scio enim Noe omne genus carnis qḋ cibo esset vsui mādūcare cōcessum. Heliā cibo carnis refectū. Joannem mirabili abstinentia p̄ditū animalibus locustis in escam cedentibus non fuisse pollutum. Et scio Esau lenticule cōcupiscentia deceptum: ϯ Dauid propter aquæ desiderium a seipso reprehensum: ϯ regem nostrum non de carne sed de pane tentatum.

¶ Augustinus ad sacras virgines.

Sobrietas est mētis ϯ sensus: mēbroꝝ oīm: corporisqꝫ tutela: castitatis pudicitiȩqꝫ munimentū: pudori ꝓxima: amicitiæ pacisqꝫ serua: honestatiqꝫ semper coniuncta: criminū atqꝫ vicioꝝ oīm profuga. ¶ Augustinus ibidem.

Sobrietas temeritatem fugat: pericula cuncta declinat: mutuis officijs obtemperat: supbiam detestat: domū familiāqꝫ cū moderatiōe gubernat: fidē sibi cōmittētibus seruat. ¶ Aug.li. de adulterinis coniugijs: ϯ hr̄.xxvij.q.ij. Si tu.

Hyero. Si tu abstines sine vxoris voluntate: tribuis ei fornicādi licentiā: ϯ pctm̄ illius tuæ imputabit abstinētiæ. ¶ Hierony.cōtra Jouinianū epistola.viij.cap.primo.

Quāto maior est difficultas ex ꝑte quodā voluptatis illecebris abstinere: tāto mai⁹ ē p̄miū. ¶ Hierony: ϯ habet de con.di.v. Ne tales.

Ne tales accipiam⁹ cibos: quos aut difficulter digerere aut comestos magno patos et ꝑditos labore doleamus. Oleꝝ ϯ pomoꝝ ac leguminū facilior apparatus est: ϯ arte impēdijsqꝫ coquorū non indiget: ϯ sine cura sustētat humanū genus moderate sumpt⁹. Quia nec auide deuoratur: quod irritamēta gulæ nō habet: ϯ leuiore digestione decoquitur. ¶ Ibidem.

Morbi saturitate nimia concitant. Multiqꝫ impatiētia gulæ vomitu remediantur: ϯ qḋ turpiter ingresserunt turpius egerunt.

¶ Hieronym⁹: ϯ habet di.xxxv. Ecclesiæ.

Ecclesiæ principes qui delicijs affluunt ϯ inter epulas atqꝫ lascinias pudicitiā seruare se credūt propheticus sermo describit: ꝙ ejiciēdi sūt de spaciosis domibus: lautisqꝫ cōuiuijs ϯ multo labore epulis conquisitis. Et si vis scire quo ejiciēdi sunt ꝑpter malas cogitationes et opa sua: euangelium lege. In tenebras.s.exteriores vbi erit fletus ϯ stridor dentiū. An non cōfusio et ignominia est Jesum crucifixū pauperem et esurietem fartis prædicare corporibus: ϯ ieiunioꝝ doctrinā rubentes buccas tumētiaqꝫ ora proferre? Si in apl'oꝝ loco sumus: nō solū sermonē eoꝝ imitemur sed etiam conuersationē et abstinentiam.

¶ Hierony. ϯ habet de con.di.v. Nō dico.

Non dico hebdomadas: nō dico ieiunia duplicata: sed saltē singulos dies absqꝫ ciboꝝ luxuria trāsigamus. ¶ Hieronym⁹ ibidem.

Sint tibi ieiunia pura: continua: moderataqꝫ.i. cōtinue esurire ϯ quotidie prādere apl's īquit. Noli adhuc aquā bibere: sed modico vtere vino propter infirmitates tuas: curat enim vulnera delinquentis: curatosqꝫ sanctificat ieiunium.

¶ Hieronym⁹ ibidem.

Sint tibi q̄tidiana ieiunia: ϯ refectio satietatē fugiēs. Nihil eñ ꝓdest tibi biduo vl' triduo trāsmisso vacuū portare vētrem si post pariter obstruatur. ¶ Hieronymus: et habetur de con.di.v. Non mediocriter.

Non mediociter errant qui bono magno preferunt mediocre bonū. Nonne rationabiliter homo dignitatem amittit: qui vel ieiuniū charitati: aut vigilias præfert sensus integritati?

¶ Hieronymus ad Jouinianum: ϯ habetur de con.di.v. Legimus.

Legim⁹ quosdā morbo articulari podagrȩ humoribus laborātes ꝓscriptione bonorū ad simplicē mēsam: ϯ pauperes cibos redactos cōualuisse. Caruerāt eñ sollicitudine dispensandȩ domus: ϯ puellarum largitate: q̄ ϯ corpus frangunt et animam. Irridet Horatius appetitum ciborum qui consumpti relinquūt pœnitentiam.

¶ Hieronymus in ep'la ad Demetriadē: ϯ habet de con.di.v. Abstinentia.

Abstinentia tua atqꝫ ieiunium tuum eo magis deo grata sunt: quo cū moribus sanctis offerūtur. Vt que in alijs sunt vmbracula vitiorum in te sint ornamenta virtutum.

¶ Hieronymus in ep'la ad Furiam.

Nonnulli vitā pudicā appetentiū in medio itinere corruerunt: dū solā abstinētiam carniū putāt: ϯ leguminibus onerant stomachū: que moderate parceqꝫ innoxia sunt: ϯ vt qḋ sentio loquar. Nihil sic inflāmat corpa ϯ titillat membra genitalia sicut īdigestus cib⁹ victusqꝫ ꝯuulsus.

¶ Hieronymus ad Rusticum.

Modicus ac temperatus cibus et carni ϯ animȩ vtilis est. ¶ Hieronymus ad Lætam.

Ante ānos robustȩ ætatis ꝑiculosa est teneris abstinētia grauis. ¶ Hierony.ad Celātiam.

Quid prodest tenuari corpus abstinētia: si animus intumescit superbia? Quid virtutis habet vinum non bibere: ϯ ira ϯ odio inebriari?

¶ Hieronym⁹ ad Paulinū.

Sit vilis et vespertinus cibus: olera et legumina interdūqꝫ pisciculos ꝓ summis ducas delitijs. Qui Christum desiderat: ϯ illo pane vescitur: non quærit magnopere ꝙ de ꝑciosis cibis sterc⁹ cōficiat. ¶ Hierony.ad Eustochiū.

Sponsa Christi vinum fugiat pro veneno: hæc aduersus adolescentiā prima arma sunt vinū. Nō sic auaricia quatit: inflat superbia: delectat ambitio. Facile alijs caremus vitijs. Hic hostis intus est inclusus: quocūqꝫ pergimus nobiscū inimicum portamus. Vinum ϯ adolescentia duplex incendiū voluptatis. Quid oleum flāmæ adijcimus? Quid ardenti corpusculo fomenta ignea ministramus? ¶ Ibidem.

Sollicite prouidendum est: vt q̄s saturitas a paradiso expulit esuries reducat.

¶ Ibidē de seipso ait.

De cibo vo et potu taceo: quū etiam languentes monachi aqua frigida vtantur: et coctū aliquid accepisse luxuria sit.

¶ Hieronymus ad filiam Mauri.

Carnis et vini species quasi caloris fomenta et libidinis incrementa fuge. Et tūc forte vino exiguo vtere quū stomachi dolor: ϯ nimia corporis compellit infirmitas.

¶ Ambrosius ī sermone de ieiunio: et habetur di.xxxv. Sexto die. Ambro.

Gula a paradiso regnantē expulit: abstinentia ad paradisum reuocauit errantem.

¶ Idem in sermone quadragesimæ.

Fames amica virginitati est: inimica lasciuiæ.

Saturitas vo pdigit castitatē:nutrit illecebrā.

¶Ambrosius lib.de ieiunio.

Initiū vitæ hoīs panis et aqua. At nūc quicquid piscium natat:quicquid auiū volitat:quicquid ferarū discurrit nostris vētribus sepelit. ¶Ibidē.

Quum ebrij fuerint de continētia disputāt. Ibi vnusquisqz pugnas suas enarrat:ibi fortia facta prædicat. Vino madidus et somno solutus nescit mente quid lingua proferat.

¶Ambrosius lib.de virginitate.

Iuuenē veteres fabulæ ferūt:quū ppter admirandā oris pulchritudinē ī amorē incēderet fœminas:vultū exarasse stigmatib⁹ne qua eū amare posset. ¶Ambrosius lib.de viduis.

Propemodū nō inferioris virtutis est eo abstinere cōiugio:qd aliqn delectauerit:q̄ cōiugij oblectamenta nescire. ¶Gregorius Natali episcopo:ꝛ habet di.xliiij.cōuiuia.

Cōuiuia cōia q ex intētione impēdēdæ charitatis fiunt:recte vr̄a fraternitas in suis ep̄lis laudat. Sed tn̄ sciendū est quia tunc ex charitate veraciter prodeunt:quū in eis nulla absentiū vita mordetur:Nullus ex irrisione reprehendit: nec in eis inanis sæcularium negocioꝝ fabulę: sed vba sacræ lectiōis audiunt:quū nō plus q̄ necesse est seruit corpori:sed sola ei⁹ infirmitas reficit:vt ad vsus exercēdæ virtutis habeatur. Hæc itaqz si vos ī vestris cōuiuijs agitis: abstinentiū fateor magistri estis.

¶Gregori⁹ Lēticiæ patricio:ꝛ hr̄.xxvij. q.ij. Sunt qui.§. Duobus eñ modis.

Duob⁹ eñ modis sctī viri etiā a licitis abstinere solēt:aliqn vt merita apud deū oīpotentē sibi augeāt:aliqñ vt actæ vitæ culpas detegant.

¶Grego.homelia.vij. Ezechielis sup illud. Scio abundare ꝛ pœnuriā pati.

Qui eñ acceptis reb⁹ nō extollit:q eas ad vsū vanæ gloriæ nō torquet:qui nō sol⁹ possidet qd accepit.Sed hoc indigētib⁹ misericorditer diuidit. Scit abundare. Qui acceptis alimētis non ad ingurgitationē ventris vtitur sed ad reparationē virtutis:nec plus carni tribuit q̄ necessitas petit. Scit satiari. Qui alimentoꝝ inopiā sine murmuratiōe tolerat:nec p necessitate vict⁹ agit aliquid vñ aīa laqueum pctī incurrat. Scit esurire. Quē ergo nec in abundātia supbia eleuat:nec in necessitate cupiditas irritat: nouit abundare:nouit pœnuriam pati.

¶Grego.homelia.xxxv.sup euangel.

Cogitādū sūmope est:vt qui se illicita meminit commisisse a quibusdā etiā licitis studeat abstinere. Quatenus p hoc cōditori suo satisfaciat: et q cōmisit prohibita:sibimetipī abscindere debet et cōcessa et se reprehēdat in minimis qui meminit in maximis deliquisse.

¶Idem lib.v.mor.

Solus ī illicitis nō cadit qui se aliqn ꝛ a licitis caute restringit. ¶Grego.lib.ix.moraliū.

Discretionis moderamine cura carnis seruāda est. Et minime pncipet:ne quasi dn̄a aīm vincat. Sz subacta mentis dn̄o quasi ancilla famulet.

¶Idem lib.xx.mo.

Abstinētiæ virtus nulla est:si tm̄ quisqz corpus nō edomat q̄tū valet. Aut valde inordinata est: si atterit plusq̄ valet. ¶Greg.xxx.li.mo.

Ad cōflictum spūalis agonis nō assurgit:si nō ītra nosmetipos pus hostis posit⁹:gulę videlicet appetitus edomat. Quia si nō ea que sunt nobis viciniora psternimus:inaniter ad ea q lōgius sunt impugnāda transimus. Incassum nāqz contra extraneos inimicos in cāpo bellum gerit:si intra vrbis mœnia ciuis insidās habet.

¶Ibidem.

Non cibus sed appetitus in vitio est. Vñ ꝛ lautiores cibos plærūqz sine culpa sumim⁹:ꝛ abiectiores nō sine reatu cōscientiæ degustamus.

¶Gregori⁹ lib.xxx.moralium.

Magn⁹ discretiōis labor est exactori ꝛ aliqd sipēdere ꝛ aliqd denegare:ꝛ nō dādo gulā restringere:ꝛ dādo naturā nutrire. ¶Greg.ibidē.

Per abstinētiā carnis vitia extinguēda sūt:non caro. Sic necesse est vt artem continentiæ qsqz teneat:quatenus nō carnē:sz vitia occidat. Sępe enī dum in illa hostē consequimur:etiā ciuē quē diligimus trucidam⁹. Et sæpe dum quasi cōciui parcim⁹ ad prælium hostē nutrimus.

¶Grego.lib.xxx.moralium.

Eisdē alimentis vitia superbiūt:quib⁹ nutritę vtutes viuunt. Et quū virtus alitur plerūqz vires vitijs augmentant. Quū vo immēsa abstinētia vitioꝝ vires extenuat:etiam virtus deficiēs anhelat. ¶Grego.lib.xxx.mora.

Domināte gule vitio omne quod hoīes fortiter egerunt perdūt. Et dum venter nō restringit:simul omnes virtutes obruuntur.

¶Gregorius in pastorali.

Incassum p abstinētiā corp⁹ atterit:si ordinatis morib⁹ dimissa mēs vitijs dissipat. ¶Ibidē.

Sctificate ieiuniū. Ieiuniū sctificare ē adiūctis bōis alijs dignā deo carnis abstinētiā ondere.

¶Gregorius in pastorali.

Admonēdi sunt abstinētes vt nouerint q̄ tunc placērem deo abstinētiā offerunt:quū ea que sibi de alimētis subtrahūt indigētibus largiunt.

¶Gregorius in registro.

Sanctius est modico vino vti ppter īfirmitatē: q̄ multa aqua ingurgitari propter auiditatem.

¶Gregori⁹ homelia.x. Quum natus esset Jesus in Bethleem.

Nato regi aurum offerimus:si in cōspectu illi⁹ claritate supernę sapiētię resplēdemus. Thus offerimus si cogitationes carnis per sctā orationū studia in ara cordis incendimus:vt suaui odore per cœleste desiderium redolere valeamus. Myrrhā offerim⁹:si carnis desideria per abstinentiam mortificamus.

¶Gregorius in homelia. Si quis vult venire post me.

Duob⁹ modis crux tollit quū aut per abstinentiā affligit corp⁹:aut per cōpassionē pximi affligit animus. ¶Joannes chrysostomus: et habet de con.di.v. Nihil eñ sic.

Joānes chryso. Nihil eñ sic iucundū est sicut cibus bene digestus aut decoct⁹. Nihil salutē:nihil sic sēsuū acumē opat. Nihil sic egritudinē fugat:sicut moderata refectio. Sufficiētia qppe cū nutrimento et sospitatē simul pereat ꝛ voluptatem. Abundantia vo morbum facit:ꝛ molestias ingerit: et ægritudines generat. Quod enim fames facit: hoc etiam plenitudo ciborum: magis autem et multo peiora. Fames quippe in paucis diebus aufert hominem:ꝛ liberat eum de hac vita pœnali. Excessus vo ciboꝝ consumit ꝛ computrescere facit corpus humanū: ꝛ macerat egritudine diuturna:ꝛ tunc eum morte crudeli cōsumit.

Isidorus ¶Isidorus super Hamos pphetam.

Qui cibis abstinēt ꝛ mala agunt:demones imitantur:quibus culpa adest: ꝛ cibus deest.

Leo. ¶Leo papa: ꝛ habetur di.lxxvj. Igitur.

Si quid forte inter ipsa festiuitatis gaudia negligens libertas ꝛ licētia immoderata præsumpsit:hoc religiosę abstinentię cēsura castiget.

¶Leo in sermone de ieiunio decimi mēsis.

Semper virtuti cibus ieiuniū fuit. De abstinentia quoqz castæ pdeūt cogitationes: rationabiles virtutes: salubria consilia. Et per voluntarias afflictiones caro cōcupiscentijs moritur:ꝛ virtutibus spūs innouatur.

Joannes cassia. ¶Joānes cassia. de institutis monachoꝝ.

Melior est rationabilis quotidiana cū moderatione refectio: q̄ per interualla arduū longūqz ieiuniū. Nouit immoderata inedia nō solū mētē labefactare cōstātiā: sed etiā orationū efficaciā reddere lassitudine corpis eneruatā. ¶Ibidē.

Quibuslibet escis refectus venter seminaria luxuriæ parit:nec pręualet mēs discretionū gubernacula moderari ciborū pōdere pręfocata. Nō eñ sola crapula vini mentē inæbriare cōsueuit: verūetiā cūctaꝝ escaꝝ nimietas vacillantē ac nutabundā eam reddit omniqz integritatis ac puritatis contemplatione dispoliat.

Boetius ¶Boetius lib.j.de philosophica cōsolatione.

Si qd naturæ satis est replere indigentiā velis nihil est q̄ fortunæ affluētiā petas. Paucis eñ minimisqz natura cōtenta est:cuius satietatē si superfluis velis vrgere:aut iniucundū quod infuderis fiet aut noxium.

Seneca ¶Seneca ad Lucillium ep̄la.vij.

Multos morbos fercula multa ferunt. Innumerabiles morbos īnumerabiles coquos nūera.

¶Ibidem.

Vna silua pluribus elephantib⁹ sufficit:hō vero pascit vix terra ꝛ mari. ¶Seneca ep̄la.viij.

Hanc sanā ac salubrē formā vitę tenete: vt corpori tantū indulgeatis:quantū bonæ valitudini satis est. Cib⁹ famem sedet: potio sitim extinguat. Vestis frigus arceat. Domus munimento sit aduersus infesta corpis. Hanc vtruz cespes erexerit:an varius lapis gentis alienę: nihil interest. Scitote tam bñ hoīem culmo q̄ auro tegi. Cogitate pręter animum nihil esse mirabile: cui magno nihil magnum est.

¶Seneca ad Lucillium ep̄la.xxj.

Venter pręcepta nō audit. Poscit ꝛ appellat. nō est tn̄ molestus creditor: paruo cōtētus est. Si das illi qd debes nō qd potes. ¶Ibidem.

Sine fastidio implēdus est vēter. Quid eñ ad rē pertinet:quid accipiat perditurus quicquid acceperit. ¶Seneca epistola.lxj.

Ventri obedientes animaluz computamur numero nō hoīm. ¶Seneca ad Lucil.ep̄la.lxxv.

Multis tormentū est vino carere: ꝛ prima luce excitari. Nō est summa fœlicitatis nostrę in carne ponenda. ¶Seneca ad Lucil.ep̄la.lxxxv.

Ad vos deinde transeo quorū pfunda ꝛ insatiabilis gula hinc maria scrutat:hinc terras. Alia hamis:alia laqueis:alia rhetiū varijs generibus cū magno labore persequit. Nullis animalibus nisi fastidio pax est. ¶Seneca ibidem.

Infœlices estis q intelligitis vos famē maiorē habere q̄ vētrē. ¶Seneca ad Lucil.ep̄la.xcij.

Fastidiantis stomachi est multa degustare:que vbi varia sunt ꝛ diuersa:inquināt:nō alūt.

¶Ibidem.

Subtilitas animi ciborū copia impeditur.

Aristo. ¶Aristoteles lib.de sensu ꝛ sensato.

Esurientibus sapores ꝛ odores sunt delectabiles:sed plenis ꝛ nihil egentib⁹ nec odores nec sapores sunt delectabiles.

¶Aristoteles lib.de Sōno ꝛ vigilia.

Vinum bibere non conuenit pueris.

¶Idem lib.ij.polyticorum.

Bonū est ab aliena muliere abstinere ppter tēperātiam. ¶Aristoteles li.vij.polytcoꝝ.

Bonum est pueros esse sine vino.

¶Aristoteles lib.iij.secretorum sumptū ex Homero.

Sume cibum modice:modico natura fouetur.
Sic mentē refice:ne mens ieiunia seruet.

Laerti⁹ dioge-nes ¶Laertius diogenes de vita ꝛ morib⁹ phoꝝ.

Licurgus philosophus ꝛ princeps lacedæmonius iuuenibus non amplius vna veste toto anno vti permisit:nec aliquem cultius altero progredi:nec opulentius epulari.

¶Ibidem.

Quū socrates quosdā hospites suos satis tenui cœna suscipi pararet ait. Si boni sunt æquanimiter ferent: si mali non est curandum.

¶Macrobius lib.ij.saturnalium.

Cōgrediendū est nobis tanq̄ in acie quadā cū voluptarijs rebus:cunqz ista vini licentia cominus decernēdū:vt aduersus eas nō fuga nec absentia simus tuti: sed vigore animi ꝛ cōstanti præsentia moderatoqz vsu temperantia continentiaqz tueamur.

Macro-bius ¶Macrobius lib.iij.Saturnalium.

Iustæ nimirū causæ fuerūt ppter quas tot numero leges de cœnis ꝛ sumptib⁹ ad populum ferebantur. Et imperari cœpit vt patentibus ianuis pransitaretur ꝛ cœnaretur. Sic oculis ciuium testibus factis luxurię modus vt fieret. Prima autem oīm de cœnis lex ad populum Orchia peruenit. Summa aūt eius præscribit numerū cōuiuarū. At nisi pessimis effusissimisqz morib⁹ viuerent pfecto opus ferendis legibus nō fuisset. ¶Macrobius saturnaliū lib.vij.

Ita etiā vitāda est ciborū varietas:vt varia solēt vina vitari. Nā pulmentorū varietas recipit varia cōdimēta qbus gula vltra q̄ naturæ necesse est lacessitur. Et fit inde congeries: dum pruritu desiderij amplius:vel certe de singulis parua libantur. Sic Socrates suadere solitus erat

illos cibos potusve vitandos: qui vltra sitim famemqz vitandaz producunt appetentiã.

Aulus gellius. ¶Aulus gellius lib.xvj.ca.xviij. noctiũ atticarum Epictetũ dicere solitũ ait. ἀνέχου καὶ ἀπέχου.i. patere ꝛ abstine.

Cicero. ¶Cicero lib. vltimo tusculanaꝝ quæstionũ. Paruo cultu natura cõtẽta est. Etem quis hoc nõ videt desiderijs ista condiri omnia? Darius in fuga quũ aquã turbidã ꝛ cadaueribus inquinatã bibisset negauit vnq̃ se bibisse iucũdius. Nunq̃ videlicet sitiens biberat. ¶Ibidem.

Persarũ a Xenophonte vict⁹ exponit quos negat ad panez adhibere quicq̃ præter nasturtiũ.

¶Ibidem.

Est præclara epistola Platonis ad Dionis propinquos in qua scriptũ est his fere verbis: Nullo modo placuit bis in die saturum fieri.

¶Cicero.lib.primo.de diuinatione.

Nam quæ vigiliantibus accidunt vatibus: eadem nobis dormientibus. Viget enim animus in somnis: liberqz sensibus ab omni impeditione curaruz iacente ꝛ pœne mortuo corpore: qui quia vixit ab omni æternitate versatusqz est cũ innumerabilibus animis: omnia que in natura rerum sunt: videt. Si modo temperatis escis: modicisqz potationibus ita est affectus: vt sopito corpe ipse vigilet: hæc somniãtis ẽ diuinatio.

¶Cicero lib. de Senectute.

Tantũ cibi ꝛ potionis adhibendum est: vt reficiantur vires: non vt opprimãtur.

¶Cice.li.iiij. Rhæto.nouorum.

Esse oportet vt viuas: non viuere vt edas.

¶Idem lib. de fi.bo.ꝛ ma.

Socrates dixit esse condimentum escæ famem: potionis sitim.

Valeri⁹ maxim⁹. ¶Vale.maxi.lib.ij.ca. de institutis antiq̃s.

Bonæ valitudinis quasi quædam mater est frugalitas inimica luxuriosis epulis: aliena a nimia vini abundantia ꝛ ab omni immoderato veneris vsu auersa. ¶Ibidem.

Fuit illa simplicitas antiquoruz in cibo capiendo humanitatis simul ꝛ continentiæ certissima index. Nam maximis viris prandere ꝛ cœnare in propatulo verecundiæ non erat. Nec sane vllas epulas habebãt: quas populi oculis subijcere erubescerent. Erãt adeo ɔtinẽtiæ attẽti: vt frequẽter apud eos pultis vsus q̃ panis esset.

¶Vale.max.li.iiij.c. de abstinẽtia ꝛ cõtinẽ.

Ij demũ penaes: ea ciuitas: id regnum æterno in gradu facile steterit: vbi minimum virium veneris pecuniæqz cupido sibi vendicauerit. Nam quo iste generis humani certissimæ pestes penetrauerunt: ibi iniuria dominatur: infamia flagrat. ¶Vale. maxi. ibidem.

Quartum ꝛ vigesimum annum agens Scipio quum in Hispania Carthagine oppressa maioris Carthaginis capiendæ sumpsisset auspicia: multosqz obsides: quos in ea vrbe pœni clausos habuerant: in suam potestatem redegisset. Eximiæ inter eos formæ virginem ætatis adultæ: ꝛ iuuenis ꝛ celebs ꝛ victor: postq̃ comperit illustri loco inter Celtiberos natam: nobilissimoqz gentis eius indibili desponsataz: accersitis parentibus ꝛ sponso inuiolatam tradidit. Aurum quoqz quod pro redemptione puellę allatum erat: summę dotis adiecit.

¶Valerius maxi. ibidẽ de M. Catone.

Ex eodẽ naturæ vtero ꝛ cõtinẽtia nata est Cato.

¶Valerius maximus ibidem.

Age si quis hoc sæculo vir illustris pellib⁹ hædinis ꝓ stragulis vtat: tribusqz seruis comitatus Hispaniã regat ꝛ quingẽtorũ assiũ sumptũ trãsmarinã prouinciã petat eodẽ cibo eodẽqz vino quo nautæ vti contẽt⁹ sit: nõne mirabilis existimetur? Atqz ista patientissime superior Cato tolerauit: qz illũ grata frugalitatis consuetudo in hoc gñe vitæ cum summa dulcedine continebat. ¶Valerius maxi. ibidem.

Prætoris nõ solũ man⁹ a pecunię lucro: sed etiã oculos a libidinoso aspectu continẽtes eẽ debere dixit Socrates.

Pogius. ¶Pogius lib.iij. de vita Cyri ex Xenophonte traducta.

Is ergo cibus mihi sumẽdus vr: q̃ neqz somnos nos oppssos reddat: neqz isanos.

Menander. ¶Menãder. γαστρὸς δὲ πειρῶ πάσαν ἡνίαν κρατεῖν. Ventris aũt cognare oẽm abenã cõtinere. ¶Idẽ. ἡ κοιλία καὶ πολλὰ χωρεῖ καὶ ὀλίγα. Venter ꝛ multa capit ꝛ pauca.

Vergi. ¶Vergili⁹ in ꝑuo tractatu de vino ꝛ venere.

Nec veneris nec tu vini capiaris amore.
Vno nanqz modo vino venusqz nocent.
Compedibus Venerẽ vinclis astringe lyæum:
Ne te muneribus lædat vterqz suis.
Vina sitim sedent: Natis venus alma creãdis.
Sed fines horum transilijsse nocet.

Ouidi⁹. ¶Ouidi⁹ Metamorphoseos li.xv.fabu.ij.

Parcite mortales dapibus temerate nefãdis.
Corpora. ¶Ouidius. Ibidem.
Vnde fames hoĩ vetitorũ tanta ciborum est?

¶Ouidius epl'a Helenæ ad paridẽ.

Est virtus placidis abstinuisse bonis.

Horati⁹. ¶Horatius sermonũ lib.ij. satyra.vij.

Nempe inamatescunt epulæ sine fine petitæ.
Illusiqz pedes vitiosum ferre recusant.
Corpus.

Iuuena. ¶Iuuenalis satyra vndecima.

Hæc olim nostri iam luxuriosa senatus.
Cæna fuit. Curius paruo quę legerat horto.
Ipse focis breuibus ponebat oluscula: quę nunc
Squalidus in magna fastidit compede fossor.

¶Iuuenalis satyra.xj.

Sicci terga suis rara pendẽtia crate.
Moris erat quondaz festis seruare diebus:
Et natalitium cognatis ponere lardum.
Accedente noua: si quam dabat hostia carne. ¶Ibidem.
Voluptates commendat rarior vsus.

Dantes. ¶Dantes purgatorij cant.xxij.

Ele Romane antique per lorbere
Contente furon daqua: ꝛ Daniello
Dispergio cibo: ꝛ acquisto sapere.
Losecol primo quanto oro fu bello.
Fe saporose cum fame legiande
Et Nectare cum fete ogni ruscello.
Melle ꝛ locuste furon le viuande:
Che nutrito il Baptista nel deserto.
Per che elli e glorioso ꝛ tanto grande

Abundantia vi. paupertas.

Abundantia. 33

Quanto per leuangelio ne aperto.

Franciscus petrarcha. ¶Franciscus petrarcha soneto. vij.

Lagola: il sonno: ꝛ lociose piume
Hano del mundo ogne vertu sbandita
Et e dal curso suo quasi smarrita
Nostra natura ꝛ victa dal costume.

¶Absurduz dicit qd ꝓprie significat ineptũ: ac rationi repugnãs: quasi nõ audiẽs rõnẽ: vñ absurdior ꝛ absurdissim⁹ veniũt. Surdus aũt grece κωφός: ꝛ surditas κωφότης dicitur.

Abusio.
- Iuramenti iurando. b. Tho. scda scdæ. q.lxxxix. articu. ij.
  - Sine necessitate quia videt deo paruã exhibere reuerẽtiã: quia ex leui cã deũ testẽ inducit: quod nõ ꝓsumeret de aliquo viro honesto.
  - Sine debita cautela deficiente aliqua comitum quæ sunt: Iusticia. Iudicium. Veritas.
  - Imminente periurij periculo.
  - vnde Ecclesiastici.xxiij. Iuramẽto nõ assuescat os tuũ.
- Rei bonę est peccatũ. b. Tho.iij. senten. distin.xxxviij. articu.j.
- Potestatis ad regendũ alios est pessima. Sicut bonus vsus est optim⁹. Vnde ꝛ priuilegiũ meret amittere q̃ sibi cõcessa abutit potestate. de regu.iur.lib.vj.

A Busio siue abusus dicunt: quum aliqua re ꝑ licentiã male vtimur. Nã abuti est perperam vti: siue nimis licẽter vti. Vñ Cicero. Nolli abuti nimis patiẽtia nr̃a. Abusio græce κατάχρησις.ιος.ἡ. catachrisis: ꝛ καταχράομαι. catachraomę abutor: dr.

Deute. ¶Deuteronomij cap.xxij.

Nõ induet mulier veste virili: nec vir vtet veste fœminea. Abominabil' eñ apd deũ ẽ q̃ facit hoc.

Prouer. ¶Prouerbiorꝝ. cap.xix.

Non decent stultũ delitiæ: nec seruum dominari principibus. Prouerb. cap.xxx.

Per tria mouet terra: ꝛ quartũ qd nõ pot sustinere: per seruũ quũ regnauerit: ꝑ stultũ quũ saturat⁹ fuerit cibo: ꝛ ꝑ odiosam mulierẽ quũ in matrimonio fuerit assumpta: ꝛ ꝑ ancillã quũ fuerit hæres dñę suę.

Eccli. ¶Eccl'iastici. c. xxv.

Tres species odiuit aĩa mea: ꝛ aggrauor valde aĩę illorũ: pauperẽ supbũ: diuitẽ mẽdacẽ: ꝛ senẽ fatuũ ꝛ insensatũ.

Bernar. ¶Bernard⁹ in apologia.

Magna abusio: parcitas putatur auaritia. Sobrietas austeritas creditur: silentiũ tristicia reputat. E cõtra remissio discretio creditur. Tristicia silentiũ reputatur. Loquacitas affabilitas: cachinnatio iucunditas: mollicies vestimẽtorũ ꝛ equorũ fast⁹ honestas: lectorũ supfluus cultus munditia. ¶Bernard⁹ ibidẽ.

Magna abusio: vt corpus induatur: ꝛ contra regulam suis vestibus anima nuda deseratur.

¶Bernardus in epistolis.

Mira abusio: domus ardet: ignis instat a tergo ꝛ fugiẽti prohibetur egredi: ꝛ hoc ab his qui in incẽdio positi sunt.

Hugo. ¶Hugo de claustro aĩæ lib.ij.

Iuste puniunt q̃ licitis abutunt. Iustius vo puniunt q̃ aliena rapere conant. sic Sathanas cœlum: sic protoplastus perdidit paradisum.

¶Hugo ibidem.

Duodecim sunt abusiões claustri: qb⁹ tota religiõis summa corrumpit. s. Prelatus negligẽs: Discipulus inobediens: Iuuenis ociosus: Senex obstinatus: Monachus curialis: Religiosus causidicus: Habitus preciosus: Cibus exq̃situs: Rumor in claustro: Lis in capitulo: Dissolutio in choro: Irreuerentia iuxta altare.

¶Hugo ibidem.

Inter abusiones huius sæculi sola maior est senis obstinatitio: qui morti proximus mortis non horret aduentũ: qui quasi ad ostium huius mundi positus foras spectat: nec tñ vitę præsentis attendit egressum: nec futura considerat.

Cypria. ¶Cyprianus de.xij. abusionibus.

Duodecim sunt abusiones sæculi. s. sapiẽs sine operib⁹: senex sine religiõe: adolescẽs sine obedientia: diues sine elemosyna: fœmina sine pudicitia: dominus sine virtute: christianus cõtẽtiosus: pauper superbus: rex iniquus: episcopus negligẽs: plebs sine disciplina: populus sine lege.

Lucius apulei⁹. ¶Lucius Apulei⁹ de magia.li.ij.

Neqz facũdiæ ostẽtatio rudi ꝛ indocto: neqz gloriæ cupido rustico ꝛ barbaro: neqz inceptio patrocinorũ seni cõgruit.

Cicero. ¶Cice.li.Topicoꝝ.

Non debet ea mulier cui vir bonorũ suorũ vsumfructũ legauit cellis vinarijs ꝛ olearijs plenis relictis putare id ad se pertinere. Vsus eñ nõ abusus legatus est: ea sunt inter se contraria.

¶Accentus græce προσῳδία.ας.ἡ. ꝓsodia venit ab accẽto frequẽtatiuo de accino qd ẽ ad aliquid cano: quẽ q̃dã dicũt esse aĩam verboꝝ: alij vocẽ syllabę esse diffinierunt. Accẽtus veteres nunc moderamenta nunc accentiunculas: nunc voculationes appellabant.

¶Acceptilatio quã Iustinianus per interrogationẽ ꝛ respõsionẽ fieri dicit venit ab acceptũ fero hoc est habeo ꝑ recepto ꝛ fateor me accepisse qd nõ accepi: quũ nulla solutio interuenerit. Acceptoqz græce προσδέχομαι dicitur.

Acceptio personarum in viij. maxi. prohibetur. In
- Pœnitentię impositione.xxvj.q.vij. Sacerdos.
- Sententiæ diffinitione.iij.q.viij. necesse.
- Fidei prædicatione.di.xcvj. Vbi.
- Hospitum receptione.di.xlij. quiescamus.
- Elemosynarum largitione.xvj.q.j. Si cupis.
- Dignitatum promotione di.xl. multi.
- Iudiciorum declaratiõe de regu.iur.lib.vj.
- Honoris exhibitione.j.q.j. vilissimus.

Acceptio personarū græce προσωπολη̃ψια. ἀσ. ἡ. τ προσωπολήπτης. ου. ὁ. acceptor personarum dicitur. Est iusticia qua persona personæ præfertur in cõferẽdo ei aliquid quod ex debito iustitiæ alteri est conferendum ratione alicuius conditionis transitoriæ: non congruentis ad ipsam rem exist entis circa personam: puta diuitiarum: potestatis terrenæ: vel cognationis carnalis: t nõ ob meritum eius ad ipsam rẽm ſm Alexan. de Ales ſcõa ſcdæ tractatu de acceptione personarum. capcha. ſ. ſo. 199. i

¶ Acceptio personarum est attendere ad condicionem personę nihil facientem ad illud negocium: vel sic acceptio personarum est inæqualitas iustitiæ distributiuæ inquantum aliquid attribuitur alicui præter proportionem ſm bea. Tho. secunda secundæ. q. lxxxiij. articu. iiij. q. 63.

Leuitici. ¶ Leuitici capi. xix.

Nõ consideres personã pauperis: nec honores vultum potentis. Juste iudica primo tuo.

Deutero nomij. Deutero. c. xvj.

Nõ accipies personã nec munera: q munera excęcant oculos sapientũ: t mutant verba iusto.

Prouer. ¶ Prouerbiorum capi. xviij.

Accipere personã impij in iudicio nõ est bonũ vt declines a veritate iudicij.

¶ Prouerbiorum ca. xxiiij.

Cognoscere personã in iudicio non est bonum. Qui dicunt impio iustus es maledicent eis populi t detestabuntur eos tribus.

¶ Prouerbiorum cap. xxviij.

Qui agnoscit in iudicio facit nõ bene facit iste et pro bucella panis deserit veritatem.

Sapien. ¶ Sapientiæ capi. vj.

Non subtrahet personam cuiusq; deus: nec verebitur magnitudinem cuiusq: quoniam pusillũ t magnũ ipse fecit. Et æqualiter est illi cura de omnibus. lopp. 62. ſ. 17.

Eccli. ¶ Ecclesiastici. v.

Justifica pusillũ t magnum similiter.

¶ Ecclesiastici. vij.

Noli quærere fieri iudex: nisi valeas virtute irrũpere iniquitates: ne forte extimescas faciẽ potentis t ponas scandalum in agilitate tua.

¶ Esaias capi. j.

Esaias. Omnes diligunt munera: sequuntur retributiones: pupillo nõ iudicãt: t causa viduę nõ ingreditur ad illos. ¶ Esaię capi. x.

Væ qui condunt leges iniquas: t scribẽtes iniusticiam scripserũt: vt opprimerent in iudicio pauperes: t vim facerent causæ humilium populi mei: vt essent viduæ præda eorum t pupillos diriperent. ¶ Hieremię. cap. v.

Hieremias. Causam viduę non iudicauerunt: causam pupilli non direxerunt: t iudicium pauperum nõ iudicauerunt. Nunquid super his non visitabo dicit dominus? aut super gentem hmõi non vlciscetur anima mea? ¶ Lucas cap. xj.

Lucas. Et vobis legisperitis væ: q oneratis homines oneribus quæ portare nõ possunt: t ipsi vno digito vestro non tangitis sarcinas.

¶ Jacobus catholicæ epistolæ cap. ij. Jacob⁹ apost⁹.

Nolite in acceptione personarũ fidem habere.

¶ Augustin⁹ in epistola ad parentiũ comitẽ Arrianũ: t habeẽ. xxxij. q. vj. Iniquum. Augustin.

Iniquum est vt quisq; de alio iudicare velit t iudicari de se nolit. ¶ Augusti. et est glosa Jacobi super illud: fratres mei nolite peccare. Si hãc distãtiã sedẽdi t stãdi ad honores ecclesiasticos referam⁹: nõ est putãdũ leue esse peccatũ in personã acceptione; habere fidẽ domini gr̃ię. Quis em̃ ferat eligi diuitẽ ad sedem honoris ꝛecclesię contẽpto paupere instructiore t sanctiore. ¶ Augu. in sermone.

Absit domine: vt in tabernaculo tuo præ pauperibus accipiant ꝓsonæ diuitũ: aut præ ignobilib⁹ nobiles: quãdo potius infirma mũdi elegisti vt confunderes fortia.

¶ Hieronymus in originali sup Hamos. Hiero: Quicunq; cõsanguinitate aut amicitia: vel ecõuerso hostili odio: vel inimicitijs in iudicãdo deciẽ peruertit iudicium xp̃i qui est iustitia.

¶ Hieronymus, ad fabiolam.

Multa nos facere cogit affectus: dũ ꝓpinquitatẽ respicimus corporũ: t corpis t aĩæ offendimus creatorẽ. ¶ Hiero. ad Pammachium.

Nec bonis aduersarioꝝ si honestũ q̃d habuerit detrahẽdũ: nec amicoꝝ laudãda sunt vitia cũ quibus q̃q; nõ ꝓsonarũ ſz rerũ pẽdere iudicandũ est. adulatio

¶ Hieronymus epist. ad Damasum papã.

Alienum te a ꝓsonis oĩm redde in iudicio: ac propter mĩam in iudicio pauperẽ ne defendas: nec propter gratiam diuiti indecenter assistas: aut si nõ potes facere: cognitionem respue causarum. ¶ Ambro. super Malachiã. Ambro. sacerdos

Inter oĩa peccata sacerdotij est maxim̃ũ: q nõ cãs ſz ꝓsonas ꝑsiderãt: t despecto iusto paupe: iniustos diuites honorãt. ¶ Ambro. offi. li. ij.

In iudicio gr̃a absit: causæ merita discernant. Brego.

¶ Brego. t habeẽ. xj. q. iij. summopere.

Remota personarũ acceptione diffinitiua proferat sniã. ¶ Isidorus li. iij. de summo bono. Isidorus

Judices iniqui errãtia veritate sniæ dñi intẽdũt qualitatẽ personæ: t exulcerãt sæpe iustos: dũ improbe defendũt iniquos. ¶ Isido. ibidẽ.

Diues cito muneribus corrumpit iudiciũ: pauper añt dñi nõ hz quod offerat: nõ solum audirꝰ cõtemnitur sed etiã contra veritatẽ opprimit. pauper.

¶ Innocẽtius li. ij. de vilitate ꝓditiõis hyãnæ. Innocẽ

Vos nõ attẽditis merita causarũ: sed ꝓsonarũ. Nõ iura sed munera: nõ qđ ratio dictet: ſz qđ voluntas affectet. Nõ qđ sentiat: ſz qđ mẽs cupiat: nõ qđ liceat: sed qđ libeat: nunq̃ in vobis est ita simplex oculus vt totum corpus lucidũ sit: sed aliquid semper dimittitis fermenti: quo totam massam corrumpitis. ¶ Ibidem.

Pauperũ cãm cũ mora negligit⁹: diuitũ cãm cũ instãtia, pmouet⁹. In illis rigore oĩditis: in istis ex mãsuetudine dispẽsatis: illos cũ difficultate respicit⁹: istos cũ facinore tractatis. Illos negligẽter auditis: istos subtilit̃ auscultat⁹. ¶ Ibidẽ.

Si forte pauperũ cãm suscipitis: illos remisse fouetis. Si autẽ diuitũ causam suscipitis illos

pertinaciter adiuuatis. Pauperes despicitis: diuites honoratis. Istis reuerẽter assurgitis: illis despicabiliter cõmunicatis. ¶ Ibidem.

Clamat pauper et nullus exaudit: loquitur diues t quilibet applaudit. Diues locutus est et omnes tacuerunt: t verbum illius vsq; ad nubẽ perducunt. pauper locutus est t dicit quis est hic: t si offenderit subuertent eum. Clamat vim patiẽs: t null⁹ exaudit. Ociferaꝝ et nõ est q̃ iudicet. Diuiti dicit. Tu sede hic bñ: pauperivero tu sta illic: vel sede sub scabello pedũ meoꝝ.

Cassiodorus. ¶ Cassiodorus lib. ij. epistola. xiij.

Nescit personas respicere qui meram cogitat æquitatem.

Seneca. ¶ Seneca ad Lucilliũ epistola. lxxxviij.

Prorsus persuasimus q̃ multi furto non erubescunt q̃ multi adulterio gloriantur. Nam facrilegia minuta puniuntur: magna in triumphis feruntur.

Aristo. ¶ Aristocles lib. primo Rhetoricorum.

Amor t odium t propium cõmodum sæpe faciunt iudicem non cognoscere verum.

Laertꝰ Diogeñ. ¶ Laertius Diogenes de vita t moribꝰ philosophorũ.

Interrogat⁹ Solon quid esset lex: respondit. Araneæ tela. Quia si in eaꝝ inciderit quid debile: retinetur: graue autem pertransit tela rescissa. ¶ Ibidem.

Xenocrates videns quendam latronem trahi ad patibulum subrisit dicens: q̃ magni fures minores morte dãnabant.

Cicero. ¶ Cicero lib. ij. de oratore.

Plura multo homines iudicant odio: aut amore: aut cupiditate: aut iracundia: aut dolore: aut lætitia: aut spe: aut timore: aut errore: aut aliqua permotione mentis/ q̃ veritatis/ aut præscripto/ aut iuris norma aliqua/ aut iudicij formula/ aut legibus.

Valeri⁹ maxi. ¶ Vale. maxi. li. vij. ti. Sapiẽter dicta aut facta.

Quam subtiliter porro Anacharsis leges aranearũ telis cõparabat. Nam vt illas infirmiora animalia retinere: valentiora transmittere: ita his humiles et pauperes constringi: diuites et præpotentes non alligari aiebat.

¶ Homerus. J. Iliados. Homer⁹.

Κυτίμου πολλῶν λαῶν ἐσίαμήρ; ὃν ζεὺς κήρι φίλησιν. hoc est.

Pro multis populis est vir: quem Juppiter corde amat. ¶ Juuenalis satyra secunda. Juuena

Dat veniam comis: vexat censura columbas. Quidius

¶ Quidius Amorum. lib. iij.

Curia pauperꝰ clausa est: Dat cẽsus honores.

¶ Accidens græce συμβεβηκός. Symbebicos. Nam συμβαίνω accido dicitur. est quod adest t abest præter subiecti corruptionem ſm Aristotelem lib. predicamentorum.

Accidẽs est quod neq; est genꝰ: neq; species: neq; differentia: neq; proprium: sed semper est in subiecto subsistens scm eundem. ¶ Ibidẽ.

Accidentis esse: non est esse in subiecto: sed est esse rem cui debetur esse in subiecto.

¶ Accusatio græce. κατηγόρια. ασ. ἡ. catigoria. Nam et κατηγόρος catigoros accusator: dicitur est in causam tractio: hoc est apud iudices vel alium quẽlibet aliquem peccasse ostensio. Plærunq; pro reprehensione accipitur: hinc accusator t accusatrix deducuntur: t accusatio et accusatiuncula eius diminutiuum.

¶ Acerbus. g. ὰμόσ'ου. ὁ. omos. vnde ὰμόσιτος: omositos cruda comedens. proprie est incoctus t nũdum maturus: vt pomã acerba. Illi quando pro horrendo ponitur. Uerg. Et finere mersit acerbo. hinc acerbitas amaritudo saporis cruditas fœnitiaq; est.

¶ Acerra. g. θυμιατήριον. ου. τὸ. thymiatirion. dicitur: est thuri arcula quæ t a latinis thuribulũ dicitur. Est etiãvrbs hoc nomine iuxta Neapolim quaꝝ Clanius amnis præterfluit. Uerg. Et vacuis clanius non æquus acerris.



Acidia quæ z grece ἀκηδία. æc. ñ. dicit: est tristicia de bono di uino inquātū diuinū est de quo charitas gaudet. Acidia est te diū bñ operādi z tristitia de re spirituali: vel recessus mentis a bono spirituali diuino cui opoꝛ tet mentem inhærere ex necessitate. hæc ex hea to Tho. secunda secunde. q. xxxv.
Acidia est ex confusione mētis nata tristitia: si ue odiū: z amaritudo animi im moderata: vt ait Hugo. lib. ij. de sacramentis.
Acidia est torpoꝛ mentis bona inchoare ne gli gentis ꝑm Ri.
Acidia ē de virtutū laudabili exercitio vtriusqz hois lāguida deiectio ꝑm Grego. in Homelia.
Acidia est tristitia aggrauās mentem: vt nihil boni ei agere libeat ꝑm Jo. Dama. lib. ij.
Acidia est pigritia z inertia: z fatigatio animi: qua quis bonū inchoatum fastidit ꝑm Cicero nem lib. tusc. questio.
Acidia ab inuidia differt. Oꝛ inuidia est de bo no alieno. Acidia vo de p̄oprio. Nec placet opi nio eoꝝ qui scribunt per c geminatū: quum bre uiet primam syllabam.
Prouer.
¶ Prouerbiorū capitu. vj.
Vade ad formicā o piger: z cōsidera vias eius z dīsce sapiētiā. Quæ quū nō habeat ducem: nec p̄ceptoꝛē: nec p̄incipē parat in estate cibū sibi z cōgregat in messe q̄d comedat. ¶ Ibidē.
Usqzquo piger dormies? quando consurges e somno tuo? ¶ Ibidem.
Si impiger fueris: veniet vt fons messis tua: z egestas longe fugiet a te. ¶ Prouer. cap. x.
Qui ēm colligit in messe: filius sapiens est: z q̄ stertit estate filiuz confusionis. ¶ Ibidem.
Sicut acetū dētibus z fum⁹ oculis: sic piger his q̄ miserūt eū in via. ¶ Prouer. ca. xij.
Qui operatur terrā: satiabitur panibus: q̄ autē sectat̄ ociū stultissimus est. ¶ Prouer. ca. xiij.
Vult z nō vult piger: aīa aūt operātium impin guabitur. ¶ Prouerb. ca. xviij.
Pigrū desicit timoꝛ: aīe aūt effœminatoꝝ esu rient. ¶ Prouerb. ca. xx.
Propter frigus piger arare noluit. Mendica bit ergo æstate: z nō dabit̄ illi. ¶ Prouer. ca. xx.
Noli diligere somnum ne te egestas opprimat. Aperi oculos tuos z saturare panibus.
¶ Prouerbio. capi. xxj.
Cogitationes robusti semper in abūdātia: ois aūt piger in egestate est. ¶ Prouer. ca. xxj.
Desideria occidunt pigrū. Noluerūt ēm quic̄p manus eius operari. ¶ Prouerb. ca. xxiij.
Per agrū hois pigri trāsiui: z p vineā viri stulti. Et ecce totū repleuerāt vrtice: z operuerant superficiē eius spīne: z maceria lapidū destruc ta erat. ¶ Prouer. ca. xxviij.
Qui operat̄ terrā suā satiabitur panibus: q̄ aūt sectat̄ ociū replebit̄ egestate. ¶ Eccli. c. iiij.
Stultus dicit: melius est pugillus cum requie q̄ plena vtraqz manus cum labore.
¶ Ecclesiastici capi. vij.
Non oderis laboriosa opera: z rusticationē crea tā ab altissimo. ¶ Ecclesiastici cap. xxxiij.
Odiosam enim maliciam docuit ociositas.
¶ Ecclesiastes capi. ix.
Quecunqz facere pōt manꝰ tua instāter opare: qz nec opꝰ nec ratio nec sapiētia nec sciētia erit apd inferos quo tu properas. ¶ Eccls cap. xj.
Qui obseruat ventū nō seminat: z q̄ conspicerat nubes nunq̄ metet. ¶ Ezechiel cap. xvj.
Ecce hec fuit iniqtas Sodome sororis tue. Su perbia: saturitas panis: z abūdantia: z ociū ip sius z filiarum eiꝰ: z manū egeno z pauperi nō porrigebāt: z elevate sunt: z fecerūt abomina tiones coram me. ¶ Matthęus. ca. xx.
Quid hic statis tota die ociosi? ¶ Mat. ca. xxj.
Videns iesus ficulneam habentē folia sine fru ctu maledixit z statim aruit ficulnea.
¶ Lucas capi. xij.
Seruus sciēs voluntatē dñi sui: z nō faciēs pla gis vapulabit multis. ¶ Paulꝰ ad Roma. c. xij.
Sollicitudine non pigri.
¶ Paulus ad Thessalonicen. scdę ca. iij.
Si q̄s vult nō operari: nec māducet. ¶ Ibidē.
Nolite deficere benefaciētes. ¶ Jacobus. c. iiij.
Sciēti bonū facere: z nō facienti peccatū est ei.
¶ Augustinus lib. j. de ciuitate dei.
Deleta quippe Carthagine magnovidelicet ter roꝛe Romanę reip. extincto: tāta de prosperis rebus mala secuta sunt: vt corrupta concordia prius sęuis cruētisq̄ seditionibus: deinde mox malarū cōnexionū curarū bellis ciuilibus: tan tus sanguis effusus est: vt crudeliora paterent a ciuilibus q̄ ab hostibus.
¶ Augustinus confessionū lib. x.
Nemo securus esse debet in hac vita: q̄ tota ten tatio nolatur: vt q̄ potuit fieri ex deteriore me lioꝛ nō fiat, ex melioꝛe deterioꝛ.
¶ Augustinus epla ad Vercellēses.
Nullus fructus ociꝰ: immo magis dispendium.
Ociosus Esau amisit primatus benedictionem qz maluit cibum accipere q̄ querere.
¶ Hieronymus epistola ad Demetriaden.
Nihil in sancto p̄posito deterius est ocio: qđ nō solūmodo non acquirit noua: sed etiam per acta consumit. Sancte vite ratio p̄cessu gau det z crescit: cessatiōe torpescit z deficit. Quot tidianis ac recētibus virtutum incrementis in stauranda mens est: z vinēdi hoc iter nō de trās acto: sed de reliquo metiendum.
Hieronymus ad Rusticum monachum: z habe tur de consecra. distin. v. nunq̄.
Facito aliquid operis vt̄ semper diabolus inue niat te occupatum.
¶ Joannes chrysostomus lib. de lapsu.
Radix desperationis est ignauia: z nō solum ra dix: sed nutrix eius z mater. Sīā sicut vestimen tum z tinea generat z nutrit: ita ignauia non soluz gignit ex se desperationē: sz z alit z fouet.
¶ Isidorus soliloquiorum lib. ij.
Per torpoꝛem vires z ingenium defluunt.
¶ Bernardus de consideratione lib. ij.
Fugienda est ociositas mater nugarū: nouerca virtutū. Inter seculares nugæ nugæ sunt: in oꝛe sacerdotis blasphemiæ.

Ecclesiastes. ncoligentia pigritia. phare. z. io. dicta. p̄ma. 3ma. 5ma. se. 5. do. 3. 4.
coll. bi. so. 16. 17. 18. q. 1.
Prouer.
Ecclī.
Ecclꝭ.
Ezech.
Matth.
Lucas.
Paulus.
Jacob.
August.
desperatio pusillanimitas.
Joānes chrysost.
Isidoꝛ.
Bernar.

Zeo. ¶Zeo in sermone de apparitione. Non dormientibus prouenit regnum celorum: nec ociosis desidiosis torpentibus beatitudo æternitatis repromittitur.

Joannes cassia. ¶Joannes Cassianus de institutionibus monachorum lib.x.

Experimẽto probatum est acidię impugnationem non declinando fugiendam: sed resistendo superandam. ¶Ibidem.

Acidia est solitarijs magis experta: & in eremo cõmorãtibus infestior: hostis ac frequens.

Boetius ¶Boetius lib.de scholastica disciplina.

Sicut in vnoquoq; opere mater inuenitur constantia: ita vniuersæ doctrinæ & disciplinæ nouerca est negligentia.

Beda. ¶Beda super prouer. lib.ij.

¶Vult & non vult piger. Pigri vocabulo denotat' qui vult regnare cũ deo: & non laborare, deo. Delectant præmia: quum pollicentur: deterrẽt certamina: quum iubentur.

Seneca. ¶Seneca ad Lucilliũ epistola.viij.

Nullus mihi per ocium dies exit. Partẽ noctiũ studijs vendico. Non vaco somno: sed succũbo. Et oculos vigilia fatigatos cadentesq; in opere detineo ¶Seneca ad Lucilliũ epla.xix.

Bloziari ocio iners ambitio est. Vitã in odium ociũ adducere solet. ¶Ad Lucil. epla.xxx.

Generosos alos labor nutrit. ¶Epla.xxxiij.

Dormio minimũ: & brevissimo somno vtor. Satis est mihi vigilare desijsse. Aliquando nõ dormiuisse scio: aliquãdo suspicor. ¶Epla.lxviij.

Demetrius vitam ociosam: & sine vllis fortunę occursionibus mare mortuum reputat. In ocio inconcusso iacere non est tranquillitas: malicia est. Malo vt me fortuna in castris suis q̃ in desertis habeat. ¶Idẽ epla.lxxj.

¶Luxurioso frugalitas pœna est: pigro supplicij loco labor est. Desidioso studere torqueri est. ¶Epistola.lxxij.

Non putant desidiosi posse fieri qui ieq̃ quod facere non possint. Ex infirmitate sua de virtute ferunt sententiã. Nam hæc ad quæ imbecilles sumus dura atq; intoleranda credimus: tormẽta reputãtes vino carere: aut prima luce excitari. Non ista difficilia sunt: sed nos fluidi & enerues sumus. ¶Idem in proverbijs.

Diu delibera: cito facito. Nil curare: hoc est insanum esse. Nil posse: hoc est mortuum viuere. ¶Ibidem.

Quies tibi: non desidia sit. Et quum ab alijs iudicium tu sancti aliquid honestiq; tractabis. ¶Idem lib. de beneficijs.

Pigritia est nutrix egestatis. ¶Ibidem.

Nullũ beneficium dandum est negligenti.

Plato. ¶Plato lib.de repub.

Pestis est mortalibus ignauia.

Aristo. ¶Aristoteles lib.x.de animalibus.

Nullum ens naturale natũ est ociosum. ¶Aristoteles lib.x.æthicorum.

Corrumpunt operantem proprię tristitię. ¶Idem lib.œconomicorum.

Impossibile est negligentibus dominis seruos esse sollicitos. Sallust. ¶Sallustius in Jugurtha.

Eternã ignauia nemo immortalis fact' est: neq; quisq̃ parens liberis: vt æterni fierẽt: ignauiaq; optauit: magis vt boni & honesti vitã suã ageret. ¶Sallustius in Catilinario.

Summam lætitiã atq; lasciuiã diuturna' quies comparat. ¶Ibidem.

Non votis neq; supplicationib' muliebrib' auxilia parantur deorũ: sed vigilando: agẽdo: bene consulẽdo oĩa prospere cedunt. Vbi secordię atq; ignauiæ te tradideris: nequaq̃ deos implores. Irati enim infensiq; sunt.

Valerius maximus ¶Valerius maximus lib.ij. titulo de Justis tutis antiquis.

Massilia ciuitas omnibus qui p antiquam religionis simulationem alimenta inertiæ quærunt clausas portas habet mendacem & fucosam suppstitionẽ simmouendam esse existimans.

Q. Curtius ¶Q. Curtius de gestis Alexandri lib.vj.

Parua sæpe scintilla contempta magnum excitauit incẽdiũ. ¶Vergilius Eneidos lib.xj.

Vergilius Quæ tãta animis ignauia venit? ¶Lucan'. li.j.

Lucan' Tolle moras. Semp nocuit differre paratis.

Quidius ¶Quidius Metamorpho. lib.viij. fabu.vj.

Ignauis precibus fortuna repugnat. ¶Idem artis lib.ij.

Amor odit inertes. ¶Idem lib.artis.iij.

Venturæ memores iam nunc este tote senectę. Sic nullum vobis tempus abibit iners.

¶Quidius lib.j.de ponto elegia.vj.

Cernis vt ignauum corrumpunt ocia corpus? Et vitiũ capiant: ni moueant: aque? ¶Ibidẽ.

Non sum qui segnia ducam.

Ocia. Dies nobis tempus habetur iners. ¶Ibidem.

Quũ dedũ' somno quas tps postulat' horas. Quo ponam vigilans tempora lõga modo?

Tibullus ¶Tibullus lib.j.elegia.iiij.

At si tard' eris: errabis trãsiet ætas. ¶Ibidẽ.

Quãcito non segnis stat remeatq; dies?

¶Ibidem.

Vidi iam iuuenem: pmeret quũ serior ętas: Mœrentem tardos pęteriisse dies:

Horatius ¶Horatius epistolarum lib.j.epistola.xix.

Nam tua res agit̃ paries quũ proximus ardet. Et neglecta solent incendia sumere vires.

Dantes ¶Dantes florentinus Inferni ca.xxiiij.

Sedendo in piuma.
In fama non seuien: ne sotto coltre.
Senza laqual che sua vita consuma
Cottal vestigia in terra di se lassia
Qual fumo in aere: & in aqua laschiuma.

¶Dantes purgatorij cap.iij.

El perder tempo a chiplusa: piu spiace.

¶Ibidem cap.xviij.

El studio di ben far gratia riuerda.

¶Ibidem cap.xxiij.

El tempo che ni e imposto
Piu vtilmente compartir se vole.

¶Dantes paradisi cap.xx.

Ora cognosci quanto costa
Non seguire Christo per lexperienza
Di questa dolce vita & de loppposta.

¶Ibidem.

Sepulcrum. 3.46.lo.c.

Ora cognosci chel iudicio eterno
Non si transmuta quando digno preco.
Ea crastino lagiu del hodierno.

¶Acies ab ἀκόμαω a conao qđ est acuo descendit. Ita & ἀκόμη acone cos cotis dicitur. Est autem acies cuiuscũq; rei acumẽ & quasi summũ. vnde aciem ferri dicimus: aciem oculorũ: aciem exercitus. Et ab acuo acutus venit no tã significationis: qđ etiam ad incorporea trãsfertur: vt acutum ingeniũ: acutus visus.

¶Accliuis græce κατάντης. εος. ὁ. ἡ. catãtis dicitur. Et est arrectus et inclinum acumina tuende accliuitas. Declinis vero inclinatus et actinis. ctis incuruus.

¶Aconitus græce ἀκόνιτον. οὐ. τὸ. aconiton dicitur: herba est marie venenosa ex spuma Cerberi canis tricipitis primũ in cotibus nata: vnde & nomẽ accepit. Nam ἀκόνη. aconi græce cotem significat latine.

Quidius ¶Quidius lib.vij. Metamorpho.

Quæ quia nascuntur dura vinacia caute.
Agrestes aconita vocant.

¶Acrimonia græce λειμότης. ητος. ἡ. dinotis et λειμόω dinos acer dicit. Et est vinacitas animi: acumen ingenij: et mentis velocitas ad acer venit quod ab acuo descendit.

¶Actor græce πράκτης practis dicitur. Is est qui aliqđ agit: & actio omnis actus: vnde actionem Jurisconsulti vocant ius quod cuiq; debetur in iudicio prosequẽdi. propter quod Ulpianus scribit duo esse actionum genera. Jn rem q̃ dicitur vendicatio: & in personam q̃ appellatur cõditio. Jn rem actio est per quam rem nostrã quę ab alio possidetur petimus. Jn personam actio est: qua cum eo agimus qui obligatus est nobis ad faciendum aliquid vel dandum.

Differunt autem actor et author sic: q actor est qui recitat: Authorvero qui facit opus. Quare scriptores poematũ & aliorum operum authores dicũtur: & ita authores pacis: authores belli. Quomodo autem author scribatur vide in Accusator: frã in dictione Author. Sacr. nider.

¶Ad aliquid græce πρός τι dicitur. Talia dicuntur quæcunq; hoc ipsum quod sunt aliorum dicuntur vel quomodolibet ad aliud. Sm Aristotelem lib. prædicamentorum.

Adaliquid sunt quibus hoc ipsuz quod sunt est ad aliud quodãmõ se habere sm eundem ibidẽ. Sacerdos. di. studuz. parol.



¶Aduratio græece ἐξορκισμός. οὐ. ὁ. exorcismos: nam ἐξορκίζω exorcizo aduro dicitur. Estq; aduirare per innocationem diuini nominis vel alterius rei sa crae obsecrando vel imperando inclinare eas secundum se: vel in comparatione ad eas ad aliquid agendũ vel patiendũ sm Ricar. in iij. di. xxxvij. ar. iij. q. ij.

Aduirare est ordinare aliquid ad aliquid per diuina: secundum beatum Tho. secunda secundæ q. lxxxx. ar. j.

Utentes huiusmodi artibus a Jurisconsultis dicuntur exorcizatores.

¶Admiratio ab admiror quod græce τανμάζω dicitur: et est timor ex magna imaginatione secundum Joannem Damascenum libro.ij. capitulo.xv.

Iuuentus.

Adolescētia græce νεότης neotis: ⁊ νεανίας.ου. ὁ. neanias adolescens dicit: est sm Ciceronē in Topicis flos ętatis. vel vt alij volūt extrema pueritia. dicta ab adoleo qd mō significat accresco q2 crescētes pueri quū pmū puberes fiūt olere hircū incipiūt: pp̄ter qd hircali sunt appellati. hinc adolesco. vn̄ adolescens cuiꝰ diminutiuū est adolescētulus: ⁊ adolescētia: cuiꝰ prima ætas ephœbia dicit. Vn̄ ephœbꝰ qui in prima est adolescentia. Terenti. in Andria Nam is postq̄ excessit ex ephœbis Sosia ἔφηβος id est Ephœbꝰ dicit qd iam sit in pube que grece ἥβη quasi. ἐπίηβος dicitur. hoc est iam ad pubertatis annos peruenit. ¶Prouerbiorū capi. iij.

Prouerbiorum. Tria sunt difficilia mihi ⁊ quartū penitus ignoro: viam aquilæ in celo: viam colubri super petram: viam nauis in medio mari: et viam viri in adolescentia. ¶Ecclesiastes cap. xj.

Eccl's. Adolescētia enī ⁊ voluptas vana sunt. ¶Ibidē. Lætare ergo iuuenis in adolescentia tua: et in bonis sit cor tuū in diebꝰ iuuētutis tuæ ⁊ ambula in vijs cordis tui: ⁊ intuitu oculoꝝ tuoꝝ: ⁊ scito, q p omnibꝰ his adducet te deꝰ in iudicium.

¶Ecclesiastici capitulo. xxxij.

Eccli. Adolescens loquere in tua causa vix quū necesse fuerit. ¶Ibidem. In medio magnatorū loqui nō præsumas: ⁊ vbi sunt senes non multum loquaris.

Petrus apostolꝰ. ¶Petrus apostolus primæ ca. v. Adolescentes subditi estote senioribus.

Hieronymus. ¶Hieronymus ad Nepotianum. Sicut ignis in lignis viridibꝰ suffocat: ita sapiētiā adolescentia tētationibꝰ ⁊ libidine inpedita nō explicat suū fulgorem: nisi labore ⁊ studio et oratione incētiua iuuentutis vitia repellantur.

Ambrosius. ¶Ambrosius de viduis lib. j. Vicina est lapsibus adolescētia: q2 varia x ęstus cupiditatum feruore calentis inflāmat ętatis.

¶Ambrosius lib. de officijs. Honor adolescētium est timorē dei habere: parentibus deferre: honorē habere senioribus: castitatē tueri: humilitatem nō aspernari: diligere clementiam ⁊ verecundiā: que ornamenta sunt iuuenili ętati. In senibus grauitas: in iuuenibꝰ alacritas: in adolescētibus verecūdia comēdat.

¶Ambrosius lib. primo officiorum. Verecundia quū sit omibus ętatibus: personis temporibus: ⁊ locis apta. Tamē adolescētes iuuenilesq3 annos maxime decet: vt artifex in materia cōmodiore melius operari solet: sic verecundia in ipso quoq3 corporis decore plus eminet. Ita tamē vt etiā ipse nō sit affectatus decor corporis: sed naturalis: simplex: neglectus magis q̄ ornatus: vel cultus: vel expetitus.

¶Gregorius in pastorali.

Grego. Iuuenes plerunq3 seueritas admonitionis ad perfectum dirigit. Senes vero ad meliora opera deprecatio blanda componit.

¶Gregoriꝰ Colūbo epo: ⁊ hr. j. q. j. pueri. Pueri ad sacros ordines nullatenus admittantur: ne tanto periculosius cadant: quanto citius conscendere ad altiora festināt.

¶Bernardus super canti. sermone. lxxxvij.

Bernardus. Quid amabilius verecundo adolescēte: q̄ pulchra ⁊ q̄ splēdida gēma morꝝ est verecūdia in vita ⁊ vultu adolescentis: q̄ vera ⁊ minime dubia bonę spei nūcia bonę indolis: vga disciplinę: expugnatrix malorū: ppugnatrix puritatis innatæ. Specialis gloria conscientiæ: famæ custos: vitæ decus: virtutis sedes: virtutū primitiæ: naturę laus: ⁊ insigne totius honesti.

¶Bernardus ad Eugenium. Adolescentulū verbosum ⁊ eloquētiæ studentē quum sit sapientię inanis nō aliud q̄ hostem iustitię reputa.

¶Bernardus ad Theobaldū militē. Multos videmus iuniorū sup senes intēdere: moribus dies antiquorꝝ: tpa preuenire meritis: ⁊ qd deest ætati virtutibus cōpensare: q2 iuxta apostolū neq3 cōtemnat adolescētiā bonæ indolis: senectus venerabilis nō est numero annoꝝ sed magis merito morū computata.

¶Ioānes chrysosto. in plogo sup matthæū.

Ioannes chryso. Adolescētibus in ludo litteraꝝ positis nō tam placent solida q̄ picta: queq3 potius pulchra q̄ vtilia sectantur. Nec tam agentia diligunt q̄ sonantia: magis gaudent foliorum amœnitate conspergi: q̄ fructuum hubertate nutriri.

¶Cassiodorus in epistolis.

Cassiodorus. Indigne transacta adolescētia odiosam efficit senectutē. Et honeste acta supior ætas fructꝰ capit authoritatis. Quid enī senectus surripere valet in quo iuuētus reprehēsibilis nō fuit.

¶Hugo in libro de claustro animę.

Hugo. In illa ętate quādo crines flauescūt: caro nitescit eburnea: oculorū gēmis facies rosea decoratur: valitudo corpori subministrat: ⁊ ætas iuuenilis lōgioris vitę spaciū repromittit. Quando viget ratio: vigēt etiā corporis sensus: visus acutior: auditus promptior: incessus rectior: vultus iucundior. Qui in hac ætate se domāt: ⁊ deo se sociāt: premiū Ioānis baptistæ expectāt. Tales enī offerūt hostiā viuētē: deo placentē: ⁊ immaculatā: nō aure: nō oculo: nō pede: nō lingua carentē. Audiat hoc senū sera cōuersio quibus ex defectu senectutis aures obturant: oculi turbantur: vt breuiter cuncta perstringam: ipsi in se per se deficiūt. Hi nō offerūt agnū immaculatū: sed (vt ita dicā) porcum cruētatū. Sicut enī porcus in immundicijs: sic senex iacuit in vitijs. Et sicut porcꝰ filiqs pascit: sic senes fabulis ⁊ rumoribꝰ delectant. ¶Cyprianꝰ de. xij. abusiōibꝰ.

Cyprianus. Sicut in senibꝰ sobrietas ⁊ morū pfectio reqrit: ita i adolescētibꝰ obsequiū ⁊ subiectio: ⁊ obediētia rite debetur. ¶Cyprianus ibidem. Sicut fructus non inuenit in arbore in qua flos prius non apparuit: sic in senectute honorem legitimum consequi non potuit: qui in adolescentia disciplinę alicuius exercitatione non laborauit. Disciplina igitur absq3 obedientia qualiter fieri poterit. Adolescens ergo sine obedientia: adolescens sine disciplina est.

¶Lactātius Firmianus diuinaꝝ insti. lib. vij.

Lactātiꝰ. Plato de anima disserēs ex hoc ait posse cognosci animas esse immortales atq3 diuinas: q in pueris mobilia sunt ingenia: ⁊ ad percipiēdum facilia: q ea q̄ discāt ita celeriter capiant: vt nō tūc primū discere videantur illa: sed recognoscere: atq3 reminisci. In quo vir sapiens poetis ineptissime credidit.

¶Plato in Thimeo.

Plato. Certe illud expertus sum tenaciorem fore eoꝝ memoriam quæ prima æstate discuntur.

¶Aristoteles lib. primo æthicoꝝ.

Aristo. Nihil differt ætate puer: ⁊ moribus puerilis.

¶Aristoteles lib. vj. æthicoꝝ. Iuuenes nō possunt esse prudentes: quia prudentia requirit experientiam que indiget tempore: ⁊ multitudo temporis facit experiētiam.

¶Idem rhæto. lib. ij. Iuuenes nō sunt maligni moris: sed facilis moris: propterea q nundum viderunt nequitias.

¶Aristoteles lib. vij. politicorum. Iuuenes maxīe ab ebrietate custodire oportet.

¶Laertiꝰ diogenes de vita ⁊ moribꝰ phorū.

Laertiꝰ diogenē. Pueros puberes nō in forū: s3 in agrū duci Lycurgus iussit vt primos annos non in luxuria s3 in omni opere ⁊ labore agerent. Nihil eos causa somni substertere: ⁊ vitā sine pulmēto agere: neq3 priꝰ ī vrbē redire: q̄ viri facti eēnt statuit.

¶Aulus gellius lib. iiij. noctium atticaꝝ.

Aulus gellius. Pueros impuberes cōpertum est: si nimio cibo nimioq3 vino vtant: hebetiores fieri: atq3 hinc elici stupiditatē: improceraq3 fieri corpora eoꝝ minusq3 adolescere.

¶Seneca ad Lucillium episto. xvj.

Seneca. Magnū expecta gaudiū quū puerilē animū deposueris: ⁊ te in virum philosophiæ descripseris. Adhuc enim non pueritia: sed quod grauꝰ est puerilitas remanet. Et hoc quidē peius est: q authoritatē habemus senū: vitia vo puerorū: nec puerorum tantum sed infantium.

¶Seneca ad lucillium epistola. cx. Facile enim tenera conciliantur ingenia ad honesti rectiq3 amorem.

¶Seneca Tragœdia. ij. Peiora iuuenes facile precepta audiunt.

¶Seneca tragœdia. ix. Teneris in annis haud satis clara est fides.

¶Cicero lib. j. officiorum.

Cicero. Est enim adolescentis maiores natu vereri: ex his eligere optimos ⁊ probatissimos: quorū consilio ⁊ authoritate nitatur. ¶Cicero ibidē. Maxime hæc ætas a libidinibus est arcenda. In labore ⁊ patientia animi ⁊ corporis exercenda: vt in bellicis: ⁊ ciuilibus officijs eorū vigeat industria: caueant intemperantiā: meminerint verecundiæ: quod erit facilius si in huiusmodi rebus maiores natu velint interesse.

¶Cicero lib. de senectute. Temeritas est videlicet florentis ætatis: prudētia senectutis. ¶Cicero lib. de senectute. Libidinosa intemperansq3 adolescentia effœtum corpus tradidit senectuti.

¶Cicero Rhetoricorum nouoꝝ lib. Qui adolescentiū peccatis ignosci putāt oportere falluntur: propterea q ætas illa nō est impedimento bonis studijs. At hi sapienter faciūt q̄ adolescentes maxime castigāt: vt quibus virtutibus omnē vitam tueri possint eas in ætate maturissima velint comparare.

¶Idem libro de senectute. Sic vitam adolescētibus vis auferet: senibꝰ maturitas. ¶Cicero in Rhetoricis. Adolescentis officium sit maiores natu vereri: atq3 ex his pbatissimos eligere: quorum cōsilio vtatur.

¶Homerus in Υ Iliados.

Homerꝰ. αἰεὶ δ' ὁπλοτέρων φρένες ἠερέθονται

Semper aūt iuniorum virorū mentes pendent.

¶Idem in Ψ iliados.

οἶσθ' οἷαι νέου ἀνδρὸς ὑπερβασίαι τελέθουσιν·
κραιπνότερος μὲν γάρ τε νόος, λεπτὴ δέ τε μῆτις.

Scis quales iuuenis viri operationes sunt?
Velox quidem sed tenue consilium.

¶Idem in. κ. odissex.

αἰεὶ γάρ τοι νεώτεροι ἀφραδέουσιν. hoc est
Semper enī iuniores insipiūt. ¶Menāder.

Menād. νέῳ δὲ σιγᾶν μᾶλλον ἢ λαλεῖν πρέπει.
Iuuenem autem tacere magis q̄ loqui decet.

¶Plautus in bacchidibus.

Plautꝰ. Iuuenili ætati non conducit mulier: nec latebrosus locus. ¶Ibidem.
Isthoc illecebrosius fieri nihil pōt: nox: mulier.
Vinum homini adolescentulo.

¶Horatius in arte poetica.

Horatiꝰ.
Imberbis iuuenis tandem custode remoto
Gaudet eqs canibusq3 ⁊ aprici gramine cāpi:
Cæreus in vitium flecti: monitoribus asper:
Vtilium tardus prouisor: prodigus æris:
Sublimis: cupidusq3 ⁊ amata relinquere pnix.

¶Horatius in Epodo ode penultima.

Fugit iuuentas: ⁊ verecundus color.
Reliquit ossa pellem amicta luridā.

¶Ouidius epl'a phedræ ad hippolytū.

Ouidiꝰ.
Sint procul a nobis iuuenes vt fœmina cōpti.
Fine coli modico forma virilis amat.

¶Iuuenalis satyra. xiij.

Iuuena.
Credebāt hoc grāde nephas ⁊ morte piandum:
Si iuuenis vetulo nō assurrexerat: ⁊ si
Barbato cuicunq3 puer.

¶Iuuenalis satyra. xiiij.

Nam quisquis magni census præcepit amorem
Et læuo monitu pueros producit auaros:
Et qui per fraudem patrimonia conduplicari:
Dat libertatem ⁊ totas effundit habenas
Curriculo: quem si reuoces consistere nescit:
Et te contempto rapitur metisq3 relictis.

¶Ibidem.

Quum dicis iuueni: stultum qui donet amico.
Qui paupertatem leuet: attollatq3 propinqui:
Et spoliare doces: ⁊ circumscribere: ⁊ omni.
Crimine diuitias acqrere: quaꝝ amor in te est.

¶Iuuenalis satyra. xiiij.

Plurima sunt fuscine ⁊ fama digna sinistra.
Et nitidis maculam ac rugam figētia rebus:
Quę monstrāt ipsis pueris traduntq3 parētes
Si damnosa senem iuuat alia: ludit ⁊ heres
Bullatus: paruoq3 eadē mouet arma fritillo.

¶Adoptio grece θέσις.ιος.ἡ. thesi: ⁊ θετός.οῦ. so. adoptiuus dicitur. est legitimus actꝰ per quē

qui filius non est pro filio habetur: pene naturam imitans.

¶ Institu. de adop. in glo.

Adoptio est extraneæ personæ in filium vel neptem et deinceps legitima assumptio secundum beatum Tho. iiij. senten. distinctio. xlij. q. ij. ar. j. Hanc fere omnes diffinitionem canonistę affirmant. Adoptare est admittere ex gratia ad participandum hæreditatē. b. Tho. in. iij. parte. q. xxiij. ar. j.

¶ Adoratio græce προσκύνησις. ιοσ. ἡ. proscynisis a προσκυνέω. proscyneo adoro. Duplex est scz interior deuotio mentis: et exterior humiliatio corporis. Prima est principalior: ad quam: et propter quā secunda fit.

¶ Aduentus christi. Vide infra christi aduentus.

Aduersitas idē quod calamitas quæ græce συμφορά. ᾶσ. ἡ. symphora dicitur Δυστύχημα. ατοσ. το. dystychima vel Δυσχέρεια. ασ. ἡ. dyschereia: infortunium et molestia.

Thob. ¶ Thobias capi. xij.

Job. Quia acceptus eras deo: necesse fuit vt tētatio probaret te. ¶ Job cap. v.

Beatus qui corripitur a domino.

Eccli. ¶ Ecclesiastici cap. xxvij.

Vasa figuli probat fornax: et homines iustos tētatio tribulationis.

Paulus ¶ Paulus ad Ro. cap. v.

Tribulatio patientiam operatur: patientia autem probationem: probatio vero spem. Spes autem non confunditur.

¶ Paulus ad hæbreos cap. xij.

Quem diligit deus castigat.

¶ Paulus secundæ ad Timotheū. c. iij.

Et omnes qui pie volunt viuere in christo iesu persecutionem patiētur. Mali autē homines et seductores proficient in peius errantes et in errorem mittentes.

¶ Paulus ad hebræos cap. xij.

Fili mi noli negligere disciplinam domini: neque fatigeris dum ab eo argueris. Quem enim diligit dominus: castigat. Flagellat autem omnem filium quem recipit. In disciplina perseuerate. Tanquam filijs vobis offert se deus. Quis enim filius: quem non corripit pater?

Actuum apl'orum ¶ Actuum apostolorum. xiiij.

Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum dei.

August. ¶ Augustinus de verbis dñi lib. ij.

Nemo frangitur aduersorum molestia qui prosperorum delectatione non capitur.

¶ Augusti. sup Matthæū sermone. xxix.

Ideo deus fœlicitatibus terrenis amaritudines miscet vt alia quæratur fœlicitas: cuius dulcedo non est fallax.

¶ Augustinus in sermone ad lippium.

Noli admirari frater: si postquam christianus effectus es mille te vndique tribulationes vexāt: quoniam christus nostræ religionis caput est: nosque eius membra sumus. Debemus ergo non solum eum sed eius vitam cumulatissime sequi. Vita enim christi respersa fuit angustijs plurimis: summa paupertate circundata: a scribis et phariseis derisus: tandē propter nos peccatores morti turpissime traditus est. Unde coniectura est: quum te deus immēsis persecutionibus corripit te in electorū suorū numero destinasse. Nā sine huiusmodi tribulationibus nequaquam ad deū peruenire possumus. Oēs enim qui ad paradisum redire desiderāt oportet transire per ignē et aquā: siue fuerit Petrus apostolus cui datæ sunt claues regni cœlorū: siue Paulus vas electionis: siue Ioānes cui reuelata sunt secreta cœlestia: necesse est vt omnes dicant per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum dei.

¶ Augu. super ps. xxj.

Intelligat homo medicū esse deū et tribulationē medicamentū esse ad salutē: nō pœnā ad dānationē. Sub medicamēto positus vreris: secaris: clamas: Non audit medicus ad voluntatem: sed audit ad sanitatē. ¶ Idē super ps. lx.

In fornace ardet palea: et purgatur aurū. Illa in cinerem vertitur: et illud sordibus exuitur. Fornax mundus: aurum iusti: ignis tribulatio: artifex deus. Quod vult ergo artifex facio. Ubi ponit me artifex tollero. Iubeor ergo tollerare. Nouit ille purgare. Ardeat licet palea ad incēdendū me et quasi consumendum me. Illa quasi in cinerē vertitur: ego sordibus careo.

¶ Augu. de ciui. dei lib. j.

Sicut sub vno igne aurū rutilat: palea fumat: et sub eadem tribula stipula cōminuitur et frumenta purgantur. ¶ Augu. cōtra Faustū.

Nullus hominum sic iustitia præditus est: cui non sit necessaria tentatio tribulationis: vel ad perficiendam virtutem: vel cōfirmādam seu approbandam.

¶ Hieronymus epl'a ad Heliodorum. Hieronī.

Quis nō tribulari velit? Quis se non maledici desideret? vt mereatur christi voce laudari: et cœlesti copiosaque mercede munerari.

¶ Ambrosius in lib. de morte satyri. Ambro.

Quid in hac vita nō experimur aduersi? Quas nō procellas? Tempestatesque perpetimur: quibus non exagitamur incōmodis? cuius parcitur meritis? ¶ Idem lib. officiorum.

Paupertas: fames: dolor: que putātur mala nō solum impedimenta non sunt ad vitam beatam sed etiam ad meritum adiuuant. Unde dicitur. Beati pauperes spiritu: beati qui esuriūt.

¶ Gregorius lib. iij. moralium. Grego.

Quum quis positus in prosperitate diligitur: incertum est vtrum prosperitas: an persona diligatur. Amissio enim fœlicitatis interrogat vim dilectionis: nec prosperitas quippe amicum indicat: nec aduersitas inimicum cœlat.

¶ Gregorius lib. xiij. moralium.

Iustis amplius placet ex aduersitate mala perpeti: quam ex prosperitate terrenę dispensationis cura fatigari.

¶ Gregorius in registro.

Facilis erit consolatio: si inter flagella que patimur: que fecimus ad memoriam delicta reuocamus: atque hæc iam non flagella: sed dona esse cōspicimus: si quæ carnis delectatione peccamus carnis dolore purgamus. ¶ Ibidē. lib. v.

Si mēs forti intētione in deū dirigitur: quicquid in hac vita sibi amarū sit: dulce æstimat: oē quod affligit requiē putat. ¶ Idē lib. x. mora.

Dolor flagelli tēperatur: quum culpa cognoscitur. Quia quāto quisque ferramentū medici patientius tolerat: tāto magis putridū cōspicit esse quod ferat. ¶ Gregorius lib. x.

Mala vitæ presentis tāto durius animus sentit: quāto pensare bonū quod sequitur negligit. Nequaquam nos gratia in aduersitate deserit. Quia quo nos durius ex dispēsatiōe percutit: eo amplius ex pietate custodit. ¶ Ibidem. lib. xj.

Nunquam est patiētiæ virtus in prosperis. Ille vero patiēs est: qui et aduersis cōteritur: et tamen a specie suę rectitudinis nō curuatur. ¶ Idē. xxvj. mora.

Aurē cordis tribulatio aperit: quā sæpe prosperitas huius mūdi claudit. ¶ Ibidem.

Sanctorū mentes æternitatis præmia prestolātes vires ex aduersitatibus sumūt. Ut crescente pugna gloriosiorē sibi nō ambigunt manere victoriā. Electorū desideria dum premūtur aduersitate proficiūt. Sicut ignis flatu premitur vt crescat: et vnde quasi extingui cernitur inde roboratur.

¶ Gregorius sup Ezechielē.

Donis suis deus flagella permiscet: vt nobis omne quod nos in sæculo delectabit amarescat et illud incendium surgat in aīo quod nos semper ad cœleste desiderium inquietet: et excitet: atque (vt ita dicam) delectabiliter mordax suauiter cruciet: hylariter contristet.

¶ Gregorius in pastorali cap. lj.

De spe æterne hæreditatis gaudium sumant: quos aduersitas vite tēporalis humiliat. Quia nō saluādos in perpetuum cerneret: si erudiēdo sub disciplinę regimine diuina dispensatio non frenaret. ¶ Idē in registro.

In oīpotente deo tūc certa est fiducia: quando pro bono opere aduersitas additur: in hoc mūdo recipitur: vt pulchrior merces in retributione æterna feruet. ¶ Idē in registro.

Multi in hac vita dolores sūt: qui ad amorē cœlestiū quotidie īpellūt quia in hoc vehemēter solū mihi placēt: quia placere in hoc mūdo aliquid nō permittunt. ¶ Grego. super illud Job. iij.

Frater fui draconum.

Nullus perfectus est: qui inter mala proximorum patiens nō est. ¶ Grego. morali. xxvj. super illud Job. xxxv. Qui dat carmina in nocte.

Nihil iniuste patimur. Carmen in nocte est: lætitia in tribulatione.

Ioānes chryso. ¶ Ioānes chrysostomus sermone. xviij.

Faciamus de necessitate virtutē: seu voluntatem. Exēpli gratia. Propriū quis amisit filiū. Substātiā alius oēm et fortune bona. Si noueris quod semel peractū est: nec deleri amplius: nec solui posse: licebit ex ea insanabili calamitate vtilitatis aliquid cōparare. Si magno ac virili aīo aduersos tuleris fortune casus pro quibus maledictis dño laudē referas. Hoc pacto quæ septē preter obuenerint mala: in voluntatis officium cōmutabis.

Boetius ¶ Boetius philosophice consolatiōis. li. ij. p. iiij.

Nā in oī aduersitate fortune infœlicissimū genus infortunij est fuisse fœlicem. ¶ Ibidem.

Quis enim est tā cōpositę fœlicitatis: vt non aliqua ex parte cū status sui qualitate rixetur? Anxia enim res est hūanorū cōditio bonorū: et quæ vel nunquam tota perueniat: vel nunquam perpetua subsistat. Huic cēsus exuberat: sed est pudori degener sāguis. Hunc nobilitas notū facit: sed angustia rei familiaris inclusus mallet esse ignotus. Ille vtroque circūfluus vitā cœlibem deflet. Ille nuptijs fœlix: orbus liberis alieno censu nutrit hæredi. Alius prole lætatus filij filięve delictis mœstus illachrymat. Iccirco nemo facile cū fortunę suę conditione concordat. Inest enim singulis quod inexpertus ignoret: expertus exhorreat.

¶ Boetius ibidem.

Adde quod fœlicissimi cuiusque delicatissimus sensus est: et nisi ad nutū cuncta suppetant: oīs aduersitatis insolens minimis quibusque prosternitur: adeo exigua sunt quæ fortunatissimis summā beatitudinis detrahunt.

¶ Isidorus de summo bono lib. iij. Isido.

In aduersitatibus tuis non contristeris. In languoribus tuis deo gratias age. Valere te magis anima opta quam corpore: valere te magis mēte opta quam carne. Aduersa corporis remedia sūt aię. Aegritudo carnem vulnerat: mētem curat. Languor enim vitia excoquit. Languor vires libidinis frāgit. ¶ Isidorus soliloquiorum lib. j.

Semper deus hic hos vulnerat: quos ad salutē perpetuā preparat. ¶ Isidorus soliloquiorum li. j.

Oia aduersa æquo aīo tolera. Dū tibi aliena pericula memoras: mitius portas tua.

¶ Isidorus de summo bono lib. iij.

Discat nō murmurare qui mala patitur. Per hoc quisque se iuste pati arbitretur: quia ab illo iudicatur cuius nunquam iniusta iudicia sunt.

¶ Bernardus sup cāti. Ser. lxxxvj. Bernar.

Ad virtutes spectat tribulatiōes fortiter sustinere: ad sapiētiā in tribulationibus gaudere. Cōfortare cor tuū: et sustine dñm. Virtutis est gustare et videre quoniam suauis est dñs sapientię.

¶ Cassiodorus super illud voluntarie sacrificabo tibi. Cassiodorus.

Voluntarie deo sacrificāt qui inter angustias passionū iugiter grās agunt. ¶ Lactātius lib. v. cap. xxiiij. diuinarū institutionum. Lactātius

Unde nemini mirū debet videri: si pro nostris delictis castigamur a deo. Immo vero quū vexamur ac premimur tū maxime gratias agimus indulgentissimo patri: qui corruptelā nostrā non patitur longius procedere si plagis ac verberibus emendat. Ex quo intelligimus nos esse deo curę quibus quādo peccamus irascitur.

¶ Lactātius lib. iij. diuinarū institutionū.

Beatus est igitur sapiens in tormentis: sed qui torquetur pro fide: pro iustitia: pro deo. Illa patiētia doloris beatissimum faciet.

¶ Idē lib. vj. di. insti.

Nemo dubitat quin timidi et imbecillis sit animi aut dolorem metuere: aut egestatē: aut exiliū: aut carcerē: aut mortē: que oīa quisquis nō exhorruit fortissimus iudicatur. Qui autem deum metuit illa vniuersa non metuit. Ad quod probandū argumētis opus non est.

Seneca. ¶Seneca epistola.xciij.

Cogitanda ergo sunt oia ꝛ animꝰ aduersus ea que possunt euenire firmādus: exilia: tormēta: morbos: bella: naufragia meditare.

¶Seneca i hercule furēte. Tragœdia pma.

Quæ fuit durū pati meminisse dulce est.

¶Trag.vj.

Fletus erūnas leuat. ¶Seneca ibidē.

Æquior casum tulit in procellis
Ille qui ponto pariter carinas.
Obruī vidit: tabulaq; littus.
Naufraga spargi.

¶Seneca libro de prouidentia.

Quis vir est qui nō est erectus ad honestaꝫ qui nō est laboris iusti appetens? qui nō ad officia cum periculo paratus. ¶Sequitur.

Nihil infœliciꝰ cait Democritus deo cui nil aduenit vnꝑ aduersi. Nō licuit illi se expiare. Dale de illo diꝫ iudicauerūt. Indignus visus est a quo vinceret aliquādo fortuna. Quæ ignobilissimum quēq; refugit. Contumaciss̄imū. i. fortiter obuiantē quēq; ꝛ rectum aggreditur aduersus quēvim suā intendat. Ignē experitur i Mutio. Paupertatē in Fabricio. Exiliū in Rutilio. Tormentū i Regulo. Venenū in Socrate. Odorem in Catone. ¶Ibidem.

Miserū te esse iudico: qui nunꝗ fueris miser. Traxisti sine aduersariovitā. Nemo scit quid potueris: neq; tu quidē ipe. Opus em̄ ad sui noti tiā experimento. Quid quisq; possit non nisi tentando didicit.

¶Macrobius li.pmo saturnaliū ait. Macrobius.

Nō oīo diꝫ exosos esse qui in hac vita cū eorum narrū varietate luctātur: sed esse arcanas causas ad quas paucorū poterit venire curiositas.

¶Valerius maxi.lib.viij. Valerius maxi.

Neq; secundarū rerū, puentu insolenter abuti: neq; aduersis propere debilitari oportet.

¶Terentius comœdia.iij. Terentius

Quāobrē oēs quū secundæ res sunt: tū maxime meditari secū oportet quo pacto aduersā eorum nā ferant. ¶Euripides in medea. Euripi.

Κοὐφῶς φέρειν χρὴ θνητὸν ὄντα συμφορας. Est. Aeuiter ferre oportet mortalem existentes calamitates.

¶Vergilius primo æneidos. Vergilius

Durate ꝛ vosmet rebus seruate secundis.

¶Ouidius lib.vltimo Metamor. fabula.xliiij. Ouidius

Nec em̄ fortuna querenda.
Sola tua est. Similes alioꝝ respice casus. Melius ista feres.

¶Ouidius tristiū lib.vltimo elegia vltima.

Cōtudit ingenium patientia longa malorum.
Et pars antiqui nulla vigoris adest. Iuuenalis.

¶Iuuenalis satyra.xiij.

Dicimus autem.
Dos quoq; fœlices: qui ferre incōmoda vitæ.
Nec iactare iugum vita didicere magistra.

Mortale Tripliciter.

Quū aliquē laudamus de aliq̄ pctō mortali

¶Esa.v. Ueh qui dicitis malū bonū. Esaias

Quū quis adulatur alicui: vt ei fraudulenter noceat corpaliter vel spīaliter. ¶Prouerbiorū.xxvij. Melioza sunt vulnera diligētis ꝙ fraudulenta oscula blandientis. Prouer.

Quum quis adulatione sua alteri occasionē dat mortaliter peccandi.

Adulatio oppositum amicitiæ vel affabilitatis peccatū. b. Tho. scōa scōe. q. cxv.

Quum exceditur laudando sola auiditate placendi vel delectandi.

Quum exceditur vt euitetur aliquod malū sine alterius detrimento.

Quū exceditur vt cōsequamur i necessitate aliqō bonū sine alterius detrimento.

Veniale Tripliciter.

Duplicitas.a

Adulatio grece Κολακία. ασ. ἡ. colacia ꝛ κόλαξ colax adulator dicit. Et ē fallaci laude seductio scōz Augustinū super ps. Adulatio ē excessus delectādi alios verbis vel factis scōm. b. Tho. scōa scōe. q. cxv. ar. j. Vitiū.

Adulatio est peccatū ex sermone vanæ laudis alicui exhibitę intentione cōplacendi. Laudare enim aliquē de quo nō est laudād us: vel plus ꝙ est laudandus vel non eo fine quo fieri debet peccatum est secundū Alexan. secunda secūdæ tractatu de adulatione. nider. Adulatio est peruersa laudatio: ꝛ videtur nomē sumptum a sono. Canes enī quoꝝ mira est adulatio fere exprimunt hunc sonum. Vel dicatur ꝙ adulor verbum qō est vocevel gestu fauorem capio dicitur quasi adaulor: quod hoc in aulis maxime fieri soleat. Sunt tamē qui hoc a greco derivatū arbitrentē hoc est ἀπὸ τοῦ δουλευειμ. quod inseruire: ꝛ δουλὸς. ον. ὁ. seruus. Veteres etiā aulas dixere quas nūc dicim̄ ollas. Unde aulicocia vocātur exta: quę i ollis coquunt: hoc est elixa. Plautus fabulā suā ab aula hoc est olla inuēta aulularia nominauit. Adulor ꝛ adulor sum patū legim̄. Valeriꝰ maxim̄. Si Dionysiū adulares ista nō esses: si ista esse velles Dionysium nō adulares. ꝛ teste prisciano. Datiuo ꝛ ac cusatiuo iungitur: producitq; du syllabam.

¶Iuuenalis.

Quid qō adulādi gēs prudētissima: laudat
Sermonē indocti: facie deformis amici?

¶Lucretius lib.v.

Longe alio pacto gannitu vocis adulant.

¶Dauid psalmo.xxvij. Dauid.

Qui loquit pacē cum proximo: mala: autē i cordibus eorū. ¶Prouerbioꝝ cap.j. Duplicitas Prouer.

Fili si te lactauerint pctōres nō acqiescas eis.

¶Prouerbiorū cap.ij.

Simulator ore decipit amicū suum.

¶Idem cap.xij.

Qui simulat iniuriā callidissimus est.

¶Idem cap.xxvij.

Melioza sunt vulnera diligentis ꝙ fraudulēta oscula blandientis. ¶Ecclesiasticī.xvij. Ecclia-stici.

Est qui nequiter humiliat se: ꝛ interioza eius plena sunt dolo. ¶Esaias cap.iij. Esaias.

Populus meus qui te beatum dicit: ipsi te decipiunt. ¶Lucas cap.xxij. Lucas.

Juda osculo tradis filium hominis?

¶Augustin̄ ad Casulanū ꝛ habetur. xj.q.iij. quisquis. Augu.

Quisq; metu cuiuslibet potestatis veritatē occultat: ira dei sup se, puocat. Quia magis timet hominem ꝙ deum. Sequitur.

Uterq; reus est: ꝛ qui veritatē occultat: ꝛ ꝙ mēdacium dicit: qz ꝛ ille prodesse nō vult: ꝛ iste nocere desiderat. ¶Aug. ibidem.

Nemo peritorum aut prudētium putet: ꝙ minꝰ sit periculū inverbis lingua mētiēdo ꝙ manibꝰ sanguinē fundēdo. Melius est aūt pro veritate pati suppliciū ꝙ p adulatione capere bñficiū.

¶Augu. sup ps. lxix.

Adulantiū linguæ ligant hoies in pctis. Delectat enim ea facere in quibus non solum nō metuit reprehensor: sed etiam laudatur operator.

¶Augu. super ps. lxix.

Duo sūt genera psecutorū. s. vituperantium et adulantium. Sed plus persequit lingua adulatoris ꝙ manus psequentis. ¶Aug. ibidē.

Falsa laus adulatoris ꝛ simulata dilectio mentes a rigore veritatis emollit.

¶Aug. lib. de doctrina christiana.

Sicut simenda sunt amara salubria: ita semper vitanda est perniciosa dulcedo.

¶Aug. lib. ix. confessionum.

Sicut adulātes amici peruertunt: sic inimici litigātes plærunq; corrigunt.

¶Aug. li.ij. cap.j. de trinitate.

Magis: opto a quolibet reprehendi: ꝙ ab errāte vel adulante laudari. ꝛ paulo infra.

Amicus si docet audiēdus est: laudator vo erras confirmat errorē. Adulans allicit merorem.

¶Augu. in epistola ad marcellā.

Nimis puerse seipsū amat: qui ꝛ aliosvult errare: vt error suus lateat. Quanto enim melius et vtilius vbi ipse errauit alij nō errāt: quoꝝ ammonitu errore careāt. Vos qui me multum diligitis: si talem me asseritis: vt nunꝗ me in scriptis meis errasse dicatis: frustra laborastis: nō bonam causam suscepistis: facile in ea meipso iudice superamini. Quoniā nō mihi placet quū a charissimis meis talis esse existimor qlis non sum. Profecto nō me: sed pro me aliuz sub meo nomine diligunt: si non quod sum: sed quod non sum diligunt.

¶Augu. de baptismo contra donatistas.

Uenius non debet putari quod gladio minātur: ꝙ quod lingua insidiante committitur.

¶Aug. in Enchiridio lib.iij.

Mendaciū Mihi videtur omne mendaciū esse peccatum. Sed multum interest quo animo: ꝛ de quibꝰ rebus quisq; mētiatur. Non enim sic peccat q̄ cōfictēdi: quomodo qui nocēdi voluntate mentit.

¶Augustinus li. de mendacio: ꝛ habeē xxij.q.ij. Primum. S. Non est.

Non est mētiendū quinto genere: quia nec ipsa veritas docendi causa hominibus enunciandā est. Quāto magis mendacium: quod per seipm quia mendacium est vtiq; turpe est. mendaciū. b.

¶Augu. lib. de mendacio: ꝛ habetur xxij.q.ij. primum.

Quisquis autem esse aliquod genus mendacij. b. quod peccatum non sit putauerit: decipiet semetipsum turpiter: cum honestum se decoptorem arbitretur aliorum.

¶Hieronymus sup illud Esaye. iij. si te lactauerint pctōres ne acquiescas eis. Hiero. fo. 9. co. 4.

Adulatores sunt hostes: ꝛ scintillæ diaboli.

¶Hierony. super illud Ecclesiastici verba sapientiū quasi stimuli.

Notandus est quod dicuntur verba sapientium pungere: non palpare: nec molli manu attrahere lachrymā sed errantibus tardis pœnitentiæ dolores ꝛ vulnus infigere. Si cuius igitur sermo non pungit: sed oblectationē facit audientibus: iste sermo nō est sapientis. corre. potiꝰ. d.

¶Hiero. sup illud ad Galatas. iiij. Ego inimic⁹ vobis sum factus verū dicēs.

Hec est conditio veritatis: vt eam semper inimicitię persequantur: sicut per adulationem pernicioſe amicitię comparantur. Libenter enim quod delectat audimus: et offendit omne quod nolumus.

¶Hieronymus sup Matthēū. li.j.

Hoc intelligendū est quod tantę paupertatis fuerit christus: ꝛ ita nulli adulatus sit: vt in vrbe maxima: nullum hospitem: nullam inueniret mansionem. d. paupertatis

¶Hiero. ad Damasum papā de filio prodigo: ꝛ habetur di.xxxvij. Nonne vobis.

Nonne vobis videt in vanitate sensus. ꝛ obscuritate mentis ingredi: qui diebus ac noctibꝰ in dialectica arte torquetur: qui physicus perscrutatur: oculos trans cœlum leuat: ꝛ vltra profundum terrarū: ꝛ abyssi quoddā inane demetitur: qui iambū feruet: qui tantā metrorū silua in suo studioſius corde distinguit ꝛ congerit: et vt ad alteram partem transeam: qui diuitias per fas et per nefas ḡrit. Qui adulatur regibus: hereditates captat alienas: et opes cōgregat: quas ih momēto cui fit relicturus ignorat. studium.

¶Hieronymus epistola ad Demetriadē.

Beata mens quę nec adulatur aliqñ: nec adulāti credit. quę nec decipit alterꝫ: nec ipa decipit. Denigz nec malum facit aliquādo: nec patitur. Justus

¶Hieronymus ad Celantiam.

Isto maxime tpe regnat vitiū adulationis: qō est grauissimū: qz hūilitatis ac benivolētię loco ducit: ꝛ ita fit: vt qui adulari nescit: aut inuidus aut superbus reputetur. ¶Hierony. ibidem.

Rumusculos ꝛ gulosos et palpantes adulatores quasi hostes fuge.

¶Hierony. epla ad Sabinianum.

Naturali ducimur malo ⁊ adulatorib⁹ nostris li
bēter fauemus: ⁊ q̄q̄ respōdeamus nos indi-
gnos/⁊ calidus rubor ora ꝑfundat: tamē ad lau
dē suā aīa intrinsec⁹ lætať. ¶Hiero. sup ps.
Nihil est qd̄ tam facile corrūpat mētes hoīum:
sicut adulatio. Plus em̄ nocet līgua adulatoris
q̄ gladi⁹ ꝑsecutoris. ¶Idē sup Esaiā li. vij.
Non sic adulādum est principibus: vt sanctarū
scripturarū veritas negligatur: nec generalis
increpatio vnius persone iniuria est.
¶Idem ad Rustichū monachum.
Ne credas laudatorib⁹ tuis (imo irrisorib⁹) au
rē ne libēter accōmodes: q̄ quū te adulationib⁹
fouerint: ⁊ quū te īpotētis mētis effecerīt: si su
bito respexeris: deprehēdes post te colla incur
uari: aut manu auriculas agitari asini: aut estuā
tē canis porrēdi linguā. ¶Hiero. in epl'a.
Nos ad patriā festinantes mortiferos Syrenū
cantus surda aure transire debemus.
¶Ambrosius lib. officiorū. j.
Ambro. Emolliri adulationibus nō solum fortitudinis
nō esse: sed etiam ignauię videtur.
¶Ambrosius lib. iij. de officijs.
Non est vā amicitia: vbi est fallax adulatio.
¶Ambrosi⁹ sup illud p̄me ad Corinť. viij.
Nos nobiles: vos autem ignobiles.
.J. Libere enī ⁊ sine adulatione veritatem prędicā
tes: et gesta prauæ vitæ arguētes gratiā nō ha
Grego. bēt apud hoīes. ¶Greg. li. xviij. ꝑte. iiij. c.
iij. moralium. ⁊ habeť di. xlvj. Sunt.
.·d. Sunt nōnulli q̄ dū malefacta hominū laudibus
efferunt: augent quæ increpare debuerāt. Hinc
enī per ꝓphetā dicitur. Ueh his qui consuunt
puluillos sub omni cubito manus: ⁊ faciūt cer-
uicalia sub capite vniuersę ætatis: ad hoc q̄ppe
sub cubito puluillus vel ceruical sub capite ia-
cētis ponit: vt molliter q̄escat. Quisq̄s ergo ma
le agētib⁹ adulať puluillū sub cubito vel cerui-
cal sub capite iacētis ponit. Ut q̄ corrigi ex cul
pa debuerat ī ea fultus laudib⁹ molliter q̄escat.
¶Gregori⁹: ⁊ hr̄. xj. q. iij. Inter verba.
Inter verba laudantiū siue vituperantiū ad mē
tē semper recurrendū est: ⁊ si in ea nō inuenitur
bonū quod de nobis dicitur: magnā tristitiā ge
nerare debet. Et rursum si in ea nō inueniť ma-
lum quod de nobis hoīes loquūtur: in magnam
debemus læticiā ꝓsilire. Quid em̄ si nō omnes
homines laudant: ⁊ conscientia liberos nos de-
monstret? habemus Paulum dicentem. Gloria
nostra hæc est testimonium conscientię nostrę.
Iob quoq̄ dicit. Ecce in cœlo testis meus.
¶Gregori⁹: ⁊ habeť. vj. q. j. Sūt plurimi.
Sunt plurimi qui vitam bonorū fortasse ampli⁹
q̄ debent laudāt. Et ne qua elatio de laude sub
repat permittit oīpotens deus malos in obtre-
ctationē et obiurgationē prorumpere: vt si qua
culpa ab ore laudātiū in corde nascitur: ab ore
vituperantium suffocetur. Hinc est q̄ doctor gē
tium se ī prædicatione currere testatur inter in
famiā et bonā famā: q̄ etiā dicit: vt seductores ⁊
veraces. ¶Greg. homelia. xij. sup euāgelijs.
Impinguat caput oleū peccatoris: quū demul-
cet mentem fauor adulātis.

¶Grego. sup Ezechielē li. j. cap. ix.
Adulator scorpio est: qui palpādo incedit: sed
cauda ferit. ¶Grego. mor. lib. iiij. su-
per illud Iob. Cur lactatus huberibus.
Adulatores lactant eos quos laudāt quasi pre
mio laudis. ¶Ioannes chrysostom⁹ in Joānes
Polycraticio de vestigijs philosophorum li. iij. chryso.
Adulator omnis virtutis inimicus est: et quasi
clauum figit in oculo illius cū quo sermonē cō
ferit: eoq̄ magis cauendus est: quo sub aman-
tis specie nocere non desinit: donec rationis ob
tundat acumē: ⁊ modicum illud luminis qd̄ ad-
esse videbatur extinguat.
¶Isidorus soliloquiorū lib. ij. cap. xxxiiij. Isido.
Simulatio quidem ⁊ assentatio duę virulentis-
simæ pestes sunt: quę semper ab amicitia rele-
gentur. ¶Bernardus super cantica. Bernar.
Qui de amore non venit honor: non honor: sed
adulatio est.
¶Hugo de sancto victore. Hugo.
Adulator amicus in obsequio: hostis in animo:
comptus in verbo: turpis in facto: lætus ad
prospera: fragilis ad aduersa: inflatus ad obse
quia: anxius ad opprobria: īmoderatus ad gau
dia: facilis ad humana: difficilis ad honesta.
¶Cassidorus super illud ps. Oleum Cassio-
peccatoris non impinguet. dorus.
Oleum peccatoris est dilectio simulata verbo-
rum que adulationibus et blandimentis nr̄as
mentes velut olei pinguedo libenter ingredi-
ens rigorem veritatis emollit: et ad noxias co-
gitationes amoris ficti potius ostentatione ꝑ-
ducit. ¶Alanus de Complanctu naturę. Alanus.
Huius pestis pestilentia percutiunt principiū
laterales: palatini canes: adulationis artifici-
ces: fabri laudis: figuli falsitatis. Hi sunt qui
magniloqua commendationis tuba in diuitum
auribus cytharizant: qui mellitę adulationis fa
uos foras eructant: qui vt emungant munera:
caput diuitis oleo adulationis inungunt: prœla
torum auribus puluinaria laudum subijciunt:
qui ab eorum pallijs aut fictitium puluerem ex
cutiunt: aut vestē fictitie deplumant implumē.
¶Ibidem.
Isti penes munera laudes: penes dona fauo-
res: penes precium pręconia famæ blandimen
tis constituunt. ¶Ibidem.
Quid ergo adulationis vnctio: nisi domorum
emunctio? Quod commendationis allusio: nisi
prelatorum delusio? Quid laudis arrisio: nisi
eorundem derisio? ¶Ibidem.
Adulatores a volūtate vultū: ab animo verbū:
mente linguā: ab intellectu loquelā amplo dis-
sensionis interuallo diffibulāt. Plærūq̄ enim
exterius plausibiliter applaudēdo collaudant:
quos interius contradictoria derisione defrau
dant. Foris vultu applaudunt virgineo: intus
scorpionis pungunt aculeo. Foris adulationis
mellitos cōpluūt imbres: ītus detractiōis euo
mūt tēpestates. ¶Beda sup lucā li. ij. Beda.
Ipsa peccati nutrix adulatio: quæ sicut oleum
flammis in culpa ardentibus solet administra
re fomentum.

Seneca ¶Seneca ad Lucillium epistola. xliij.
Adulatio apertis ⁊ propicijs auribus recipiť: in
præcordia ima descendit: venit ad me pro amico
blandus inimicus.
¶Seneca ad lucillium epistola. liij.
Aures claudendę sunt adulatoribus.
¶Idem epistola. lx.
Cito nobis placemus: si inuenimus qui nos bo
nos viros dicant: qui prudētes: qui sanctos. Nō
sumus modica laudatione contenti. Quicquid
in nos adulatio sine pudore congessit: tanq̄ de-
bitum prehendimus. Optimos nos esse ⁊ san-
ctissimos affirmantib⁹ assentimus: quū sciamus
sæpe illos mentiri. Adeo quoq̄ indulgem⁹ no-
bis: vt laudari velimus in id cui cōtraria tū ma-
xime facimus. ¶Seneca ibidem.
Alexander quū in obsidione cuiusdā vrbis cir-
cuisset muros ictu sagittę percussus quū repres
so sanguie sicci vulneris: dolor cresceret: ⁊ crus
obstupuisset: coactus absistere. Omnes inq̄t iu
rant me esse filiū Iouis: sed vulnus hoc hominē
me eē clamat. Idē nos faciamus ⁊ dicam⁹. Uos
quidē dicitis me esse prudentē: ego autē video
q̄ multa inutilia concupiscam nocitura optem.
¶Seneca ad lucillium epistola. lxxvij.
Intus teipsū cōsidera: nō q̄lis sis alijs credas.
¶Seneca ad lucillium epistola. lxxxj.
Falsę fidei sunt qui iugiter blandiuntur.
¶Idem lib. de beneficijs.
Uenena non dantur nisi melle circumlita.
¶Ibidem.
Monstrabo tibi: cuius rei inopia laborent ma-
gna fastigia: ⁊ quid possidentibus omnia desit:
scilicet qui dicat verum. Undevna contentio est
quis blandissime fallat.
¶Seneca. lib. de moribus.
Bonum est laudari: sed prestantius est esse lau
dabilem. ¶Seneca Tragœdia. iiij.
Qui blandiendo dulce nutrit malum: sero recu
sat ferre quod subijt iugum.
Aristote ¶Aristoteles lib. j. Rhetoricorū
les. Adulationes recipere: ⁊ adulari detestabile est:
apparens enim admirator est.
¶Idem Rhetoricorum li. ij.
Laudare præsentem adulatoris est.
¶Idem. iiij. lib. æthicorum.
Oēs blanditores obsequiosi: seruiles ⁊ humiles
sunt. ¶Idem lib. viij. æthicorum.
Amatores adulationis iniusti sunt. ¶Laerti
Laerti⁹ us diogenes de vita ⁊ moribus philosophorū.
Dioge- Odij blandientes tanq̄ decipientes. Nam vter-
nes. q̄ æquanimiter iniuriatur. dicebat Isocrates.
¶Cicero officiorum lib. primo.
Cicero Iisdem temporibus cauendū: ne assentatoribus
patefaciam⁹ aures: ⁊ ne adulari nos sinamus.
in quo falli facile est: tales em̄ nos esse putam⁹:
vt iure laudemur: ex quo nascuntur innumerabi
lia peccata. ¶Ibidem.
Nec simulatū quicq̄ potest esse diuturnum.
¶Ibidem.
Simulatio autem benignitatis vanitati est con
iunctio: q̄ aut liberalitati aut honestati.
¶Idem Rhætoricorum no. li. iiij.

Habet assentatio principia iucunda: eadem exi
tus amarissimos affert. ¶Cicero ibidem.
Nolo esse laudator: ne videar adulator
¶Cicero libro de amicitia.
Cui⁹ aures clausæ veritati sunt: vt ab amico ve
rū audire nequeat: huius salus desperāda est.
¶Ualerius maxi. lib. iiij. Uale.
Diogeni Syracusis quū olera lauāti Aristipp⁹ maxi.
dixisset. Si dionysiū adulare velles: ista nō ecēs.
Immo (inquit) si tu ista esse velles: Dionysiū nō
adulares. ¶Homerus in Iliados. Homer⁹
ἐχθρὸσ γάρ μοι κεῖνοσ ὁμῶσ ἀίδαο πύλῃσιν ὅσ χ' ἕ
τερον μὲν κεύθει ἐνὶ φρεσὶν ἄλλο δὲ εἴπῃ. id est
Exosus enim mihi ille veluti inferni portæ:
Qui aliud quidem occultū habet in mentibus:
aliud vero ore profert.
¶Euripides in Hippolyto. Euripi-
τοῦτ' ἐσθ' ὃ θνητῶν εὐπόλεισ οἰκουμένασ δόμουσ des
τ' ἀπόλλυσ' οἱ καλοὶ λίαν λόγοι. i.
Hoc est qd̄ mortaliū ciuitates bene habitatas:
Domusq̄ destruit: grati valde sermones.
¶Phocylides. Phocyli-
μὴ δ' ἕτερον κεύθῃσ κραδίῃ νόον ἄλλ' ἀγορεύειν des.
Noli aliam occultare in corde sententiam: ⁊ aliā
proferre. ¶Plautus in Asinaria. Plautus
Pro monstro est: quando qui sudat tremit.
¶Martialis epigrammatū lib. ij. ad Nasiccā. Martia-
Inuitas tunc me quum scis Nasicca vocatum. lis
Excusatum habeas me rogo. Cœno domi.
¶Mar. epi. li. iiij. ad Gargilianum.
Munera q̄ senibus viduisq̄ ingentia mittis.
Uis te munificum Gargiliane vocem:
Sordidius nihil est: nihil est te spurcius vno:
Qui potes insidias dona vocare tuas.
Sic auidi fallax indulget piscibus hamus:
Callida sic stultas decipit esca feras.
Quid sit largiri: quid sit donare docebo:
Si nescis: dona Gargiliane mihi.
¶Martialis epigrā. li. xij. ad Pontilianū.
Mētiris? credo. Recitas mala carmina? laudo.
Cantas? canto. bibis? Pontiliane bibo.
Pedis? dissimulo. Gemma vis ludere? vincor.
Res vna est sine me quam facis: ⁊ taceo.
Nil tamen omnino præstas mihi. mortuus inq̄s
Accipiam bene te. Nil volo: sed morere.
¶Horatius epistolarū li. j. epistola. xvij. Horati⁹
Tu recte viuis: si curas esse quod audis.
Iactamus iam pridem omnis te Roma beatū.
Sed vereor ne cui de te plus q̄ tibi credas:
Neue putes alium sapiente bonoq̄ beatum:
Neu si te populus sanum recteq̄ valentē
Dictitet: occultam febrem sub tempus edendi
Dissimules: donec manib⁹ tremor īcidat vnctis.
Stultorum incurata pudor malus vlcera celat.
¶Iuuenalis satyra. iij. Iuuena-
Quid q̄ adulandi gens prudentissima laudat lis.
Sermonem indocti: faciem deformis amici.
Et longum inualidi collum ceruicibus æquat
Herculis Antæum procul a tellure tenentis.
Miratur vocem angustam qua deterius nec
Ille sonat quo mordetur gallina marito.
¶Ibidem.
Rides? maiore cachinno

Concutitur. flet si lachrymas cõspexit amici:
Nec dolet. igniculum brumę si tempore poscas
Accipit Endromiden: si dixerit æstuo: sudat.

¶ Juuenalis satyra. iiij.

Nihil est quod credere de se.
Non possit quum laudatur dijs æqua potestas.

Persius ¶ Persius satyra. j.

Non si quid turbida roma
Eleuet accedas: examenq; improbu; in illa
Castiges trutina: nec te quæsiueris extra.

¶ Ibidem.

Sed recti finemq; extremũq; esse recuso.
Euge tuum & belle: nam belle hoc excute totũ:
Quid non intus habet?

¶ Ibidem.

Et verũ inquis? amo verũ mihi dicito de me.

¶ Ibidem.

O Jane a tergo quem nulla ciconia pinsit:
Nec manꝰ auriculas imitata est mobilis albas:
Nec lingue quantum sitiat canis apula tantum:
Uos o patricius sanguis: quos viuere fas est
Occipiti ceco: posticę occurrite sannæ.

¶ Adulterium
- Spirituale
  - Metaphoricum quod est quodlibet peccatum christiani: quoniam quelibet anima christiani est christo despõsata.
  - Abusus alicuius sanctimonialis qui est sacrilegium per modũ adulterij. b. Tho. secunda secundæ. q. cliiij. ar. x.
- Carnale.
  - Simplex. quum alter tantum est coniugatus.
  - Duplex. quum vterq; est coniugatus.

fornicat. luxuri. repu diuz. ex 4. se. lima. fe. 4. do. 2. xl.

Adulterium grece μοιχεία. ας. ἡ. mœchia: vnde & μοιχός. οῦ. ὁ. adulter est alieni thori violator: & dicitur adulterium quasi ad alienũ thorum accessio. xxxvj. q. j. lex illa. §. Quũ ergo. & xxxij. q. v. Non mœchaberis. *vider. coye / paral.*

Adulterium est illicitus concubitus coniugati vel cõiugatę. b. Tho. scda scdę. q. cliiij. ar. viij. *vival.*

coll. bi. fo. 46. c.

Adulterinę claues: et adulterinę litteræ quę vulgo falsę dicuntur: & alieno annullo signatę. & claues ad aliaꝝ similitudinẽ factę dicũtur.

Exodi. *6p. 4. nõ mechza.*

¶ Exodi capi. xx.

Non mœchaberis. ¶ Ibidem.
Non desiderabis vxorem proximi tui.

Leuitici ¶ Leuitici capi. xx.

vting. sablo. de. 3. xl.

Si mœchatus q̃s fuerit cũ vxore alteriꝰ & adulterij perpetrauerit cũ cõiuge ꝓximi sui: morte moriatur & mœchus & adultera. ¶ Ibidem.
Qui dormierit cum nouerca sua: & reuelauerit ignominiam patris sui: morte moriãtur ambo. Sanguis eoꝝ sit super eos. ¶ Ibidem.
Si quis dormierit cum nuru sua: vterq; moriatur: q2 scelus operati sunt. Sanguis eoꝝ sit super eos.

Deuteronomij ¶ Deuteronomij ca. v.

Neq; mœchaberis. ¶ Deutero. c. xxij.
Si dormierit vir cum vxore alterius: vterq; moriatur. s. adulter & adultera. ¶ Ibidem.
Si puellam virginem desponderit vir: & inuenerit eam aliquis in ciuitate & concubuerit cũ ea: educes vtrũq; ad portam ciuitatis illius: & lapidibus obruent: puella quia nõ clamauit quũ eẽt in ciuitate: vir quia humiliauit vxorẽ ꝓximi sui.

¶ Deuteronomij ca. xxvij.

Maledictus qui dormit cum vxore proximi sui: & dicet omnis populis. Amen.

Esdrę. ¶ Esdrę secundi ca. ix.

Discedite a gentibus terræ: & ab vxoribus alienigenis.

Sapientię ¶ Sapientia cap. iij.

Filij aũt adulterorum in consummatione erũt: & ab iniquo thoro semen exterminabitur. Et si q̃dem longę vitę erũt in nihilũ computabuntur: & sine honore erit nouissima senectus illorum.

¶ Ibidem. cap. iiij.

Multigena autem impioꝝ multitudo non erit vtilis: & spuria vitulamina non dabũt radices altas nec stabile firmamẽtũ collocabũt. & infra. Ex iniquis enim qui nascũtur testes sunt nequitię aduersus parentes in interrogatione sua.

Ecclesiastici. ¶ Ecclesiastici capitulo. xxiij.

Omnis homo qui transgreditur lectum suũ cõtemnens in animam suam: & dicens. Quis me videt? tenebrę circundant me: & parietes cooperiunt me: & nemo circumspicit me: quẽ vereor? De lictorum meorum non memorabitur altissimus. Et non intellexit quoniam omnia videt oculus illius: quoniam & pellit a se timorem dei hominis huiusmodi timor: & oculi hominũ timẽtes illum. Et non cognouit: qm̃ oculi domini multo plus lucidiores sunt super solẽ circunspiciẽtes oẽs vias hominum: & profundum abyssi: & hoĩm corda intuentes in abscõditas partes. Dño enim deo anteq̃ crearẽtur: oĩa sunt agnita: sic & post perfectũ respicit oĩa. ¶ Ecclesiastici ibidẽ.
Sic & mulier omnis relinquens virũ suum: & statuens hereditatem ex alieno matrimonio. Primo enim in lege altissimi incredibilis fuit: Et secundo virum suum dereliquit Tertio in adulterio fornicata est: & ex alio viro filios statuit sibi. Hec in ecclesiam adducetur: & in filios eius respicietur. Non tradent filij eius radices: & rami eius non dabunt fructum. Derelinquent in maledictum memoriam eius: & dedecus illius non delebitur. Et agnoscent qui derelicti sunt. Quoniam nihil melius ẽ q̃ timor dei & nihil dulcius q̃ respicere in mãdatis dñi. ¶ Eccli. c. xxv.
Ne respicias mulierem alieni viri: & ne scruteris ancillam eius: neq; steteris ad lectum eius.

Job. ¶ Job ca. xxiiij.

Oculus adulteri obseruat caliginem.

Mattheus ¶ Mattheus cap. v.

Audistis quia dictum est antiquis: non mœchaberis. Ego autem dico vobis. Quia omnis qui viderit mulierem ad concupiscendum eam: iam mœchatus est in corde suo.

Paulus ¶ Paulus ad Tessalonicenses primę ca. iiij.

Hec est enim voluntas dei sanctificatio vestra: vt abstineatis vos a fornicatione: vt sciat vnusquisq; vestrum vas suum possidere in sanctificatione & honore: non in passione desiderij: sicut

excepta fornicatione fo. iii. a. i. huius.

& gẽtes q̃ ignorãt deũ. ¶ Pau. ad Corint. j. c. vj. Fugite fornicationem. Qm̃ fornicatores & adulteros iudicabit deus.

August. ¶ Augustinus lib. de sermone dñi in monte: & habet. xxxij. q. vj. nihil.

Nihil iniquius est q̃ cã fornicationis dimittere vxorẽ si & ipse cõuincitur fornicari. Occurrit enĩ illud. In quo alteꝝ iudicas: teipsu; cõdẽnas: eadem enĩ agis q̃ tu iudicas. Quapropter q̃squis fornicatiõis causa vult abijcere vxorẽ suã prior debet esse a fornicatione purgatus & immunis qđ similiter etiã de fœmina. ¶ Ibidem.
Fieri potest vt vir dimittat vxorẽ causa fornicationis quã exceptã dñs esse voluit. Jã ṽo si nec illi nubere cõceditur viuo viro suo quo recessit: neq; huic alteram ducere viua vxore sua quã dimisit: multominus fas est illicita cũ quibuslibet stupra cõmittere. ¶ Augu. ibidẽ cap. dñs.
Dñs ad illud cõfirmandũ: vt nõ facile dimittat vxor solã fornicatiõis cãm excepit. Cæteras ṽo vniuersas & innumerabiles molestias: si que extiterit: iubet pro fide cõiugali: & pro castitate fortiter sustinere. Et mœchũ dixit etiã virũ qui eã duxerit quæ soluta est viro.

¶ Augu. de verbis dñi tractatu. xlviij. & habetur. xxxj. q. vj. Si ducturi.

Si ducturi estis vxores: seruate vos vxoribꝰ vr̃is. Quales vultis eas inuenire: tales & ipsę inueniãt vos. Quis vinẽs est q̃ nõ castã velit ducere vxorẽ: & si accepturus est virginẽ: quis nõ intactã desideret? Intactã queris: intactus esto: purã q̃ris: purꝰ esto. Nõ enĩ illa põt: & tu nõ potes.

¶ Augu. lib. de adulterinis cõiugijs: & habetur. xxxij. q. vj. indignantur.

Indignantur mariti si audiãt adulteros viros pẽdere similes adulteris fœminis pœnas: quũ tãto grauius eos puniri oportuerit quãto magis ad eos pertinet & virtute vincere & exemplo regere fœminas.

¶ August. lib. de adulterinis cõiugijs lib. j. & habetur. xxxij. q. vij. quemadmodũ.

Quẽadmodũ nõ recte dici põt: si nescit hõ non peccat. Sunt enĩ peccata ignorãtiũ: quis minora q̃ scientiũ. Ita etiã nõ recte dici põt: si causa fornicationis dimiserit vxorẽ vir: & aliã duxerit: nõ mœchatur. Est enĩ mœchatio & eorũ q̃ alias ducũt relictis propter fornicationẽ prioribus. Sed vtiq; minor q̃ eorũ qui nõ propter fornicationẽ dimittũt. Sunt enĩ in fornicatiõe gradus: vt sicut grauius peccat adulter q̃ fornicator: sic grauius delinquit qui nec sua dimissa aliã ducit eo qui suã dimittẽs aliam cognoscit. Grauius quoq; qui vxorem suam habens ad cõiugẽ proximi sui accedit: q̃ qui nõ habẽs vxorẽ thorũ alterius violat: vel vxoratus ad solutã accedens. Sed hos oẽs incestuosi transcendunt: quos vincunt contra naturã delinquẽtes.

¶ Ibidem & habetur ibidem.

Adulterij malũ vincit fornicationẽ: vincitur autem ab incestu. Peius est enim cum matre q̃ cũ aliena vxore concumbere. Sed omnium horu; est pessimum quod contra naturam fit: vt si vir membro mulieris non ad hoc cõcesso voluerit vti. Usus enim naturalis si vltra modum prolabitur in vxore: quidem veniale peccatum est: in meretrice damnabile. Sed istud quod cõtra naturam est execrabiliter fit in meretrice: sed execrabilius in vxore. Tantum enim valet ordinatio creatoris: & ordo creaturę vt in rebus ad vtẽdum cõcessis: etiam quum modus exceditur: lõge tolerabilius sit q̃ in eis quæ cõcessa nõ sunt vel vnus vel rarus excessus.

¶ Ibidẽ lib. ij. & habet. xxxiij. q. ij. Si quod.

Si quod verius dicitur nõ licet homini christiano adulteram coniugem occidere: sed tantũ dimittere. Quis enim est tam demẽs qui dicat ei fac quod non licet: vt liceat tibi quod non licet. Quum enim vtrunq; ſm legem Christi illicitũ sit siue adulteram occidere: siue alteram ducere ea viuẽte ab vtroq; est abstinẽdũ: non illicitum pro illicito faciendum. Si enim facturus es qđ non licet iam faciat adulterium: & non faciat homicidium: vt viuente vxore sua alteram ducat: & non humanũ sanguinem fundat. qđ si est vtrũq; nepharium non debet et alterũ per alterũ perpetrare sed vtrunq; vitare.

¶ Augusti. de adulterinis coniugijs lib. ij. & habet. xxxij. q. v. puto.

Puto christianum neminem reluctari illũ adulterum esse qui vel diu absente vel continenter viuere cupiente vxore sua alteri commixtus est fœminę. ¶ Augu. lib. de adulterinis cõiugijs: & habet. xxxij. q. ij. si tu.
Si tu abstines sine vxoris voluntate: tribuis ei fornicandi licentiam & peccatum illius tuę imputabitur abstinentiæ.

¶ Ibidẽ li. ij. & habet. xxxij. q. vij. licite.

Licite dimittitur vxor ob causam fornicationis sed manet vinculum prioris. Propter quod fit reus adulterij quicũq; duxerit dimissam ob causam fornicationis.

¶ Augustinus de bono coniugali: & habetur. xxxij. q. vj. interueniente.

Interueniẽte diuortio non aboletur cõfœderatio nuptialis: ita vt sibi coniuges sint etiam separati. Cum illis etiam committitur adulteriũ quibus etiam fuerint post suum repudium copulati. ¶ Augu. ibidem: & habet. xxxj. q. j. capi. deniq;. §. posse sane.
Posse sane fieri illicitas nuptias ex personis illicite coniunctis honesto placito subsequente manifestum est.

¶ Augu. ad valeriũ de nuptijs & concupiscentia: & habetur ibidem.

Deniq; mortuo eo tum quo fuit verum connubiu; fieri põt cõiugiũ cũ qua ꝑcessit adulteriũ.

¶ Augu. lib. de fide & operibus: & habetur. xxxiij. q. ij. si virgo.

Si virgo nupserit nesciẽs viro alieno: hoc si semper nesciat: nunq̃ ex hoc adultera erit: si autem sciat: iã ex hoc adultera eẽ incipit: ex quo sciẽs cum alieno cubauerit: sicut in iure prædiorũ tã diu quisq; bonę fidei possessor rectissime dicit q̃ diu se possidere ignorat alienũ quum ṽo scierit nec ab aliena possessione recesserit: tunc malę fidei ꝓhibetur: tunc iuste iniustus vocabitur.

¶ Augustinus super epistolã pauli

ad Corinthios & habetur.xxxij.q.vij.
Apostolus dicit:his qui sunt in coniugio præcipio non ego:sed dñs : vxorem a viro suo nõ discedere:quod si discesserit manere innuptã:aut reconciliari viro suo:potest enim fieri:vt discedat ea causa qua dominus permisit. At si fœminæ licet virũ suum dimittere propter fornicationis causam: quid respõdebimus: de hoc qđ dicit posterius:& vir vxorẽ suã nõ dimittat: quare nõ addit excepta causa fornicationis:quod dñs pmittit:nisi ꝙ similem formã vult intelligi: vt si dimiserit ꝙ causa fornicationis pmittitur: maneat sine vxore:aut reconcilieť vxori.& post pauca. Dñs permisit causa fornicationis vxorẽ dimittere:sed qꝛ permisit non iussit.

¶Augu de.x.chordis:& habetur.xxxij.q.vj.non mœchaberis.
Non mœchaberis:id est non ibis ad aliquã aliã præter vxorem tuam:tu aũt exigis hoc ab vxore:& non vis hoc reddere vxori:& quũ debeas in virtute præcedere vxorem tuã quoniã castitas virtus est:& tu sub vno impetu libidinis cadis & vis vxorẽ tuã victricẽ esse: & tu victus iaces:& quũ tu caput vxoris sis:præcedit te ad deũ cuius caput es:vis tuã domũ capite deorsum pendere: caput enim mulieris vir est : vbi aũt melius viuit mulier ꝙ vir: capite deorsum pendet domus:si caput est vir:melius debet viuere ꝙ mulier:& præcedere in omnibus bonis factis vxorem suã. ¶Augu.de bo.cõiuga.et habetur.xxxij.q.iiij.sicut.
Sicut satius est fame mori : ꝙ idolaticis vesci: ita satius est defungi sine liberis : ꝙ ex illicito concubitu stirpem quærere.

Hieroñ. ¶Hieronymus ad Damascũ præsbyterum: & habeť.xxxij.q.vij.omnes causatiões.
Omnes causationes apostolus amputãs aptissime diffiniuit viuente viro esse adulterã mulierem si alteri nupserit. Nolo mihi proferas raptoris violentiam matris:patrationem patris: authoritatem propinquorum:quateruam seruorum: insidias parentum: damna rei familiaris. ꝙdiu viuit vir licet adulter sit:licet sodomita:licet flagitijs omnibus coopertus:& ab vxore propter hæc scelera derelictus: maritus tamen est reputandus eius: scꝫ cui alterum virum accipere non licet. Non hæc apostolus propria authoritate decernit:sed Christo in se loquente christi verba secutus est : qui ait in euangelio. Qui dimittit vxorẽ suã excepta cã fornicatiõis facit eam mœchari. Et q̃ dimissã accepit adulter ẽ.

¶Hieronymus contra Iouinianum : & habetur.xxxij.q.iiij.origo quidem.
Origo quidem amoris honesta erat: sed magnitudo deformis. Nihil autem interest ex qua honesta causa quis insaniat. Vnde & Sextus Pythagoricus ait in sententijs. Adulter est inquit in suam vxorem ardentior amator. In aliena q̃ppe vxore omnis amator turpis est:in sua nimius. Sapiens iudicio debet amare coniugem:nõ affectu. Nõ regnet in eo voluptatis impetus. Nec præceps feratur ad coitum. Nihil est fœdius ꝙ vxorẽ amare quasi adulteram. Certe qui dicũt se causa reip. & generis humani vxoribus coniungi: & filios procreare:imitentur saltem pecudes:& postꝙ venter vxoris intumuerit: non perdant filios:nec amatores se vxoribus præbeãt: sed maritos.

Ambro. ¶Ambrosius lib.de patriarchis: & habetur.xxxij.q.v. ca. nemo sibi.
Nemo sibi blãdiatur de legibus hominum. Omne stuprum adulterium est. Nec viro licet quod mulieri non licet. Eadem a viro que ab vxore debetur castimonia. Quicquid in ea quę nõ sit legitima vxor cõmissum fuerit adulterij crimine damnatur.

¶Ambrosius ibidem:& habeť ibidẽ capitu.nemo.§.nulli licet.
Nulli licet scire mulierẽ præter vxorem. Ideoqꝫ coniugij datum est tibi ius:ne in laqueum incidas & cum muliere aliena delinquas. Tolerabilior est si lateat culpa:ꝙ si culpæ vsurpeť authoritas.

¶Ibidem habetur.c.dixit sara.
Dixit sara ad abrahã. Ecce conclusit me dominus vt non pariam. Intra ergo ad ancillã meã: vt filiũ facias ex ea. Et ita factũ est. Sed considera primum ꝙ Abraham ante legem Moysi & ante euangelium fuit. Nundum ergo interdictũ adulterium videbatur. Pœna criminis ex tempore legis est:quæ crimen inhibuit:nec ante legẽ vlla est rei damnatio: sed ex lege: nõ ergo in legem cõmisit abraham: sed legem præuenit. Deus autem in paradiso coniugiũ laudauerat: nõ adulteriũ damnauerat. Habes primam abrahæ defensionem. Secunda illa est ꝙ nõ ardore aliquo vagæ succensus libidinis nõ petulantis formæ captus decore ancillæ contubernio coniugalem posthabuit thorum:sed studio quærendæ posteritatis & propagandæ sobolis.

¶Ambrosius:& habetur.xxxij.q.iiij.capitu. obijciuntur.
Obijciuntur Iacob quattuor vxores:quod quãdo mos erat:crimen non erat: sicut patriarchæ coniugibus excipientibus semẽ suum immiscebãtur:nõ concupiscentia perficiendę voluptatis: sed prouidentia propagandæ successionis. Sic apostoli auditoribus admirantibus doctrinã suã condelectabantur nõ auiditate consequendæ laudis: sed charitate seminandæ veritatis.

Grego. ¶Gregori': & habetur.xxxij.q.j.cap.apud.§.ꝙ si.
Qui si ĩ adulterio pseuerare elegerit : patronus turpitudinis & lenocinij reus maritus habebiť: nisi eam adulterij ream facere voluerit.

Ioãnes chrysost. ¶Ioãnes chrysostom': & habeť. xxxij.q.j.capitu.si quis.
Si quis vxorem suam inuenerit adulteram: et postea deinceps placuerit habere eam in matrimonio duobus annis pœniteat. Ideo quia cum adultera mixtus sit quæ adhuc crimine suo non est purgata:aut abstrahat se a matrimonio ei' donec expleatur satisfactio criminis pœnitentiæ suæ. Ideo quia post satisfactionem pœnitentie non meretur vocari adultera. Similiter si virum suum vxor inuenerit adulterum nõ ad imparia iudicantur.

Isidorus ¶Isidorus super illud Matth.xix.
Quos deus coniunxit.
Quos deus coniunxit homo non separet.subaudi violenter:sine lege: absqꝫ ratiõe. Non enĩ homo separat quos pœna damnat: quos reatus accusat:quos maleficium coarctat.
¶Isidorus in epistola clementorum.
Quid in omnibus peccatis est adulterio grauius? Secundum namqꝫ in pœnis obtinet locum:quem quidem primum illi habent qui aberrant a deo & si sobrie vixerint.

Innocẽ. ¶Innocentius papa: et habetur.xxxij.questione.v.Christiana.
Christiana religio adulterium in vtroqꝫ sexu pari ratione condemnat. Sed viros suos mulieres non facile de adulterio accusant: et non habent latentia peccata vindictam. Viri autem liberius vxores adulteras apud sacerdotes deferre consueuerunt. Et ideo mulieribus prodito crimine earum cõmunio denegatur. Virorũ autem latente commisso:non facile quisꝙ ex suspicionibus abstinet.qui vtiqꝫ summouebitur: si eius flagitium detegatur. Quum enim par causa sit: interdum probatione cessante vindictæ ratio conquiescit.

Seneca. ¶Seneca in Agamennone.
Vltimum malum est. Palam mariti possidens pellex domum.
Aristo. ¶Aristo.lib. œconomicorũ.
Non debet homo sanæ mentis vbiqꝫ & ad quancũqꝫ mulierẽ mittere semen suum. ¶Ibidem.
Vir non debet iniuriari fœminæ: ne fœmina iniurietur sibi. ¶Ibidem.
Iniuriari fœminę est coire cum extranea muliere & econuerso. ¶Ibidem.
Maximus honor est sobriæ mulieri:si videt sibi virum castitatem seruare: & de nulla alia muliere curare:sed pre omnibus propriam fidelẽ æstimare. ¶Ibidem.
Si mulier cognouerit sibi iustum & fidelem virum & ipsa etiam iusta & fidelis erit.
¶Aristo.lib.ij.politicorum.
Bonum opus est ab aliena muliere abstinere propter temperantiam.

Plutar. ¶Plutarchus in Apophthegmatibus.
In multam vero noctem quum ad Alexandrũ puella quo vna quiesceret adducta foret interrogauit:quid tam sero? Illa autem respondente:expectaui enim quo vir cubaret: grauiter in seruos animaduertit. Quoniam quantũ in illis fuerat adulterium perpetrasset.

Valeri' maxi. ¶Valerius maximus lib.ij.
Nulli enim tunc subsessorum alienorum matrimoniorum oculi metuebantur. Sed pariter et videre sancte: & aspici mutuo pudore custodiebantur.

Plautus ¶Plautus in Cistellaria.
Matronæ magis conducibile est istud: vnum amare et cum eo ætatem exigere cui nupta semel est. Verum enim meretrix fortunati est oppidi simillima:non potest suam rem obtinere si ne multis viris. ¶Plautus in Stycho.
Bonas mulieres æquũ est facere: vt absentes viros perinde habeant quasi pręsentes sint.

¶Ouidius in epl'a Phedræ ad Hippolytũ. **Ouidi'**
Peius adulterio turpis adulter obest.
¶Ouidius li.iij.artis.
Nupta virum timeat.rata sit custodia nuptæ:
Hoc decet: hoc leges iusqꝫ pudorqꝫ iubent.
¶Ouidius lib.ij. Tristium.
Sed neqꝫ me nuptæ didicerũt furta magistro.

¶Martialis epigrãmatũ lib.ij.ad Gallum. **Martia.**
Subdola famosæ moneo fuge rhætia mœche.
Læuior o cunchis Galle Cytheriacis.
¶Idem lib.vj.de Telasina.
Quæ nubit totiẽs:non nubit:adultera lege est.

¶Horatius carminũ lib.iij.ode.vj.
Fœcunda culpæ sæcula:nuptias
Primum inquinauere:& genus:et domos.
Hoc fonte deriuata clades.
In patriam populumqꝫ fluxit.

Horati'. ¶Horatius sermonũ lib.j.satyra scđa.
Audire est operepręciũ: pcedere recte.
Qui mœchis non vultis:vt omĩ parte laborẽt.
Atqꝫ illis multo corrupta dolore voluptas:
Atqꝫ hæc rara cadat dura inter sæpe picla.
Hic se pręcipitẽ tecto dedit. Ille flagellis
Ad mortem cæsus. Fugiens hic decidit acrem.
Prædonũ in turbã. Dedit hic p corpe nũmos.
Hunc perminxerunt calones. Quinetiã illud
Accidit:vt quidam testes caudãqꝫ salacem.
Demeteret ferro.
¶Idem sermonum lib.j.satyra secũda.
Desine matronas sectarier: vnde laboris
Plus haurire mali est: ꝙ ex re decerpere fructus. ¶Ibidem.
Discincta tunica fugiendũ est:ac pede nudo:
Ne nũmi pereant:aut pyga:aut deniqꝫ fama:
Deprehendi miserum est.

Iuuena. ¶Iuuenalis satyra prima.
Quem patiť dormire nurus corruptor auaræ?
Quem sponsæ turpes:& prætextat' adulter.
¶Iuuenalis satyra.vj.
Antiquũ & vetus est alienũ posthumæ lectum
Concutere:atqꝫ sacri genium contẽnere fulcri.
Omne aliud crimen mox ferrea protulit ætas.
Viderunt primos argentea sæcula mœchos.
¶Iuuenalis satyra.xj.
Alea turpis
Turpe & adulteriũ mediocrib':hęc eadem illi.
Omnia quum faciant hilares nitidiqꝫ vocãtur.

Tibullus ¶Tibullus lib.iij.epistola tertia.
Ah pereat didicit fallere si qua virum.

Homer' ¶Homerus lib.xxij.Iliados.
Coniunx erepta marito
Tanti causa mali:& belli reddatur origo
Tyndaris:& quicq̃d cũ pellice vexit adulter.

Aduocat' gre. παράκλητος. aut. d. paracletos. Nã παρακαλέω ad uoco: ille est q̃ in iudicio:ei q̃ iurisdictiõi pręest: desideriũ suum vel amici exponit:vel alteri' desiderio cõtradicit. Aduocat' a Patrono sic differt ꝙ aduocat' generalius nomen est. Siquidẽ quicunqꝫ adest alteri officij gratia aduocatus appellať: etiaꝫ si nihil dicat agatqꝫ modo sit paratus defendere. Patron' autẽ pro

prie qui agit causam: sed accusati: non accusantis. cave. ¶ Deuteronomij capi. xxvij. parall.
Deuteronomij. Maledictus qui peruenit iudicium aduene pupilli et viduae. Et dicet omnis populus amen.
Esaias. ¶ Esaias capitulo. v.
Uaeh qui iustificatis impium pro muneribus: et iustitiam iusti aufertis ab eo.
August. ¶ Augustinus ad macedonium: et habetur xiiij. q. v. ca. Non sane. §. Non ideo.
Non ideo debet iudex vendere iustum iudicium: aut testis verum testimonium: quia vendit aduocatus iustum patrocinium: aut iurisperitus verum consilium. Illi enim inter vtranque partem ad examen adhibentur: isti ex vna consistunt.
¶ Augustinus epistola. xxxvj.
Si iustitia sincerius consulatur: iuste dicitur aduocato: redde quod accepisti: quando contra veritatem fecisti: iniquitati astitisti: iudicium fefellisti: causam iustam oppressisti: de falsitate vicisti.
¶ Augustinus epistola. xxxvj.
Quis tandem aduocatus facile reperitur qui dicat suscepto suo: recipe quod mihi: quum male adessem: dedisti: et redde aduersario tuo quod me inique agente abstulisti. Nisi forte restituendum est alienum quod furtim clanculo aufertur et restituendum non est: quod in ipso foro vbi peccata puniuntur: decepto iudice: et circumuentis
Grego. legibus obtinetur. ¶ Grego. super Ezechielem.
Iustus aduocatus a nullo iniustas causas accipit: nec verba dare pro iustitia consistit.
Isidor⁹. ¶ Isidorus lib. iij. de summo bono.
Antiqui forensem eloquentiam caninam facundiam nuncupabant: eo quod causidici in certaminibus causarum omissis quae agunt veluti canes alterutrum lacerant.
Bernardus. ¶ Bernardus ad Eugenium lib. j. capi. ix.
Miror namque quomodo religiosae aures tue audire sustinent huiusmodi disputationes aduocatorum et pugnas verborum: que magis ad subuersionem quam ad inuentionem proficiunt veritatis. Nihil enim ita absque labore manifestam facit veritatem: sicut breuis et pura narratio: praescinde ergo linguas vaniloquas: et labia dolosa claude. Hi sunt qui docuerunt linguas suas loqui
pompa astutia & pprietates. 8 mendacium: diserti aduersus iustitiam: eruditi pro falsitate: sapientes sunt vt faciant malum: eloquentes vt impugnent verum.
Cassio. ¶ Cassiodorus super psalmum. lxxiij.
8 Hi sunt qui negant ciuitatibus inducias: mercatoribus nundinas: emptoribus mensuras: reuerentiam clericis: originem nobilibus: locum prioribus: cunctis iura distinctis priuilegia: quibus nullum genus hominum: ordinum: temporum cordi est. ¶ Ibidem.
8 Hi sunt in conuiuijs scurre: in exactionibus harpyiae: in collocutionibus bestie: in questionibus statuae: ad intelligendum saxei: ad iudicandum lignei: ad ignoscendum ferrei: ad amicitias pardi: ad facetias vrsi: ad fallendum vulpes: ad superbiendum tauri: et ad consumendum minotauri. ¶ Ibidem.
Hi sunt quorum si nares afflauerit cuiuscumque rubiginosi aura marsupij confestim videbis illic oculos Argi: et manus Briarei: et Spingarum vngues cum eo: et periuria laomedontis: et Ulyssis argutias: et Simonis fallacias: et fidem Polymestoris: et pietatem Pygmalionis adhiberi. ¶ Ibidem.
Quomodo inter armatos: argutos: tumultuosos: virtute numero contubernio: poterit ex aequo et bono solui inermis: abiectus: peregrinus: pauper: audiri: vbi est gurges de sutoribus fabularum: de concinatoribus carminum: de publicatoribus sinistrarum opinionum: qui quum non habeant opera pro pomis: spargunt verba pro folijs: et quum non adsit medulla sensuum: abundat spuma verborum. ¶ Ibidem. potest & pmt pau
Apud causidicos: etiam ipsum silentium venale est: ac lingua eorum damnifica nisi funibus argenteis ligatur.
¶ Alanus de conquestione naturae. Alanus
Si quis armatur pecunia: tanquam loricis argenteis: torrentis impetum Tulliani. Fulgur incursus hectorei. Robur virtutis herculeae: versipelles vlyssis vilipendit astutias. In tantum enim habendi fames incanduit: vt Dyalecticae muta sit subtilitas. Rhetorice languescat ciuilitas: vbi nummorum perorat pluralitas. ¶ Ibidem.
Si in aurem iudicis vel aduocati susurret pecunia: orphei lyra: carmen amphionis: musa Uergilij: voce pecunie suffocatur. Quid plura: vbi nummus loquitur: tulliani eloquij tuba raucescit. Ubi nummus militat Hectoreae militiae fulgura compescuntur: vbi pugnat pecunia: virtus expugnatur Herculea. Nummus vincit: nummus regnat: nummus imperat vniuersis.
Origenes. ¶ Origenes super illud Exodi. viij. Percutiam omnes terminos tuos ranis.
Ranae significant clamosas aduocatorum allegationes: que inani et inflata modulatione velut ranarum sonis et cantibus immundae deceptionis fabulas intulerunt. Ad nihil enim aliud vtiles nisi quod sonum vocis improbis et importunis clamoribus reddunt.
Innoce. ¶ Innocenti⁹ de vilitate et condi. humanae.
Sepe causas tantum differunt: quod litigantibus plusquam totum auferunt: quia maior est expensarum sumptus: quam sententiae fructus. Nec terminantur negocia pauperum coepta. quousque eorum marsupia sint euacuata. Quum tamen scriptum sit: gratis accepistis: gratis date: ipsi vero nec gratiam gratis dant: nec iustitiam iuste reddunt. Lucrum in arca: damnum in conscia. Sed quid prodest homini si totum mundum lucretur: animae vero suae detrimentum patiatur?
Sidoni⁹. ¶ Sidonius in epistola de iudicibus.
Hi sunt qui causas protendunt adhibiti: impediunt pretermissi: fastidiunt admoniti: obliuiscuntur locupletati. hi sunt qui emunt lites: vendunt intercessiones: deputant arbitros: iudicanda dicant: dictata conuellunt: attrahunt litigaturos: protrahunt audiendos: retrahunt transigentes. ¶ Cicero in prologo rhetoricorum.
Cicero. Postquam comoditas quaedam prauavirtutis imitatrix sine rationabili officio dicendi copiam consecuta est: tunc ingenio freta malitia peruertere

vrbes ac vitas hominum labefactare consueuit.
¶ Cicero lib. de oratore.
Sepissime vidi in causis aliquid mali facere homines minime malos. ¶ Ouidi⁹ li. j. amorum.
Turpe reos empta miseros defendere lingua:
Ouidi⁹. Quod faciat magnas turpe tribunal opes.
¶ Ouidius epistola Acontij ad Cydippen.
Et mea quum sit.
Optima: non vllo causa tuente perit.
¶ Aedificatio. g. οἰκοδομή. ῆσ. ἡ. oecodomi et οἰκοδομικός. οῦ. ὁ. oecodomicos architect⁹: et οἰκοδόμημα ατοσ. τὸ. aedificium quod ex aedes et facio componitur. Dicitur autem edificium omnis constructio vtputa quadrigarum: currus: portus: pontis: nauium: et aliorum huiusmodi. Aedificij quoque appellatione non solum superficiem significari: sed solum quoque ipsum: cui edificium superpositum est Ulpianus putat.
¶ Aegritudo. g. ἀρρωστία ασ. ἡ. arrostia hinc ἄρρωστοσ ου. ὁ. arrostos aegrot⁹ dicitur: est opinio magni mali presentis: cui subijciuntur: inuidentia: obtrectatio: aemulatio: misericordia: angor: luct⁹: moeror: erumna: dolor: lamentatio: sollicitudo: molestia: afflictatio: desperatio: etc. secundum Ciceronem lib. tusc. quest.
¶ Aemulatio. g. ζῆλοσ ου. ὁ. zilos: et ζηλόω. ziloo aemulor: est dolor quidam quoniam bona et honorabilia quae ipse quoque assequi posset non similibus adesse videantur: non quoniam alijs sunt: sed quoniam non ipsi quoque secundum Aristotelem libro secundo Rhetoricorum.
Aemulatio dicitur dupliciter secundum Ciceronem in Rhetoricis: est enim hoc nomen et in laude: et in vitio. Nam imitatio virtutis aemulatio dicitur et tunc laudis est. Item aemulatio aegritudo si eo quod quis concupierit alius patiatur. ¶ Hesiodus. Hesiod⁹.
ζηλοῖ δέ τε γείτονα γείτων. hoc est.
Aemulatur autem vicinus vicinum.

Aequalitas duplex scilicet:
- Quantitatis quae requiritur in iustitia comutatiua vt quisque tantum accipiat quantum debet et econuerso.
- Proportionis quae requiritur in iustitia distributiua et in merito respectu praemij ex. b. Tho. iiij. sen. di. xlvj. q. j. ar. j.

Equalis. g. ἴσοσ ου. ὁ. et ἐπίσοσ ου. ὁ. isos et episos dicitur. Et est medium inter defectum et excessum secundum Arist. lib. ij. aethicorum.
¶ Aequalitas. g. ἰσότης ητοσ. ἡ. isotis dicitur. Et est proportio habentium vnam quantitatem secundum b. Tho. j. sen. d. xix. q. j.
Phocylides. ¶ Phocylides.
μοῖραν πᾶσι νέμειν· ἰσότης δ' ἐν πᾶσιν ἀρίστη. hoc est.
Partem omnibus tribue. Aequalitas sane in omnibus optima.
Aequanimitas. gre. ἰσοθυμία. ασ. ἡ. isothymia dicitur: et est animi aequitas atque sedatio: vnde aequanimis vir equi et sedati animi.
¶ Aequanimitas in tolerandis tribulationibus est patientia proprie dicta ex. b. Tho. super epi sto. Ro. lec. v. co. iij.

Aequitas secundum Cypria. q. g. ἐπιείκεια dicitur: fuat in:
- Legum congrua ad op⁹ applicatione: vt. s. poti⁹ legislatoris intentio seruetur quam ei⁹ verba. vnde Greg. et habetur. xxij. q. v. Humane verba deseruire intentioni debent non intentio verbis.
- Rerum iusta et debita comutatione. Leuitici. xix. Statera iuxta et aequa sint pondera.
- Bonorum proportionata participatione: vt in omni collegio equitas seruetur in laborib⁹ et emolumentis pro officiorum proportionata conditione. ex Archiepo Floren. iiij.

phare 4 39 ¶ Aequitas gre. εὐθύτης. ητοσ. ἡ. et ἴσοσ. equus dicitur: et est iustitia dulcore misericordie temperata.
Aequitas est pars iustitie et continetur sub ἐπιείκεια episcia secundum. b. Tho. secunde secunde. q. lxxx.
¶ Aequiuocum grece: ὁμώνυμον. ου. τὸ homonymon est cuius nomen tantum comune est: sed substantiae ratio diuersa: vt canis nepos: secundum Aristo. lib. predicamentorum in principio.
¶ Aequus. g. ἐπιεικής έοσ. ὁ. ἡ. epijces dicitur: et est aequum quod praeter legem scriptam iustum est: secundum Aristo. lib. ij. Rheto.
Aequus vir: est qui exacte amplectitur ius in peiorem partem: sed de suis comodis detrahi patitur: et si lege se tueri possit. et hic habitus et hec bonitas et aequitas graece ἐπιείκεια: episcia dicitur: nec aliud est quam iustitia quaedam secundum Aristo. lib. v. Aethicorum.
Aequus ab aqua deducitur: quia summa est aquae aequalitas dum quiescit: ita vt imaginem tanquam speculum reddat. Significatque equus planum proprie: et per metaphoram ponitur pro iusto quia nullam in partem inclinat. Unde aequitas dicta et aequalis.
¶ Aer grece: ἀήρ. έροσ. ὁ. Estque vnum quattuor elementorum tenuissimum: humidum: et calidum igne quidem grauius: terra autem et aquis leuius: respirationis et vocis causa: incoloratum scilicet ex natura colorem non habens: lucidum et transparabile: luminis enim est susceptiuum et tribus sensibus nostris ministrans. Per id enim videmus: audimus et olfacimus. Susceptiuum fomitis et frigiditatis: siccitatis et humiditatis: cuius omnes qui secundum locum sunt motus scilicet Sursum: deorsum: intra: extra: dextrorsum: sinistrorsum: et circularis motus: ex se non habens lumen: sed a sole et luna et stellis et igne illuminatus.
¶ Aestimatio grece λογισμόσ. οῦ. ὁ. λογίζομαι estimo et cogito dicitur: ab estimo venit quod significat appretio quasi ere taxo et quoniam estimatio sine speciali consideratione fieri non potest: aestimare quoque pro considerare ponitur. Ouidius. Haec quicunque leget. Si quis leget: estimet ante. Aestimare autem putare et iudicare est. Prius enim rem estimamus hoc est consideram⁹. Deinde existimam⁹ hoc est iudicamus.

Ab æstimo fit æstimatiua vis quę est potentia apprehensiua conuenientis & nociui. Ideo comparatur ad appetitum sensitiuum: sicut intellectus practicus ad voluntatē. b. Tho. prima parte. q. lxxviij. ar. iiij.

Aestimatiua vis ſm Auicennam est virtus apprehendens intentiones sensibiliū: sicut est in oue diiudicante ꝙ est a lupo fugiendum.

Aestimatiuæ sedes ſm b. Tho. & Auerroym est in brutis posterior pars capitis: in hoībus media cellula cerebri: vel in summo eius: que dicitur syllogistica. Secundum vero Auicēnam est summum concauitatis mediæ cerebri. De qua vide in arbore animæ. Ab æstimo venit existimo diphthongo in i longam conuersa: quasi ex æstimatione statuo atqꝫ decerno. Inde existimatio quod fere semper passiue sumitur: vt vir magnæ existimationis. i. de quo homines bene sentiunt: & quem magnum futurū oēs arbitrantur.

¶ Aetas græce ἡλικία. ας. ἡ. ilicia dicitur: quasi æuitas. Aetates ab antiquis varie distinguebantur. Seruius Tul. rex Romanorum eos pueros appellauit qui essent infra decimumseptimum annum. Indeqꝫ ad quadragesimūsextum iuniores dixit: quos bello idoneos elegit: supra vero sextum et quadragesimum annum seniores nominauit. Varro autem diuisit ætatem in infantiam: adolescentiam: iuuentam et senectam: quarum singulæ trifariam diuiduntur: vt prima pars viridis: secunda adulta: vltima preceps dicatur. Vergi. Iam senior: sed cruda deo viridisqꝫ senectus.

¶ Aeternitas græce αἰωνία. ας. ἡ. Eonia et αἰώνιος. ου. ὁ. eonios æternus: est interminabilis vitæ simul tota & perfecta possessio ſm Boetium lib. v. de conso. Diciturqꝫ quasi æuiternitas. Et sempiternus quasi semper ęternus. Differunt autem æternum et perpetuum: ꝙ æternum est quod sine principio est & sine fine vt deus. Perpetuum autem quod habuit principium: sed finem non est habiturum vt anima.

¶ Aeuum græce αἰὼν. ῶνος. ὁ. ęon dicitur: & est mensura habētium principium & finem ſm Alber. ma. super libros physicorum.

¶ Affabilitas græce εὐπροσηγορία. ας. ἡ. εὐπροσήγορος. ου. ὁ. affabilis dicitur: est virtus qua homo se habet ad conuersationem in dictis et factis delectabiliter ad omnes non æqualiter cuius est principaliter conuiuentes delectare: sed quando oportet non veretur eos contristare: propter bonum promouendum: vel propter malum vitandum. Et est media inter adulationem et litigium. 2ª. 114.

Eccli. ¶ Ecclesiastici. iiij.

Congregationi pauperum affabilem te facito.

¶ Affectio græce διάθεσις. εως. ἡ. diathesis et διατίθημι diatithimi afficio dicitur: & est raptꝰ et abstractio animæ circa mores: ſm Aristo. lib. viij. politicorum. *paral.* — *phare. 4. de quatuor affectionibus. 40.*

Affectio est animi et corporis: ex tēpore: aliqua de causa mutatio: vt sunt gaudium: lætitia: misericordia: cupiditas: metꝰ: molestia: & alia que a nostris modo affectus: modo affectiones dicuntur græci πάθος: hoc est morbū vocant: hinc affectare quod est nimio affectu & anxie quærere. ¶ Vergilius. — Vergil.

Viamqꝫ affectat olympo.

¶ Ouidius lib. j. Metamorphoseos. — Ouidius

Affectasse ferunt regnum cœleste gigantes.

¶ Affinitas græce συγγένεια. ας. ἡ. syngenia: & συγγενής. έος. ὁ. ἡ. syngenis affinis dicitur: et est vinculum causatum ex carnis copula consanguineorū. hæc ex. b. Tho. iiij. sen. di. xlj. ar. j. — *consanguin.*

Affines sunt viri et vxoris cognati dicti ab eo quod duæ cognationes: quæ diuersæ inter se sunt per nuptias copulantur: et altera ad alterius cognationis finem accedit. Consanguinitas fit per carnis propagationem. Affinitas vero per coniūctionem ordinatam a deo. hęc ex b. Tho. vbi supra.

Affinitas causatur ex omni coitu naturali et illicito. ¶ Ibidem.

¶ Affirmatio grece κατάφασις. εως. ἡ. cataphasis dicitur: et est enunciatio alicuius de aliquo ſm Aristo. lib. j. perihermenias.

¶ Afflictio græce θλίψις. εως. ἡ. thlipsis et θλίβω. affligo dicitur: & est ægritudo cum vexatione cordis ſm Cicero. lib. tus. quæst.

¶ Agonia græce vocabulum ἀγωνία. ας. ἡ. est timor mali extrinseci cui resisti non potest propter improuisionē. b. Tho. j. scdæ. q. xlj. art. iiij.

¶ Agnati et cognati differunt: vt placet Paulo iurisconsulto vt genus et species. Nam omnis agnatus cognatus est: non autē omnis cognatus agnatus est. Alterum enim ciuile: alterum naturale nomen est. Cognationis origo: etiam per fœminas solas contingit. Agnationis autem ab vno patre per solos masculos contingit. ¶ Phocylides. — Phocyli.

συγγενέσι φιλότητα νέμοις ὁσίην θ᾽ ὁμόνοιαν.

Affinibus amicitiam tribue: sanctāqꝫ cōcordiā.

Agricultura græce γεωργία. ας. ἡ. et γεωργός. οῦ. ὁ. agricola dicitur: et est agrorū cultura. Inde agrestis græce: ἄγριος. ου. ὁ. et ἀγριότης. τητος. ἡ. rusticitas. Est autem agrestis qui vitam agit siluestrem. ¶ Exodi capi. xxij. — Exodi.

Si læserit quispiam agrum vel vineam: & dimiserit iumentū suum vt depascatur aliena: quicquid optimū habeat in agro suo vel in vinea pro damnatiōe restituet. ¶ Ibidem.

Si egressus ignis inuenerit spicas & comprehenderit aceruos frugum: siue stantes segetes in agris: reddet damnum qui ignem succenderit. ¶ Exodi capitu. xxiij.

Sex annis seminabis terram tuam et congregabis fruges eius. Anno autem septimo dimittes eam: & requiescere facies: vt comedant pauperes populi tui: et quicquid reliquum fuerit edant bestiæ agri: ita facies in vinea et oliueto tuo. ¶ Hieronymus ad Rusticum monachum: & habetur de con. di. v. Nunꝗ. — Hieronī.

Cur ī vsus tuos successura nō preparas: vel fiscellā texe iūco: vel canistrū lētis plecte viminibus: seraꝫ humꝰ: areolæ æquo limite diuidanꝫ:

In quibus cū olerū iactata fuerint semina: vel plantæ: p ordinē positæ: aquę ducātur irriguæ: hic pulcherrimorū versuū spectator assistas.

Ecce supercilio cliuosi tramitis vndam
Elicit: illa cadens raucum per læuia murmur.
Saxa ciet: scatebrisqꝫ arentia tēperat arua.
Inserantur fructuosæ arbores: vt paruo post tpe laboris tui dulcia poma decerpas.

¶ Aristoteles lib. j. politicorū. — Aristot.

Bos pauperibus est p seruo.

¶ Idem lib. vj. politicorū.

Agricolę magis appetunt lucrum ꝙ honorem. Et ideo delectabilius est ipsis laborare ꝙ principari. ¶ Ibidem.

Agricolæ qui non habent necessaria circa opera morantur: & aliena non concupiscunt.

¶ Cice. officiorū lib. j. — Cicero

Omniū autem rerū ex quibus aliquid acquiritur nihil est agricultura melius: nihil vberius: nihil dulcius: nihil libero hoīe dignius.

¶ Idem lib. de senectute.

Venio nunc ad voluptates agricolarū: quibus ego incredibiliter delector: que nec vlla impediuntur senectute: & mihi ad sapientis vitā proxime videtur accedere. Habent enim rationē cū terra: que nunꝗ recusat imperiū: nec vnꝗ sine vsura reddit qd accepit: sed alias minore: plerūqꝫ maiore fœnore. ¶ Ibidem.

Ergo in hac vita Marcus Curius quū de samnitibus triumphasset: & de Pyrrho: consumpsit extremum tempus ætatis.

¶ Cicero de Senectute.

A villa in senatum accersebantur Curius & ceteri senes ex quo qui eos accersebant viatores nominati sunt. Num igitur senectꝰ miserabilis fuit qui se agricultione oblectabantur? Mea quidem sniā haud scio: an vlla beatior esse possit: neqꝫ solum officio ꝙ hominū generi vniuerso cultura agrorum est salutaris: sed oblectatiōe quā dixi: & saturitate copiaqꝫ omniū rerum que ad victum hoīm: & cultum etiam deorū pertinent.

¶ Cicero lib. de senectute.

Semper eīm boni assiduiqꝫ dñi referta cella vinaria: olearia: & penaria ē: villaqꝫ tota locuples est: abundat porco / hœdo / agno / gallina / lacte / caseo / melle. Iam hortum ipsi agricolæ succidiā alterā appellant. Tum conditiora facit hęc & supervacanei operis labor: aucupiū: atqꝫ venatio.

¶ Cicero ibidem.

Ergo bene culto nil potest esse: nec vsu vberius nec specie ornatius: ad quem fruendum nō mō non retardat: verumetiā inuitat atqꝫ allectat senectus. Vbi enī pōt illa ætas æque coalescere? vel apricatione melius vel igni? vel vicissim vmbris aquisve salubribus refrigerari?

¶ Valerius maximꝰ lib. iiij. tit. de paupertate. — Vale. maxi.

Illi etiam prediuites qui ab aratro accersebantur vt consules fierent: voluptatis causa sterile atqꝫ æstuosissimum pupiniæ solum versabant: delitiarūqꝫ ignari vastissimas glebas plurimo cum sudore dissipabant. Immo vero quos pericula reipu. imperatores asserebant: angustiare i familiaris (Quid cesso proprium nomen veritati reddere) bubulcos fieri cogebat.

¶ Ibidem.

Attiliū aūt qui ad eū accersendū a senatu missi erant: ad imperiū populi romani suscipiēdū semen aspergentē viderunt. Sed illę rustico opere attritæ manus salutē publicā stabilierunt: ingentes hostiū copias pessundederunt. Quæqꝫ modo arantiū boū iugū rexerāt: triūphalis currus habenas retinuerunt. Nec fuit iis rubor eburneo scipione deposito agrestē stiuā aratri repetere. Pōt pauperes cōsolari Attilius: sed multomagis docere locupletes: ꝙ non sit necessaria solidę laudis cupidini anxia diuitiarū cōparatio. ¶ Victruuius de Archit. li. ij. — Victruuius.

Etenī natus infans sine nutricis lacte non pōt ali: neqꝫ ad vitę crescentis gradus pduci. Sic ciuitas sine agris & eorū fructibus in mœnibus affluentibus non pōt crescere: nec sine abundātia cibi frequentiā habere: populūqꝫ sine copia tueri. ¶ Vergi. lib. j. Georgicorū. — Vergiliꝰ

Frigoribus parto agricolę plerunqꝫ fruuntur:
Mutuaqꝫ inter se læti conuiuia curant.
Inuitat genialis hiems curasqꝫ resoluit.

¶ Idem lib. ij. Georgicorum.

Nec vero terrę ferre omnes omnia possunt.
Fluminibus salices: crassisqꝫ paludibus alni:
Nascuntur steriles saxosis montibus orni:
Littora mirtetis lætissima. Deniqꝫ apertos
Bacchus amat colles: aquilonē & frigora taxi.

¶ Ibidem.

Primus humū fodito: primus deuecta cremato
Sarmenta. & vallos primus sub tecta referto.
Postremus metito. ¶ Idē lib. ij. Georgicorū.
O fortunatos nimiū: sua si bona norint:
Agricolas: quibus ipsa pcul discordibus armis
Fundit humo facilem victum iustissima tellus.

¶ Ibidem.

Fortunatus & ille deos qui nouit agrestes:
Panaqꝫ siluanumqꝫ senē: nymphasqꝫ sorores.

¶ Ibidem.

Interea pendent dulces circum vbera nati:
Casta pudicitiam seruat domus. Vbera vaccæ
Lactea demittunt: pinguesqꝫ in gramine læto
Inter se aduersis luctantur cornibus hœdi.

¶ Ouidius lib. j. de remedio amoris. — Ouidiꝰ

Rura quoqꝫ oblectant aīos studiūqꝫ colendi.
Quælibet huic curæ cedere cura potest.
Colla iube domitos oneri supponere tauros:
Sauciet vt duram vomer aduncus humū.
Obrue versata cerealia semina terra:
Quæ tibi cum multo fœnore reddat ager.
Aspice curuatos pomorū pondere ramos:
Vt sua quod peperit vix ferat arbor onus.
Aspice labentes iucundo murmure riuos:
Aspice tondentes fertile gramen oues.
Ecce petunt rupes: præruptaqꝫ saxa capellæ.
Vt referant hœdis vbera plena suis.
Pastor inæquali modulatur harundine carmē:
Nec desunt comites sedula turba canes.

¶ Horatius Epodon ode. ij. — Horatiꝰ

Beatus ille procul qui negocijs:
Vt prisca gens mortalium.

Paterna rura bobus exercet suis:
Solutus omni fœnore.
Neqz excitatur classico miles truci:
Neqz horret iratum mare.
Forumqz vitat: et superba ciuium
Potentiorum limina.

Horatius Sermonum lib. ij. satyra. vj.

O rus quando ego te aspiciam: quando qz licebit
Nunc veterum libris: nunc somno et inertibus horis
Ducere sollicitæ iucunda obliuia vitæ?
O quando faba Pythagore cognata: simulqz
Uncta satis pingui ponentur oscula lardo:
O noctes cœnæqz deum: quibus ipse meiqz.
Ante larem proprium vescor.

Horatius epistolarum lib. j. epla. x.

Nouisti ne locum potiorem rure beato?
Est vbi plus tepeant hyemes? vbi gratior aura
Leniat? et rabiem canis: et momenta leonis?
Cum semel accepit solem furibundus acutum
Est vbi diuellat somnos minus inuida cura?

Alacritas grece φαιδρότης. ητος. ἡ. phedrotis: et φαιδρός. οῦ. ὁ. phedros alacer dicitur: et est mutatio quedam vultus in aliquam spem gestientis: venitqz ab alacer quod quandoqz festinum significat: quasi alis acer. Terentius. Quid tu es tristis? quid ne es alacris? Nonnunquam lætum et velut in aliquam spem gestientem significat.

Alecto græce: ἀληκτώ. οος. ἡ. vna est trium furiarum infernarum quas Orpheus in Argonautica vnico versu comprehendit.
τισιφόνη τε καὶ ἀληκτὼ καὶ δία μέγαιρα facitqz genitiuo Alectus: et accusatiuo Alecto. Vergi. vij. Aenei. Luctificam Alecto.

Alienatio: græ. ἀλλοτρίωσις. εως. ἡ. allotriosis: et ἀλλοτριόω. alieno dicitur: et ἀλλότριος. ου. ὁ. alienus. Est autem alienum quod est extraneum et dissimile secundum. b. Tho. prima parte q. xxxj. ar. ij.

Alimentum græce τροφή. ῆς. ἡ. trophi: et τρέφω trepho alo dicitur: est quod preparat operationem nutritiue: secundum Aristo. li. ij. de anima.

Altare græce θυσιαστήριον. ου. τό. locus est in quo dijs sacrificia fiebant: Quod ita ab Ara interesse quidam putant: quod are superis et inferis dijs constituebantur: altaria vero dijs superis tantum. Altare ab altitudine dictum est: quoniam veteres dijs superis in edificijs a terra erectis sacrificabant. Dijs terrestribus in terra. Dijs inferis in effossa terra. Aræ vero dicte sunt quasi anse. Vasa enim erant que tripodes dicebantur. Propter quod Varro in libris diuinarum rerum scribit aras primo ansas dictas. quod esset necessarium a sacrificantibus eas teneri Quoniam ergo qui immolabant non tantum deos voce precabantur: sed etiam manibus aras apprehendebant: primo anse dictæ sunt: deinde are litterarum mutatione. Verg.

Verg.

Talibus orantem dictis: arasqz tenentem. Idem.
Tango aras mediosqz ignes: ac numina Testor.

Sunt qui velint aram esse vocabulum grecum: nam ἀρά. ῆς. ἀράω. ἡ. est oratio: imprecatio: votum: prex.

Alteratio græ. ἑτερώσις. εως. ἡ. heterosis dicitur: Et est mutatio in contraria secundum Aristo. lib. viij. physicorum.

Alteratio est mutatio alicuius subiecti secundum qualitates contrarias: vel medias: ipso subiecto manente eodem secundum Aristo. lib. de gene. et corrup.

Altercatio grece ἔρις. ιδος. ἡ. eris dicitur: et est idem quod obiurgatio. Ab altercor venit: quod est iurgor: quasi aduersam partem tueor.

Amaritudo gre. πικρία. ας. ἡ. picria: et πικρός. οῦ. ὁ. amarus dicitur. Et est effectus rancoris et filia acidie secundum. b. Tho. secunda secunde. q. xxxv. ar. iiij.

Ambages quod et ambago dici pot in vno significato græce περίοδος. ου. ἡ. periodos: et περιάγω circumago: est circuitus: vel dubia: seu perfusa locutio. Lucan.

Lucanus lib. j.

Multaqz tegens ambage canebat.

Ambitio græce. φιλοτιμία. ας. ἡ. philotimia: et φιλότιμος. ου. ὁ. ambitiosus dr: et est appetitus potentie secundum Alex. secunda secunde tractatu de ambitione. q. ij. Ambitio est dignitatis appetitus immoderatus ratione honoris secundum. b. Tho. secunda secunde. q. cxxxj. arti. ij.
Ambitio venit ab ambio: quod proprie significat circundo. Verg. vj. Aen. Que rapidus flammis ambit torrentibus amnis. Et per metaphoram aliquando ambire est blandiri et circumuenire Verg. Quo nunc reginam ambire furentem Audeat affatu. Et quoniam Romani dum honores et magistratus affectarent singulos solebant circuire: dextras prensare: rogareqz vt se suffragijs adiuuarent: factum est vt ambire capiatur pro eo quod est honores et magistratus querere. Dicimus autem ambitus et ambitio: sed hoc interesse videtur quod ambitio proprie est honorum et laudis immoderata cupiditas. Ambitus vero dicitur quum ad publicos honores et magistratus turpibus: ac inhonestis artibus: vtputa blanditijs: precibus: largitione contendimus: qualis est que nunc vulgo a Simone mago Simonia dicitur. Quecunqz autem ambitus facit: ambitio facere compellit.

Paulus ad Galatas ca. vj. Paul.

Non efficiamur inanis glorie cupidi: inuicem prouocantes: inuicem inuidentes.

Augustinus ad Eudoxium: et habet. Augu. xvj. q. j. Vos autem.

Si qua opera vestra mater ecclesia desiderauerit: nec elatione auida suscipiatis: nec blandiente desidia respuatis.

Augustinus in sermone de die consecrationis.

Laudari a male viuentibus nolo: et detestor: laudari autem a bene viuentibus: si dicam nolo: mentior. si dicam volo: timeo ne sim humanitatis plusquam soliditatis. Quid ergo dicam? nec plene volo nec nolo. Non plene volo ne in laude humana periclitер: nec plene nolo ne ingrati sint quibus predico.

Augusti. sup psal.

Non fere quisquam est qui careat amore dominandi/ et humanam non appetat gloriam.

Augustinus super psal.

Quotiens hominibus præesse desidero: totiens deo meo præire contendo.

Augu. de ciuita. dei lib. xiiij. ca. xj.

Diabolus ruit: quia elegit potius præesse quam subesse.

Hieron.

Hierony. et habet. viij. q. j. cap. illud.

Illud inferendum est aduersus eos qui de episcopatu intumescunt: et putant se non dispensationem christi sed imperium consecutos. Quia non statim omnibus his meliores sunt: quicunqz episcopi non fuerint ordinati: et ex eo quod epi electi sunt: se magis æstiment comprobatos. Si autem peccata filiorum ab episcopatu iustum prohibent: quanto magis se vnusquisqz considerans: et sciens quod potens potenter tormenta patietur: retrahit se ab hoc non tam honore quam onere: et aliorum locum qui magis digni sunt non ambit occupare.

Idem epistola ad Eustochium.

Nec satis religiosa velis videri: nec plus humilis quam necesse est. Negligentiam fugiendo queras: plures enim in hoc ipso cupiunt placere: quod placere contemnunt. Et mirum in modum laus dum vitatur appetitur.

Ambro.

Ambro. super Lucam lib. iij.

Erugo mentis est appetentia dignitatum: si in his suprema spes vitæ presentis locet. Resipiscat vnusquisqz a furore sæcularium dignitatum: et cupiditatum: quæ mentem animumqz perturbant vt compos sui esse possit.

Ambrosius super lucam lib. iij.

Hoc ipso est perniciosior ambitio: quod blanda est consolatricula dignitatum. Et sæpe quos vita nulla delectat: quos nulla potuit mouere luxuria: nulla auaricia subruere facit ambitio criminosos.

Ibidem.

Probe omnium criminum fontes hæc tria monstrantur esse genera vitiorum: scz gula: iactantia: et ambitio. Causæ autem cupiditatis sunt carnis delectatio: spes gule: et auiditas potentiæ.

Grego.

Gregorius in moralibus: et habetur viij. q. j. cap. sciendum. §. neqz.

Neqz enim se sub obedientia dirigit: qui ad percipienda huius vitæ prospera libidini proprie ambitionis seruit.

Gregorius in pastorali et in moralibus.

Locus regiminis quum regendus offertur: in se prius necesse est vt quisqz discutiat: si loco vita congruat. Si ab onere actio non dissentiat: ne iustus omnium rector eo post in tribulatione preces non audiat quod ipsa quoqz eius de quo tribulatio oritur exordia honoris ignorat.

Gregorius in pastorali.

Pensandum valde est: ad culmen regiminis quisqz qualiter veniat. Atqz ad hoc rite perueniens qualiter viuat: et bene viuens qualiter doceat: et recte docens infirmitatem suam quotidie cognoscat: ne aut humilitas accessum fugiat: aut peruentioni vita contradicat: aut vitam doctrina destituat: aut doctrinam præsumptio extollat: virtutibus pollens coactus ad regimen veniat. Virtutibus vacuus nec coactus accedat.

Gregorius in pastorali.

Locus regiminis desiderantibus negandus est: fugientibus offerendus.

Gregorius in registro.

Sicut is qui inuitatus renuit: quesitus refugit: sacris est altaribus admouendus. Sic qui vltro ambit: vel importune se ingerit: est proculdubio repellendus. Nam qui sic nititur ad altiora conscendere: quid agit? nisi vt crescendo decrescat: et ascendendo exterius interius in profunda descendat.

Ibidem.

Ordinate ad ordines accedendum est. Nam casum appetit qui ad summa loci fastigia postpositis gradibus per abrupta ascensum quærit.

Ibidem.

Quisqz sacerdotium non ad elationis culpam: sed ad vtilitatem adipisci desiderat: prius vires suas cum eo quidem subiturus onere metiatur vt et impar abstineat: et ad id cum metu cui sesuf ficere existimat accedat.

Gregorius super ezechielem.

Quanto quisqz hic altius erigitur: tanto curis grauioribus oneratur.

Gregorius mora. lib. xxxiij.

Manu humillimæ considerationis deprimendus est timor elationis.

Gregorius moralium lib. ij. ante finem sup illud Job. xxx. Eleuasti me valde: scio quod morti trades me.

Ad hoc solum fugitiuæ fœlicitatis aura subleuat: vt repente deterius in infimis sternat.

Gregorius mor. vltimo super illud Job xxxviij. Ecce gigantes gemunt sub aquis.

Quisquis altius erigitur ipsis populis mente et cogitatione supponitur quibus superponitur dignitate.

Jo. chrisosto. super mattheum home. xxv. Joannes chrysost.

Quicunqz desiderauerit primatum in terra: inueniet confusionem in cœlo. Nec inter seruos christi computabitur qui de primatu tractauerit.

Ibidem.

Opus quidem desiderare bonum: bonum est. Primatum autem honoris concupiscere vanitas est. Primatus enim fugientem se desiderat: desiderantem se onerat.

Bernardus in epistola ad hen. Senonen. Bernar.

Multi non tanta fiducia et alacritate currerent ad honores: si et se sentirent: et onere grauari metuerent. Nec cum tanto labore et periculo quarumlibet affectarent infulas dignitatum.

Bernardus ad Eugenium lib. iij.

An non limina apostolorum amplius ambitio quam deuotio terit?

Bernardus ibidem.

O ambitio ambientium crux: quomodo omnes torques? omnibus places? Nil acrius cruciat: nil molestius inquietat: nil tamen apud miseros mortales celebrius negocijs eius.

Bernardus in sermone quadragesime.

Ambitio subtile malum: secretum virus: pestis occulta: doli artifex: mater hypocrisis: liuoris parens: vitiorum origo: tinea sanctitatis: excæcatrix cordium: ex remedijs morbos creans: ex medicina languorem generans.

Origen. sup eplam ad ro. Origen.

Omnis adeundi honoris ecclesiastici abscinderetur ambitio: si se iudicandos potius quam iudicaturos hi qui præesse volunt populis cogitarent.

Innocē. ¶Innocē.de vilitate cōditionis humanę.
Ambitiosus semper est pauidus: semper attentus:ne dicat quod desiderat: ad humilitatem simulat:honestatem mentitur:affabilitatem exhibet:benignitatem ostendit: subsequitur:t obsequitur:cūctos honorat:vninersis inclinatur:frequętat curias: visitat optimates: assurgit t amplexatur:applaudit t adulatur. Unde nouit illud poeticum. Et si nullus erit puluer tamē excute nullum. ¶Ibidem.
Ambitiosus promptus t feruidus vbi placere cognouerit. Re missus t tepidus vbi putauerit displicere. Improbat mala:detestatur iniqua:sz alia cū aliis probat t improbat:vt iudicetur idoneus:vt reputetur acceptus:vt laudetur ab omnibus:vt a singulis approbetur. Sz ecce grauē intra se sustinet pugnā difficilęqz conflictum: dum iniquitas pulsat animam. Ambitio continet manū:t quod illa suggerit:hæc fieri nō permittit. Colludunt adinuicem mater t filia: iniquitas t ambitio:hę c vendicat sibi publicum:illa secretum. ¶Innocentius ibidē.
Ambitiosus statim vt est ad honorem promotꝰ: in superbiam extollitur:in iactantiam effrenatur:nō curat prodesse:sz gloriatur præesse: præsumit se meliorē:quia cernit se superiorē:priores dedignatur amicos notos: ignorat hesternos:comites contemnit antiquos:vultum auertit:ceruicem erigit:fastum ostendit: grandia loquitur:sublimia meditatur:subesse non patitur: posse molitur:subditis onerosus: omnibus infestus:præceps:molestus:arrogans: grauis et importunus.

Seneca. ¶Seneca ad lucilliū epistola.xxiij.
Sic est de ambitione quomodo de amica cōqueruntur homines. Si verū affectū inspicias: nō oderunt:sed litigant. Videbis voluntariā esse illis in eo morā:quod ægre ferre ipsos t miserę loquuntur. Peccatores enim conqueruntur de molestis amicę:nec tamen dimittunt:t ambitionis: nec tamen eam dimittunt.
¶Seneca ad lucilliū epistola.xlviij.
Cupiditas omnis ingrata:t nemo eorum qui in republica versantur: quos vincat: sed a quibus vincatur aspicit. ¶Idē epistola.lx.
Illud præcipue nos impedit: q nobis placem? si inueniemus qui nos bonos viros dicāt: q prudentes: qui sanctos. Non sumus laudatione cōtenti: quicquid in nos adulatio sine pudore contulit: tanq debitum præhendimus: optimos nos esse:sapientissimosqz affirmantibus assentimur: quum sciamus illos sæpe multa mentiri adeo quoqz indulgemus nobis vt laudari velimus in id cui contraria maxime facimus.
¶Seneca ad lucilium epla.lxij.
Quantulus em est qō naturæ datur: parua illa pars dimittitur. Non fames nobis ventris nostri magno cōstat: sed ambitio. Nos itaqz (vtait Sallustius) vērī obedientes animaliū loco numerari decet: nō hominū: quoscā vo non animaliū: sed mortuorum: viuit is q se vtitur.
¶Idem epistola.lxxiij.
Nullū hz maius malū cupiditas: q q grata est. Nemo quos vincit: sed a quibus vincak aspicit. Et illis nō tam iucundū est multos videre post se q graue aliquem ante se. ¶Ibidem.
Cupiditas ad fœlicitatem suā non intelligit: qz nō vnde venerit respicit. Sed quo tendat.
¶Seneca ad lucilliū epla.lxxvj.
Relinque ambitiū: timenda res est vana: ventosa: nullū habēs terminū. ¶Ibidē.
Quæcunqz videnk eminere: in rebus humanis q̄is pusilla sint: in cōparatione humillimorum per difficiles tamen t arduos tramites adeunt.
Confragosa in fastigia dignitatū via.
¶Seneca ad lucil.epistola.cxv.
Qui virtutē suā publicari vult: nō virtuti laborat sed gloriæ. ¶Seneca lib.vj. de bñficijs.
Amor cupidineus. Fo. xxiij.

Hic primum vidit sine sensu viuere amantes.
Et leuibus curis magna perire bona.
Idem non frustra ventosas addidit alas:
Fecit z humano corde volare deum.
Scilicet alterna quoniam iactamur in vnda:
Nostraq; non vllis permanet aura locis.
Et merito hamatis manus est armata sagittis:
Et pharetra ex humero gnoſia vtroq; iacet.
Ante ferit quoniā: tuti q̄ cernimus hostem.
Nec quisq̄ ex illo vulnere sanus abit.
¶ Propertius lib. ij. Elegia. xiiij.
Scilicet insano nemo in amore videt.
¶ Idem Elegia. xv.
Si nescis oculi sunt in amore duces.
¶ Idem Elegia. xvij.
Turpis amor surdis auribus esse solet.
¶ Idem Elegia. xxiij.
Libertas quoniam nulli iam restat amanti:
Nullus liber erit: si quis amare volet.
¶ Propertius lib. ij. elegia. xxvij.
Multū in amore fides: multū cōstātia prodest
Qui dare multa potest: multa z amare potest.
¶ Propertius lib. ij. elegia. xxx.
Quo fugis ah demēs: nulla est fuga: tu licz vsq;
Ad tanaim fugias: vsq; sequetur amor.
¶ Propertius lib. ij. elegia vltima.
Expertus dico: nemo est in amore fidelis.
¶ Ibidem.
Tu mihi vel ferro pectus vel perde veneno.
Ā domina tantum te modo tolle mea.
Te socium vitæ: te corporis esse licebit:
Te dominum admitto rebus amice meis.
Necto te solum: lecto te deprecor vno:
Riualem possim non ego ferre iouem.
¶ Propertius lib. iij. Elegia. v.
Pacis amor deus est: pacem veneramur amantes.
¶ Idem elegia. xx.
Ipsa alimenta sibi maxima præbet amor.
¶ Ibidem.
Quantū oculis animo: tam procul ibit amor.
Tibullus ¶ Tibullus lib. j. Elegia. ij.
Audendum est. Fortes adiuuat ipsa venus.
¶ Ibidem.
En ego quum tenebris tota vagor anxius vrbe:
Securū in tenebris me facit esse ven⁹. ¶ Ibidē.
Celari vult sua furta Venus.
¶ Idem libro primo. elegia. v.
Nam bonis vincitur omnis amor.
¶ Idem Elegia. vj.
Jussit amor contra quis ferat arma deos?
¶ Tibullus lib. iij. Elegia. viij.
Nulla fides Veneri: periuria ridet amantum
Juppiter: z ventos irrita ferre iubet.
¶ Franciscus Petrarcha. Soneto. lvj.
Ben sapea io: che natura consiglio
Amor contra di te giamai non valse:
Tanti lacciuol: tante promesse false
Tanto pronato hauea tuo fier artiglio.
Son. clxvij.
Laci ha amor: mille: z nessun tende in vano.
¶ Fran. Petrarcha cātilena. xxxiiij. stācia. vj.
Quel ghiaccio vedo: z non mingana il vero
Qual conoscuto. Anci messoza amore
Che la strada dhonore
Qui non lassa seguire: chi tropo il crede.
¶ Fran. Petrarcha triumpho amoris. ca. j.
Questo e collui chel mundo chiama amore
Amaro come vedi: z vedrai meglo
Quando fia tuo: come e nostro signore.
Dansueto fanciullo: z fiero veglo:
Ben sa chil prona: z fati cosa piana:
Anci millanni infino adhoz ti sueglo.
Ei nqque docio: z di lascivia humana:
Nutrito di penser dolci z suani.
Facto segnor z dio de gente vana.
Tal e morto da lui. Qual cum piu grani
Legimena sua vita aspra z acerba
Sotto mille cathene: z mille chiani.
¶ Frā. Petrarcha triūphi amoris. ca. ij.
So come amor fatta: z come vola:
Et so come hor menaccia: z hor percotte
Come roba per forza: z come inuola:
Et so come sono instabile sue rote:
Ues perranze dubiose: z dolor certo:
Soe promesse di se come son vote.
Come e nel ossa il suo foco coperto:
Et ne le vene viue occulta piaga:
Unde e morte palese: e incendio aperto.
In summa so come inconstante: z vaga.
Timida z ardita vita de glamanti.
Chum pocho dolce multo amaro appaga.
Et so icostumi z lor sospir z canti:
El parlar rotto el subito silentio:
El breuissimo riso: e i longhi pianti:
Et qual el mel temprato cum lassentio.
¶ Frā. Petrarcha triumphi amoris. ca. iij.
Oz quhi triumpho il signoz gentile
Di noi z daltri tuti che ad vn laccio
Preisi hauea dal mar dindia a quel di Thyle:
Pensieri in grembo: z vanitate in braccio
Dilecti fugitini: z ferma noia:
Rose dinuerno: a meza state il giaccio.
Dubia speme damanti: z breue gioia:
Penitentia z dolor doppo le spalle:
Qual nel regno di Roma o in quel di Troia.
¶ Fran. Petrarcha amoris. cap. iij.
Triumpharvolse quel chel volgo adora:
Et vidi a qual seruiggio: z a qual morte:
Et a che straccio va che sinamora.
Errori: sogni: z imagine smorte:
Eran dintorno al carro triumphale:
Et false opinion sopra le porte:
Et lubrico sperar supra le schale:
Stancho ripoſo: z ripo sato affanno.
Et gradi oue più scende: chi più sale.
El damnoso guadagno: z vtil danno:
Chiarodis honor: z gloria obscura z nigra:
Perfida lealtate: z fido inganno.
Sollicito furor: z ragion pigra:
Carcere oue si vien per strade aperte:
Onde per freta: a gran pena si migra:
Ratte scese al intrar: al vscir erte:
Dentro confusion turbida z mischia
Di certe doglie: z dalegreze incerte.
Non bolli mai Vulcan: lipari: z Ischia:
Stromboli z Moncibello come quel loco

Amor dei.

Que qualunche vien multo farriſchia.

Mor dei græce ἔρως θεοῦ dicitur: qui charitas et pietas erga deum eſſe videt. De qua vide infra in charitas. ¶Deuteronomij capi.vj. Audi iſrael. Dominus deus veſter deus vnus eſt. Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo: et ex tota anima tua: et ex tota fortitudine tua. ¶Paralipomenon primi capi.xvj. Quærite dominum: et virtutē eius: quærite faciem eius ſemper. ¶Paulus ad romanos.viij. Diligentibus deum. oīa cooperantur in bonū. ¶Matthæus capitulo.xxij. Diliges dominū deum tuum ex toto corde tuo: et in tota anima tua: et in tota mente tua. Hoc eſt maximum et primum mandatū. Secundū autem ſimile eſt huic. Diliges proximum tuum ſicut teipſum. In his duobus mandatis vniuerſa lex pendet et prophete. ¶Lucas capitulo.x. Diliges dominū deum tuum ex toto corde tuo: et ex tota anima tua: et ex omnibus viribus tuis: et ex omni mente tua: et proximum tuum ſicut teipſum. Auguſtinus ſuper ps.lxiij. Duas ciuitates duo faciunt amores: hieruſalez facit amor dei: babyloniaz facit amor ſæculi. Interroget igitur ſe vnuſquiſq; quid amet: et inueniet vnde ſit ciuis. ¶Dieronymus in epiſtola ad Demetriaden. Fœlix conſcientia illa in cuius corde præter amorem chriſti quæ eſt ſapientia: caſtitas: patientia: atq; iuſtitia: nullus alius verſatur amor: nec ad recordationem hominis aliquādo ſuſpirat: nec videre deſiderat: quod quum viderit nolit dimittere. ¶Aug. de Lathetizandis rudibus. Ama amorem illius qui amore tui amoris deſcendit in vterum virginis: et ibi amorem ſuum amori tuo copulauit: humiliando ſe: ſublimando te: coniungēdo lumen ſuę æternitatis limo tuę mortalitatis. ¶Ibidem. Conſtans et perfectus debet eſſe amor noſter: vt ſi neceſſe fuerit amore illi⁹ moriamur: q̄ amore noſtri placide ac benigne mori dignatus eſt. ¶Auguſtinus libro confeſſionum. Dominus domine te amat: qui aliquid tecū amat quod propter te non amat. ¶Auguſtinus epiſtola ad Macedonianū. Ad deum qui vbiq; præſens eſt: vbiq; totus eſt non pedibus licet ire ſed moribus: mores autem noſtri non ex eo quod quiſq; nouit: ſed ex eo quod diligit diſudicari ſolent: nec faciunt bonos vel malos mores: niſi boni vel mali ſint amores. ¶Auguſtin⁹ cōtra Manicheos libro primo. Si voluntatem dei quiſq; noſſe deſiderat: fiat amicus deo: quia ſi voluntatem hominis noſſe quiſq; vellet cuius amicus non eſſet: oēs eius impudentiam deriderēt: non autem quiſq; efficitur amicus dei niſi purgatiſſimis moribus. ¶Augu. lib. de moribus eccleſię. Modus diligendi deum eſt: vt diligatur quantum poteſt diligi: et quanto plus diligitur: tanto eſt dilectio melior. ¶Auguſtinus libro.viij. de ciuitate dei. Non dubitat etiam Plato hoc eſſe philoſophari: ſcilicet deum amare. ¶Auguſtinus ſuper illud. Ihoc mandatum do vobis. Qui diligit deum non poteſt non contemnere præcipientem vt non diligat proximum: et qui ſancte ac ſpiritualiter diligit proximū: quid in eo diligit niſi deum? ¶Dieronymus ſuper Joſue homelia prima. Qui amicitias petit Jeſu multorū ſibi ſciat eſſe inimicitias tolerandas. Nam quum anima verbo dei ſe ſociauerit dubitare non debet ſtatim ſe inimicos habituram: et eos quos ante habuit amicos in aduerſarios eſſe vertendos. ¶Ambroſius de fuga ſæculi. Cui portio deus eſt nihil debet curare niſi deū ne alterius impediat neceſſitatis munere: q̄ enim ad alia officia confertur: hoc religiōſis cultui atq; huic noſtro officio decerpitur. Hæc eſt vera eſt ſacerdotis fuga: abdicatio domeſticorum: et quædam alienatio charisſimoruz: vt ſuis ſe abneget qui ſeruire deo elegerit. ¶Gregorius libro.ij. moralium. Solent nonnulli in proſperis deum diligere: in aduerſis autem flagellantem minus amare ¶Gregorius lib.v. moralium. Tunc plenius in dei dilectione proficimus: quū in eiuſdem dilectionis gremio prius proximi charitate iactamur. ¶Gregorius libro.xvj. moralium. Amanti deuz dilatio imponit: vt ex dilato amoris deſiderio meritum retributionis augeatur. ¶Gregorius in homelia. Maria ſtabat ad monumentum. Certe iam monumentum vacuum viderat: iam ſublatum dominum nunciauerat: quid eſt q̄ ſe iterum inclinat: iterum videre deſiderat. Sed amanti ſemel inſpicere nō ſufficit: quiavis amoris intentionem multi plicat inquiſitionis. ¶Gregorius Ibidem. Mulier quid ploras? quem quæris. Interrogatur cauſa doloris: vt augeatur deſiderium quærentis quatenus quum nominaret quem quæreret in amore eius ardentius æſtuaret. ¶Gregorius ſuper Ezechielem homelia. In quantum quiſq; amat: in tantum ad ingreſſum regni appropinquat. Inquantumvero amare negligit: in tantum ingredi recuſat. ¶Bernardus ſuper cant. ſermone. xx. Dilexit nos deus dulciter: ſapienter: fortiter. Dulciter nempe dixerim: q̄ carnem induit. Sapienter: quia culpam cauit. Fortiter: quia mortem ſuſtinuit. Diſce ergo Chriſtiane a chriſto quemadmodum diligas Chriſtum. Diſce amare dulciter ne illecti: prudenter ne decepti: fortiter ne compreſſi deficiamus. ¶Bernardus ibidem.

Paralip. Matth. Lucas. Auguſti. Dieron. Auguſti. incarnatio

Deutero nomij. Paralip. Paulus. Matth. Lucas. Auguſtinus

amor dei a deo. amor proximi a deo. amor ſui a deo.

Amor patrie.

Toto corde: tota anima: tota virtute diligere eſt omne q̄ blanditur de carne propria vel aliena ſacroſanctæ carnis chriſti amori poſtponere. ¶Bernardus ibidem. Magna res amor ſi ad ſuum recurrat principium: ſi ſuę origini reddatur: ſi refluſus ſuo fonti ſemper ex eo ſumat vnde iugiter fluat. ¶Bernardus ſuper cant. ſermone. xxx. Sapientia eſt deus et vult amari: nō ſolum ſuaciter: ſed et ſapiēter. Alioquin facillime zelo tuo ſpiritus illudit erroris: nam ſcientiaz negliges. Non enim habet callidus hoſtis medicamentuz efficacius ad tollendam de corde dilectionem: q̄ ſi efficere poſſit: vt in ea incaute et non cum ratione ambuletur. ¶Bernardus in tractatu de diligendo deum. Iugum ſancti amoris: q̄ dulciter capis: glorioſe laqueas: ſuauiter premis: delectanter oneras: fortiter ſtringis: prudenter erudis. O fœlix amor ex quo oritur ſtrenuitas morum: puritas affectionum: ſubtilitas intellectuum: deificatio rum ſanctitas: operum claritas: virtutum fœcunditas: meritorū dignitas: præmiorū ſublimitas. ¶Bernardus ibidem. Prior deus dilexit nos tantus: tantī et gratis: tā tillos et tales. ¶Bernardus ibidem. Multis a me audire: quare et quomodo diligendus eſt deus? Et ego dico q̄ cauſa diligendi deum: deus eſt: modus ſine modo diligere. Ob duplicem cauſam dico deuz propter ſe diligendū: vel quia nihil iuſtius: vel quia nil fructuoſius diligi poteſt. ¶Petrus Rauennas ſuper illud. Diliges dominum deum tuum ꝛc. Ama ergo o homo deum. Ama totus vt poſſis omnia ſine labore vincere et delere peccata. Teuere militię delicati cōflictus eſt: amore ſolo de cunctis criminibus reportare victoriam. ¶Beda ſuper cantica. Multum quidem vexat hominem quū relinquitur amor mundi. Multo amplius tamen cruciat: quū calcatur amor ſui. Veruntamen ſup omnia träſſigit et penetrat cor hominis: et excoquit deſiderium æſtibus amor dei. vnde eſt illa vox. Fulcite me floribꝰ: ſtipate me malis: quia amore langueo. ¶Baſilius in Hexameron. Quiq; vult veram dilectionem præguſtare: Chriſtum diſcat ſuauiter amare: q̄a Chriſtus amor eſt. ¶Ibidem. Theſaurus indeficiens eſt amor diuinus: quem qui habet diues eſt: quo quicunq; caret pauper eſt. ¶Ibidem. Unguentū ſuguet optimū eſt amor ſummi boni quo peſtes mentis ſanantur: et cordis oculi illuminantur. ¶Caſſiodorus ſuper ps.xlj. Qui deum ex toto corde: et ex tota anima: et ex tota virtute diligit: locū vitijs nō relinquit. Ibi eñ intrat diabolus: quum deo totus occupatus eſt animus. Diabolus eñ vacantē deſiderat: nuda tam perquirit: ſed vbi deuz reperit ſub magna confuſione recedit. Viſibilia quum aliquo liquore plena ſunt: ſuperuenientium augmenta non capiunt. Ita nos diuina charitas ſi totos replet ſui plenitudine: alia non habet quo crimen introeat.

Petrus Rauēnas. Beda Baſilius Caſſiodorus

Amor patrie. Capitulo.xxiiij.

Mor Patrię græce ἔρως πατρίδος. Auguſti. lib. v. de ciuitate dei Latonem loquentem inducit. Nolite exiſtimare maiores noſtros armis rempublicaz: magnā ex parua feciſſe. Si ita eēt: multo pulcherrimā nos haberemus. Quippe ſociorum atq; ciuiū: pęterea armorum: et æquorum maior copia nobis q̄ illis. Sed alia ſunt quę illos magnos fecerunt quæ nobis nulla ſunt. Domi induſtria: foris iuſtum imperium: animus in conſulendo liber: neq; delicto neq; libidini obnoxi. Pro his nos habemus luxurias et auariciam: publice egeſtatem: priuatim opulentiam. Laudamus diuitias: ſequimur inertiam: inter bonos et malos nullum diſcrimen: omnia virtutum præmia ambitio poſſidet. ¶Auguſtinus libro.ij. de ciuitate dei recitans verſum Ennij poetæ. Moribus antiquis res ſtat Romana viriſq;. Verſum hunc vel breuitate vel veritate tanq̄ exoraculo quodam affatum eſſe mihi videtur. Nam neq; viri niſi morata ciuitas fuiſſet: neq; mores niſi hi viri præfuiſſent: aut fundare: aut tandiu tenere potuiſſent: tantam et tam lōge lateq; imperantem rempublicam. ¶Auguſtinus lib. primo de ciuitate dei loquens de Scipione qui dicebat. Non cenſeo fœlicem rempublicā ſtantibus moribus et ruentibus moribus. ¶Auguſtinus epiſtola. v. Auerſa et peruerſa corda mortalium: fœlices res humanas putant: quum tectorum ſplendor aſpicitur: et labes non attenditur animaruz: quū theatrorum moles extruitur: et effodiuntur fundamenta virtutum. ¶Auguſtinus ſuper ps.xciij.

Auguſtinus

Odit valde patriam: qui sibi bene putat: quum peregrinatur.

¶ Augustinus lib. ij. de ciui. dei. Recitans verba Ciceronis lib. v. de repub.

Nostra ætas quum rempu. sicut picturam accepisset egregiam: euanescente vetustate: nõ modo eã coloribus iisdem quibus fuerat renouare neglexit. Sed nec id quidẽ curauit. Quid enim manet ex antiquis moribus? quibus ille dixit rempublicam stare romanam: quos ita obliuione obsoletos videmus: vt non modo non colantur: sed etiam ignorentur.

Ambrosius.

¶ Ambrosius homelia. v.

Hic reipubli. vsus est: leges omnibus esse communes: atq; obseruari eas deuotione communi: vno omnes teneri vinculo: non alij ius esse: quod alius sibi intelligat non licere. Sed quod vni liceat licere oĩbus: & communem reuerentiã. Patrum quoq; consilio respublica gubernetur. Commune omnibus vrbis domicilium: communis conuersationis officium: vnum præscriptum omnibus esse: vnum consilium.

Cassiodorus

¶ Cassiodorus super illud. Super flumina Babylonis.

Nimis dulcis est recordatio patriæ: quæ in hostili terra probatur existere. Nam quanto hæc amarior sentitur: tanto fit illa suauior. De loco enim peregrinationis: proprij domicilij crescit affectus.

¶ Cassiodorus li. primo. epistola. xx.

Unicuiq; patria sua charior est: dum supra oĩa saluum fore queritur vbi ab ipsis cunabulis cõmoratur. Feris datum est agros siluasq; quærere/hominibus aũt fores patrias supra cuncta diligere. Aues ipsę per aera vagantes proprios nidos amant. Erratiles feræ ad cubilia dumosa festinãt. Uoluptuosi pisces cauernas suas perquirunt: cunctaq; animalia eo norunt refugere: vbi longissima cupiunt ætate constare.

¶ Cassiodorus epistola. xxxix.

Interdum expedit patriam negligere: vt sapientiam quis possit acquirere.

¶ Cassiodorus lib. iij. epistola. x.

Nobilissimi ciuis est patriæ suę augmenta cogitare: sed eorum maxime quos respu. summis honoribus obligauit.

¶ Cassiodorus li. v. epistola. xxxj.

Utilitatem publicam diuturna non conuenit ludificatione differri.

¶ Cassiodorus li. vj. epistola. xj.

Constat foelicem esse rempu. quę multis resplẽdet ornata conciuibus.

¶ Cassiodorus li. viij. epistola. xxx.

Ciuis nõ habetur: qui vrbis suæ gratiã nõ tuet.

Seneca

¶ Seneca de Trãquillitate aĩ post pĩcipiũ.

Non is solus reipu. pręest: qui tuetur res: & de pace belloq; censet. Sed qui iuuentutem exhortatur: qui in bonorum præceptorum inopia virtutem instituit: qui ad pecuniam luxuriamq; ruentes retrahit. Et si moratur in priuato: publicum tamen negocium agit.

¶ Seneca Tragœdia. vj.

Preferre patriam liberis regem decet.

Aristoteles.

¶ Aristo. lib. j. æthicorum.

Bonũ ciuitatis quãto cõmunius tãto diuinius.

¶ Aristo. lib. ij. politicorum.

Quod plurimorum est cõe: minime curã sortitur: quia de proprijs maxime curant hoĩes: de cõmunibus autem minus vel minime.

¶ Aristo. lib. iij. politicorum.

Ciuitas nõ est vna propter eosdem muros: sed propter eandem politiam.

¶ Aristoteles lib. iij. politicorum.

Politia est ordo quidam inhabitantium ciuitatem in principando & in subijciendo.

¶ Aristoteles lib. iij. politicorum.

Non idem est bonus vir: & bonus ciuis.

¶ Idem. iij. politicorum.

Quicunq; politiæ intendunt vtilitatem cõmunem recte sunt iusti: quicunq; autem intendunt vtilitatem propriam vitiosi sunt: & rectarum politiarum tansgressores.

¶ Aristo. lib. iiij. politicorum.

Ciuitas non constat ex vna parte: sed ex multis: quarum vna pars sunt agricolę. Secunda artifices manuales. Tertia ij qui negociantur circa forum. Quarta mercẽnarij. Quinta propugnatores & armigeri quos in ciuitate necessarium est existere: si non debeant inimicis seruire.

¶ Aristoteles ibidem.

In omni ciuitate sunt tres species hominũ: scilicet diuites: pauperes & mẽdicantes. Inter quos optimi sunt mediocres: quia medium semper est optimum.

¶ Aristoteles li. iiij. politicorum.

Maximum eufortunium est ciues mediocrem substantiam habere tanquam sufficientem eis: quia per tales bene regitur ciuitas.

¶ Aristoteles li. vj. politicorum.

Non facile est permanere ciuitatem sine legibus & consuetudinibus compositam.

¶ Aristoteles magnorum moralium li. j.

Oportet si quis in politijs practicus esse debet: secundum mores esse studiosum.

Laertius diogenes.

¶ Laer. diog. de vita & moribus philosophorũ.

Filij eorum qui pro repu. obiere publice nutriantur & doceantur dicebat Solon.

¶ Laertius diogenes de vita & mo. philoso.

Interrogatus qualiter ciuitas bñ regi posset: ait. Si princeps & maiores scdm legem vixerint.

¶ Ibidem.

Interroganti amico dũ senex esset an ante mortem in patriam vellet afferri vt in patria moreretur: nihil necesse est. Undiq; enim ad inferos tantundem viæ est respondit Pythagoras.

¶ Laertius diogenes ibidem.

Ciuitati consulendum eẽ potiora: dicebat Cleobulus. ¶ Ibidem.

Interrogatus Socrates: de qua patria esset oriundus: respondit. Mundanus sum. Totius enim mundi ciuem & incolam se arbitrabatur: nullam sibi appropians patriam.

¶ Laertius diogenes ibidem.

Interrogatus Plato qualium locorũ vel vrbium habitatio sit vitãda: ait. Non habites in qua sumptus lucra exuperant: & in qua mali preualent bonis: & vbi plurimi domini mentiuntur.

Plutarchus.

¶ Plutarchus in apophthegmatibus.

Pedarectus non electus in numero trecentorum qui quidẽ in vrbe cæteris dignitate pręstabat hylaris subridẽsq; abibat. Gaudere se inquiens siquidem treccẽtos vrbs haberet sese meliores.

Cicero.

¶ Cice. lib. j. officiorum.

Nam vt præclare scriptum est a Platone: nõ nobis solum nati sumus: ortusq; nostri partem patria vendicat: partem amici.

¶ Idem libro primo.

Magna etiam illa cõmunitas est: quę conficitur ex beneficijs vltro citroq; datis. Et infra. Omnium societatum nulla est grauior: nulla charior quam ea quę cum republica est. ¶ Ibidem.

Ut enim tutela sic procuratio reipu. ad eorum vtilitatem qui commissi sunt: non ad eorum quibus cõmissa est gerenda est. ¶ Idẽ offi. li. ij.

Habere enim quæstui rempu. non modo turpe est: sed & sceleratum & nepharium. ¶ Ibidẽ.

Hæc genera officiorum qui prosequentur cum summa vtilitate reip. magnam ipsi adipiscetur & gratiam & gloriam. ¶ Cice. officiorum lib. iij.

Neq; enim nobis solum diuites esse cupimus: sed liberis: propinquis: amicis: maximeq; reip. singulorũ enim facultates & copię diuitiæ sunt ciuitatis. ¶ Cice. officio. lib. iij.

Sed si quis qui apud te pecuniam deposuerit: bellum inferat patriæ. Reddas ne depositũ nõ credo. Facies enim contra remp. quæ debet eẽ charissima. Sic multa quæ honesta natura videntur esse: temporibus fiunt non honesta.

¶ Cicero philippicorum lib. vij.

Uri secariq; patimur: vt membrorum potius aliquid quam totum corpus intereat. Sic in reip. corpore: vt totum saluum sit: quicquid est pestiferum amputetur. ¶ Ibidem lib. xij.

Omnibus bonis expedit saluam esse remp. Sed in his qui fortunati sunt magis apparet.

¶ Cicero in inuectiua contra Catilinam.

Fuit quõdã in repu. virtus: vt viri fortes acrioribus supplicijs ciuem perniciosum quam acerbissimum hostem quaterent. ¶ Cicero Tusculanarum quęstionum lib. j. circa finem.

Claræ vero mortes pro patria oppetitæ non solũ gloriosæ rhetoribus: sed etiam beatæ videri solent. Repetunt ab erichtheo: cuius etiam filiæ cupide mortem expetiuerunt pro vita ciuiũ. Codrum qui se in medios immisit hostes famulari veste ne posset agnosci si esset ornatu regio: quod oraculum erat datum. Si rex interfectus esset: victrices Athenas fore. Menecheus vero non prętermittitur: qui oraculo edito largitus est patriæ suæ sanguinem. Iphigenia Aulide duci se immolandam iubet: vt hostiũ sanguis eliciatur suo. Ueniũt inde ad propria: Harmodius in ore & Aristagiton lacædemonius: Leonidas Tebanus: Epaminundas: vigent. Nostros non norũt quos enumerate magnũ est. Ita sunt multi quibus videmus optabiles fuisse mortes cũ gloria.

¶ Cicero rhetoricorum veterum libro primo.

Omnes leges iudices ad commodum reipublicæ referre oportet: & eas ex vtilitate communi non ex scriptione quę in litteris est interpretari. Ea enim virtute & sapiẽtia maiores nostri fuerunt: vt in legibus scribẽdis nil aliud sibi nisi salutem & vtilitatem reipublicę præponerẽt.

¶ Ibidem.

Neq; enim ipsi quod obesset scribere solebant: & si scripsissent quum esset intellectum repudiatum in legem intelligebãt. Nemo enim leges legum causa esse saluas vult: sed reipu. quia & legibus omnem rempublicam optime putant administrari.

¶ Cicero ibidem.

Quamobrem leges igitur seruari oportet: & ad eam causam scripta omnia interpretari conuenit: hoc est quoniam reipu. seruiamus: & reipu. commodo atq; vtilitate interemur.

¶ Cicero rhetoricorum nouorũ li. iiij.

Nullum tantum est periculum quod sapiens pro salute patriæ vitandum arbitretur.

¶ Ibidem.

Quum agetur incolumitas perpetua ciuitatis qui bonis erit ratiõibus pręditus: profecto nullum vitę discrimen sibi pro fortunis reipu. fugiẽdum putabit: & erit in ea sentẽtia semper vt pro patria studiose agat: Quis in magnam descendat vitæ dimicationem.

¶ Idem Rhetoricorum no. lib. iiij.

Nam sapiens qui omnia reipublicæ causa suscipienda putabit. Sæpe ipse secum loquitur. Nõ mihi soli: sed etiam atq; adeo multo potius natus sum patriæ.

¶ Cicero ibidem.

Uita quę fato debetur saluti patrię potissimum persoluatur. Aluit hęc me. Tute atq; honeste perduxit vsq; ad hanc ętatem. Muniuit meas rationes bonis legibus: optimis moribus: honestissimis disciplinis. Quid est quod a me ei persolui possit satis: vnde hæc accepta sunt?

¶ Cicero ibidem.

Quis est tam tenui cogitatione pręditus? cuius animus tantis inuidię angustijs cõtinetur? qui non hunc hominẽ studiosissime laudet & sapientissimum iudicet: qui pro salute patriæ: pro incolumitate ciuitatis: pro reipublicæ fortunis: quamuis magnum atq; atrox periculum studiosissime suscipiat & libenter subeat?

¶ Cicero ibidem.

Sapiens itaq; nullum periculum pro repu. vitabit: ideo (quod sæpe fit) qui pro rep. perire noluerit: necessario cum repu. pereat.

¶ Ibidẽ.

Ergo qui fugiunt id periculum quod pro repu. subeundum est: stulte faciunt.

¶ Cicero ibidem.

At qui patriæ pericula suo periculo expetunt: ij sapientes putandi sunt: quum & eũ quem debent honorem respu. reddunt: & pro multis perire malunt quam cum multis.

Valerius maximus.

¶ Ualerius maxi. lib. primo.

Aeque enim virtutis est & bona patriæ auxisse & mala in se transferri voluisse. ¶ Ualerius maxi. lib. ij. titu. de institutis antiquis.

Adeo magna charitate patriæ Romani tenebantur: vt archana consilia patrum conscriptorũ multis sæculis nemo senator enunciauerit.
¶ Ibidem.
Apud antiquos qui curiæ limen intrabant: abiecta priuata charitate publicam induebant.
Homer⁹ ¶ Homerus in o Iliados.
ὂυ οἱ ἀεικὲς ἀμυνομένῳ περὶ πάτρης τεθνάμεν
hoc est.
Non illi indecens pugnãti pro patria mori.
¶ Idẽ in α odisseæ.
αὐτὰρ ὀδυσσεὺς
ἱέμενος καὶ καπνὸν ἀποθρῴσκοντα νοῆσαι ἧς
γαίης θανέειν ἱμείρεται. hoc est.
Sed Vlysses.
Cupidus saltem fumũ cum egredientẽ viderit.
A sua terra mori cupide pascitur.
¶ Idem in ι odiseæ.
ὂυ τι ἔγωγε
ἧς γαίης δύναμαι γλυκερώτερον ἄλλο ἰδέσθαι. hoc est.
Neq̃ vti ego.
Mea terra possum dulcius aliud videre.
Periander. ¶ Periander.
θνῆσκε ὑπὲρ πατρίδος.
Ouidi⁹. Morere pro patria.
¶ Ouidius de ponto lib. j. elegia. iiij.
Nescio qua natale solum dulcedine cunctos
Horati⁹. Ducit: ⁊ immemores non sinit esse sui.
¶ Horatius carminum lib. iij. ode. ij.
Dulce ⁊ decorum est pro patria mori.
Amor proximi græce ἔρος γείτονος id est videt esse cũ charitate qua proximum diligere iubemur. ¶ Exodi capi. xxij.
Exodi. Aduenam nõ contristabis: neq̃ affliges eum.
¶ Ibidem.
Viduæ ⁊ pupillo nõ nocebitis. Si læseritis eos vociferabunt ad me: ⁊ ego audiam clamorẽ eorũ ⁊ indignabitur furor meus: percutiam vos gladio: ⁊ erunt vxores vestræ viduę ⁊ filij vestri pupilli. ¶ Exodi cap. xxiij.
Si occurretis boui inimici tui aut asino erranti: reduc ad eum. ¶ Exodi cap. xxiij.
Si videris asinum odientis te iacere sub onere non pertransibis: sed subleuabis cum eo. ¶ Ibidem.
Peregrino molestus non eris.
¶ Leuitici cap. xix.
Leuitici Non decipiet vnusquisq̃ proximum suum.
¶ Ibidem.
Non facies calumniam proximo tuo: nec vi opprimes eum. ¶ Leuitici cap. xix.
Non morabit opus mercẽnarij tui apud te vsq̃ mane. ¶ Ibidem.
Nõ maledices surdo: nec coram cæco pones offendiculũ: sed timebis dominum deũ tuum.
¶ Ibidem.
Non eris criminator nec susurro in populis.
¶ Ibidem.
Non stabis contra sanguinem proximi tui.
¶ Ibidem.

Nolite facere iniquum aliquid in iudicio: in regula: in põdere: i mẽsura. Statera iuxta ⁊ ęqua sint põdera: iustus modius æquusq̃ sextarius.
Deuteronomij ¶ Deuteronomij cap. v.
Non loqueris contra proximum tuũ falsum testimonium. ¶ Ibidem.
Non cõcupisces vxorem proximi tui: nõ domũ: non agrum: nõ seruũ non ancillã: nõ bouem: nõ asinũ: et vniuersa quæ illius sunt.
¶ Deuteronomij cap. xxij.
Non videbis bouem fratris tui: aut ouẽ errantẽ ⁊ præteribis: sed reduces fratri tuo.
¶ Deuteronomij cap. xxiiij.
Non negabis mercedem indigẽtis: ⁊ pauperis fratris tui: siue aduenæ q̃ tecũ moratur in terra: ⁊ intra portas tuas est. Sed eadem die reddes ei precium laboris sui: ante solis occasũ q̃ paup est: ⁊ ex eo sustentat animã suã: ne clamet cõtra te ad dominũ ⁊ reputetur tibi in peccatũ.
¶ Deuteronomij. xxvij.
Maledictus qui clã percusserit proximũ suũ: ⁊ dicet omnis populus Amen.
Thobi. ¶ Thobiæ cap. iiij.
Quod ab alio oderis fieri tibi: vide ne tu aliquã do alteri facias.
Prouer. ¶ Prouer. cap. xxij.
Non facias violentiam pauperi: quia pauper est neq̃ cõteras egenũ in porta: q̃ iudicabit dominus causam eius: ⁊ configet eos qui confixerũt animam eius.
Eccli. ¶ Ecclesiastici cap. vij.
Non desis plorantibus in consolatione: ⁊ cũ lugentibus ambula. ¶ Ibidem.
Non te pigeat visitare infirmũ: ex his em̃ in dilectione firmaberis. ¶ Ecclesiastici cap. xij.
Si benefeceris: scito cui feceris: ⁊ erit gratia in bonis tuis multa.
Matth. ¶ Mattheus cap. v.
Audistis q̃ dictũ est. Diliges proximum tuum ⁊ odio habebis inimicũ tuum. Ego autem dico vobis. Diligite inimicos vestros: benefacite his qui oderunt vos: ⁊ orate pro persequentibus ⁊ calumniãtibus vos: vt sitis filij patris vestri qui in cœlis est: qui oriri facit solẽ suũ super bonos ⁊ malos: ⁊ pluit super iustos ⁊ iniustos.
¶ Matthæus ca. xxij.
Diliges dominũ deũ tuũ ex toto corde tuo ⁊ in tota aĩa tua ⁊ in tota mente tua. Hoc ẽ maximũ ⁊ primũ mãdatũ. Secundũ autẽ simile est huic. Diliges proximũ tuũ sicut teipsum. In his duobus mandatis vniuersa lex pendet ⁊ prophetę.
Marc. ¶ Marcus capi. iiij.
Lucas In qua mensura mensi fueritis remetietur vobis: ⁊ adijcietur vobis. ¶ Lucas cap. iij.
Qui habet duas tunicas det nõ habenti: ⁊ q̃ habet escas similiter faciat. ¶ Lucas cap. vj.
Diligite inimicos vestros: benefacite his q̃ vos oderunt. ¶ Lucas. vj.
Benefacite ⁊ mutuũ date nihil inde sperantes et erit merces vestra multa: ⁊ eritis filij altissimi: quia ipse benignus est. ¶ Ibidem.
Dimittite et dimittetur vobis. Date ⁊ dabit vobis. ¶ Joannes cap. xiij. in euangelio. Joãnes

Mandatũ nouũ do vobis: vt diligatis inuicẽ sicut dilexi vos. ¶ Joãnes cap. xv. in euãgelio.
Hoc est præceptũ meũ vt diligatis inuicẽ: sicut dilexi vos. ¶ Ibidem.
Hoc mãdo vobis vt diligatis inuicẽ.
Paulus ¶ Paulus ad Ro. cap. xij.
Nulli malũ pro malo reddẽtes. ⁊ infra. scriptũ est em̃: mihi vindictã ⁊ ego retribuã: dicit dñs. Sz si esurierit inimicus tuus: ciba illũ. Si sitit: potum da illi.
¶ Idẽ ad Ro. cap. xiij.
Qui em̃ diligit proximũ: legẽ impleuit. Nã non adulterabis: non occides: non furaberis: nõ falsum testimoniũ dices: non cõcupisces: ⁊ si quod est aliud mandatũ: in hoc verbo instauratur. Diliges proximũ tuũ sicut teipsm. Dilectio proximi malum non operatur. Plenitudo ergo legis est dilectio.
¶ Paulus pmæ ad Corynthios cap. viij.
Charitas ẽo ædificat.
¶ Paulus ad Galatas cap. v.
Ois em̃ lex in vno sermone impletur. Diliges proximum tuum sicut teipsum.
¶ Paulus ad Gala. cap. vj.
Alter alteri⁹ onera portate et sic adimplebitis legẽ Christi. ¶ Paul⁹ ad Colossenses ca. iij.
Super omnia autem hæc: charitatem habete: quod est vinculum perfectionis.
¶ Paulus ad Hebræos cap. xiij.
Charitas fraternitatis maneat in vobis: et hospitalitatem nolite obliuisci.
Petrus ¶ Petrus apostolus primę cap. iiij.
Ante omnia autẽ mutuã in vobismetipsis charitatẽ continuam habentes. Quia charitas operit multitudinem peccatorum.
Joãnes apl'us. ¶ Joannes apl'us primę cap. ij.
Qui dicit se in luce esse: ⁊ fratrem suum odit in tenebris est vsq̃ ad hæc. Qui diligit fratrẽ suũ in lumine manet: ⁊ scandalũ in eo non est. Qui autem odit fratrem suũ in tenebris est: ⁊ in tenebris ambulat: ⁊ nescit quo eat. Quia tenebrę obcæcauerũt oc'los ei⁹. ¶ Jo. apl's pmę ca. iij.
Qui non diligit manet in morte.
¶ Ibidem.
Ois qui odit fratrẽ suum homicida est: ⁊ scitis qm̃ ois homicida non habet vitam æternã in se manentem. ¶ Ibidem.
Filioli mei nõ diligamus verbo: neq̃ lingua: sz opere ⁊ veritate. ¶ Joan. apl's pmę cap. iiij.
Diligamus nos inuicẽ: q̃ charitas ex deo est.
¶ Ibidem.
Si quis dixerit qm̃ diligo deũ: ⁊ fratrẽ suũ oderit: mendax est. ¶ Ibidem.
Hoc mãdatũ habemus a deo: vt qui diligit deũ diligat et fratrem suum.
Augu. ¶ Augustin⁹ lib. de baptismo.
Redire dimissa peccata vbi charitas non est superna: dñs docet in euangelio aptissime: de illo seruo: qui cũ deprecanti oĩa dimisit: ⁊ ille cõseruo suo misereri noluit: iussit eum dñs reddere omnia quę dimiserat.
¶ Augustinus: ⁊ habet. xxiiij. q. j. Vbi.
Vbi charitas non est: nõ potest esse iustitia. Dilectio em̃ proximi malũ non operatur.
¶ Augustin⁹: ⁊ habet. xxiiij. q. iij. Corripiant.
Sic affici debem⁹ charitatis affectu vt oẽs velim⁹ saluos fieri. ¶ Augustin⁹: ⁊ habet de pœni. di. ij. cap. Charitas.
Charitas est aqua de qua dñs ĩ euangelio ait. Qui biberit aquã quam ego dabo ei nõ sitiet in æternum. ¶ Idẽ: ⁊ habetur ibidẽ.
Sine charitate quomodo quis verã cordis contritionẽ habere poterit? Quomodo ergo delictorum remissionem?
¶ Augustin⁹ super epistolã Joannis: et habet. xxiij. q. v. Non putes.
Non putes te tunc amare seruũ tuũ: quãdo eũ non cædis: aut tunc amare filium tuũ: quãdo ei non das disciplinã: aut tunc amare vicinũ tuũ quãdo eũ nõ corrigis: non est ista charitas: sed languor. Ferueat charitas ad emẽdandũ: ⁊ corrigendum. Si sunt boni mores delectent: si aũt mali emendentur.
¶ Ibidẽ: ⁊ habet de pœni. di. ij.
Radicata est charitas: securus esto: nil mali accidere põt. ¶ Augustin⁹ sup epistolam Joan. ⁊ habetur de pœni. di. ij. Si quis.
Si quis tantã habuerit charitatẽ: vt parat⁹ etiã sit p fratrib⁹ mori: perfecta est in illo charitas.
¶ Augu. ibidẽ: ⁊ habet ibidẽ. Sicut.
Sicut seta introducit filũ ita timor introducit charitatem. Crescit charitas: minuitur timor: et econuerso. ¶ Augustinus super epistolam Joannis cap. vij.
Si non vultis in ista eremo siti mori: bibite charitatẽ: fons est quem voluit deus ponere: ne deficiamus: ⁊ abundantius eum bibamus: quũ ad patriam venerimus.
¶ Augu. super Joannem sermone. lxix.
Domine ecce quẽ amas infirmatur. Nõ dixerũt veni: amãti em̃ tantũ nunciandum fuit. Sufficit vt nouerit. Non enim amat ⁊ deserit.
¶ Augustinus ad Julianũ comitem: ⁊ habet de pœni. di. ij. Charitas.
Charitas quę deseri potest: nunq̃ vera fuit.
¶ Augu. ad Hieronymũ: ⁊ habetur de pœni. di. ij. Charitas.
Charitas in quibusdã pfecta: in quibusdã iperfecta. Perfectissima autẽ in hac vita haberi non potest. ¶ Augustinus ad Martianũ.
Dilectio est pacis vnda. Ros gratię. Charitatis imber: semen concordię: affectus gentium: amoris fructus: ⁊ ad summã dilectio deus est.
¶ Idem ad Macedoniũ.
Dilige proximũ sicut te ipsum. Proximus ĩ hoc loco nõ sanguinis propinq̃tate: sed rationis societate pensandus est: in qua socij sunt oẽs homines. Nã si pecunię ratio socios facit: quanto magis ratio naturę: non negociandi: sed nascendi lege cõmunis. ¶ Augustin⁹ homelia. viij. et habetur de pœni. di. ij. Quia.
Quia radix omniũ malorum est cupiditas: ⁊ radix oĩum bonorũ est charitas: ⁊ simul ambę esse nõ possunt: nisi vna penitus euulsa fuerit: alia plantari nõ potest. Sine causa conatur aliquis incidere ramos: si radicẽ non cõtendit euellere.

¶ Aug. in Enchiridio.

Finis præcepti est charitas. Omẽ enĩ præceptũ ad charitatẽ refertur. Quod enĩ fit timore pœnę vel aliqua intẽtiõe carnali: vt nõ referaƚ ad charitatẽ: nondũ fit quẽadmodũ fieri oportet: quamuis fieri videatur.

¶ Augustinꝰ lib. de meritis & remissione pctõꝝ: & habeƚ de con. di. iiij. Ecclesię.

Ecclesię charitas quę per spiritũ sanctũ diffunditur in cordibꝰ eorũ qui participes sui sũt peccata dimittit: eorũ qui non sunt tenet.

¶ Augu. lib. de doctrina Christiana.

Sola charitas est quę vincit oĩa: & sine qua nihil valent oĩa: & quę vbicũq; fuerit trahit ad se oĩa. Scientia si sola sit inflat. Quia vero charitas ædificat: scientia non permittit inflari.

¶ Aug. lib. de Cathetizandis rudibus.

Charitas alios parturit: cũ aliquis infirmaƚ: alios curat ædificare: alios cõtremiscit offendere: ad alios se ĩclinat: cũ aliis erigit: aliis blãda: aliis seuera: nulli inimica: oĩbus mater.

¶ Idẽ lib. de diffinitionibus.

Misericordia est animi condolentis affectꝰ: cũ additamẽto beneficij: vt cõpatiamur proximo: et largiamur de proprio.

¶ Augu. lib. ix. de Ciuitate dei.

Longe melius & humanius & piorũ sensibus accõmodatiꝰ in Cæsaris laude locutus est vbi ait. Nulla de virtutibus tuis nec admirabilior nec gratior mia est. ¶ Aug. de ope monachoꝝ.

Multo misericordius operatur quis circa animas infirmorũ: qui bonę famę seruorũ dei consulit: quam erga corpora ægrotantiũ: qui panẽ esurientibus tribuit.

¶ Aug. sup psalmũ. ciij.

Valde longe dirigit is q bene audit: & male operatur. Si potes dare da: si nõ potes affabilẽ te fac. Coronat deus intus bonitatẽ: vbi nõ ĩuenit facultatẽ. Nemo dicat non habeo. Charitas nõ de sacculo erogatur.

¶ Aug. de verbis dñi sermone. xj.

Diues & pauper duo sunt sibi cõtraria: & sunt sibi duo necessaria. Nullus indigeret: si se inuicẽ supportarent: & nemo laboraret si se ambo iuuarẽt. Diues propter pauperẽ factus est: & pauper propter diuitẽ. Pauperis est orare: & diuitis erogare: & dei est pro paruis magna præstare.

¶ Hierony. sup epistolã ad Galatas.

Vide quantũ bonũ est charitas: si ita martyriũ fecerimus: vt nostras velimus ab oĩbus reliquias honorari: & si opinionẽ vulgi sectantes intrepidi sanguinẽ fuderimus: & substantiã nostrã vsq; ad mendicitatẽ propriã dederimus: huic operi non tã præmiũ quam pœna debetur: & perfidię magis tormenta sunt: quam corona victorię.

¶ Hierony. in epistola ad Nepotianũ.

Non memini me legisse mala morte mortuũ: qui libenter opera charitatis exercuit. Habet enĩ multos intercessores: & impossibile est multorũ preces non exaudiri.

¶ Hieronymus: & habetur di. lxxxvj. Qui clæmentiam.

Qui clæmentiã non habet: nec indutus est viscera misericordiæ & lachrymarũ: quamuis spũalis sit: non adimplet legem Christi.

Ambro.

¶ Ambrosius sup epistolã secundã ad Corynthios: & hƚ de pœni. di. j. Ficta.

Ficta charitas quæ deserit in aduersitate.

¶ Ambrosius sup Beati ĩmaculati.

Ille intelligit super pauperẽ: qui largiƚ pauperi. Nã quid prodest misereri inopis: nisi alimoniã eidẽ largiaris.

¶ Ambrosius ibidem.

Hoc est occidere hominẽ: vitę suę ei subsidia denegare. Caue ne inter loculos tuos includas salutẽ inopũ: & tanquam in tumulis sepelias vitã pauperũ.

Grego.

¶ Grego. moraliũ lib. vij.

Quia duo sunt præcepta charitatis: dei videlicet amor et proximi: per amorẽ dei gigniƚ amor proximi. & per amorẽ proximi dei amor nutritur. Nã qui amare deũ negligit: perfecte diligere proximũ nescit: & tunc plenius in dei dilectione proficimus: si in dilectionis gremio proximi charitatẽ colligamus.

¶ Gregorius ibidem.

Perfectionis vinculum charitas diciƚ. Quia omẽ bonũ quod agitur per illã ne pereat ligatur. A tentatione nanq; citius quodlibet euellitur opus quod solutũ in vinculo charitatis inuenitur.

¶ Grego. moraliũ lib. xix. pte. iiij. cap. xxiij. & habeƚ di. xlv. Sunt nanq;.

Sunt nanq; nonnulli ita districti: vt etiã omnẽ mansuetudinem benignitatis amittant: et sunt nonnulli ita mansueti: vt perdant districti iura regiminis. Unde cunctis rectoribus vtraq; summopere sunt tenenda: vt nec in disciplinę vigore benignitatẽ mãsuetudinis: nec rursus ĩ mansuetudine districtionẽ deserant disciplinæ quatenus nec a compassione pietatis obdurescant: quũ contumacẽ corrigũt: nec disciplinę vigorẽ molliant: quũ infirmorũ animos cõsolantur. Regat ergo vigor disciplinę mansuetudinẽ: & mansuetudo ornet sermone vigorem. Et sic alterum cõmendetur ex altero: vt nec vigor sit rigidius: nec mansuetudo dissoluta.

¶ Grego. ibidẽ: & habeƚ ibidẽ.

Uera iustitia compassionẽ habet: falsa vero dedignationẽ: quamuis & iusti soleãt recte peccatoribꝰ indignari. Sed aliud est quod agitur typo superbię: aliud quod zelo disciplinę: ĩdignanƚ etenĩ: sed non dedignantes sunt: at contra hi qui falsa iustitia superbire solent: cæteros quosq; despiciũt: nulla infirmantibus misericordia cõdescẽdunt: & quo magis se peccatores esse non credunt: eo deterius peccatores fiunt.

¶ Gregorius in Registro: & habetur viij. q. j. In scripturis. §. Duo.

Duo quippe sũt præcepta charitatis: amor dei et proximi. Per actiuã igitur vitã prodesse proximis cupiens Esaias officiũ prædicationis appetijt. Per contẽplatiuã vero Hieremias amore conditoris sędule inhærere desiderans ne mitti ad prædicandũ debeat contradicit.

¶ Idem in Pastorali.

Tunc ad alta charitas mirabiliter surgit: quũ ad ima proximorũ se misericorditer attrahit: et quę benigne descẽdit ad infima: valenter recurrit ad summa.

¶ Grego. in Pastorali.

Nihil perfectius deo virtute dilectionis. Nihil desiderabilius diabolo extinctione charitatis. Quisquis igitur seminãdo iurgia: dilectionẽ proximorũ perimit: diabolo familiarius seruit.

¶ Idẽ sup Ezechielẽ homelia. vj.

Adoptio filiorũ sola charitate acquiriƚ. Joãnes primo dedit potestatẽ filios dei fieri. Quid hac potestate altius? Quid hac altitudine sublimiꝰ dici potest? In qua potestate quisq; creatus efficitur filius creatoris.

Joãnes chryso.

¶ Joannes Chrysostomus sup illud Jo. xv. Omẽs in vnũ corpus baptizati sumus.

Propterea in vnũ corpus vt nõ dissoluamur: sed eã q adinuicẽ est cõueniẽtia & amicitia corporis vnius cõueniẽtiã obseruemꝰ. Quocirca ita proueremꝰ proximos: vt vnusquisq; nostrũ suã carnẽ nõ despiciat. Nullus enĩ vnquam carnẽ suam odio habuit: sed eam nutrit et fouet.

¶ Joãnes chrysosto. super Matthęũ.

Si indifferenter oĩbus dederimus: semp miserebimur. Si aũt discutere cœperimꝰ: nunquam misericordiã prestabimus.

Lactan.

¶ Lactantius firmianꝰ lib. vj. diuinarũ institutionũ cap. vj.

Si hac de causa hoĩes cõgregati: vt mutuis auxiliis imbecillitatẽ suã tuerẽtur: succurrẽdũ est igitur homini qui egeat auxilio.

¶ Idẽ lib. vj. di. insti.

Deus enĩ qui cæteris aĩalibus sapientiã nõ dedit: naturalibus ea munimentis ab incursibꝰ et periculis tutiora generauit: hominẽ vero quia nudũ fragilẽq; formauit: vt eũ sapiẽtia potius instrueret: dedit ei præter cætera hunc pietatis affectũ: vt hõ hominẽ tueatur: diligat: foueat: cõtraq; oĩa pericula & accipiat: & prestet auxiliũ. Summũ inter se hominũ vinculũ est humanitas quod qui disrũpet nepharius & parricida existimandus est. Nã si ab vno homine quẽ deus finxit oẽs sumus oriundi: certe consanguinei sumus. Et ideo maximũ scelus putandũ est odisse hominẽ: vel nocentẽ.

¶ Lactantius Fir. lib. vj. diuinarum institutionum.

Itẽ si ab vno deo inspirati oẽs & aĩati sumus: quid aliud quam fratres sumus: vt qui coniunctiores animis: quam qui corporibus. Itaq; non errat Lucretius quũ dicit. Deniq; cœlesti sumus oẽs semine oriundi. Oĩbus atq; idẽ pater est. Ergo pro belluis immanibus sunt habendi: qui homini nocent: qui contra ius humanitatis & fas oẽ spoliant: cruciant: occidunt: exterminant.

¶ Ibidem.

Deus enĩ quoniam pius: animal nos vtile voluit esse: sociale. Itaq; in aliis hominibus nos ipsos cogitare debemus. Non meremur in periculo liberari: si non succurrimus. Non meremur auxilium: si negamus. Nã qui se a præstando auxilio remouet: etiam ab accipiendo remoueat necesse est. Quia nulla opera indigere se putat q alteri suã denegat. Retinẽdum est igitur vinculũ societatis humanę: quia homo sine homine nullo modo potest viuere.

¶ Lactãtius lib. vj. di. insti.

Conseruanda est igitur humanitas: si homines recte dici velimus. Id autẽ ipm cõseruare quid aliud est quam diligere hominẽ: quia homo sit: & idẽ quod nos sumus. ¶ Ibidem.

Uerũ illud est Ciceronis quod ait. Hominẽ naturę obedientẽ homini nocere non posse. Ergo si nocere homini cõtra naturã est: prodesse igitur homini secũdum naturã sit necesse est. Quod qui nõ facit: hominis se appellatione dispoliat. Quia hũanitatis officiũ est necessitati hoĩs ac periculo subuenire. ¶ Ibidem.

Huius enĩ operis & officij merces a deo est expetenda solo: nã si ab homine expetes iam non hũanitas erit illa: sed beneficij fœneratio. Nec potest videri bene meruisse: qui quod facit non alteri: sed sibi præstat.

Basilius

¶ Basilius homelia prima.

Panis est famelici: quem tu tenes. nudi tunica: quã in cõclaui conseruas. discalciati calceus: q penes te marcescit. Indigẽtis argentũ: quod possides. Quocirca tot iniurias agis: quot subuenire valebis.

Seneca

¶ Seneca ad Lucilliũ epistola. xlvij.

Hæc tantũ præcepti mei sũma est. Sic cum inferiore viuas: quẽadmodũ tecũ superiorẽ viuere velis. Quotiens in mentem venerit tibi quantũ in seruum liceat: veniat in mentẽ tantundem in te domino tuo licere.

¶ Seneca in prouerbiis.

Habet in aduersis auxilia: qui in prosperis cõmodat. ¶ Seneca ibidẽ.

Qui succurrere perituro põt: quũ non succurrit: occidit. ¶ Seneca lib. de beneficiis.

Tanta danda sunt beneficia: vt nota sint solis quibus prosunt. Interdum etiã ipse qui iuuaƚ fallẽdus est: vt habeat: nec a quo acceperit sciat.

¶ Seneca ibidem.

Multũ interest inter misericordiã beneficij et beneficium. Itaq; nec aurũ: nec argentũ: nec quicquam eorũ q a proximis recipiuntur beneficiũ est: sed ipsa tribuentis voluntas.

¶ Seneca lib. de beneficiis.

Plæriq; sunt qui beneficia asperitate verborũ et supercilio ĩ odium adducũt: eo sermone vsi: ea superbia: vt impetrasse pœniteat. ¶ Ibidẽ.

Tẽpore beneficia magna sunt: beneficiũ est vnꝰ in fame panis. Beneficiũ est arentibus siti mõstrare fontẽ. Eo aĩo quicquid debeƚ quo datur: nec quantũ sit. sed a quali voluntate perpenditur: maius enĩ aut minꝰ sit quamuis idẽ sit tẽpore: loco: causa. ¶ Seneca ibidẽ.

Ingratum est beneficiũ: quod diu inter manus dantis hæsit: quod quis ægre dimittere visus est: et sic dare tanquam sibi eriperetur. Gratissima autem sunt bñficia parata: facilia occurentia: vbi nulla mora fuit: nisi in accipientis verecundia.

¶ Seneca lib. de beneficiis.

Optimũ est occupare antequam rogemur. Quia quũ homini probo ad rogandũ os occurrat: & diffundat rubor: qui hoc tormentũ remittit multiplicat munus suũ. ¶ Seneca lib. de beneficiis.

Nō tulit gratis: qui quū rogasset accepit. Nulla res charius cōstat: q̄ que precibus empta est. Molestū enī verbū ⁊ onerosum est demisso vultu dicere rogo. ¶ Seneca lib. de bñficijs.
Nihil chari⁹ æstimam⁹ q̄ beneficium qđ diu petimus: nihil vilius q̄ quū accepimus: vnum bene positum beneficium multorum amissorū dāna restaurat.

¶ Seneca libro de beneficijs.
Quāuis omni petenti dare debeas: tamen in beneficio spectandi sunt mores eius cui datur: et anim⁹ erga nos: ⁊ cohabitatio vitęq; societas: et ad nostras vtilitates officia ante collata.

¶ Ibidem.
Pulchrum sane prædicandum beneficiū nulla dilatione suspensum: nullis precibus redēptū: nullis meritis cōparatum. Gratius est enī donū qđ venit ante preces. ¶ Seneca ibidē.
Quis vestrū contentus fuit aut leuiter rogari: aut semel? Quis vestrū quū aliquid suspicatus est a se peti frontē abduxit? vultū auertit? occupationes simulauit? longis sermonibus ⁊ de industria non inueniētibus exitū occasionē petendi abstulit: ⁊ varijs artib⁹ necessitates properātes elusit. In angusto vero cōpressus aut distulit idē: aut timide negauit: aut promisit: sed difficulter: sed ductis supercilijs: sed exeuntib⁹ verbis.

¶ Ibidem.
Deos sequamur duces: q̄tū humana imbecillitas patitur: demus beneficia: non fœneremur.

¶ Idem.
Ordo beneficij per manus transeuntis nihilominus ad diuitē reuertitur. ¶ Ibidē.
Nullum beneficiū dandū est negligenti.

¶ Ibidem.
Primo necessaria sunt danda: deinde vtilia: deinde iucunda. ¶ Ibidem.
Videamus ne mittam⁹ munera superuacua: vt fœminæ arma: libros rustico. ¶ Ibidē.
Videndū est ⁊ considerandū quid: cur: qualiter: quando: vbi: ⁊ quare sit dandū. ¶ Ibidē.
Turpissimū genus beneficij est inconsulta donatio. ¶ Ibidem.
In dando beneficia eligendus est vir simplex: nō ingratus: alieni abstinēs: non sui auarus: et maxime beniuolus. ¶ Ibidē.
Si propter vtilitatē darētur beneficia: dij tot munera que sine intermissione diebus ac noctibus fundunt nō darent. ¶ Ibidem.
Quū beneficia in vulgus largiri īstitueris: multa perdenda sunt: vt vnū bene des. ¶ Ibidē.
Dare debemus quomodo vellem⁹ accipere: ante oīa libenter ⁊ cito. ¶ Ibidē.
Caueamus ne aliquid moræ interueniat ī dādo: vt deliberasse videamur. ¶ Ibidem.
Illud beneficiū est iucundū quod alicui obuiū venit. ¶ Ibidem.
Tarde velle nolentis est.

¶ Ibidem.
Beneficiū ab hoīe duro aspere datū panis lapidosus vocatur: quē esurienti accipere necessariū sit esse acerbum. ¶ Ibidem.
Dabo egenti: sed non vt ipse egeam.

¶ Ibidem.
Succurram perituro: sed non vt ipse pereā.

¶ Ibidem.
Multo graui⁹ est male dedisse beneficia: q̄ nō dedisse. ¶ Seneca lib. de moribus.
Succurrere paupertati amicorū stude: imo potius occurrere.

¶ Seneca libro de Formula vitę.
Clæmentię esto cultor: seuitię detestator.

¶ Ibidem.
Cunctis esto benignus: nemini blādus: paucis familiaris: oībus ęquus: ad iram tardus: ad misericordiā pronus: ī aduersis firmus: in prosperis cautus ⁊ humilis.

¶ Seneca libro de formula vitę.
Deū amabis: si illū in hoc imitaberis: vt velis oībus prodesse: nulli nocere.

¶ Macrobius lib. ij. saturnaliū.
Beneficium dādo accepit: qui digno dedit.

¶ Cicero libro de amicitia.
Fructus ingenij ⁊ v̄tutis omnisq; præstātię tū maxime capitur: quū in proximū quęq; cōfert.

¶ Cicero lib. iiij. Tusculanarū quæstionū.
Cur misereare potius q̄ feras opē: si id facere possis? ¶ Cicero lib. ij. Rhetoricorū veterū.
Nam beneficit magnitudo ex vtilitate: atq; honestate: aut necessitudine demonstratur.

¶ Plautus in Rudente.
Bonis quod benefit haud perit.

¶ Vergilius primo Æneidos.
Non ignara mali miseris succurrere disco.

¶ Ouidius lib. ij. de ponto. Elegia. iij.
Mitius est lapso digitū supponere mento:
Mergere q̄ liquidus ora natantis aquis.

¶ Ouidius de ponto lib. ij. elegia. ix.
Regia (crede mihi) res est succurrere lapsis.
Conuenit ⁊ tanto: q̄tus es ipse: viro.

¶ De hac materia habes infra vbi Bñficiū Clæmentia ⁊ Misericordia.

Amor sui græce ἔρως ἑαυτοῦ. et φιλαυτία.

¶ Arist. li. ij. Rhætoricorū.
Nullus seipsum paruipendit.

¶ Periāder ~~[struck]~~ σεαυτοῦ μὴ ἀμέλει. i. Teipm negligas. ¶ Pittacus ⁊ Chilon.
γνῶθι σεαυτόν. i. cognosce teipsum. ¶ Bias.
εἰς κάτοπτρον ἐμβλέψας θεώρει· καὶ εἰ μὲν καλὸς φαίνῃ ἄξια τούτου πράττε· εἰ δὲ αἰσχρὸς, τὸ τῆς ὄψεως ἐλλιπὲς ὡραΐζε καλοκαγαθείας. hoc est. In speculum quum inspicias contemplare: Et si quidem pulcher appares: digna te. Fac: si vero deformis: faciei defectū Illustra probitatibus. ¶ Menander. ἑαυτὸν οὐδεὶς ὁμολογεῖ κακὸν τὸς ὤν. Seipsum nullus fatetur esse malum.

¶ Amplitudo græce. ἀξιωτικὸς. ἡ. dicitur est potentię: aut maiestatis: aut aliquarū copiarum magna abundantia secundum Ciceronem in rhætoricis.

¶ Anathema græcum vocabulum est ἀνάθημα. τος. τό. Et est oē separatum a cōmuni vsu fm

beatū Tho. super epistolā ad Ro. c. ix. col. ij. fi.

¶ Andragathima græca dictio est ἀνδραγάθημα. τος. τό. ⁊ strēnuitas latine dici pōt. Est enī virtus viri cōmunicabiliū operū adinuētiua: ⁊ pars fortitudinis potentialis: pertinēns ad liberalitatem: vel potius ad magnificentiam: licet magis conueniat cum iustitia ratione materię. Vel sic.
Andragathima est virtus magnorum operum executiua cum quadam virili prudentia ac sollicitudine: vt colligitur ex dictis beati Tho. secūda secūdæ. cxxviij. arti. q. j.
Andragathima venit ab ἀνδραγαθέω quod est viriliter ago.

Angelus græca dictio est: ἄγγελος. ου. ὁ. nūcius dicitur. ἀγγέλλω enim nuncio est.
Angelus est substantia intellectualis: specie mobilis: arbitrio libera: incorporea: deo ministrās fm gratiam: etiam natura sui immortalitatē suscipiens: cuius substantię speciē ⁊ terminum solus qui nouit fm Johannem damascenum lib. ij. capi. iij.

¶ Exodi. xxiij. capitulo.
Ecce ego mittā angelū meū qui præcedat te et custodiat in via: ⁊ introducat in locū quē præparaui. Obserua eū ⁊ audi vocē eius: nec cōtēnendū putes: q: non dimittet quū peccaueris: ⁊ est nomē meū in illo. Q si audieris vocē eius: ⁊ feceris omnia que loquor: inimicus ero inimicis tuis: ⁊ affligam affligentes te.

¶ Augu. lib. de agenda cura pro mortuis: et habetur. xiij. q. vltima. Fatendum.
Fatendum est nescire quidē mortuos quid hic agatur: dū hic agit: postea vero audire ab eis qui hinc ad eos moriēdo pergūt: nō quidē oīa: sed que sinūtur etiā istū meminisse. ⁊ que illos quibus hęc indicantur oportet audire. Possunt et ab angelis qui rebus que hic aguntur præsto sunt: audire aliquid mortui: qđ vnūquēq; illorū audire debere indicat: cui cuncta subiecta sunt.

¶ Aug. super illud. Draco iste quē fecisti.
Prepositi sunt angeli cœlo ⁊ super potestates aereas: vnde procedit verbū qđ fit hic. Intuētur enī legem fixam: legem æternam iubentem sine scriptura: sine syllabis: sine strepitu fixam semper ⁊ stantem: intuentur angeli corde mundo: ⁊ ex illa faciunt quicquid hic fit.

¶ Augu. in Enchiridio.
Vtiq; noscunt angeli sancti docti de deo cuius veritatis æterna cōtēplatione beati sunt: quāti numeri supplementū de genere humano integritas illius ciuitatis expectat.

¶ Hiero. sup Matthæum lib. iij.
Magna dignitas animarum vt vna quæq; habeat ab ortu natiuitatis, in custodia sui angelū deputatū. ¶ Gregorius: ⁊ habetur di. xl. Quelibet. §. Quid enim.
Quid enim paradiso iucundius? Quid cœlo securius? ⁊ tamen homo ex paradiso: ⁊ angelus de cœlo peccando cecidit.

¶ Gregorius super euang. homelia. vj.
Vnusquisq; inquantum sufficit si a prauitate proximum reuocat: si exhortari ad bene operandū curat: si æternum regnum vel supplicium erranti denunciat: quum verba sanctæ annunciatiōis impēdit: profecto angelus existit.

¶ Gregorius in homelia.
Qui parua capiunt: sed tamē hęc eadem parua pie annunciare fratribus nō desistunt: isti in angelorum numerum currunt. Qui secretorū cœlestium summa capere præualent ⁊ nunciare: etiā isti in archangelorum numerū deputantur. Qui amando ardent ⁊ loquendo alios accendunt: isti seraphici dicuntur.

¶ Gregorius in homelia.
Angeli quum ad nos veniunt: sic exterius implent ministerium: vt tamen nunq̄ desint interius per contemplationē. Mittuntur igitur ⁊ assistunt: quia ⁊ si circunscript⁹ est angelicus spiritus: summus tamē spiritus ipse qui deus est circunscriptus non est. Angeli itaq; ⁊ missi ante ipsum q̄ a quolibet missi veniāt ītra ipm currūt.

¶ Gregorius sup euang. homelia. xxxiiij.
Superna illa ciuitas ex angelis ⁊ hominibus cōstat: ad quam tantum credimus humanū genus ascendere quantos illic contigit electos angelos remāsisse: sicut scriptum est. Statuit terminos gentium iuxta numerum angelorum dei.

¶ Greg. ī homelia. Erāt appropinquātes ⁊c.
Angelorum vocabulum nomen est officij: nō naturæ: nā sancti illi cœlestis patriæ spiritus: semper sunt spiritus: sed semper vocari angeli nequaq̄ possunt. Tunc solum sunt angeli quū per eos aliqua nunciantur. Vñ psalmus. Qui facit angelos suos spiritus. Hi ergo qui minima nūciant angeli: qui vero summa nunciant archangeli vocantur. Græca enim lingua angeli nuncij: archangeli vero summi nuncij vocantur. Qui iccirco priuatis nominibus cēsentur: vt Michael: Gabriel: Raphael: vt signetur ⁊ per vocabula quid in operatione valeant.

¶ Ibidem.
Timet angelus adorari ab humana natura: quā videt in deo sublimatam. ¶ Gregorius: ⁊ habetur de pœni. di. ij. Principiū. §. Nouē dixit.
Nouem dixit genera lapidum quia nimirū ordines angelorum sunt nouem: nā quum per sacra eloquia angeli: archangeli: throni: ⁊ dominationes: virtutes: principat⁹: ⁊ potestates: cherubin ⁊ seraphin: aperta narratione memorantur: supernorū ciuium quantæ sint distinctiōes ostendit.

¶ Grego. lib. ij. moralium.
In hoc est natura angelica a naturæ nostræ conditione distincta: q nos ⁊ loco circūscribimur: ⁊ cęcitatis ignorantia coarctamur. Angelorū vero spiritus loco quidem circunscribuntur: sed tamen eorum sciētię longe super nos incōparabiliter dilatantur. Interius ⁊ exterius sciendo distincti sunt: quoniam ipsum fontem scientiæ contemplantur. Quid enim de his que scienda sunt nesciunt: qui scientem omnia sciunt?

¶ Isidorus lib. de summo bono.
Boni angeli ad ministerium humanę salutis deputati sunt; vt cunctis administrent mundi;

angeli de misterio incarnationis. 3.30.2.c.

z regãt omnia iussu dei.

¶ Isidorus ibidem.

Singulæ gentes præpositos angelos habere creduntur: omnes homines angelos habere probantur.

¶ Isidorus ibidem.

Natura angelorũ mutabilis est: quia inest illis mutabilitas ĩ natura: sed fecit eos incorruptos charitas sempiterna.

¶ Isidorus ibidem.

Angeli sunt natura mutabiles conditi: sed facti contemplatione immutabiles: animo impassibiles: mente rationales: stirpe æternũ: z beatitudine perpetui.

Bernardus

¶ Bernardus in sermone de angelis.

Simus deuoti: simus grati tantis custodibus: redimamus eos: quantum possumus: quantum debemus effectuose deo angelos eius tanq̃ futuros aliquando cohæredes. Uos vero interim actores z tutores a patre positos: z præpositos nobis: adhuc enim paruuli sub tutoribus z actoribus sumus.

¶ Ibidem.

Quotiens ergo grauissima cernitur vrgere tentatio z tribulatio vehemens imminere: inuoca custodem tuum: directorem tuum: adiutorem tuum in opportunitatibus tuis. In tribulatione vero neq̃ dormitat neq̃ dormit: z si quando ad tempus dissimulat.

¶ Bernardus ibidem.

Ueh nobis: si quando prouocati sancti angeli peccatis z negligentijs indignos nos iudicauerint præsentia z visitatione sua: z quorũ præsentia protegere nos z propulsare poterat inimicum: q̃ si necessariam habemus familiaritatem dignationis angelicæ: cauenda est nobis eorum offensa: z in his minime exercendum quibus eos non nouimus oblectari. Hæc autem placent eis: quæ in nobis inuenire delectat: vt est sobrietas: castitas: paupertas voluntaria: creber in cœlum gemitus: z super hæc omnia veritatem z pacem nobis exigunt.

¶ Ber. ibidem.

Benignus es domine qui non es contentus nostra fragilitate murorum: sed ipsis hominum custodibus angelicam custodiam supponis.

¶ Bern. in sermone quadragesimæ super illud. Accesserunt angeli z ministrabant ei.

Tu ergo si vis habere ministerium angelorum fuge consolationes sæculi z tentationibus resiste diaboli.

¶ Ibidem.

Angelis suis mandauit de te zc. O quantam debet tibi hoc verbum inferre reuerentiam: afferre deuotionem: conferre fiduciam: pro præsentia reuerentiam: pro beniuolentia deuotionem: pro custodia fiduciam. Caute ergo ambula vbi sunt angeli: vt custodiant te in oibus vijs tuis.

¶ Bernar. ibidem.

Credimus angelos sanctos astare orantibus: offerre deo vota: z preces hominum: si sine deceptione leuari puras manus prosperexerint.

¶ Ber. ibidem.

In quouis diuersorio: in quouis angulo: reuerentiam exhibe tuo angelo: nec audeas illo præsente quod me vidente non auderes. Adsunt igitur tibi non modo præsentes tecum: sed etiam pro te adsunt vt protegant: adsunt vt prosint.

Origenes.

¶ Origenes super librum numerorum homelia. lxix.

Agunt angeli diem festum lætantes super his qui refugientes consortia dæmonum: per exercitia virtutum angelicis festinant sociari consortijs.

¶ Origen. super librum numerorum homelia. lxxj.

Adest vnicuiq̃ nostrum etiam minimis qui sunt in ecclesia dei: angelus bonus: angelus domini: qui regat: qui moneat: qui gubernet: qui pro actibus nostris corrigendis: z miserationibus exposcendis quotidie videat: faciem patris qui in cœlis est.

¶ Angor grece. ἄγχόμη. ancboni. z ἄγχω. ango est ægritudo premens: secundum Ciceronem lib. tuscul. quest.

Angor est animi z corporis cruciatus: vnde anxius sollicitus: z anxietas sollicitudo dicitur: quæ z anxitudo dici potest. Actius. Persu asit mœror: anxitudo error: dolor.

¶ Angustia græce. στενοχωρία. z στενός. angustus dicitur. Est viarum strictura: aut cuiuscunq̃ alterius rei: vnde per translationem pro difficultatibus capimus. Cicero. Neminemq̃ qui ei in tot rerum angustijs subueniret habebat. Uenit autem ab angusto verbo quod est coarcto: q̃ anguli semper coarctentur.

Anima
- Uegetatiua de qua infra
- Sensitiua de qua infra
- Intellectiua de qua infra

Anima vegetatiua.

Partes nutritiuæ diffinitæ. — Qualitates instrumentales. — Sedes earum.

Nutritiua cuius obiectũ est alimentũ secundum q̃ potentia animatum cuius vires sunt.

- Attractiua q̃ attrahit alimentũ aĩati nutritiuum. — Per calidũ z siccũ cuius sedes sunt.
  - Stomachus in quo est appetitus nutritiui.
  - Hepar in quod attrahitur subtile separatũ a grosso alimento in stomacho.
  - Membra nutrienda quæ incarnãtur a nutrimento quod inducitur vijs. — Uenarũ p quas ducitur humor. Arteriarũ per quas ducuntur spiritus vitales.
- Retẽtiua qua attractum retinetur: donec digeratur. — Per frigidũ z siccũ cuius sedes sunt.
  - Stomachus ĩ quo retinet attractũ vt digerat.
  - Hepar in quo reseruat attractum a stomacho nutrimentũ mittendũ ad cor: z purum ibi reseruatũ est materia ex qua fit nutritio totius animalis sz eius particula mittitur ad vasa seminaria.
  - Extremitas venarum.
- Digestiua qua attractum z retentum digeritur. — Per calidum et humidũ cuius sedes sunt.
  - Os in quo fit masticatio nutrimẽti: z solum præparat z disponit ad digestionem.
  - Stomachus in quo fit prima digestio z ibi separatur grossum alimenti a subtili.
  - Hepar in quo fit resolutio nutrimenti in. iiij. humores: z inde mittitur alimentum purum ad cor: z in via illius motus fit tertia digestio: z purum ibi reseruatum est materia ex qua fit nutritio totius animalis: sz eius particula mittitur ad vasa seminaria.
  - Extremitates venarum in quibus fit acceptio nutrimẽti.
- Expulsiua qua superfluũ alimenti egeritur. — Per frigidũ z humidũ cuius sedes sunt.
  - Uenter cum suis intestinis: in quem venit a stomacho superfluum alimenti digesti.
  - Uesica in quã recipitur humidum vrinale: quod stillat ab hepate.
  - Uasa seminaria ĩ quibus sumitur superfluũ quartæ vel proprie tertiæ digestionis: quod dicitur semẽ: p quod fit generatio: z dicitur superfluũ in quantitate: nõ autem in qualitate: quia per hoc generat aĩal sibi simile.

Augmentatiua: cuius obiectũ est alimentum secundum quod potentia quantum.

Generatiua cuius finis est generare sibi simile in specie cuius obiectũ est alimẽtũ secundum quod generatiuũ sibi similis in specie: z est a deo z natura indita propter speciei conseruationẽ: cuius vires sunt.
- Seminatiua: quæ in masculis z fœmininis semen generat.
- Immutatiua: quæ virtutes quæ insunt seminibus permiscet cõtemperãdo secundum q̃ complexiõi cuiuslibet mẽbri corporis formãdi conuenit.
- Formatiua quæ sic permixtis seminibus membra format z cõfigurat.

Anima Sensitiua.

Potentiæ sensitiuæ. — Organa. — Obiecta. — Actus.

Anima sensitiua apprehẽsiua: de foris cuius partes sũt.

- Uisus: cuius medium est perspicuum peruium seu Dyaphanum. — Oculus ad quẽ peruenit neruus obticus protẽsus a cerebro vsq̃ ad pupillã: ibi ramificatus: speciẽ sensati recipiẽs: z ad sensum cõmunem referens. — Color z lumẽ — Uidere albũ z nigrum cũ intermedijs coloribus.
- Auditus: cuius mediũ est aer motus a duobus corpibus adinuicẽ collisis: cõtinuatus aeri posito intra cõcauitatem auris q̃ est connaturalis aĩali. — Tympanũ auris ad quod dirigitur neruus protensus a cerebro cõtinens speciem audibilem. — Sonus — Audire acutũ z graue: cũ intermedijs sonis.
- Olfactus: cuius medium est Aer. — Duæ carũculæ descendentes a cerebro similes duobus capitibus mamillarũ per quas peruenit spiritus odorabilis: z sensum facit. — Odor — Olfacere bñ olentia z male olẽtia: cũ intermedijs odoribus.
- Gustus: cuius mediũ: Intrinsecũ: ẽ caro spõgiosa. Extrinsecũ: est humiditas saliualis. — Neruus super linguã expansus descẽdens a cerebro. — Sapor — Gustare dulce z amarũ: cũ intermedijs saporibus.
- Tactus: cuius medium est caro cooperiens neruos. — Caro vel neruus multipliciter ramificatus ad modũ vestis tegens totum corpus. — Calidũ: frigidũ: humidũ. sic. du. mol. asp. le. z aliæ qualitates inde sequentes. — Tãgere calidũ frigidũ. humi. sic. du. mol. asp. lene. cũ intermedijs qualitatibus.

- Potentiæ sensitiuæ
  - Appheñsiua. Deinde ꝓz b. Tho. et Auerro. cuius partes sunt.
    - Sensus cõis: virtus cui redunt oia sensata. et est velut cẽtrũ alioꝝ. v. sensuũ a quo deriuantur sicut rami.
      - Organa: Pria cõcanitas cerebri maxime humida.
      - Obiecta: Sensibile sensatũ vt cognoscibile cuius actus sunt
      - Actus: Distinguere inter ꝓpria sensata: vt inter colorẽ et sonum. Percipere cõmunia sensata: sicut motũ quietẽ magnitudinẽ figurã numerum. Percipe sensationes eorũ: sicut cõsentio mihi videre: et video me videre. Retinere specie vel similitudine insensibilis quã cepit a sensu cũ in absentia ipsius sensibilis. Appheñdere intẽtiones sensatiũ sicut ꝙ one cognoscens inimicitias luppi: vel gallina vulpis naturaliter. Retinere ꝺ intẽtiõilis qꝺ appheñdit æstimatiua. Intẽtio elicita ab æstimatiua iñ tũ insensibilis.
    - Phantasia siue imaginatiua: q̃ ꝑm Aristo. est motꝰ factus a sensu ꝑm actum.
      - Organa: Secũda cõcanitas cerebri: vbi ps immediate sequẽs minus humida
      - Obiecta: Sensibile sensatũ vt reseruabile. Intẽtio bonitatis et malignitatis: conuenientie et disconuenientie vtilitatis vel nocumenti: vt elicibilis a forma imaginata.
      - Actus: Intẽtio elicita ab æstimatiua iñ tũ insensibilis reseruabilis.
    - Æstimatiua q̃ i hoibꝰ ꝺr cogitatiua virtꝰ apprehendens de sensato: qꝺ nõ est sensatũ sicut sunt intẽtiones: vt infra.
      - Organa: In bestiis posteriorꝝ ps capitis. In hoibus media cellula cerebri vel in summo eius quæ dicitur syllogistica.
    - Memoratiua virtus cõseruatiua intẽtionũ: qs appheñdit æstimatiua. Et in hoibus ꝓprie est reminiscentia.
      - Postrema ꝓcanitas cerebri.

Alia sensitiua. (2. sen. dist. 19. ꝙ. 2. Arman.)

- Motiua dupliex.
  - Per modũ dirigẽtis. s. oñdendo qd ꝓsequẽdum vel fugiẽdũ et hoc facit.
    - Phãtasia et sensus cõis: ostendendo formas sensibiliũ ꝓsequendorũ: vel fugiendorũ: vt colores sapores: odores: figuram: numerum: et huiusmodi.
    - Æstimatiua: ꝓsentando intentiones sensibiliũ sequendoꝝ vel fugiendoꝝ: sicut vtilitatem: nocumentũ: cõuenientia: disconuenientiam: delectabilitatem: vel tristiciam eorum.
  - Per modum exequẽtis: et ẽ virtꝰ cõsequens ad affectiuas diffusa i lacertis: musculis et neruis cõtrahens et relaxans ligamenta coniuncta mẽbris et ẽ duplex: scz
    - Concupiscibilis: q̃ est vis impans motum ad ea quæ æstimant necessaria et vtilia appetitu delectãdi: cuius obm ẽ bonum simplr et absolute cuius actus sunt
      - ꝓsequi respectu boni.
        - Concupiscere.
        - Desiderare.
        - Gaudere.
        - Lætari.
        - Amare.
        - Diligere.
      - Fugere respectu mali.
        - Abhorrere ꝺ ꝺisperare
        - Dolere ꝺ gaudere
        - Tristari ꝺ lętari
        - Odisse cõtra amare
        - Cõtẽnere ꝺ diligere
      - Corroborationẽ q̃ cõsequit corrigens virtutis impetuosam confortationẽ ex cui imperio fiũt actꝰ.
        - Debilitationẽ quę est dispositio impetuose cõsequens discõfortationẽ cordis ꝑm quã per modum fugæ fiunt actus.
          - Dãc ptẽ ꝓficiũt et moderãt. vj. virtutes morales. s.
            - Temperantia
            - Liberalitas
            - Affabilitas
            - Veritas
            - Eutrapelia
            - Philotimia.
          - In bonũ non qꝺcunqꝫ sed excellens et honorabile cuius actus sunt.
            - Ambitio
            - Spes
            - Superbia
            - Contemptus
            - Dominatio
          - In malum non quodcunqꝫ sed excellens cuius actus sunt.
            - Audacia
            - Ira
            - Insurrectio
          - A bono arduo difficili non excellenti
            - Desperatio
            - Humiliatio
            - Reuerentia
          - A malo arduo difficili vel excellenti.
            - Pœnitentia
            - Impatientia
            - Timor.
    - Irascibilis: q̃ ẽ vis ipans moueri ad pellẽdũ a se qꝺ æstimatu nociuũ aut corrumpens appetitu vicẽdi cui obꝫ ẽ bonũ arduũ et expediẽs: et ẽ ꝑm. b. tb. velut armiger et defẽsatrix ꝓcupiscibilis ꝑm duplicẽ dispositõem. s.
      - Gñalis: ẽ vbi motia ꝓsequẽs vt. s. cuius sedes ẽ i ꝓstrema ꝓtecerebri et capiti vñ oriunt nerui motui sicut ab interiori nerui fẽsitiui ramificati ꝑ totũ corpus.
      - Particularis ẽ i singuli mẽbri vis motia ꝓcollatã virtutẽ a gñali cui ꝑtes sit
        - Cõtractiua: ex qua nõ ꝓuenit motꝰ totius animalis ꝺ loco ad locũ: ꝫ ẽ q̃ aial ꝓgressiua ẽ vis vel principiũ trãseũdi de loco ad locũ cui spes sũt.
          - Cõtrahit vt conchilia
          - Extendit et ꝺ
          - Gressiua pedibus
          - Volatiua alis
          - Reptatiua costis et ventre.
          - Natatiua pinnulis. Solo organo differẽtia.
        - Opatiua: est principiũ opãdidi cuius organa cõiuncta sũt manꝰ in hoĩbus: vel os: vel comua: vel pedes: vt in apibus et araneis.
        - Vocatiua: est principium emittendi vocem ꝑm appheñsionem: indicatiua affectionum cuius organum est pulmo: et vitalis arteria. Quare est in solis animalibus habentibus pulmonem.

- Appheñsiua et intellectiua sepabilis: qꝺ non vtik organo corporeo: et incorruptibilis q̃ distinguit scõm differẽtiã.
  - Naturæ i
    - Intellectum agentem. quo est oia facere cui actiones. ij. s.
      - Illuminare formas vel species sensibiles existentes in imaginatione vel æstimatiõe: et illuminando abstrahere.
      - Copulare abstractas.
    - Duꝰ obiectũ ẽ q̃ditas rei materiat. vt factibilis se hñs ad mãifestãdas spẽs intelligibiles: vt lumẽ vel lux ad manifestãdum colorem.
    - Intellectum possibilem qui dicitur. Et est vt tabula nuda picturaꝝ oĩm susceptibil nullã spẽm hñs actu: sꝫ possibilis ad omnes.
      - Materialis q̃ ẽ solũ i potentia nullam hñs formã: vel speciez intelligibilem.
      - Dispositꝰ vel i hĩtu: q̃ hꝫ in se ꝓncipia: et ꝓpones q̃ non aliũde: sed ꝑ se sunt notę. Ut oẽ totũ ẽ maius sua parte. De quolibet est vera affirmatio vel negatio: et si ab æqualib æqualia demas quæ remanent æqualia sunt.
        - Et i hac ꝑte sũt. vij. habitus i. intellectuales quorum
          - Quiqs nõ ꝓtigit assẽtire falsoĩ recte dicũ virtutes et habitꝰ intellectꝰ et sunt
            - intellectꝰ
            - Sapiẽtia
            - Scientia
            - Prudẽtia
            - Ars.
          - Duo quib cõtigit assentire falso: iõ dicũtur habitꝰ: sed nõ ꝑtes intellectuales. s.
            - Opinio
            - Suspicio
      - Adeptꝰ vel perfectꝰ quãdo habet conclusiões que sequũtur ad principia: sed non est conuersus ad illa per actualem considerationem.
      - Accõmodatus vel in actu qñ hæc actu considerat.
  - Ordis et sic distinguit. B. Augustinus. i. tel lectuz in rationẽ.
    - Superiorem.
    - Inferiorem.
  - Exercitij et ẽ quũ i tellectus exercẽt vel exercet cuius spẽs sũt
    - Inuẽtiua vel inuestigatiua: quę est inuestitio veri per se: vel experiẽtia per modum compositiõis vel resolutiõis: vel per modum cognitionis cansæ ad effectũ: vel ecõtra ad quã. reꝑrũt q̃ngs. s.
      - Ingenium: quod est extensio intellectꝰ ad intellectorũ cognitionẽ.
      - Experientia: q̃ est rerum certitudo facta per sensum.
      - Appheñsio: q̃ ẽ simplex acceptio rei itelligibilis vt hois vel bouis.
      - Cõceptio: q̃ ẽ cõplexa itellectualis acceptio.
        - Cõpositiua: vt hõ est animal.
        - Diuisiua: vt hõ nõ est asinus.
      - Rõcinatio: q̃ est discursus intellectꝰ ab vno in aliud a principio ad conclusiones vt in syllogismis et consequentijs.
    - Iudicatiua et ẽ actio intellectꝰ qua verũ discernitur ab alio: quæ
      - Scõm se ꝓsiderata cui actus sunt. v. superiora scilicet
        - Ingenium
        - Experientia
        - Appheñsio
        - Cõceptio
        - Rõcinatio
      - Inquãtũ iũgit sensibili cui actꝰ sũt
        - Discretio
        - Dubitatio
        - Opinio
        - Fides.
        - Scientia.
    - Memoratiua ẽ thesaurus specierũ intellectarum cuius actus sunt.
      - Retinere species intellectas vel conceptas
      - Repræsentare retentas.
      - Reparare ex alio deperditas: vt ex loco vel huiusmodi.
    - Interpretatiua: q̃ ẽ data cognitiõis ad alios: cui actꝰ sunt
      - Excogitatio: quę est configuratio vel cõformatio cogitatiõis ad experimendũ exterius: conceptum interius.
      - Significatio: q̃ est excogitatiõis formatę ꝑ signa vel per verba demonstratio: et fit potissime ꝑ locutionẽ: q̃ est vocalis platio cum intentione significandi vel ꝓferendi. Quare non est irrationalium.

Alia intellectiua. (3. sen. dist. 2. ꝙ. 2. Arman.)

- Appetitiua et est voluntas cui obiectum est bonum: vel appheñsum sub ratione boni: cuius actus sunt.
  - Elicit.
    - Respectu finis.
      - Velle.
      - Intendere
      - Frui.
    - Respectu eorum. q̃ sunt ad finem.
      - Eligere.
      - Consentire.
      - Uti.
  - Imperati: et sunt actus.
    - Voluntatis
    - Rationis
    - Appetitꝰ sensitiui vel sensualitatis.
      - Concupiscibilis
        - Amare.
        - Odisse.
        - Concupiscere
        - Fugere vel abominari
        - Delectari.
        - Tristari vel dolere.
      - Irascibilis.
        - Sperare
        - Desperare.
        - Timere
        - Audere
        - Irasci
    - Membrorum deseruientiũ animali: inquãtum est sensitiuum vel animal.

Et ẽ ꝑfectio ꝓprie iustitie ꝑticularis: que est in ea tãꝙ in ꝓprio subiecto. im ꝓprie autem iustitia legalis.

Nima græce ψυχή.ἄσ.ἡ.psychi et ψυχικός.οὐ.ὁ. psychicos animalis dicit̄:et est substātia creata: inuisibilis: immortali deo simillima : imaginem nullam habens nisi creatoris sui ſm Augustinum libro diffinitionum.

Anima est principium quo viuimus:sentimus ⁊ intelligimus:nutrimur: ⁊ secundū locum mouemur primum ſm Aristotelē lib.ij.de anima.

Anima est actus primus substantialis corporis physici organici in potentia vitam habentis ſm Aristotelē libro.ij.de anima.

Anima vegetatiua est principium quo vegetamus primum.

Anima sensitiua est principium quo intelligimus primum.

Anima intellectiua est principiū quo sentimus primū ſm eundem Aristotelem.

Aīa (vt ait Lactāti⁹ lib.de opificio dei.c.xvij.) quid sit nondū inter philosophos conuenit:nec vnq̄ fortasse cōueniet. ¶Ezechiel.c.xviij.

Anima que peccauerit ipsa morietur.

¶Matthæus capi.x.

Nolite timere eos q̄ occidunt corpus: aīam aūt occidere non possunt. ¶Marcus cap. viij.

Quid enim proderit homini:si lucretur mundū totum: ⁊ detrimentum aīe suæ faciat? Aut quid homo cōmutationis dabit pro anima sua?

¶Aug.lib.de doctrina christiana.

O anima christiana euigila: ⁊ si qua in te sit virtus charitatis quæ oīa sustinet:dñi tui imitare vestigia. Considera quot millia martyrū tritaʒ tibi fecerūt viam. Trāsierunt virgines. Transierunt martyres. Trāsierūt pueri ⁊ pullę ⁊ adhuc times. Quia docet te ille qui est via:veritas ⁊ vita:via non errans:veritas non fallens:vita non deficiens. Via in exemplo:veritas in promisso: et vita in præmio. ¶Idem cōfes.lib.vj.

Væh aīę audaci: q̄ sperauit:si a te recessisset: se aliquid melius habituram. Versa et reuersa:in tergū ⁊ in latera ⁊ in ventrē: ⁊ dura sunt omnia: et tu solus requies: ⁊ ecce ades.

¶Augu.super genesim ad litteram.

Sicut deus omnem creaturā:sic anima omnem creaturā naturę dignitate præcellit. Omnis autem aīa aut Christi sponsa:aut diaboli adultera est. ¶Augu.lib.de spiritu ⁊ anima.

Fœlix aīa quam dei pietas respicit: humilitas subijcit:potentia reducit:obediētia ꝯducit: perseuerantia perducit:deuotio introducit:charitas vnit. ¶Augu.de ecclīasticis dogmatib⁹.

Non duas animas dicimus esse in homine vno: sicut Iacobus ⁊ alij scribunt:vnam animalē:qua animetur corpus: ⁊ mixta sit sanguine: alteram spiritualem:quę rationi administret. Sed dicimus vnam eandemq; animam esse in homine: quę ⁊ corp⁹ sua societate vegetet: ⁊ semetipsaʒ sua ratione disponat.

¶Augu.lib.xiiij.de ciuitate dei.

Dolores qui dicuntur carnis animę sunt in carne: ⁊ ex carne. Quid enim caro per seipsam sine anima dolet:vel concupiscit? Sed quod concupiscere vel dolere dicitur:aut ipse homo est:aut aliquid animę:qđ carnis afficit passio: aut aspera quod facit dolorē:aut lenis quod voluptatē.

¶Augustinus super Ioannē.

Spiritus deficit:vbi caro requiescit:vt enim caro mollibus:sic aīa duris nutritur. Illam blanda refouent. Hanc aspera exercent.

¶Hieronym⁹ epl̄a.vij. ad Damasum papam.

Noli despicere aīam:pro qua xp̄s mortuus est.

¶Hierony. cōtra Iouinia. epl̄a.ix.ca.xxviij.

Sensus corporū: quasi equi sunt sine ratiōe currentes: anima vero in aurigę moduʒ retinet frena currētiū: ⁊ quomodo equi absq; rectore pręcipitanter ruunt:ita corpus sine ratione ⁊ imperio animę in suum fertur interitum. Alia quoq; cōparatio animæ ⁊ corporis a philosophis ponitur. Corpus puerum:animā pædagoguʒ esse dicentibus. Vnde ⁊ historicus. Animę imperio corporis seruitio magis vtimur. Alteruʒ nobis cum dijs:alterum cum belluis cōmune est. Igitur nisi vitia adolescentis ⁊ pueri:prudentia pędagogi rexerit:omnes conatus eius ⁊ impetus ad lasciuiam properant.

¶Hierony.in epl̄a.xxxviij. ad anastasium.

Alij asserunt q̄ formatis in vtero corporibus deus quotidie faciat animas et infundat. Alij factas iam olim: id est tunc quum omnia deus creauit ex nihilo: nunc eas iudicio suo dispēset in corpore. Et hoc sensit Origenes et nonnulli alij græcorum. Ego vero quum hæc singula legerim (teste deo dico) quia vsq; ad pręsens certi vel definiti aliquid de hac questiōe non teneo. Sed deo relinquo scire: quid sit in vero: et si cui ipse reuelare dignabitur. Ego tamen hæc singula ⁊ legisse me non nego: ⁊ adhuc ignorare confiteor præter hoc q̄ manifeste tradit ecclīa: deū esse ⁊ animarū ⁊ corporum conditorem.

¶Ambrosius in hexameron.

Qui aīas rōnales immortales esse dubitat:alienus ꝓculdubio a seipso est. ¶Ambrosius super illud psalmi. Eloquiū tuum viuificauit me.

Hæc ē aīę nr̄e vitalis substātia: qua alitur ⁊ pascitur: ⁊ gubernatur. Nec quicq̄ est aliud qđ viuere faciat rationalē aīam q̄ eloquium dei.

¶Gregorius bonifacio archiepiscopo: et habetur.xiij.q.ij. Animę defunctorū.

Animę defunctorū quattuor modis soluuntur: aut oblationibus sacerdotū: aut pręcibus sanctorum: aut charorū elemosynis: aut ieiunio cognatorū. Curatio vero funeris: conditio sepulturę: pompa exequiarum: magis sunt viuorum solatia: q̄ subsidia mortuorum.

¶Gregorius lib.j.moralium.

Sic conditi mirabiliter sumus: vt ratio animaʒ: et anima possideat corpus. Ius vero animæ a corporis possessione repellitur: si non prius anima a ratione possidetur.

¶Idem libro.xxvj. moralium.

Quoquo se verterit anima: si vigilanter intendit in eisdem ipsis deum inuenit: per quę relinquit: eiusq; potentiam ex eorum cōsideratione cognoscit: quorū amore deseruit: ⁊ per quæ peruerse cecidit: per hæc cōuersa reuocatur.

Cāī inmortalitas.

Canimi ordinatio.

¶Gregorius lib.iiij.Dyalogorum.

Tres vitales spirit⁹ creauit omnipotens deus. Unum qui carne non tegitur. Alium qui carne tegitur : sed non cum carne moritur. Tertium qui carne tegitur: ⁊ cum carne moritur. Primus angelorum. Secundus hominum. Tertius brutorum animalium.

¶Ioānes chrysosto. de reparatione lapsi.

Si animā negligamus:nec corpus saluare poterimus. Non enim anima pro corpore: sed corpus pro anima factum est. Qui ergo quod primum est negligit ⁊ quod inferius est tollit vtrūq; corrumpit. Qui vero ordinem seruat: ⁊ quod primum est colit: etiam si negligat quod secundum est: per primi salutem seruabitur ⁊ scđm.

¶Idem super Matthęum.

Facies animæ est conscientia: sicut enim in conspectu hominuʒ gratiosa est facies pulchra: sic in oculis dei speciosa est conscientia munda.

¶Isidorus: ⁊ habetur dist.lxxxj. Valet.

Valet interdū conuersis pro salute sue animæ mutatio loci. Plerūq; enim dum mutatur locus mutatur mentis affectus. Congruum est ergo ⁊ inde etiam corporaliter euelli: vbi quisq; illecebris deseruiuit. Nam locus vbi quisq; praue vixerit: in aspectu mentis apponit: quod sępe ibi quisq; cogitauit vel gessit.

¶Isidorus lib.xj.Etymologiarum.

Anima dum viuificat corpus anima est: duʒ vult animus est: dum scit mens est: dum recolit memoria est: dum rectuʒ iudicat ratio est: dum spirat spiritus est. Dum aliquid sentit sensus est.

¶Bernardus in sermone dedicationis.

Ad imaginem quippe dei facta anima rationalis cæteris omnibus occupari potest. Repleri omnino non potest. Capaceʒ enim dei quicquid deo minus est non implebit.

¶Bernardus super cant.sermone.xiiij.

Quid indecentius q̄ curuum recto corpore regere animum. ¶Bernardus sermone.cvj.

Hæc est animę suauissima ⁊ saluberrima reqes conscientia munda: quies secura sit beate animę: culcitra conscientię puritas: capitale tranquillitas: opertoriū securitas: vt in hoc interim strato dormiat delectabiliter ⁊ fœliciter requiescat. ¶Bernardus sermone.cvij.

Aduertistis tres esse sanctarum status animarum. Primum videlicet in corpore corruptibili: secundum sine corpore: tertium in corpore iam glorificato. primum in militia: secundum in requie: tertium in beatitudine consummata.

¶Bernardus super cant.

Animę desideranti dominus festinus occurrit: cœlesti rore circunfusus: vnguentis optimis delibutus: aīam recreat fatigatā: esurientē reficit: aridam impinguat terrenorū oblitam: suijpsius immemorem. ¶Bernardus super cant.

Paupertate: mansuetudine: fletu: renouatur in anima similitudo quædaʒ ⁊ imago æternitatis omnia tempora complectens: dum paupertate futura meretur: mansuetudine sibi præsentia vendicat: luctu pœnitentię præterita quoq; recuperat. ¶Ibidem.

Cadit asinus: et inuenit qui se subleuet. Cadit anima: ⁊ non est qui manum apponat.

Hugo libro.j.capi.xv.

In statu innocentię sicut deus præsidebat spiritui sic spiritus præsidebat carni. Et ipsa caro iumentum spiritus erat. Propterea ad sessoreʒ suum pertinebat: vt iumento suo pabulū prouideret: ne deficeret. Et hoc solum fortassis tunc sufficere potuisset: nūc aūt p̄ter pabulū etiā freno ⁊ calcarib⁹ indiget. Freno: vt furenteʒ ⁊ pręcipitem a malo cohibeat. Calcaribus autem: vt ad benefaciendū excitet pigram.

¶Lactantius firmia.lib.vij.di.institu.

Quā si deus est incorporalis ⁊ inuisibilis ⁊ æternus ergo non iccirco interire animaʒ credibile est: quia non videtur postq̄ recessit. ¶Ibidē.

Maius testimoniū requiramus. Polytes quidam consuluit Apollinem Mylesiuʒ: vtrum ne maneat anima post mortem: an resoluatur: ⁊ respondit his versibus.

ψυχὴ μέχρις οὐ δεσμοῖς πρὸς σῶμα κρατῆται
φθαρτὰ μὲν οὖσα ἀπαθῆ μιμῆται σ' ἄλγη δοσιμ εἴκει
ἡνίκα δ' ἀπαλύσιν βροτέην μετὰ σῶμα μαράνθεν
ὤκυς τὴν εὕρηται ἐς αἰθέρα πᾶσα φορεῖται
αἰὲν ἀγήραος οὖσα μένει δ' εἰς πάμπαν ἀτηρῆς
πρωτόγονος γὰρ τοῦτο θεοῦ διέταξε πρόνοια

Id est anima quidē quoad vinculis corporis tenetur corruptibiles passiones sentiens: mortalibus cedit doloribus. Quum vero humanā solutionem velocissimā post corruptū corpus inuenerit: omnis in æthera fertur: nunq̄ senescēs ⁊ manet in æternū sine pœna. Primogenita et enim hoc diuina disposuit ꝓuidētia. ¶Ibidē.

Falsa est igitur Democriti ⁊ Epicuri sententia et dicearchi de animi dissolutione: qui profecto non auderent de interitu animarum mago aliquo præsente disserere: qui sciret certis carminibus ciere ab inferis animas ⁊ adesse ⁊ præbere se humanis oculis videndas: ⁊ loqui: et futura prædicere. Et si auderent re ipsa ⁊ documentis præsentibus vinceretur. Sed quia non peruidebant animę rationem: quę tam subtilis est: vt oculos humanę mentis effugiat: interire dixerunt. ¶Ibidem.

Plato de anima disserens ex hoc ait posse cognosci animas esse immortales: atq; diuinas: q̄ in pueris mobilia sunt ingenia: et ad percipiendum facilia: q̄ ea quæ discant: ita celeriter capiant: vti non tunc primum discere illa videantur: sed recognoscere: atq; reminisci. In quo vir sapiens poetis ineptissime credidit.

¶Origenes super cant.

Vbi afforet iustitia dei? vbi bonorum merces? malorumq; iusta supplicia? si anima mortalis esset. ¶Seneca ad Lucilliū episto.xxxj.

Tutum iter et iucundum est ad quod natura te instruxit. Dedit tibi illa: quæ si non deserueris: par deo consurges. Parem aūt deo te pecunia non facit. Deus nihil habet. Prætexta non faciet: deus nudus est. Fama non faciet nec osten

cāīaʒ rōnaliuʒ dīa inter se.

tatio tui. Nemo nouit deum: licet multi male de illo existiment et impune. Non turba seruorum lecticam tuam portantium. Deus ille maximus potentissimusq; ipse vehit oia. Nec forma quidem & vires beatum te facere possunt. Nihil horum non patitur vetustatē. Quid ergo? Anim⁹. Sed hic rectus: bonus: magnus. Quid aliud voces hunc q̄ deum in corpore humano hospitantem? Hic animus tam in æquitem Romanum: q̄ libertinum: q̄ in seruum potest cadere.

¶Seneca ad lucilliū episto. lxxx.

Sursum animum vocant initia sua. Erit autem illic etiam: anteq̄ hac custodia exoluatur: si vitia sua deseruit: purusq; ac leuis in cogitationes diuinas emicuit.

¶Seneca in prouerbijs.

Plato.

Nil magnum est in rebus humanis: nisi animus magna despiciens. ¶Plato in thimeo.

Ad hoc anima coniuncta est corpori: vt fruatur scientijs & virtutibus: si autem cum feruore magno se inuenerit: benigne recipietur a suo creatore: sinautē relegabitur ad inferna.

Aristo.

¶Aristo. lib. vij. metaphysice.

Ex sanitate in anima: fit sanitas in corpore.

¶Ibidem.

In quiescendo & sedendo anima fit sciens & prudens. ¶Aristo. lib. iiij. de cœlo & mundo.

Formæ est continere: materiæ vero contineri.

¶Idem primo de anima.

Anima est tanq̄ principium animalium.

¶Ibidem.

Passiones animæ variantur secundū variationem seu dispositionē corporis. Quidam duris et magnis passionibus non mouentur. Quidaz vero mouentur paruis & debilibus.

¶Aristo. lib. j. de anima.

Intellectus vel est phātasia: vel nō est sine phātasia. ¶Ibidem.

Dicere animam gaudere vel tristari: simile est ac si dicat aliquis eam texere vel ædificare.

¶Aristo. j. de anima.

Intellectus est quid diuinum impassibile et incorruptibile. ¶Ibidem.

Non quælibet anima potest intrare quodlibet corpus: sed quælibet anima habet propriū corpus. Quod est contra Pythagorā. ¶Ibidem.

Egrediente anima ex corpore: corpus expirat et marcescit. ¶Aristo. lib. ij. de anima.

Anima est substantia. i. forma substantialis corporis. ¶Ibidem.

Anima mouet corpus secundū omnem differentiam positionis: scilz sursum: deorsum: ante: retro: dextrorsum: sinistrorsum. ¶Ibidem.

Quattuor sunt potentię animę principales: scilicet vegetatiua: sensitiua: intellectiua: & motiua secundū locum: hæ sic se habent adinuicem: q̄ vegetatiua potest esse sine sensitiua: vt patet in plantis: & non econuerso. et sensitiua sine motiua secundū locum: vt patet in quibusdam animalibus conchilibus: & non econuerso. Et tam sensitiua q̄ motiua secundū locum possunt esse sine intellectiua: vt patet in animalibus brutis: & non econuerso. ¶Ibidem.

In plantis est vna anima in actu: multæ vero in potentia: & ideo partes earum abscissæ viuunt.

¶Ibidem.

Intellectus separatur ab alijs potentijs animę sicut perpetuum a corruptibili. ¶Ibidem.

Anima dat viuere viuentibus. ¶Ibidem.

Omnia corpora physica viuentia sunt animę instrumenta. ¶Ibidem.

Anima est causa efficiens corporum animatorū et principium motus secundum locum: et alterationis. ¶Ibidem.

Anima est causa corporis in triplici genere causarum: scilicet efficiens: formalis: & finalis.

¶Ibidem.

Nihil proprie et naturaliter nutritur nisi quod habet animam. ¶Ibidem.

Tres sunt potentiæ animę vegetatiuę. s. nutritiua: augmentatiua: & generatiua.

¶Aristoteles libro. ij. de anima.

Scientia est vniuersalium quæ sunt in anima: singularia vero sunt extra animam.

¶Aristo. ibidem.

Phantasia est motus factus a sensu: secundum actum secundum quem aliqua multum agunt: et patiuntur. ¶Ibidem.

Phantasia non est opinio. ¶Ibidem.

Phantasia ad intellectuz nullo modo pertinet.

¶Ibidem.

Phantasia est sæpe falsorum.

¶Aristo. lib. iij. de anima.

Intellectus est pars animæ. ¶Ibidem.

Intelligere est quoddam pati.

¶Aristoteles ibidem.

Sicuti se habet sensus ad sensibilia: sic intellectus ad intelligibilia. ¶Ibidem.

Intellectus omnia intelligit.

¶Aristo. ibidem.

Intellectus possibilis nihil est actu de numero entium anteq̄ intelligat ea.

¶Aristoteles ibidem.

Intellectus non habet aliquod organum in corpore. Sed est separatus ab omni organo corporali. ¶Ibidem.

Anima intellectiua est locus specierum intelligibilium. ¶Ibidem.

Anima non habet actu species: sed solum potentia. ¶Ibidem.

Intellectus quum intelligit valde intelligibile: non impeditur intelligere infimum: sed magis intelligit. ¶Ibidem.

Intellectus quum intelligit alia: potest seipsuz intelligere. ¶Ibidem.

Intellectus est simplex: et impassibilis: et inmixtus. ¶Ibidem.

Intellectus possibilis in principio est tanq̄ tabula rasa: in qua nihil scriptum vel depictum: est tamen possibile scribi vel depingi.

¶Ibidem.

Intellectus intelligit se sicut alia scilz per species aliorum. ¶Ibidem.

In separatis a materia idem est intellectus et intellectum. ¶Ibidem.

Intellectus est potentia sine materia.

¶Ibidem.

Duplex est potentia animæ intellectiuæ: agens & possibilis. ¶Ibidem.

Intellectus noster est ens in potentia.

¶Ibidem.

Sicut se habent sensibilia ad sensum: ita phantasmata ad intellectum. ¶Ibidem.

Intellectus iudicat de futuris & de ipsis deliberat. ¶Aristo. lib. iij. de aīa.

Duplex est intellectus possibilis. s. practicus: & speculatiuus. Speculatiuus qui considerat verum simpliciter. Practicus qui considerat per comparationem ad opus. ¶Ibidem.

Sicut res habet esse: sic habet intelligi.

¶Ibidem.

Anima quodāmodo est omnia. ¶Ibidem.

Intellectus est species specierum: id est forma formarum. ¶Ibidem.

Actus intellectus qui dicitur intelligentia simplicium: licet non sit phantasma: tamen non est sine phantasmate. ¶Ibidem.

Necesse est omne quod viuit habere animam vegetatiuam a principio vsq; ad finem.

¶Aristo. lib. iij. de aīa.

Necesse est omne animal habere sensum.

¶Ibidem.

Impossibile est corpus animalis esse simplex elementum. ¶Ibidem.

Sensus gustus: & tactus: necessarij sunt animali. Illi autē tres sunt ad bene esse: visus: odoratus: & auditus. ¶Aristo. ij. de aīalibus.

Creatio corporis & membrorū est ꝓpter aīam.

¶Aristo. lib. xvj. de aīalibus.

Anima nobilior est corpore: & aīatum inanimato: & viuū mortuo: & ens non ente.

¶Ibidem.

Solus intellectus intrat in nos ab extrinseco & ipse solus diuinus est. ¶Ibidem.

Anima est substantia. i. forma substantialis.

¶Arist. primo æthicorū.

Bona animæ sunt maxime bona.

Arist. lib. ij. æthicorum.

Tria sunt in aīa: passiones: potentiæ: & habitus.

¶Aristo. lib. vj. æthicorum.

Bonum verum est intellectus.

¶Aristo. ibidē.

Quinq; sunt in anima habitus quibus verum dicitur: videlicet: ars: scientia: intellectus: sapientia: & prudentia. ¶Arist. lib. ix. æthicorum.

Optimū quod est in homine est intellectus: q̄a licet intellectus quantitate sit minimū: est tamē potentia magnum: & preciositate maximum.

¶Arist. lib. j. politicorum.

Anima naturaliter dominatur corpori: sicut dominus seruo. ¶Ibidem.

Utile est corpus regi ab anima.

¶Aristo. lib. viij. politicorum.

Anima preciosior est corpore: & omni possessiōe: & omnibus alijs bonis. ¶Ibidem.

Bonum animę preciosius est omnibus bonis.

¶Aristo. viij. politicorū.

Anima naturaliter delectat̄ i musicis melodijs.

Themis.

¶Themistius super primū de anima.

Si veritatez de anima cognouerimus: valde magnum nobis erit introductorium ad omnē veritatez: & ad omnes partes philosophiæ insignes dat occasiones. ¶Ibidem.

Intellectu nihil est diuini⁹. ¶The. li. iij. de aīa.

Ille intellectus qui plura intelligit nō est nobilior: sed qui dignior.

¶Themistius super lib. iij. de anima.

Consideratio de aīa: est cōsideratio naturalis.

¶The. ibidem.

Intellectus non manet sine voluntate.

Laerti⁹ diogenē.

¶Laertius diogenes de vita & morib⁹ phorū.

Thales Mylesius prim⁹ inter philosophos dicitur de astrologia tractasse: & primus animas immortales posuisse: & de natura disputasse.

¶Macrobius lib. j. super Somnū Scipio.

Macrobius.

Animarū originem manare de cœlo inter philosophātes indubitatę cōstat eē sententiæ. Et hęc est perfecta sapiētia: vt vnde orta sit: de quo fonte venerit recognoscat.

¶Ibidem.

Animas vero ex hac vita cū delictorū sordibus recedentes æquandas his qui in abruptū ex alto præcipitiqz dilapsi sunt: vnde nunq̄ sit facultas recedendi. Ideo ergo vtenduz est concessis vitę spacijs: vt sit perfectæ purgationis maior facultas.

¶Macrob. lib. vij. saturnalium.

Tria sunt enim quæ ex animæ prouidētia accipit corpus animalis: vt viuat: vt decore viuat: & vt immortalitas illi successione quæratur.

Cicero.

¶Cice. lib. ij. de legibus.

Or autem ex hominum genere consecratos sicut herculem & cæteros coli lex iubet: indicat omnium quidem animos immortales esse: sed fortium bonorumq; diuinos.

¶Cicero. lib. j. Tusculanarum questionū.

Aristoteles longe omnibus (Platonez semper excipio) præstans: & ingenio & diligentia: quum quattuor nota illa genera principiorum esset cōplexus: e quibus omnia orirentur: quintam quādam naturam censet esse: equa sit mens.

¶Cicero ibidem.

Maximum vero argumentum est naturam ipsam de immortalitate animorum tacitam indicare. Quodq; omnibus curæ sunt & maxime quidem quæ post mortem futura sunt. Serit arbores quæ alteri sæculo prosint vt ait Ennius in Synephæbis. Quid spectans nisi etiam postera secula ad se pertinere? Ergo arbores serit diligens agricola quarum aspiciet baccam ipse nunq̄. Uir magnus leges & instituta reipub. conferet. Quid procreatio liberorum? Quid propagatio nominis? Quid adoptiones filiorum? Quid testamentorum diligentia? Quid ipsa sepulchrorum monumēta? Quid eulogia signant? nisi nos futura etiam cogitare.

¶Cicero lib. j. Tus. quæst.

Sinautem est quinta quędam natura ab Aristotele inducta primum hæc & deorum est: & animorum.

¶Ibidem.

Animorū nulla in terris origo inueniri potest.

Nihil enĩ est in animis mixtũ atq; concretũ:aut quod ex terra natũ atq; fictum esse videatur:Nihil ne aut humidũ quidẽ: aut flabile : aut igneum. His enim in naturis nihil inest quod vim memoriæ:mentis:cogitationis:habeat:quod & præterita teneat:& futura prævideat:& complecti possit præsentia quæ sola diuina sunt. Nec inuenitur vnq̃ vnde ad hominẽ venire possit nisi a deo.

Cicero ibidem.

Nihil est animis admixtum:nihil concretum:nihil coaugmentatum:nihil duplex:quod cũ ita sit:certe nec secerni:nec diuidi:nec distrahi potest. Nec interire igitur. Est enim interitus quasi discessus & secretio ac direptus earum partiũ quæ ante interitũ iunctione aliqua tenebantur.

Cicero libro vltimo Tusc. quæ.

Humanus autem animus decerptus est ex mẽte diuina:cum alio nullo:nisi cũ ipso deo(si hoc fas est dictu)comparari potest.

Cicero in Paradoxis.

Nihil est animo præstantius:nihilq; diuinius.

Cicero in catone maiore vel de senectute.

Est eniz animus cœlestis ex altissimo domicilio depressus: & quasi demersus in terram locum diuinæ naturæ æternitatiq; contrarium. Sed credo deos immortales sparsisse animos in corpora humana:vt essent qui terras tuerentur : quiq; cœlestium ordinem contemplantes imitarentur eum vitæ modo atq; constantia. Nec me solum ratio ac disputatio impulit vt ita crederez: sed nobilitas etiam summorum philosophorũ & authoritas.

Cicero in Catone maiore vel de senectute.

Apud Xenophontez autem moriens Cyrus maior hæc dicit. Nolite arbitrari mihi charissimi filij me quum a vobis discessero nusq̃ aut nullum fore: Nec enĩ dum erã vobiscũ animum meum videbatis. Sed quũ essem in hoc corpe: ex his rebus quas gerebam intelligebatis. Eundem igitur esse credito te:etiam si nullum videbitis.

Cicero ibidẽ.

Mihi nunq̃ quidẽ persuaderi potuit aĩos dum in corporibus essent mortalibus viuere:quũ exissent ex his emori.

Sallusti. Sallustius in Catilinario.

At ingenij præclara facinora:vti anima ĩmortalia sunt. Ibidem.

Alterum nobis cum dijs cõmune est.s.anima.

Alterum cum belluis.s.corpus.

Phocylides. Phocilydes.

ψυχὴ δ᾽ ἀθάνατος: καὶ ἀγήρως ζῇ διὰ παντός

id est

Anima autem immortalis:& insenescibilis viuit per omne tempus.

Menander. Menander.

βέλτιον ἐστὶ σῶμα ἢ ψυχὴν νοσεῖν.

Melius est corpus q̃ animam ægrotare.

Idem.

ψυχῆς ἐπιμελοῦ τῆς σεαυτοῦ καθ᾽ ἄλλων.

id est

Animam cura tui ipsius ĩn quantum potes.

Idem.

ψυχὴν ἔθιζε πρὸς τὰ χρηστὰ πράγματα.

id est

Animam assuesce ad vtilia opera.

Ouid. Ouidius lib.xv.meta.

Morte carent animæ.

Ouidi.tristium lib.

Singula quid referã. Nil non mortale tenemus:
Pectoris exceptis ingenijsq; bonis.

Iuuenalis. Iuuenalis satyra.xv.

Sensum a cœlesti demissum traximus arce.

Lucretius. Lucretius.

Cedit enim retro de terra quod fuit ante
In terra:sed quod missum est ex ætheris oris
Id rursum cœli fulgentia templa receptant.

Mani. Manilius lib.iiij.

An dubiũ est habitare deũ sub pectore nostro?
In cœlumq; redire animas: cœloq; venire?

Franciscus Petrarcha. Franciscus Petrarcha cantilena secũda.

Lalma che solda dio facta gentille:
Che gia daltrui non pol venir tal gratia
Simile al suo factor stato retiene.

Annus græce ἔννος.ου.ὁ. ennos:& ἔτος etos dicitur. Et teste Festo græcum est. Sunt tamẽ qui velint latinum esse:vt Atteius capito:teste Macrobio lib. primo saturnaliũ: qui annum ipsum a circuitu temporis dictũ putat:ab an qđ est circum:& no nas: & inde annonam deduci manifestum est. Alij ab annulo :quia instar annuli in se redeat. Vergilius.

Atq; in se sua per vestigia voluitur annus.

Annus lunaris mẽsis est:quia luna paulominus q̃ mensem in zodiaci circuitione consumit. Annus solis dies.ccclxv. & quadrantem cõtinet quibus sol zodiacum lustrat:ita vt quarto quoq; anno dies intercaletur:hic etiã magnus dictus est lunaris comparatione. Vergilius.

Interea magnum sol circũuoluitur annum.

Annus magnus cõtinet duodecim millia quingentos: & quĩquaginta quattuor annos solares vt testatur Cicero.

Antichristus græcũ vocabulũ est: ἀντίχριστος.ου.ὁ. ἀντί enĩ contra est: & Christus:cõtra Christum.

Augustinus. Aug.li.ij.de ciuitate dei.

Alligatio diaboli non permittit exercere totã tentationẽ quã potest vel fraudulenter. Quod si pmitteretur in tam longo tẽpore & tanta infirmitate multorũ : plures tales quales deus id perpeti non vult: & fideles duceret: & ne crederent ĩpediret. Qđ ne faceret alligatus est. Tunc autẽ soluetur qñ et breue tẽpus erit. Nã tribus annis & sex mensibus legitur : sathanas totis suis viribus sæuiturus.

Aug.lib.xx.de ci.dei.cap.xix.

Non veniet ad viuos & mortuos iudicãdos Christus:nisi prius venerit ad seducẽdos in aĩa mortuos aduersarius eius Antichristus. Sed in quo dei templo sessurus sit incertum est.

Augustinus lib.xx.de Ciuitate dei.cap.xxix.

Helias q̃ppe ante aduentũ iudicis saluatoris non ĩmerito sperat esse venturus: q̃ etiam nunc viuere nõ immerito creditur. Curru nanq; igneo raptus est de rebus humanis:quod euidentissime scriptura sancta testatur. Quũ ergo venerit exponẽdo legẽ spũaliter:quã nũc iudei carnaliter sapiũt:cõuertet cor patris ad filium.i.corda patrũ ad filios quũ intelligẽtiã patrũ pducet ad filiorũ intelligẽtiã.

Idẽ li.xx. ca. vlti.

In iudicio vel circa iudiciũ has res dicimus esse venturas. Heliã Thesbyten fidẽ iudeorũ Antichristũ psecuturũ:christũ venturũ & iudicaturũ: mortuorũ resurrectionẽ:bonorũ malorũq; diremptionẽ:mundi cõflagrationẽ:eiusdẽq; renouationẽ:quæ oĩa quidẽ ventura esse credẽdũ est. Sz quibus modis & quo ordine venient:magis tũc docebit rerũ experientia:q̃ nũc ad perfectũ hominũ intelligentia valet consequi. Existimo tamẽ eo quo a me cõmemorata sunt ordine esse ventura.

Augu.ad Heliseũ epi.ij.

Qui tenet teneat donec de medio fiat. Et tunc reuelabitur ille iniquus : quẽ dñs iesus interficiet spũ oris sui. Docet nos Antichristũ manifestũ futurũ. Si quidẽ ipsuz videtur aliquãdo euidentiore significatione tetigisse interficiẽdum spũ oris dei iesu Christi. Sed post q̃tũ tẽporis istud tẽpus erit: nec saltẽ obscure locutus est.

Hiero. Hieronymus super illud Danielis.

Beatus qui expectat & puenit vsq; ad dies.m.cccxxxv.

Beatus interfecto Antichristo dies sup numerum præfinitũ.xlv. præstolatur: quibus dominus & saluator in sua maiestate venturus est. Quare autẽ post interfectionẽ Antichristi.xlv. dierũ silẽtiũ sit diuinæ scientiæ est: nisi forte dicamus q̃ dilatio regni:sanctorũ patientiæ comprobatio est.

Ambro. Ambrosius sup illud scðe ad Thessaloniceñ. secundo. Nisi venerit dissentio primum.

Non prius veniet christus q̃ regni Romani defectio fiat: & appareat Antichristus qui interficiet sanctos reddita Romanis libertate sub suo tñ nomine.

Isidor. Isidorus de summo bo.c.xxv.

Anteq̃ antichristus appareat: ṽtutes ab ecclesia magnæ cessabũt. Quatenus eã quasi abiectiorẽ psequatur audacius:ob hãc enĩ vtilitatẽ cessabũt sub antichristo ab ecclesia miracula & virtutes:vt p hoc sanctorũ clareat patientia: & reproborũ q̃ scandalizabũtur leuitas ostendatur: & persequẽtiũ audacia ferocior efficiatur.

Isidorus de summo bono cap.xxvj.

Tam mira facturus est prodigia & signa dũ venerit antichristus: vt etiã electis quoddã cordis gignatur scrupulũ: quod cito exuperetur in illis ratio:p quã scient in deceptiõe reprobor & electorũ pbatione eadẽ fieri pdigia.

Ibidẽ.

Grauius tunc cõtra ecclesiã descendet synagoga:q̃ in ipso saluatoris aduentu christianos est persecuta:dum in martyres diabolus iam exercuerit magnã crudelitatẽ etiã alligatus. Crudelior tamẽ erit sub antichristi tẽporibus:quando etiã erit soluẽdus. Nã si ligatus tãta facere potuit:quanta solutus faciet?

Ibidem.

Quanto breuius tempus viderit sibi restare diabolus vt damnetur: tanto in maiore persecutionis ira mouebitur. Diuina iusticia permittente vt glorificentur iusti:sordidentur iniqui: & vt diabolo crescat durior dãnationis sententia.

Isido. ethymologiarũ.viij.

Antichristus templũ Hierosolymis reparare: & oẽs veterũ legis cerimonias restaurare tẽtabit.

Anxietas græce ἀπορία.ας.ἡ. & ἄπορος.ου.ὁ. anxius dicitur: & est tristitia aggrauãs animũ vt nõ appareat aliqđ refugiũ. & quæ a Ioã. Damasceno dicitur Achos: eademq; angustia eẽ videtur.

Appellatio græce προσηγορία.ας.ἡ.dicitur. Et est a minore ad maiorem iudicem prouocatio secundum cano.ij.questio.vj. Omnis oppressus. & seq.cap. Placuit.

Appetitus grece ὄρεξις.εως.ἡ. orexis dicitur. Estq; inclinatio appetẽtis ĩ aliquod sibi simile et conueniens ẽm bea.Tho.prima parte quest.lxxv.articu.primo.

Apostasia est retrocessio ab his quibus hõ cõiungitur deo & est triplex:scz

- A superogatiõe: vt a clericatu & religiõis pfessione.
- Generalis cũ volũtas retrocedit vniuersaliter a mãdatis dei. Ecclesiasti. x. Initium superbiæ hominis apostatare a deo: & initiũ oĩs peccati superbia.
- A fide : quando retroceditur omnino a fide suscepta. secundæ Petri cap.ij. Melius erat ei veritatem nõ cognoscere: q̃ post cognitam retroire.

Apostasia græcum vocabuluz ἀποστασία.ας.ἡ. defectio & rebellio est. Et est temerarius a statu fidei:obedientiæ ecclesiasticæ:vel religionis recessus ẽm Alexan. secunda secundæ tractatu de apostasia.

Apostasia a fide nõ est species infidelitatis: sz est circunstantia eius aggrauãs eam ẽm b.tho. secunda secundæ.q.xij.arti.j.

Apostolus græce ἀπόστολος.ου.ὁ.dicitur: nomen actu mittendi generaliter. Theologus tamẽ hoc nomen apostolus determinat admissos nũcios speciales Christi: & adhuc singulariter ad personam pauli refertur quando sine adiectione dicitur.

Iob. Iob capi.xxxvj.

Iudicium pauperibus tribuit.

Paulus. Paulus primæ ad Corin.

Stulta enim mũdi elegit deus:vt cõ fundat sapientes.

Matth. Matthæus cap.xj.

Abscondisti hæc a sapientibus & prudẽtibus & reuelasti ea paruulis.

Matthæus capi.xix.

Vos qui secuti estis me sedebitis & vos sup sedes duodecim iudicãtes duodecim tribus israel.

Iacobus. Iacobus capi.primo.

Nonne pauperes elegit deus in hoc mundo?

Augustinus li.xiiij. de ciui dei.

Ignaros scientiæ secularis: ꝛ illiteratos elegit ad apostolicā dignitatē: ꝛ euangelicæ prędicationis dispensationē: vt quicquid magnū esset ꝛ facerent: ipse in eis esset ꝛ faceret.

August. ¶ Augustinus in sermone apostolorū petri ꝛ pauli.

Quis iam nunc desperet aut de humilitate generis aut de magnitudine criminis? quum videat sic inundasse cœlestis gratię fontē: vt ꝛ piscatorē regibꝰ præponeret: ꝛ persecutorē apostolis coęquaret. Ille em̄ dn̄i pauperie suam curat alimēta quotidiani victus quęrit in pelago: factus est diues in christo: cui reges ꝛ nationes famulant in sæculo. Paulus ꝟo dn̄i vrget gladijs: sanctorū fidei suscepit iugū: ꝛ magister factꝰ est gentiū: forma martyrū: formido dæmonū: indultor criminū: fonsq̄ꝫ virtutū.

¶ Augu. in sermone de apostolis.

Dedit dn̄s potestatē apostolis sup naturā: vt eā curarēt. sup dæmones: vt eos euerterēt. sup elementa: vt ipsa immutarēt. sup mortē: vt eā cōtenerēt. super angelos: vt corpus dn̄i cōseruarēt. Hæc etiā potestas data est eorū successoribus: ꝟm illud Apocalipsis. vj. Hi habēt potestatem claudendi cœlū: ꝛ cōuertendi aquam in sanguinem.

¶ Ibidem.

Christus Jesus petrū ꝛ andreā ꝛ alios ꝑ quos operatus est salutē in medio terræ: nō de foro iustiniani: sed de simplicitate piscatoria legimꝰ assumpsisse. Inflat em̄ sapiētia huius mūdi: ꝛ legū ventosa loquacitas. Elegit nō reges: nō senatores: nō philosophos: sꝫ plæbeos: pauperes: indoctos: piscatores: ineruditos liberalibus disciplinis: nō peritos grammatica: nō armatos dialectica: nō rhętorica īflatos. Piscatores xp̄s cū rhætibus fidei paucissimos misit: atq̄ꝫ ita ex om̄i genere tā multos pisces: ꝛ tā multo mirabiliores: q̄to rariores: etiā ipsos philosophos cœpit.

¶ Augu. super Joan. sermone. l.

Quare dn̄s vnū proditorē inter duodecim habere voluit? nisi vt malos toleremꝰ: ne corpus dn̄i diuidamus. ¶ Augu. episto. ad Volutianū.

Ex paucissimis ꝛ imperitissimis ꝛ abiectissimis mltiplicant: nobilitant: sublimant copiosissima agmina: clarissima ingenia: cultissima eloquia doctorū acutorum: ac facundorum.

Hiero. ¶ Hieronymus ad nepotianum episto. xcv.

Apostoli gloriant: ꝙ oīa dimiserūt: ꝛ secuti sunt saluatorē. Et certe pręter rhætia ꝛ nauē nihil legimus dimisisse. Et tamē testimonio futuri iudicis coronant ꝙ se offerentes totū dimiserunt quod habebant.

¶ Hieronymus sup illud Matth. xviij. Quæcūq̄ꝫ ligaueritis sup terrā ꝛc.

Potestatem tribuit dn̄s apostolis vt sciant qui dominantur: a talibus humanā sententiā diuina sententia corroborari.

¶ Hieronymus super illud Matthæi. Venite post me.

Piscatores illiterati mittuntur ad prædicāduꝫ ne fides credentium nō virtute humana: sꝫ eloquentia ꝛ doctrina dei fieri putaretur.

¶ Idem epistola ad Exuberantiā.

Nemo apostolis pauperior fuit. Nemo tantū ꝓ domino dereliquit.

Ambro. ¶ Ambrosius in homelia: ꝛ habetur di stin. v. Fidelior.

Fidelior factus est Petrus: postꝙ fidem se perdidisse defleuit: atq̄ꝫ ītō maiorē gratiā repperit: ꝙ amisit. Tanꝙ em̄ bonus pastor tuendū gregē accepit: vt q̄ sibi ante infirmus fuit: fieret omnibus firmamentū: ꝛ qui sub interrogationis tentatione nutauerat: cęteros veræ fidei stabilitate fundaret.

¶ Ambro. super lucam.

Nō sapientes aliquos: non diuites: nō nobiles: sed piscatores ꝛ publicanos elegit: ne traduxisse prudentia: ne redemisse diuitijs: ne potētia nobilitatis: authoritate traxisse ad suā gratiā videretur: vt veritatis ratio: nō disputationis gratia prævaleret. Eligitur ꝛ iudas: non per imprudentiam: sed per prouidentiam. Quanta em̄ est veritas: quā nec aduersariꝰ minister infirmat? Voluit christus deseri: voluit tradi: voluit ab apostolo suo prodi: vt tu a socio desertus: a sancto proditus: moderate feras tuuꝫ errasse iudicium: perijsse beneficium.

Grego. ¶ Gregorius sup euāgelijs homelia. v.

Multum dimisit qui sibi nihil retinuit.

¶ Ibidem.

Tanta a sequentibus sunt dimissa: q̄ta a non sequentibus concupisci potuerunt. Multum ergo dimisit qui omni rei possessę: omni concupiscentiæ renunciauit.

¶ Grego. ꝛ habet. xvj. q. j. Ex authoritate.

Ex authoritate huius decreti quod apostolico moderamine ꝛ pietatis officio a nobis est cōstitutū sacerdotibus: monachis: apostolorū figuram tenentibus liceat prædicare: baptizare: cōmunionē dare: pro peccatoribus orare: pœnitētiā imponere: atq̄ꝫ peccata soluere.

¶ Gregorius de disciplina san.

Omnipotens deus iccirco principem apostolorū permisit cadere: vt in culpa sua disceret: qualiter alijs misereri deberet.

Joānes chrysost. ¶ Joan. chrysostomus homelia prima de laudibus Pauli.

Paulꝰ terrā simul atq̄ꝫ mare: gręciā simul atq̄ꝫ barbariē: oēmq̄ꝫ prorsus quanta est sub sole regionē q̄si volutās circuiuit: nō simplici labore velut in vacuū itinera ꝑcurrēs: sꝫ peccatorū spinas pariter euellēs: verbū pietatis vbiq̄ꝫ seminās: errores fugās: ꝟitatē reducēs: ex hominibus āgelos faciēs: q̄nimo ipsos hoīes q̄si ex demonibꝰ āgelos ꝓducēs. ¶ Joan. chryso. ibidē.

O mirabiles fluuios nobis genuit Paulus: nō ꝟm paradisi fontē nouē tātū: sed etiā multo plures ac quotidie fluentes: nō terrā irrigātes: sꝫ animas hominū ad producēda germina virtutū suscitantes: quis igitur ad explicāda Pauli merita sermo sufficiet? Quæ lingua laudibus eiꝰ inuenit æqualis? Quum omnia q̄ sunt in hominibus bona anima vna possideat: ꝛ ea cūcta plene atq̄ꝫ cumulate: nec solum hominum: sed ꝛ q̄d potius est angelorum.

¶ Ibidem.

Paulus cœli ciuis: ecclesiarū colūna: angelꝰ terrestris: cœlestis homo: sicut enim missum ī igne ferrū totum ꝑfecto ignis efficitur: sic Paulus charitate succensus: totꝰ effectꝰ est charitas.

¶ Joan. Chry. sup Matthæū.

Misit Chrystus apostolos: quasi sol radios suos: q̄si rosa suauitates odoris sui. Quasi ignis scintillas suas dispersit: vt sicut sol in radijs apparet: sicut rosa in odoribus suis sentitur: sicut ignis in scintillis suis aspicitur: sic in illorū virtutibus Christi potētia agnoscatur. Quis enim videns discipulos bene instructos: non scientiam magistri collaudat? Faciebat enim mirabilia Christus: faciebāt et discipuli eius: et inter mirabilium operationes maior fama virtutum crescebat.

Isido. ¶ Isidorus ī sermone Petri ꝛ Pauli.

Merito apostolis sanctis attribuitur: q̄d in sapientię libris legitur: hi sunt viri misericordię. Sunt enī plane viri misericordię: siue quia misericordiam cōsecuti: siue quia misericordia pleni: siue quia misericorditer a deo donati sunt nobis.

¶ Ibidem.

Sciunꝰ ꝙ viri isti nec sibi vixere: nec sibi sunt mortui: sed q̄ pro ipsis mortuus est: magis autem nobis oībus ꝑpter illum. Pro nobis facit eorum vita: eorum doctrina: ꝛ etiā mors ipsa. ꝛ in cōuersione eminentiā: in prædicatione sapientiam: in passione sua patientiam nobis beati apostoli cōtulerūt: qui etiā vsq̄ꝫ hodie cōferre nō cessant misericordia pleni: ꝛ sanctarum orationum fructibus.

Leo. ¶ Leo papa: ꝛ hr̄ di. xix. Ita dn̄s.

Ita dominus noster Jesus Christus humani generis saluator instituit: vt veritas quę antea legis ꝛ ꝓphetarū pręconio continebat: per apostolicā tubā in salutem vniuersitatis exiret: sicut scriptum est. In omnē terram exiuit sonus eorum: ꝛ in fines orbis terræ verba eorum.

¶ Leo papa in sermone Petri ꝛ Pauli.

Igne spiritus sancti: q̄si viuę lucis fonte Christus apostolos suos perfudit: vt ipsi postmodū vniuersum mūdum tanꝙ. xij. solis radij: ac totidē lampades veritatis illuminarent: ꝛ inebriati nouo vino repleant atq̄ꝫ irrigent scientia corda omnium populorum.

Maximus. ¶ Maximus episcopus in sermone eorūdem apostolorum.

Paulus vltra humana raptus est ad tertiuꝫ cœlum. Cœlestia secreta cognouit: vt ecclesiarū futurus doctor: īter angelos disceret: quod inter homines prædicaret.

Basilius ¶ Basilius sup illud Matthei. v. Vos estis lux mundi.

Veniente luce diei ægritudines alleuiantur: homines a somno excitantur: aues garriunt: bestię ad latibula sua fugiunt. Sic luce apostolorū veniente mundus fuit ædificatus in credendis: fœcundatus in operibus bonis: alleuiatus peccatis: excitatus negligentijs: animatus ad contemplationem cœlestium: ereptus a potestate demonum.

Franciscus petrarcha. ¶ Franciscus Petrarcha. Soneto. iiij.

Quel chen finita prouidentia ꝛ arte
Monstro nel suo mirabil magistero:
Che creo questo ꝛ quellaltro hemispero.
Et mansueto piu Joue che marte:
Venendo in terra a luminare le charte
Chaueā multāni gia celato il vero
Tolse Giouanne da le reti ꝛ Piero
Et nel regno del ciel fece lor parte.
Di se nascendo a Roma non fe gratia.
A Giudea si tanto sopra ogne stato
Humiltade exaltare sempre gli piacque.

¶ Apricatio ab apricus venit qui græce εὐήλιος ου. ὁ. ἡ. euilios dicit: est statio ad solem: inde apricari ad solem stare. Dicitur autē apricus ab a quod est sine: ꝛ φρίκη. ἡ. phrici quod est horror: vnde ꝛ aphrica ꝙ ea pars calida sit.

¶ Aptitudo ἐπιτηδειότης. ητος. ἡ. dicitur ꝛ ab aptus græce ἐπιτήδειος. ὁ. ἡ. epidis dicitur: ꝛ est conuenientia: pulchritudo: elegantiaq̄ꝫ.

¶ Aqua græce. ὕδωρ. ατος. τὸ. ꝛ ὕδωρ. ατος. τὸ. est vnum quattuor elementorū humidum. et frigidum graue ꝛ deorsum ductile: facile effusibile secundum Joannem Damascenum libro. ij. cap. ix.

¶ Arbiter græce κρίμων. ονος. ὁ. dici potest. et est ille qui eligitur vt iudex scilicet vt ꝓcedat seruato in substantialibus ordine iudicij sc̄dm Inno. in c. Quintauallis. de iureiur.

¶ Archetypus dictio græca. nam ἀρχή. ῆς. ἡ. principatus. ꝛ τύπος. ου. ὁ. forma: dici potest principalis forma.

¶ Architectura est scientia ædificandi. Unde architectores et archytecti dicuntur qui ædificandi scientiam habent. ab ἀρχή. ῆς. ἡ. quod est principiū: et τέκτων. ονος. ὁ. tecton faber lignarius.

¶ Argutiæ ab argutus dicuntur: acute ꝛ maliciose dicta vel facta. est enim argutus qui est falsus acutus: ꝛ cum lepore quodam quę cupit dicens faciensq̄ꝫ quasi acute arguens.

¶ Arithmetica scientia est de numeris tractans dicta ab ἀριθμός. οῦ. ὁ. quod est numerus: inuēta phœnicibus ob mercaturas. ἀριθμέω. etiam numero est.

¶ Arma græce. ὅπλα. τά. opla dicuntur et ὁπλίτης. ου. ὁ. armatus. Sunt autem arma cuiusq̄ꝫ rei instrumenta. Omnia bellica instrumenta quibus hostes arceri possunt arma dicuntur ab arcēdo hoste: vt Varroni placet. Quare fustes: saxa: aliaq̄ꝫ huiusmodi arma esse Caius iurisconsultus affirmat: quotiens his ad hostes arcēdos vtimur. Erunt itaq̄ꝫ arma bellica ocreę: caligę: lanceę: loricę: thoraces: scorpiones: balistę: aliaq̄ꝫ huiusmodi quibus in bello vtimur. Fraudes insidiantis arma dicuntur. Verg. Et quærere conscius arma. Ita studiosorum arma sunt stilus: pugillares: libriq̄ꝫ. Et arma hæc omnia dici reor: ꝙ armis: id est humeris oneri sunt dū geruntur. testibus Pompeio ꝛ Seruio.

¶ Arrogātia gręce. ἀλαζονεία. ας. ἡ. ꝛ ἀλαζών. οντος. arrogans dicitur. Est autem arrogantia quædam filia supbię: qua quis multuꝫ se existi

manꝰ ceteros ꝙs ifra se videt despicit:z ꝙꝫ nō consuetudo loqui:sed vix dominādo dignatur: vt habetur in decretis di.xlvij.cap.j. vel sic.

collatarū bibliē.ſ.7. Arrogātia quę modestię cōtraria est:est p quā temeritas atqꝫ impudētia vanā sibi cōparat authoritatem. capeta/ paral.

Arrogans est qui sibi attribuit quod nō habet secūdum.b.Tho.scōa scōæ.q.cxij.ar.j. vel sic. Arrogans est qui sibi temere atqꝫ insolēter tribuit quę in eo non sunt.

¶Arrogatio græce θέσις.ιου.ἡ. dicitur. Et est adoptio perfecta:per quā qui filius nō est ꝓ filio habetur:pœne naturā imitans. Differtqꝫ a simplici adoptiōe. Quia adoptio simplex ē qua adoptatur filius nō emancipatus:qui nec trāsit in potestatē adoptantis: nec succedit ī hæreditate nisi velit adoptans. Et fieri potest sine authoritate principis vel magistratus. Quoꝝ opposita sunt in Arrogatione. Ex.b.Tho.iiij. sen.di.xlij.q.ij.ar.j.

Ars græce τέχνη.νου.ἡ. techni: et τέχνικος.ου.ὁ.technicos artificiosus,dicitur. Et est principiū agendi sin alio:secundum Aristotelem lib.xij. Metaphysice.

Ars est habitus quidem faciēdi cū vera ratione ſm Aristotelē lib.vj. æthicoꝝ. Ars est recta ratio factibiliū:z habitus operatiuus ſm.b.Tho.ꝑma scōæ.q.lvij.ar.iij.Ars est operis ratio omni adiuncta materia. Differt autem ars ab experientia secundum Aristotelem lib.j. Metaphysicæ.ꝙ Ars est vniuersalium. Experientia vo singularium.

Ars est rei cuiuscumqꝫ scientia vsu:vel traditione:vel ratione percepta tendens ad vsum alicuius vite necessarium secundum Diome.

Ars est potestas viam.i. ordinem efficiens (vt Eleates voluit) secundum Fabium.lib.ij.

Ars est habitus quidem faciēdi vera cum rōne secundum Aristotelem Aethicorum lib.vj.

Ars dicitur ꝙ arctis præceptis z regulis cūcta cōcludat.vel ἀπὸ τῆς ἀρετῆς.i.a virtute.

Quare veteres artem:pro virtute appellarunt secundū Diomedem.

¶Ouidius lib.j.artis. Ouidi⁹

Disce bonas artes:moneo:Romana iuuentus

¶Menander. Menan der.

λιμὴν ἅπαντα τοῖς βροτοῖς τέχνη. id est Portus infœlicitatis est hominibus ars.

¶Idem.

τύχη τέχνην εὑρῆκεν οὐ τέχνη τύχην. hoc est Fortuna artē inuenisti:non ars fortunam.



¶Articulus græce ἄρθρον.ου.τὸ. arthrō dicitur: z ἔναρθρος.ου.ὁ.ἡ. articulatus. Et est coaptatio partium distinctarum ſcdm.b.Tho.ſecūda ſcōę.q.j.ar.vij.

¶As græce ἀσσάριον.ου.τὸ. libra est seu pondus duodecim vnciarū vt placet Varroni: cuiꝰ partes sunt:vt infra.

Sextans:tis duas vncias significat:eo qꝫ sit sexta pars assis.

Quadrans:tis tres vncias significat: quia est quarta pars assis.

Triēs: tis quattuor vncias:quia est tertia pars assis.

Quincunx: cis:quinqꝫ vncias:et dicitur a quinqꝫ et vncia.

Semis.m.g.ꝙ facit genitiuo semissis sex vncias significat:quasi semi as.i.dimidium assis.

Septunx cis:septem vncias denotat :a septem et vncia.

Bes vel des octo vncias significat;dictū ꝙ dē-

ptus sit inde triens:vel ꝙ bis sit triens:licet dura sit compositio.

Dodrans nouem vncias significat:dictum quasi demptо quadrante.

Dextans tis:decem vncias capit:quasi dempto sextante.

Deunx cis:vndecim vncias significat:quasi dēpta vncia ab asse qui libram significat vt dictum est.

¶Ascidinus græce φονεῦσ.έως.ὁ. phoneus dicitur: propzie est qui nō subest dominio alicuiꝰ: sed pro pecunia homines occidit ad alicuius instantiaz:et dicitur a scindos dis: quia scindit animam a corpore secundum Archi.in.c. pro humani.de homici.lib.vj.

¶Asperitas græce. σκληρότησ.ητοσ.ἡ. scleritis:z σκληρόσ.οῦ.ὁ.scliros asper dicitur. est autem asperum id in quo hæc pars quidem superat:illa vo est inferior secundum Aristotelē lib. prædicamentorum.

Asperum est cuius vna pars supereminet alteri secundum beatum Thomā super secundo de anima.Lect.xvij.in principio.

¶Assentatio græce κολακία.ας.ἡ. colacia. et κολακέυω.colaceuo assentator dicitur. Sūt aūt assentatores qui in vita atqꝫ omni vsu verborum et actuum placēdi studio omnia laudant nec aduersantur:putātes oportere minime molestos se cuiꝙ esse scōm Aristotelem lib.iiij.Aethicorum. Dicitur qꝫ assentator ab assentor quod est adulor:z quasi in omnibus consensum præstо: vt est illud Terentianū.ait ꝙs:animo negat ꝙs: nego. Differunt autem hæc tria assentor: adulor:blandior:ꝙ assentari ꝓprie est voce:vel landādo vel assentiendo captare. Adulari quoquo modo:vel voce:vel gestu fauorem quærere. Blādiri ꝓprie tactu:verum ad alios quoqꝫ sensus transfertur.

Assentire ab assentio quod et assentior dicitur in actiua significatiōe græce ὁμολογέω:homologeo dicitur:est actus intellectus: consentire autem est actus voluntatis scōm.b.Tho.ꝑma secūdæ.q.xv.ar.j.z iij.sen.di.xxiij.

¶Astrologia est scientia de astris:z dicitur ab ἄστρον.ου.τὸ.quod est sydus.z λόγοσ.ου.ὁ.sermo. Dicitur qꝫ astronomia ab astron quod est sydus:z μόμοσ.ου.ὁ.lex z norma:hæc primū inuenta dicit ab athlāte rege Mauritanię teste Plinio lib.vij.naturalis hystorię.

¶Astutia græce πανουργία.ας.ἡ. panurgia:et πανοῦργοσ.ου.ὁ.panurgos astutus dicitur. Est qꝫ processus ad aliquid ꝛmunicandū simulatis aut apparentibus vtis seu medijs secundū.b.Tho.secunda secundę.q.lv.ar.iij.ſ.4ª.

Astutia est excogitatio non verę vię:sed falsę simulate ad assequendum aliquem finem bonum vel malum secundum eundem. Dicitur autem astutia ab ἄστυ.εος.τὸ.quod est vrbs. Quoniam qui in vrbibus assidue versantur sunt callidiores.

¶Attritio græce ἔκθλιψισ.ιου.ἡ.ecthlipsis et contritio quę.græce σύντριμμα.ατοσ.τὸ.syntrimma dicit: sic differunt:ꝙ attritio est displicentia imperfecta de peccatis commissis. Contritio autem perfecta. Illud ab attero:hoc cōtero dicitur.

Auaritia dupliciter dr. (b.tho. scda secunde. q. cxviij.)

- Inordinatus amor hñdi diuitias: et sic diffinitum est vnum de.vij.et opponitur liberalitati: q̃ reddit moderatus appetitus habendi diuitias: et opponitur iustitie qua redditur vnicuiq₃ quod suum est: et est peccatum
  - Mortale ar.iiij.
    - Quñ quis accipit ⁊ retinet iniuste res alienas: ⁊ sic opponitur iustitie ⁊ pertinet ad
      - Furtum.
      - Rapinam
      - Usuram.
      - Fraudẽ i ẽptionib⁹ ⁊ vẽditionibus.
    - Quñ est adeo inordinat⁹ amor diuitiarũ: q̃ pręfertur amori ⁊ dilectioni dei ⁊ proximi.
  - Veniale ar.iiij.
    - Qñ licet sit superflu⁹ ⁊ iordinat⁹ amor diuitiarũ: nõ tñ ꝓpter eas q̃cq̃ aget ⁊ cõtra charitatem dei ⁊ proximi.
  - Capitale: quia est caput aliorũ multorũ peccatorũ. Et enĩ oĩs superfluus amor habẽdi diuitias: aut excedit in ar.vij.
    - Retinẽdo vnde orit̃
      - Obduratio cõtra miam que ẽt dr inhũanitas ab Aug. ⁊ Isidoro: qua cor hoĩs non emollit̃ vt suis diuitijs subueniat pauperi.
    - Accipiendo ⁊ sic ex ea oriuntur sex scilicet
      - Inquietudo mentis: qua ingerit̃ homini sollicitudo diuitiarũ ⁊ cura superflua.
      - Violẽtia: q̃ q̃s ĩ acq̃rẽdis alienis iiuste vtit̃
      - Fallacia: qua quis vtitur dolo simplici verbo.
      - Periuriũ q̃ q̃s vtit̃ dolo: iuramẽti cõfirmatiõe
      - Fraus qua quis ĩ rebus ope fraudẽ cõmitti
      - Proditio q̃ q̃s ĩ p̃sonis ope fraudẽ ↄmittit vt patet de Iuda
  - Generale q₂ multe sunt spẽs auarorũ scdm phm.iiij. ethi. Quia oĩs auarus aut ar.viij.
    - Deficit in dando et sunt spẽs tres: sc₃
      - Parcus: qui parũ dat.
      - Tenax: qui nihil dat.
      - Cyminibilis q̃ dat cũ difficultate: ⁊ de paruis magnã vim facit quasi cymini venditor.
    - Excedit ĩ acq̃rendo dupliciter scilicet
      - Turpiter lucrando.
        - Illiberaliũ opatõnũ operator: vti ꝓ lucrũ vilia ⁊ sutilia opa exer
        - De meretritio past⁹: q̃ lucrat̃ de vitiosis actibus sicut de meretritio Tercti⁹. Quid leno dolis cõfingat auar⁹: vel aliq̃ hmõi.
      - Iniuste lucrãdo q̃d faciũt.iiij. genera illiberaliũ: scilicet
        - Usurarij: qui lucrantur de gratia concedendis.
        - Latrones: qui aliena lucrant̃ vi vis vim inferendo.
        - Spoliatores mortuorũ: q̃ lucrantur mortuis vim inferẽdo.
        - Alleatores: qui lucrãtur amicis vim inferendo.
- Inordinatus amor habendi de quo dicit.b.Gregorius in homelia. Auaritia est non solum pecunię: sed etiam scientię et altitudinis: quum supra modum ambitur sublimitas. Et beatus Augu.lib.de libero arbitrio sic dicit. Auaritia quę græce philargyria dicitur: non in solo argento et nummis: sed in omnibus rebus quę immoderate appetuntur consistit. Et sic est generale peccatum et nõ est vnum de septem.

AUaritia græce φιλαργυρία.ας.ἡ. philargyria et φιλάργυρος.ου.ὁ. auarus dr. Et ẽ quarũlibet rerũ ĩsatiabilis ⁊ ĩhonesta cupido: secũdũ Aug.li.iij.de libero arbitrio. ⁊ Theolo.in.ij.sen.di.xxij. pręsertim.b.Tho.scda scdę.q.cxviij.ar.ij. ⁊ Albertum magnũ in Cõpendio theologię lib.iij.cap.xix. Auaritia generaliter est inordinat⁹ amor habẽdi scdm.b.Tho.prima parte.q.lxiij.ar.ij. Auaritia ẽ opinio vehemens de pecunia quasi valde expetenda sic inhærens et penitus insita secundũ Ciceronem lib.Tuscula.quest.iiij. Auaritia superabundat in amando: acq̃rendo: ⁊ retinẽdo: s₃ deficit in dãdo. ¶Exodi cap.xx.

Exodi. Non concupisces domum proximi tui.

¶Deuteronomij cap.xxv.

Deut. Non habebis ĩ sacculo diuersa pondera: maius et minus. Nec erit in domo tua modius maior ⁊ minor. Pondus habebis iustũ ⁊ verũ: ⁊ modius æqualis ⁊ verus erit tibi: vt multo viuas tẽpore super terrã: quam dñs deus tuus dederit tibi. Abominat̃ enĩ dñs eũ qui facit hoc: ⁊ auersatur oẽm iniustitiã. ¶Ibidẽ cap.xxvij.

Maledictus qui trãsfert terminos pximi sui: ⁊ dicet oĩs ppl'us Amen. ¶Prouerbiorũ cap.j.

Prouer. Sic semitę omnis auari animas possidẽtiũ rapiunt. ¶Ibidem cap.xj.

Alij diuidunt propria: ⁊ ditiores fiũt: alij rapiũt non sua: ⁊ semꝑ in egestate sũt. ¶Ibidem.

Qui cõfidit in diuitijs suis corruet.

¶Ibidem cap.xiij.

Substantia festinata minuetur. Quę autẽ paulatim colligitur manu: multiplicabitur.

¶Prouerbiorũ cap.xv.

Conturbat domum suam qui sectatur auaritiã: qui autem odit munera viuet.

Prouerbiorũ cap.xxj.

Qui congregat thesauros lingua mendacij vanus et excors: ⁊ ĩpinget ad laqueos mortis.

¶Prouer.cap.xxij.

Qui calũniat̃ pauperẽ: vt augeat diuitias suas dabit ipse ditiori ⁊ egebit. ¶Prouer.c.xxiij.

Ne erigas oculos tuos ad opes q̃s non potes habere: quia faciẽt sibi pẽnas quasi aquilę: ⁊ volabũt in cœlũ. ¶Ibidem.

Ne attingas paruulorũ terminos: ⁊ agrũ pupillorũ ne introeas. Propinquus enĩ illorũ fortis est: et indicabit cõtra te causam illorum.

¶Prouerbiorũ cap.xxvij.

Infernus et perditio nunq̃ replentur. Similiter ⁊ oculi hominũ insatiabiles.

Prouerbiorũ cap.xxviij.

Qui odit auaritiã longi fient dies eius.

¶Ibidem.

Qui festinat ditari non erit innocens.

¶Ibidem.

Vir qui festinat ditari: et alijs inuidet: ignorat q̃ egestas superueniet ei. ¶Eccl's.c.v.

Ecclesiastes. Auarus non implebitur pecunia: ⁊ qui amat diuitias fructum non capiet ex eis.

¶Ecclesiastes capi.x.

Pecuniæ obediunt omnia.

¶Ecclesiastici capi.iiij.

Ecclesiastici. Non sit porrecta manus tua ad accipiendum: ⁊ ad dandum collecta. ¶Ecclesiastici.c.x.

Auaro nihil est scelestius. ¶Ibidem.

Nihil est iniquius q̃ amare pecuniam. Hic enĩ ⁊ aĩam suam venalem habet: quoniã in vita sua piecit intima sua. ¶Ecclesiastici.c.xiiij.

Qui aceruat ex animo suo iniuste: alijs congregat ⁊ in bonis illius alius luxuriabitur. Qui sibi neq̃ est cui alij bonus erit? Et non iucundabitur in bonis suis. ¶Ecclesiastici cap.xxxj.

Qui auru₃ diligit non iustificabitur. ¶Ibidẽ.

Beatus diues qui inuentus est sine macula: ⁊ q̃ post aurum non abijt: nec sperauit in pecunia ⁊ thesauris. Quis est hic ⁊ laudabimus eum? fecit enim mirabilia in vita sua.

¶Esaias capitulo.xxxiij.

Esaias. Veh qui prædaris. Nonne ⁊ ipse prædaberis?

¶Hieremias. Capitulo.vj.

Hieremias. A minore quippe vsq₃ ad maiorem: omnes auaritiæ student: ⁊ a propheta vsq₃ ad sacerdotem cuncti faciunt dolum. ¶Idem ca.viij.

Propterea dabo mulieres eorũ exteris: agros eorũ hæredibus: quia a minimo vsq₃ ad maximũ omnes auaritia₃ sequuntur: a propheta vsq₃ ad sacerdotem cuncti faciunt mendacium.

¶Abacuch.ca.ij.

Abacuch. Veh ei qui multiplicat nõ sua: vsq₃ quo ⁊ aggrauat contra se densum lutum. ¶Ibidem.

Veh qui cõgregat auaritia₃ malam domui suę: vt sit in excelso nidus ei⁹: ⁊ liberari se putat de manu mali. Mattheus cap.vj.

Mattheus. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra: vbi erugo ⁊ tinea demolitur: ⁊ vbi fures effodiunt: ⁊ furantur. Thesurizate aute₃ vobis thesauros in cœlo vbi nec erugo: nec tinea demolitur: nec fures effodiunt nec furantur.

¶Marcus cap.x.

Marc⁹. Filioli q̃ difficile est cõfidentes in pecunijs: in regnu₃ dei introire? Facilius est camelum per foramen acus transire q̃ diuitem intrare in regnum cœlorum.

¶Lucas capitulo.xij.

Lucas. Videte ⁊ cauete ab omni auaritia: q̃a nõ in abũdantia cuiusq̃ vita eius est ex his quæ possidet.

¶Paulus ad Corinthios secũdę.cap.xij.

Paulus. Nec enim debent filij parentibus thesaurizare: sed parentes filijs.

¶Paulus ad Thimothæũ primæ ca.vj.

Nihil enĩ intulimus in hunc mundũ: haud dubium: q̃a nec auferre quid possum⁹. Habẽtes aũt alimenta ⁊ quibus tegamur: his cõtenti simus. Nã qui volunt diuites fieri incidunt in tentationem: ⁊ in laqueũ diaboli: ⁊ desideria multa inutilia ⁊ nociua: quę mergũt homines in interitum ⁊ perditionẽ. Radix enĩ oĩm malorũ est cupiditas: quã quidam appetentes errauerunt a fide: ⁊ inseruerunt se doloribus multis. Tu autem o homo dei hæc fuge.

¶Paulus ad hebręos cap.xiij.

Sint mores sine auaritia cõtenti pręsentibus. Ipse eni₃ dixit. Non te deserã neq₃ derelinquã. Ita vt confidenter dicamus. Dñs mihi adiutor est: non timebo quid faciat mihi hõ.

¶Aug. ⁊ habet̃.vj.q.j. Quero ergo.

Quęro ergo quis peccet grauius: aut qui nesciens heresim incurrerit: aut qui sciens ab auaritia.i.ab idolatria nõ recesserit. Secundũ illam regulã qua peccata scientiũ peccatis ignorãtię preponunt̃. Auarũ cõscientia vincit in scelere. Sed si forte hoc faciat in heresi ipsius sceleris magnitudo: q̃d facit ĩ auaritia sciẽtis admissio. Hereticus nesciẽs auaro scienti coęquatur.

¶Augustinus de libero arbitrio lib.iij.

Auaritia q̃ grece Philargyria dicit̃: non in solo argẽto: vnde nomẽ duxisse resonat: sed in oĩbus reb⁹ q̃ ĩmoderate cupiunt̃ intelligẽda est. Vbicũq₃ oĩno plus vult q̃sq₃ q̃ satis. Hęc aũt auaritia cupiditas est: cupiditas v̊o ĩproba volũtas est. Ergo ꝓpterea volũtas oĩm malorũ cã est.

Aug.lib.de libero arbitrio.

Quu₃ auaritia alicui dominatur: subiectus malis omnib⁹ demonstratur. Quia de auaritia omnia mala oriuntur: ⁊ peccatorum omnium spinæ producuntur.

¶Aug.lib.de doctrina christiana.

Auar⁹ est cæcus: credẽdo enĩ diues est: nõ vidẽdo. Amas pecunia₃ o cæce quã nunq̃ videbis. Cæcus possides: cæcus moritur⁹ es: quod possides hic relicturus es.

¶Aug.li.de verbis dñi

Quę est ista auiditas cõcupiscẽtię? quũ ⁊ ipsę beluę habeãt modũ. Tũc enim rapiũt qñ esuriunt. Parcũt vero prędę quũ senserint satietatẽ. Insatiabilis est sola auaritia diuitũ. Semꝑ rapit: ⁊ nunq̃ satiatur. Nec deum timet: nec hoĩe₃ reueret̃. Nec patri parcit: nec matrẽ cognoscit. Nec fratri obtẽperat: nec amico fidẽ seruat. Viduas opprimit. Pupillũ inuadit. Liberos in seruitium reuocat. Testimoniũ falsum ꝓfert. Res mortui occupant̃. Quare ⁊ qui faciũt non moriũtur? Quę est illa aĩarũ insania amittere vitã: appetere mortẽ: acquirere aurũ: ⁊ ꝑdere cœlũ.

¶Augustinus ad Bonifacium.

Diuitię sæculares si desint: nõ ꝑ mala opa quęrantur in mũdo. Si aũt adsint ꝑ bona opera seruent̃ in cœlo. Animũ virilẽ christiani nõ debent si accedunt attolere. Nec debent frãgere si recedunt. ¶Augustinus ad Comitẽ.

Auarus vir inferno est similis. Infernus enim quãtoscunq₃ deuorauerit nunq̃ dicit satis est. Sic ⁊ si oẽs thesauri confluxerint in auarum.

¶Aug.in sermone de.x.plagis

Nemo habet iniustum lucru₃ sine iusto damno. verbi gratia. Qui furatur acquirit vestem: sed perdit fidem. vbi lucrum: ibi damnum. Lucrum in arca: damnum in conscientia.

¶Aug.de interpellatione Job.

Hiero.

Odium nō habet auaritia:nec capiēdo expletur: sed incitat:hoc egētio: quo plura queſiuit.

¶Hiero.ad Paulinū:t eſt in prologo Biblię. Auaro tā deeſt qđ habet:q̄ qđ nō habet. Credēti totus mundus diuitiarum eſt.Infidelis aūt obolo indiget.

¶Ihieronymus epiſtola ad Ruſticum. Nos ardemus auaritia:t contra pecuniā diſputantes auro ſinum expandimus.Et illud qđ de Hegarenſibus dicitur nobis miſeris coaptari pōt.Aedificant quaſi ſemper victuri.Viuūt q̄ſi altera die morituri.

Ambroſius

¶Ambroſius de eo qđ ſcriptū eſt i euāgelio. Hois cuiuſdā diuitis fructus.t habeſ di.xlvij.Sicut.

Sicut ij qui per inſaniam mente tranſlati ſunt: nō iam res ipſas:ſed phantaſias paſſionis ſuæ vident. Ita etiam mens auari ſemel vinculis cupiditatis aſtricta ſemper aurum:ſemper argentum videt:ſemper redditus cōputat: gratiꝰ intuetur aurum q̄ ſolem:ipſa eius oratio t ſupplicatio ad deum aurum quærit.

¶Ambroſius ſuper libro de Nabythe.

Inflammatur lucro auaritia:non reſtinguitur. quaſi gradus quoſdam cupiditatis habet:t quo plures aſcenderit eo altiora feſtinat : vnde ſit grauis ruina lapſuro.

Gregorius.

¶Gregorius:t habetur di.xlvij. Bonoꝝ. Bonoꝝ authori inhęrere aliter non valemus: niſi cupiditatem a nobis:quę omnium malorum radix eſt:abſcindamus.

¶Gregorius in regiſtro: t habetur.j.q.j. Quum omnis.

Quum omnis auaritia idolorum ſit ſeruitus:q̄ſ quis hanc t maxime in clandis eccleſiaſticis honoribus vigilanter non præcauet : infidelitatis perditioni ſubiſcitur:etiam ſi tenere fidem verbis quam negat facto videatur.

¶Gregorius lib.x.moralium.

Sæpe ad auaritiam cor patris allicit fœcunditas prolis.Eo enim ambitu congregandæ hæreditatis accēdit:quo mꝛtis hæredibꝰ fœcūdat.

¶Gregorius lib.xx.moralium.

Auaritia latēter oritur in mente:ſed punctiones peccatorū oīm patenter pducit in operatione.

¶Greg.lib.xx.moraliū.t ſuper illud Job. Si expandi ad multitudinem.

Magna eſt ſecuritas cordis nil habere concupiſcentię ſecularis:Nam ſi ad terrena concupiſcenda cor inhiat ſecurus tranquillumq̄ eē nul latenus poteſt.Quia aut non habita cōcupiſcit vt habeat : aut adepta metuit ne amittat.Et dū in aduerſis ſperat proſpera:in proſperis formidat aduerſa:huc illucq̄ quaſi quibuſdam fluctibus voluitur:ac per modos varios rerum alternantium mutabilitate verſatur . Si vero ſemel in appetitione ſupernæ patrię forti ſtabilitate animus figitur:minus temporalium rerum perturbatione vexatur.

¶Gregorius.xliij.moralium.

Omnis auarus ex potu ſitim multiplicat: qui quum ea quæ appetit adeptus fuerit ad obtinenda alia amplius anhelat.Qui enim adipiſcēdo plus appetit huic ſitis ex potu creſcit.Unde figuratur per hydropicum.

¶Grego.lib.xliij.moralium.

Peccatū auaritię mentem quā infecerit ita grauem reddit:vt ad appetēda ſublimia attolli nō poſſit.

¶Grego.xv.moraliū.

Auaritia deſideratis rebus nō extinguitur:ſed augetur.Nā more ignis:qui ligna q̄ cōſumit ac ceperit excreſcit:t vnde videſ ad momēta flamma cōprimi:indē paulo poſt cernitur dilatari.

¶Gregorius li.xv.moraliū.

Auarus prius anhelat concupita congregare. Et quum quaſi in quodam ventre auaritię multa congeſſerit ſatiatus arctat. Quia dum anxiatur:qualiter acquiſita cuſtodiat:ipſa eum ſua ſatietas anguſtat.Mens auari quæ prius ex abūdantia requiem cōſiderat:poſtea ad cuſtodiam grauius laborat. ¶Grego.lib.xv.moraliū. Dęmonum habitaculum fit quiſq̄ in hoc ſæculo:qui ꝓpter diuitias t honores laborat: quas poſtq̄ conſecutus eſt tradit ſe luxuriæ : vt quæ auaritia congreguit:luxuria conſumat.

¶Greg.ibidem.

Prius nāq̄ mens auari dolorē habuit i ipſa ſuę cōcupiſcentię fatigatiōe.Qualiter cōcupita raperet:qño aliqua blādimentis:aliqua terꝛibꝰ auferret At poſtq̄ acquiſitis rebꝰ puenit ad deſideriū.Alius hūc doloꝛ fatigat: vt cū ſollicito timoꝛe cuſtodiat:quod cū graui laboꝛe meminit acquiſitum.Hinc inde inſidiatoꝛes metuit:atq̄ hoc ſe perpeti qđ ipſe facit ab aliis fieri ptimeſcit. ¶Greg.homelia.xxxij.ſup euāgelio. Eurſum ſuum quiſq̄ conſideret:t cognoſcet ſibi ſufficere parua quæ habet.Sed fortaſſe metuit ne in huius vitæ itinere ſumptus deſit? Nō ga noſtra deſideria increpat vita breuis. Incaſſum multa portantur:quū iuxta eſt quo pergit.

Joannes chryſo.

¶Joannes chryſoſtomus ſuper Matthęū homel.ix. Auaritia ꝓcipue in viris abundat.Fornicatio autem in mulieribus.Mulier enim in quiete ſedet incluſa.Fornicatio autez maxime ex ocio naſcitur.Vir autem quoniam in actibus rerum diuerſarum eſt aſſidue in auaritiæ peccatum facile incurrit. In fornicatione autem non facile: niſi multum ſit laſciuus:Nam occupatio virilium ſollicitudinum voluptatem plurimum excludit.Unde ꝓprium eſt adoleſcentium nihil agentium.

¶Idē ſuper Matthęū homel.ix.

Qui pecunię ſeruit:t preſentibus compedibꝰ conſtringitur:t futuris paratur.

Iſidoꝰ

¶Iſidorus lib. ethymologi.

Auidus dictꝰ ab auendo.Auere eē cupere eſt. hinc t auarus dictus eſt eo ꝙ ſit auidus auri:et nunq̄ opibus expleatur.

¶Iſidorus de ſummo bono li.iij.

Qui bona mundi diligit:velit nolit:timoꝛis t doloꝛis pœnæ ſuccumbit.

Bernar.

¶Bernā.ſup cantica ſermone.xxxviij. Currus auaritię vehitur rotis quattuoꝛ vitioꝛum:quę ſunt:puſillanimitas:inhumanitas:contemptus dei : mortis obliuio. Porro ſumēta trahentia ſūt.Rapacitas t tenacitas.Dis ambobꝰ

vnus auriga præſidet.Ardoꝛ habendi.Hic auriga ad vrgendū trahentia flagellis vtiſ acerrimis:libidine acquirēdi:t meru amittēdi. Hęc ſola auaritia q̄ cōducere plures non patiſ vno cōtenta eſt ſeruitoꝛe.

Hugo

¶Hugo lib.iij.de claustro.

Quattuoꝛ ſunt in rebus poſſeſſis obſeruāda:ſcz ne licita iniuſte quæramus:aut iniuſte acquiſitis illicite ꝑfruamur.Ne multa q̄uis licite poſſideamus.Ne licita illicite defendamus.Male eē acquirere: aut male vti acquiſitis: de licito facit illicitū.Multa ſibi poſſidere ꝓpinquuſ eſt cupiditati. Et fit quādoq̄ qđ nimiū diligit male defendit.Duo ſunt quę illicice ſolēt acquirere.i.cupiditas:t ſuperbia. Et duo quæ male fruuntur acquiſitis : id eſt gula t luxuria. Duo aūt ſunt qui male poſſidere volunt.i.prodigus t auarus.Unꝰ vt congreget:alter vt diſpergat. Et duo qui poſſeſſa defendāt.i.tēperātia: t mūdi prudentia.Superbia diabolo clauſit cœlum. Gula primo parenti abſtulit paradiſum. Auaritia diuitiſq̄ perdit infernum. Intemperātia vō adhuc corrumpit mundum.

¶Hugo lib.iij.de claustro.

Auaritia eſt gloriæ ſeu quarūlibet rerū inſatiabilis t inhoneſta cupido.

Boetius

¶Boetius de cōſolatione lib.ij.

Si quantas rapidis flatibus incitus
Pontus verſet harenas:
Aut quot ſtelliferis edita noctibus
Cœlo ſydera fulgent:!
Tantas fundat opes:nec retrahat manū
Pleno copia cornu:
Humanum miseras haud ideo genus
Ceſſet flere querelas.

¶Boetius de con.lib.iij.proſa.vj.

At qui nec opes inexpletam reſtringere auaritiā queūt. ¶Boetius lib.ij.de cōſolatione.

Senior ignibus aethnæ
Feruens amoꝛ ardet habendi.

¶Boetius ibidem.

Auaritiæ nihil ſatis eſt.

¶Boetius lib.ij.de conſo.

Quānis fluente dines auri gurgite
Non expleturas cogat auarus opes:
Oneretq̄ baccis colla rubri litoris:
Ruraq̄ centeno ſcindat opima boue:
Non cura moꝛdax deſerit ſuperſtitem.

¶Boetius li.de ſcholaſtica diſciplina.

Nouerca eſt adunca tenacitas.

Seneca.

¶Seneca lib.de beneficijs.

Dem oſthenes athenis eū qui neceſſaria funeribus venditabat damnauit:quum probaſſet eum magnum lucrum optaſſe:quod contingere ei ſine multoꝝ morte non poſſet.

¶Seneca ad Lucilliū epiſto.lxxiiij.

Vidiſti aliq̄n canē miſſa a dño fruſtra panis aut carnis apto oꝛe captātē? Quicqđ excipit ꝓtinus integrū demittit:t ꝓperat ad ſpē futuri. Idem euenit nobis. Quicquid fortuna expetentibus proiſcit id ſine vlla voluptate dimittimus t ſtatim ad rapinam alterius erecti t attēti ſtamus:hoc ſapienti non euenit.

¶Seneca ad Lucilliū Epiſtola.xcvj. Auarus animus nullo ſatiatur lucro.

¶Seneca ad Lucil.epiſtola.xcvj.

Mulli nos vitio natura cōſiliat: illa integros ac liberos genuit:Nihil qō auaritiā noſtrā irritaret poſuit in aperto. Pedibus aurū t argentuz ſubiecit calcādūq̄z ac premendū dedit. Illa vultus noſtros erexit in cœlum.

¶Seneca epiſto. cviij. ad Lucill.um.

Deſunt inopiæ multa:auaritiæ omnia.In nullū auarus bonus eſt:in ſe peſſimus.

¶Seneca ad Lucilliuz epi.cxxj.

Qui multum habet: plus cupit:quod eſt argumētum nundū illum ſatis habere.

¶Seneca de naturalibus quæſtiōibꝰ.

Auaritia quicquid omnibus abſtulit: ſibi ꝓſi ne gat. ¶Seneca ad Heluā matrē.

Auaritia eſt vehemētiſſima humani generis peſtis.Cupiditati nihil ſatis eſt.Naturæ ſatis eſt t parum.quicquid deſiderio quod nō ex imoꝑia: ſed vitio naſcitur congeſſeris: nō finis erit cupiditatis:ſz gradus.

¶Seneca in prouerbijs.

Auarus ipſe miſeriæ cauſa eſt ſuæ.

¶Seneca in prouerbijs.

Auarus niſi cū moꝛitur nihil recte facit.

¶Ibidem.

Auaro quid mali optes:niſi vt diu viuat?

¶Ibidem.

Auaro neganti cauſa nunq̄ deficit.

¶Ibidem.

Pecuniæ oportet imperare:non ſeruire:pecunia ſi vti ſcias:ancilla eſt:ſi neſcias: domina.

¶Seneca lib.de moꝛibus.

Quæ eſt maxima egeſtas? Auaritia.

¶Seneca ibidem.

Pecuniæ ſum habere oportet:ſed ei ſeruire nō oportet. ¶Seneca lib.de moꝛibus.

Quietiſſimam vitā agerent homines:ſi hæc ꝓnomina tollerentur.ſ.meuz t tuum.

¶Seneca tragœdia.iiij.

Rupere fœdus impius lucri furoꝛ:
Et ira præceps: quæq̄z ſuccenſas agit
Libido mentes. ¶Seneca tragœdia.vj.

Audax nimium qui freta primus.
Rate tamen fragili perfida rupit.
Terraſq̄z ſuas poſt terga videns:
Animam leuibus credidit auris.
Dubioq̄z ſecans equoꝛa curſu
Potuit tenui fidere ligno:
Intervitæ moꝛtiſq̄z vias
Nimium gracili limite ducto.

Ariſtoteles

¶Ariſtoteles lib.j.polliticoꝝ.

Deſiderium diuitiarum vadit in infinitum.

Cicero

¶Cicero li. paradoxoꝝ.

Neq̄z eē vnq̄ expleſ neq̄z ſatiaſ cupiditatis ſitis:neq̄z ſolū ea quæ habēt libidine augēdi cruciaſ:ſed amittēdi metu. ¶Cicero ibidem.

Tu dies noctesq̄z cruciaris:cui nō ſat eſt qđ eſt;

Licero. ¶ ipſum qđ habes ne diuturnū ſit futuꝝ times.
¶Licero lib. officiorum.
Vitanda tamen eſt ſuſpicio auaritiæ.
¶Ibidem.
Habere eñ quæſtui remp. nō modo turpe eſt: ſed ¶ ſceleratum eſt ¶ nepharium.
¶Ibidem.
Illud natura non patitur: ꝓ alioꝝ ſpoliis noſtras facultates: copias: opes: augeamus.
¶Ibidem.
Omnes aūt qui ſm naturam voluntviuere: nūqꝫ cōmittent vt alienum appetant.
¶Licero lib. j. rhetoricorum vetey.
Venus eſt oīm libidinum cupiditas. Eius autem generis ſine dubio pars eſt auaritia.
¶Ibidem.
Nemo eſt qui non pecuniam ꝓ ſapientiā malit.
¶Ibidem.
Maluꝫ eſt maximuꝫ auaritia. Multos maguis incommodis afficit pecuniæ cupiditas.
¶Idem rhetoricorum nouorum.
Magno malo eſt hominibus auaritia: iccirco ꝓ homines magnis ¶ multis incommodis affligā tur ꝓpter immenſam pecuniæ cupiditatem.
¶Licero rhetoricorum nouorum lib. ij.
Auaritia ad quoduis malū hominem perducit.
¶Idem lib. iiij.
Auaritia eſt iniuriosa appetitio alienorum.
¶Ibidem.
Duæ res ſunt quę poſſunt hominem ad turpe cōpendiū cōmouere: inopia atqꝫ auaritia.
¶Idem lib. iij. rhetoricorum.
Egens æque is eſt qui nō ſatis habet: ¶ his cui nihil ſatis eē poteſt. ¶Lice. li. j. de legib⁹.
Quid fœdius auaritia?
¶Licero lib. j. de fi. bo. ¶ ma.
Cupiditates enim ſunt inſatiabiles: q nō modo ſingulos homines: ſed vniuerſas familias euertunt: totā etiā labefactāt ſępe remp. Ex cupiditatibus odia: diſſidia: diſcordiæ: ſeditiones: bella naſcuntur: Nec hæ ſeſe foris ſolū iactant: nec tantum in alios cæco impetu incurrunt: ſed intus etiā in animis incluſę interſe diſſident atqꝫ diſcordāt. Ex quo vitā amariſſimā neceſſe eſt efficī: vt amputata circunciſaqꝫ inanitate omni ¶ erroꝛe naturæ finibus contentus ſine ægritudine poſſit ¶ ſine metu viuere.
¶Licero. lib. j. de fini. bono. ¶ malo.
Si fi corporis grauioꝛibus morbis vitæ iucunditas impeditur: quātomagis animi morbis impediri neceſſe eſt? Animi autē morbi ſunt cupiditates immenſę: ¶ inanes diuitiarū gloriæ: dominationes: libidinoſarum etiā voluptatū. Accedūt ægritudines: moleſtiæ: mœroꝛes qui animos exceđūt conficiuntqꝫ curis.
¶Licero li. iiij. Tuſculanarū q̄ſtionū.
Nā cū eſt cōcupita pecunia: nec adhibita continuo ratio: quaſi quædā Socratica medicina q̄ ſanaret eā cupiditatē: permanat in venas: ¶ inhæret in viſceribus illud malū: exiſtitqꝫ morb⁹. Nomē ē auaritia. ¶Lice. li. iiij. Tuſcu. q̄ſtio.
Eſt autē auaritia opinatio' vehemēs de pecunia quaſi valde expetenda ſit: inhęrēs ¶ penit⁹ inſita. ¶Salluſtius in Catilinario. Salluſt.
Pecuniæ imperſiqꝫ libido ſunt quaſi materies oīm malorū. Nāqꝫ auaritia fidē: probitatē: cęteraſqꝫ bonas artes euertit.
¶Salluſtius in catilinario.
Auaritia quaſi venenis malis imbuta corꝑ animumqꝫ effœminat. Semper infinita ¶ inſatiabilis eſt: neqꝫ copia: neqꝫ inopia minuitur.
¶Salluſtius in Jugurtha.
Natura mortaliū auida eſt imperij ¶ ꝑceps ad explendā animi cupiditatē.
¶Salluſtius in iugurtha.
Animꝰ eger auaritia facille cōuertitur.
¶Ibidem.
Magnitudo pecuniæ a bono ¶ honeſto in prauum abſtrahit. ¶Quintꝰ curtiꝰ de Q. Curtius.
geſtis Alexandri.
Difficile eſt nos cōtētos eſſe eo qđ offert occaſio. Quippe ſordent prima quæqꝫ: quum maiora ſperanē. ¶Luciꝰ Apuleiꝰ de magia li. j. Lucius apuleiꝰ.
Diuitiæ non melius in fundis ¶ in fœnore: ꝓ in ipſo hominis æſtimanē animo. Qui ſi eſt auaritia egenus ¶ ad omne lucrū inexplebilis: nec mō tibꝰ auri ſatiaē. Sed ſemper aliquid ante parta vt augeat mendicabit. Quæquidē vera cōfeſſio eſt paupertatis.
¶Lucius Apuleius ibidem.
Omnis eñ cupido acquirendi ex opinione inopiæ venit: nec refert ꝓ magnū ſit quod tibi minus eſt. ¶M. Apuleius de Magia li. j.
Nō habuit tantā rē familiarē pbs quātā Ælꝰ: nec Lelius quātā Scipio: nec Scipio quantam Craſſus diues. At enim nec Craſſus diues quā tam volebat. Ita quum omnes ſuperaret a ſuamet auaritia ſuperatus eſt: omnibuſqꝫ potius dines viſus eſt ꝓ ſibi.
¶Phocylides. Phocyl des.
πλοῦτου μὴ φείδου. μέμνησ' ὅτι θμητὸσ ὑπαρχεισ.
ὄυκ ἐμ ἐσ ἄιδησ ὄλβοσ ἔχειν· καί χρήματ' ἄγεσθαι. hoc eſt
Diuitijs ne parce. Recordare ꝓ mortalis es.
Non licet inferno diuitias habere ¶ pecunias aferre. ¶Plautus in duobus captiuis. Plautꝰ
Odi ego aurum. Multa multis ſępe perſuaſit perperam.
¶Plautus in pennlo.
Male partum male diſperit.
¶Terentius comœdia. iiij. Terēcꝰ
Ad oīa alia ætate ſapimus rectius. Solum hoc vnū vitiū affert ſenectus hominibus: ꝓ attēctio res ad rē ſum⁹ ꝓ ſat eſt. ¶Comœdia. iiij.
Vitium commune omnium eſt: ꝓ nimium ad rē in ſenecta attenti ſumus.
¶Vergilius lib. iij. æneidos. Vergil⁹
Quid non mortalia pectora cogis.
Auri ſacra fames?
¶Ouidius amorum lib. j. Elegia. x. Ouidꝰ
Non habet euentus ſordida præda bonos.
¶Ouidius lib. ij. amorū Elegia. x.
Quęrat auarus opes: ¶ quę laſſarit eundo
Æquora: periuro naufragus ore bibat.
¶Ouidius amorum lib. iij. Elegia. vij.

Iuppiter admonit⁹ nihil eſſe potentius auro:
Corruptę pręcium virginis ipſe fuit.
Dum merces aberat: durus pater: ipſa fenera.
Erati poſtes: ferrea turris erat:
Sed poſtq̄ ſapiens in munera venit adulter:
Prębuit ipſa ſinus: ¶ dare iuſſa dedit.
Propti⁹. ¶Propertius lib. j. elegia. ix.
Inſanus medio flumine quæris aquam.
¶Propertius lib. iij. elegia. vj.
Ergo ſollicitę tu cauſa pecuniavitæ es.
Per te immaturum mortis adimus iter.
Tu vitijs hominum crudelia pabula paſcis.
Semina curarum de capite orta tuo.
¶Propertius lib. iij. elegia. xj.
Si fas eſt omnes pariter pereatis auari.
¶Propertius lib. iij. elegia. xij.
At nunc deſertis ceſſant ſacraria lucis.
Aurum omnes victa iam pietate colunt.
Auro pulſa fides: auro venalia iura.
Horati⁹. Aurum lex ſequitur: mox ſine lege pudor.
¶Horatius carminum lib. ij. ode. ij.
Nullus argento color eſt auaris.
Abdito terris inimice lamnæ
Crispe ſalluſti: niſi temperato
Splendeat vſu. ¶Ibidem.
Vatius regnes: auidum domando
Spiritum: ꝓ ſi libyam remotis
Gadibus iungas: ¶ vterqꝫ pœnus
Seruiat vni. ¶Ibidem.
Creſcit indulgens ſibi dirus hydrops
Nec ſitim pellit: niſi cauſa morbi
Fugerit venis: ¶ aquoſus albo
Corpore langor.
¶Horatius carminum lib. iij. ode. xvj.
Creſcentem ſequitur cura pecuniam
Maiorumqꝫ fames.
¶Horatius carminum lib. iij. ode. xvj.
Multa petentibus
Deſunt multa. Bene eſt cui deus obtulit.
Parca quod ſatis eſt manu.
¶Horatius ſermonū lib. j. ſatyra prima.
Parcula naz exēplo eſt magni formica laboris
Ore trahit quodcunqꝫ pōt: atqꝫ addit acerno
Quem ſtruit: haud ignara: ac nō incauta futuri.
Quæ ſimul inuerſum contriſtat aquariꝰ annum
Non vſq̄ prorepit: ¶ illis vtitur ante
Quęſitis patiēs. Quum teneqꝫ feruidꝰ auſter
Dimoueat lucro: nec hyems: ignis: mare: ferrū:
Nil obſtet tibi: dum ne ſit te ditior alter.
¶Ibidem.
At bona pars hominū decepta cupidine falſo.
Nil ſatis eſt (inquit) quia tanti q̄tū habeas ſis.
¶Ibidem.
Quidam memoratur Athenis
Sordidus ac diues: populi contemnere voces.
Sic ſolitꝰ. Populus me ſibilat. At mihi plaudo
Ipſe domi: ſimul ac nummos contemplor in arca.
¶Ibidem.
Non vxor ſalvum te vult: non filius: omnes
Vicini oderunt: noti: pueri: atqꝫ puellæ:
Miraris: quum tu argento poſt omnia ponas:
Si nemo præſtet quem non mereare's amorem?
¶Horatius ſermonū lib. j. ſatyra prima.
Eſt modus in rebus: ſunt certi denīqꝫ fines
Quos vltra citraqꝫ nequit conſiſtere rectum.
¶Horatius ſermonū lib. ij. ſatyra. ij.
Ego vectigalia magna
Diuitiaſqꝫ habeo tribus amplas regib⁹. Ergo
Si ſuperat nō eſt melius quo illumere poſſis?
Cur eget indignus quiſq̄ te diuite? auare
Tēpla ruunt antiqua deū. Cur improbe charæ
Non aliquid patrię tanto emetiris aceruo?
Uni nimirum recte tibi ſemper erunt res?
¶Horatius ſermonū lib. ij. ſatyra. iij.
Qui nummos aurumqꝫ recondit: neſcius vti
Compoſitis: metuēſqꝫ velut contingere ſacrū
Nimirum inſanus paucis videatur: eo ꝓ
¶Ibidem.
Maxima parꝫ hominū morbo iactatur eodē.
¶Horatius epiſtolarum lib. j. epiſtola. j.
Virtus eſt vitium fugere: ¶ ſapientia prima
Stultitia caruiſſe. Vides quæ maxima credis
Eſſe mala: exiguum cenſum: turpēqꝫ repulſam
Quanto diuites animi capitiſqꝫ labore:
Impiger extremos curris mercator ad indos
Per mare pauperiē fugiēs: per ſaxa: per ignes.
¶Ibidem.
Pars hoim geſtit conducere publica. Sunt qui
Fruſtis ¶ pomis viduas venentur auaras:
Excipiantqꝫ ſenes quos in vuaria mittant.
Multis occulto creſcit res fœnore.
¶Idem epiſtolarum lib. j. epiſtola. ij.
Semper auarus eget. Certū voto pete finem.
¶Horatius epiſtolarū lib. j. epiſtola. xvij.
Quisquis vtrumq; viuit liber mihi non erit vnq̄.
Perdidit arma: locum virtutis deſeruit: qui
Semper in augēda feſtinat ¶ obruitur re.
¶Horatius epiſtolarū lib. j. epiſtola. xix.
Nec te ſemper inops agitet vexetqꝫ cupido:
Non pauor: ¶ rerum mediocriter vtilium ſpes.
Virtutem doctrina paret. Juuena.
¶Juuenalis ſatyra prima.
Quid enim Latis infamia nūmis? ¶Ibidē.
Exclamando luxurioꝝ vitiorum copias: quando
Maior auaritię patuit ſinus? Ibidem.
Inter nos ſanctiſſima diuitiarum
Maieſtas: ¶ ſi funeſta pecunia templo.
Nondum habitas: nullas nummorū ereximus aras. ¶Juuenalis ſatyra. iij.
Protinus ad cenſus: de moribus vltima fiet
Quæſtio. Quot paſcit ſeruos? Quot poſſidet agri
Jugera? Quā mlta magnaqꝫ paropſide cœnat.
Quantū quiſqꝫ ſua nummorū ſeruat in arca
Tantum habet ¶ fidei. ¶Idem ſatyra. viij.
Hodumqꝫ
Pone ¶ auaritię miſerere inopum ſociorum:
¶Juuenalis ſatyra. xij.
Non propter vitam faciunt patrimonia quidā.
Sed vitio cæci propter patrimonia viuunt.
¶Ibidem.
I nunc ¶ ventis animam committe dolato.
Confiſus ligno: digitis a morte remotus
Quattuoꝝ: aut ſeptem ſi ſit latiſſima thæda.
¶Juuenalis ſatyra. xiiij.
Sed quæ reuerentia legum?

Quis metus aut pudor est vnq̄ properantis auari? ¶Ibidem.
Sponte tamen iuuenes imitantur cætera solā
Inuiti quoq; auaritiam exercere videntur.
Fallit enim vitium specie virtutis ⁊ vmbra:
Quum sit triste habitu vultuq; ⁊ veste seuerum.
Nec dubie tanq̄ frugi laudatur auarus:
Tanq̄ parcus hō ⁊ rerū tutela suarū. ¶Ibidē
Et pater ergo animi fœlicis credit auaros:
Qui mirantur opes: qui nulla exempla beati
Pauperis esse putant: iuuenes hortanť: vt illaz:
Ire viam pergant: ⁊ eidem incumbere sectæ.

¶Iuuenalis satyra. xiiij.
Sed quo diuitias hæc per tormenta coactas?
Quum furor haud dubius: quum sit manifesta phrenesis.
Vt locuples moriaris egenti viuere fato.

¶Ibidem.
Interea pleno quum turget sacculus ore.
Crescit amor nūmi quantū ipsa pecunia crescit
Et minus hanc optat q̄ non habet. ¶Ibidē.
Curatoris eget qui nauem mercibus implet:
Ad summum latus: et tabula distinguitur vda.
¶Ibidem.
Tantis parta malis cura maiore metuq;
Seruātur. Misera est magni custodia census.

¶Ibidem.
Mensura tamen quæ
Sufficiat census: si quis me consulat edam:
In quantum sitis atq; fames: ⁊ frigora poscūt.

¶Lucanus. lib. iij. pharsaliæ.
Nec em̄ iam sufficit vlla præcipiti fortuna viro.

¶Dantes inferni capi. j.
Per che la bestia per laqual tu cridi
Non lassa altrui passar per la sua via:
Ma tanto lo impedisse che lucidi:
Et ha natura si saluagia ⁊ ria
Che mai non empie la bramosa vogla
Et do po il pasto: ha piu fame che pria.

¶Dantes inferni capi. xv.
Gente auara inuida e superba
Da lor costumi fa che tu ti forbi.

¶Idem purgatorij capi. ix.
Quel chauaritia fa qui si dichiara
In purgation de lanime conuerse
Et nulla pœna il monte ha piu amara.
Si come lochio nostro non saperse
In alto: fixo alle cose terrene:
Cusi iustitia qui a terra il merse.
Come auaritia spense a ciaschun bene
Lo nostro amor onde operar perdesse:
Cusi iustitia qui strecti ne tiene
Ne piedi e nele man legati e presi:
Et quanto fia piacer del iusto syre
Tanto staremo immobili ⁊ distesi.

AUdacia græce τόλμα. ης. ἡ. Tolma: ⁊ τολμηρός. οῦ. ὁ. tolmiros audax dicitur: ⁊ est fiducia seu confidentia dicens motum irascibilis in æstimatum non excedere facultatem: ⁊ est circa mala. Nam circa bona est spes ex b. Tho. iij. sen. di. xxvj. q. j. ar. iij.

¶Homerus in ρ odyssee. verba vlyssis. Homer.
θαρσαλέος γὰρ ἀνὴρ ἐν πᾶσιν ἀμείνων ἔργοισι τελέθει. hoc est
Audax enim vir in omnibus melior operibus est. ¶Menander. Menander.
εὔτολμος εἶναι κρῖνε· τολμηρὸς δὲ μή. id est. Fidēs esse delibera: audax autē non. ¶Idem.
τὸ πολλὰ τολμᾶν πολλ' ἁμαρτάνειν ποιεῖ. i.
Multa audere: multa aberrare facit.

¶Auersio græce ἀποτροπή. ῆς. ἡ. apotropi: et ἀποτρέπω. apotrepo auerto dicitur. Suntq; auersio ⁊ conuersio idem re: sed differunt ratione secundū respectuz ad diuersos terminos. b. Tho. ij. senten. distin. xlij. q. ij. ar. j. potest tamen conuersio esse sine auersione vt in peccato veniali. b. Tho. prima secundæ. q. lxxij. articu. v.

¶Augmentatio græce αὔξησις. ιος. ἡ. auxisis: et αὔξω. auxo augeo dicitur: ⁊ est mutatio per quā plus nutrimenti conuertitur in substantiam aliti: q̄ deperditum sit ab anima mediante calore naturali: vt viuens suam debitam quantitatem attingat ẛm Aristo. lib. de gene. ⁊ cor.

Augmentum est motus in perfectam magnitudinem ẛm Aristo. v. physicorum.

Augmentum est assumptio maioris quantitatis: quæ proprie est tantum in iuuenibus ẛm. b. Tho. iiij. senten. distin. xij. q. ij.

¶Augurium græce οἰωνοσκοπία. ας. ἡ. œonoscopia. ⁊ οἰωνοσκοπέω. ionoscopeo auguror dicitur. Et est diuinatio ab auium garritu sumpta: sicut auspicium a motu auiū ẛm. b. Tho. secūda scdę. q. xcv. arti. iij.

Augurium est quod fit in consideratione auiū ad scientiam futurorū: ⁊ est ex traditione malorum angelorum: vt habetur in decretis. xxvj. q. ij. qui sine.

¶Auiditas græce ἐπιθυμία. ας. ἡ. epithymia dicitur ab aueo quod est cupio: quod græce dicitur ἐπιθυμέω. vel ab a quod est sine et video: hoc est a non vidēdo. Quare auidus dicitur qui propter nimiam cupiditatem non videt quid agat: vt quibusdam placet.

¶Aureola ab aurum dicitur quod græce χρυσίον. ου. τό. et est præmium accidentale beatorum de operibus perfectionis secundum perfectam victoriam. Aurum vero ab aura dicitur hoc est a splēdore. Aura enim pro splendore aliquando sumitur. ¶Horatius. Hora.
Tua ne retardet.
Aura maritos.

Aurea vero est præmium essentiale respondens charitati ẛm beatū Tho. iiij. senten. distin. xlix. q. v. arti. j.

¶Austeritas græce αὐστηρότης. austirotis: et αὐστηρός. οῦ. ὁ. austeros austerus dicitur. Et est potentialis temperantia scilicet virtus refrenans loquacitatez ẛm beatum Tho. secunda secundæ. q. cxliij.

Austeritas animi videtur esse in eo qui non veretur alios contristare: e conuerso. Moderatio animi est in eo qui abhorret omne quod potest alium contristare ẛm beatum Tho. secunda secundæ. q. clvij. arti. iij.

AUthoritas sine c. et cum th. scribi debet: græce enim dicit' αὐθεντεία. ας. ἡ. Sic ⁊ author scribit' quez greci αὐθέντην dicūt. Ita ⁊ αὐθέντημα authoramentū: necnon αὐθεντεῖν authorare: et αὐθεντικόν: authoraton: qd' aliqui more græco authenticum dicunt. ¶Cicero li. de senectute. Cicero.
Apex est autem senectutis authoritas.
¶Ibidem.
Habet senectus honorata præsertim tantaz authoritatem: vt ea pluris sit q̄ omnes adolescentiæ voluptates. ¶Ibidem.
Non cani: non rugæ: repente authoritatez afferre possunt: sed honeste acta superior ætas fructus capit authoritatis extremos. ¶Ibidem.
Hec enim ipsa sunt honorabilia quæ videntur leuia atq; cōmunia: salutari: appeti: decedi: assurgi: deduci: reduci: consuli: quæ etiam apud nos: ⁊ in alijs ciuitatibus: vt quæq; optime moratæ sunt ita diligentissime obseruantur.

¶Homerus in . ι . Iliados. Homer'
ἀντί νυ πολλῶν λαῶν ἐστὶν ἀνὴρ ὅν τε Ζεὺς κῆρι φιλήσει.
Pro multis populis est: vir: quem iuppiter ex corde amabit.

¶Euripedes. verba hecubæ ad Vlyssem. Euripe.
τὸ δ' ἀξίωμα κἂν κακῶς λέγῃς τὸ σὸν πείσει· λόγος γὰρ ἔκ τ' ἀδοξούντων ἰὼν κἀκ τῶν δοκούντων αὐτὸς οὐ ταὐτὸν σθένει. hoc est
Authoritas vero ⁊ si male dicat tua
Persuadebit. Nam ab inexistimatis proficiscēs oratio. Et ab existimatis eadem: haud quaq̄ tandem valet.

AUxilium grece βοήθεια. ας. ἡ. boithia: ⁊ βοηθέω boitheo auxilior dicitur. ¶Menander.
ἀνὴρ γὰρ ἄνδρα καὶ πόλις σώζει πόλιν. hoc est
Vir enim virum: ⁊ ciuitas saluat ciuitatem. ¶Idem.
χεὶρ χεῖρα νίπτει· καὶ δάκτυλος δάκτυλον.
Manus manum lauat: ⁊ digitus digitum.

BAlbus græce τραυλός. οῦ. ὁ. et τραυλίζω balbutio. Est autem balbus is qui lingua confusa ⁊ trepidanti loquitur. Balbutire est cum linguæ hæsitatiōe ⁊ cōfusiōe quadā trepidare ẛm Noniū marcellū.

¶Banausia est vitiū cōtrariū paruificētiæ: et dicit' a furno q̄ κλίβανος. ου. ὁ. clibanos a græcis nūcupat': q: sicut ignis cōsumit oīa: ita scdm hoc vitiū fit excessus in sumptib' ad opus aliqd' conficiendū maior q̄ esse debeat ẛm regulā rationis. Ex. b. Tho. scda scdæ. q. cxxxv. ar. ij.

BAptismus græ. βαπτισμός dicitur. Et est ablutio hōis aliqualiter ꝯsentiētis facta ab alio in aqua simul verba certa cum intentione debita proferente: significans efficaciter ex institutiōe diuina ablutionē animæ a peccato ẛm Ioan. Scotum in. iiij. sen. dist. iij. q. j.

Baptismus est ablutio corporis exterior facta sub forma præscripta verborum ẛm Magistrum senten. in. iiij. dist. iij.

Baptismus est quoddam principiū sanctissimorum mandatorū sacrarum actionum: et aliorum diuinorum eloquiorū ad susceptiuam opportunitatem formans nostros animales habitus ad susceptæ quietis anagogen: iter nostruz faciēs sacræ ⁊ diuinissimę nostræ regenerationis traditio ẛz Dionysiū cap. ij. eccl'iastice hierarchię.

Baptismus est per quem primitias spiritus accipimus: ⁊ principiū alterius vitæ: fit nobis regeneratio ⁊ sigilluz ⁊ custodia ⁊ illuminatio ẛm Ioannem Damascenū. iiij. sen. ⁊. b. Tho. iiij. sen. distin. iij. q. j. ar. j.

Baptismus dicit' a βαπτίζω qd' est immergo.

¶Iannes in euangelio capi. ij. Ioānes
Respondit Iesus ⁊ dixit Nicodemo. Amen amē dico tibi. Nisi quis renat' fuerit denuo: non potest videre regnū dei. Dicit ad eum nicodemus. Quomodo potest homo nasci quum sit senex? Nunquid potest in ventrem matris suæ iterato introire ⁊ renasci? Respōdit Iesus. Amen amē dico tibi. Nisi quis renatus fuerit ex aqua ⁊ spiritu sancto: non potest introire in regnum dei. Quod natum est ex carne caro est. Quod natuz est ex spiritu spiritus est.

¶Augustinus in homelia. lxxx. ⁊ habetur. j. q. j. Detrahe. Augusti.
Detrahe verbum: quid erit nisi aqua? Accedit verbum ad elementū ⁊ fit sacramentū: vnde ista tanta virt' aquę vt corpus tangat: ⁊ cor abluat? Nisi faciēte verbo non quia dicitur: sed quia creditur. Nam ⁊ in ipso verbo aliud est sonus trāsiens: aliud virtus manens.

¶Augustinus lib. j. de vnico baptismo: et habetur. xxiiij. q. j. Si quem.
Si quem forte coegerit extrema necessitas: et vbi catholicum per quem accipiat non inuenerit: ⁊ in animo pacem catholicā custodiens per aliquem extra vnitatem catholicam positum acceperit: quod in ipsa erat catholica vnitate percepturus: si statim ⁊ de hac vita migrauerit: non eum nisi catholicum deputam'. Si autem fuerit corporali morte liberatus quum se catholicæ congregationi ⁊ corporali præsentia reddiderit. vnde nunq̄ corde discesserat: non solū non improbamus quod fecit: sed ⁊ securissime verissimeq; laudamus: quoniā præsentē deum credidit corde suo vbi vnitatē seruabat. Et sine sancti baptismatis sacramento qd' vbicunq; inuenit: non hominū: sed dei esse cognouit: noluit ex hac vita migrare.

¶Augustinus lib. ij. de vnico baptismo: et habetur de con. di. iiij. Ostenditur.
Ostenditur illos impie facere qui rebaptizare conantur.

¶Austinus libro. iij. de vnico baptismo: et habetur ibidem. Nunc autem.
Nunc autem non nisi sicut hæresis hæreticorum

baptismi effectus

Baptismus

est: sic error ipsorum est: sicut etiam sacrilegium dissensionis est eorum. Sic etiam baptisma qđ Christi est non debet dici ipsorum.

¶ Augustinus de vnico baptismo lib. iiij. et habetur ibidem. Satis.

Satis ostendimus ad baptismum quod verbis euangelicis consecratur non pertinere cuiusquam dantis vel accipientis errorem. Siue de patre siue de filio siue de spiritusancto aliter sentiat: quam cœlestis doctrina insinuat.

minister

¶ Augu. ibidē: et habet de cō. di. iiij. baptismi.

latro.

Baptismi vicem aliquādo implere passionē de latrone illo: cui non baptizato dictum est hodie mecū eris in paradiso. Btūs Cyprian⁹ nō leue documentum assumpsit: qđ etiam atque etiā considerans inuenio non tantū passionē pro nomine Christi id quod baptismo deerat posse supplere: sed et fidem confessionēque cordis: si forte ad celebrandū mysterium baptismi in angustijs temporū succurri non potest. Neque enim latro ille pro noīe Christi crucifixus est: sed pro meritis facinorū suorum: neque quia credidit passus est: sed dum pateretur credidit. Quantum itaque valeat etiam sine visibili sacramento baptismi: quod ait apostolus. Corde creditur ad iustitiā: ore autem confessio fit ad salutem: in illo latrone declaratum est.

fides.

¶ Augusti. de vnico baptismo lib. v. et habet de con. di. iiij. Quum tm̄.

Quum tantū valeat baptism⁹ per hoīem cōtemptibilem: quantū per apostolū datus: ita nec illius: sed Christi esse cognoscit.

¶ Augu. de vnico baptismo lib. vj. et habet ibidem. Non est.

Non est aqua pphana et adultera supra quam nomen dei inuocatur: etiā si a pphanis et adulteris inuocetur. Quia nec ipsa creatura adultera est nec ipsum nomen adulterum.

¶ Augu. ibidem: et habetur ibidem. Si non.

Illa cætera verba euangelica sine quib⁹ non potest baptismus cōsecrari tantū valēt vt per illa sic euacuētur quęcunque in prece vitiosa contra regulam fidei dicuntur: quēadmodum dæmonium Christi noīe excludit.

¶ Aug. de vnico baptismo li. viij. et habet de cō. di. iiij. Solet etiā.

Solet etiā quæri vtrū approbandū sit baptisma quod ab eo qui non accepit accipit: si forte hoc aliqua curiositate didicit quō dandū sit: et vtrum nihil intersit quo aīo accipiat ille cui datur: an cum simulatione: aut sine simulatione: si cum simulatione: vtrum fallens sicut in ecclesia: vel in ea quę putatur ecclesia: an iocās sicut in mimo. Ueruntamen si quis me forte in eo cōsilio constitutū: vbi talium rerum quæstio versaret non præcedentibus meritis quorū sentētias sequi mallem vrgeret: vt dicerem quid ipse sentirē. Si eo modo affectus essem quo eram dum ea dictarem. Nequaquam dubitarē habere baptismū eos qui vbicūque et a quocūque illud verbis euāgelicis cōsecratum sine sui simulatione et cum aliqua fide accepissent. Quāquam ad salutē spiritualē eis non prodesset scilicet si charitate caruissent qua catholicę inseruntur ecclesię. Si enim habeam fidem vt montes transferam: charitatem autem non habeam nihil sum.

¶ Aug. li. de bap. et habet de cō. di. iiij. Null⁹.

Nullus autem negat habere baptismū etiā apostatas: quibus vtique redeūtibus et per pœnitentiam conuersis non redditur. Quia amitti non posse iudicatur: sicut et illi qui in sacrilegium schismatis ab ecclesię communione discedunt habent vtique baptismum: quem priusquam discederent acceperunt.

¶ Augustinus libro de baptismo: et habetur de con. dist. iiij. quomodo.

Quomodo exaudit deus homicidā deprecantē vel super aquam baptismi: vel super oleum: vel super eucharistiā: vel super capita eorū quib⁹ manus imponit. Quę tn̄ oīa et fiunt et valēt etiā per homicidas: aut per eos qui fratres oderunt etiam in ipsa intus ecclesia: quū nemo dare possit qđ non habeat: quō homicida dat spiritūsanctum? Et tn̄ intus etiam ipse baptizat. Deus ergo dat etiam in ipso baptismate spm̄ sanctum. Quapropter sacramentū gratiæ dat deus etiam per malos. Ipsam vero gratiam non nisi per seipsum: vel p sanctos suos. Et ideo remissionem peccatorum: vel per seipsum facit: vel per eius columbæ mēbra quib⁹ ait. Si cui dimiseritis peccata dimittent: et si cui retinueritis retēta erūt.

¶ Augustinus ibidem capi. tunc.

Tunc valere incipit ad salutē baptismus: quum illa fictio veraci confessione recesserit: quę corde in malicia vel sacrilegio perseuerante peccatorum ablutionem non sinebat fieri.

¶ Augu. ibidem: et habet ibidē. Est vnitas.

Est vnitas ecclesię quę late patet in sacramentorum videlicet societate et cōmunione: quę cōplectitur cum granis etiam paleas: quādo eas corporaliter mixtas ita patitur: vt neque illas iusti vitent: neque ab illis iuste vitentur. Sic sunt in ecclesia hoīes mali: vt in corpore humano humores mali: qui interdum exeunt ex corpore.

¶ Augustin⁹ libro de baptismo: et habetur de con. distin. iiij. Quum pro.

Quum pro paruulis alij respondent: vt impleatur erga eos celebratio sacramenti: valet vtique ad eorum consecrationē quia ipsi pro se respondere non possunt: si pro eo qui respondere potest alius respōdeat: non itidem valet. ex qua regula illud euangelij dictum est: quod oēs quum legitur naturaliter monet etatē habet ipse pro se loquatur.

¶ Augu. li. de baptismo: et habet de cō. di. iiij. Sicut in sacramētis ff. Nō interest.

Non interest quum de sacramēti integritate tractatur: et sanctitate: quid credat: aut quali fide imbutus sit: qui accipit sacramentum. Interest quidem plurimum: sed ad salutis viam. Sed nihil interest ad sacramenti quæstionem.

¶ Augustinus ibidem: et habetur ibidem. ff. Manifestum.

Manifestum est fieri posse vt fide non integra integrū in quoquam maneat sacramentū baptismi.

¶ Augustinus ibidem. ff. si posset.

Si posset fieri vt singuli diligenter interrogentur: tot diuersitates opinionum forsitan inuenirentur quot homines numerarentur. Animalis enim homo non percipit ea quæ sunt spiritus dei. Nunquid tamen non ideo sacramentum integrum accipiunt? Aut nunquid ideo si profecerint: et opinionum carnalium vanitatem emundauerint: denuo quod acceperāt repetendū ē? Accipit quisque secundum fidem suam: sed quantum capit gubernante misericordia dei.

¶ August. de baptismo paruulorū: et habetur de con. di. iiij. Per baptismū.

Per baptismū Christi id agitur: vt caro peccati euacuet. Non autē sic euacuatur: vt in carne cōcupiscentia innata non sit: sed ne obsit. Nā si post baptismū ad ætatem naturalem perueniant: ibi habent cum qua pugnēt: eāque adiuuante dn̄o superent: si nō gratiam in vacuū susceperint.

¶ Aug. de baptismo paruulorum: et habetur de con. di. iiij. Filius.

Filius dei carnē peccati succepit: et pœnam sine culpa: vt in carne peccati et culpa solueret et pœna. Per fidē ergo et baptismū eius a peccato homo p iustificationem: et a morte liberat per resurrectionem. Paruuli etiam baptizati inter credētes reputant per sacramenti virtutem et offerētium respōsionē. Qui vero non sunt baptizati inter non credentes iudicant ex euangelio Joannis: Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto non pōt introire in regnū dei.

¶ August. lib. de baptismo paruulorū: et habetur de con. di. iiij. Si baptizata.

Si baptizata est caro Christi quę sine pctō erat quanto magis baptizanda est caro mortis, propter euitandum iudiciū damnationis?

¶ Aug. ibidē: et habet ibidē. Regenerāte.

Regenerante aūt carne tantūmodo contrahit peccatū originale: regenerante aūt spū sancto: nō solum originalium sed etiā voluntariū fit remissio peccatorū. Proinde recte pōt dici paruulos sine baptismo decedentes mitissimā omniū in futuro sustinere pœnam. Fallit enim et fallit qui eos in damnatione prædicat non futuros: dicente apostolo. Per vnius delictū omnes homines in condemnatione etc.

¶ August. ibidem: et habet ibidē. Quisquis.

Quisquis ex cōcupiscentia carnis et lege peccati et mortis carnaliter generatur regenerari spūaliter habet opus vt non solum ad regnum dei pducatur: sed etiam a damnatione peccati liberetur: sicut etiam per primū hominem in peccato et morte nascuntur: sic etiam p Christum in iustitia et vita æterna in baptismo renascuntur.

¶ Augustinus lib. de baptismo paruulorū: et habet de con. di. iiij. Paruuli.

Paruuli fideles recte vocantur qui fidem p verba gestantium quodammodo confitentur: et per eorundem verba diabolo et mūdo abrenunciant et hoc fit in sacramento diuinæ gratiæ quam dedit deus ecclesiæ. Paruulus aūt qui baptizatur si ad annos rationales veniens non crediderit: nec ab illicitis abstinuerit: nihil ei prodest quod paruulus accepit.

¶ Augustinus ibidem. Nulla preter.

Nulla preter baptismū salus infantibus promittitur: quia infantes si per sacramentū qđ ad hoc est diuinitus institutum in credentiū numerum non transeunt in tenebris manent.

¶ August. ibidē. Ad hoc.

Ad hoc baptismus valet vt baptizati Christo incorporentur: vt membra eius habeantur: et consepeliantur: et oblati p sacramentū charitatemque fideliū reconcilientur deo: vt in eo viui: salui: liberati: redempti: illuminati fiant.

¶ Augustinus ibidē. Quis aūt.

Quis aūt nesciat credere esse infantibus baptizari: nō credere aūt non baptizari?

¶ August. ibidē: et habet ibidē. Nō ex quo.

Nō ex quo quisque baptizatur omnis vetus infirmitas in eo absumitur: sed renouatio incipit ad remissionem oīm peccatorum: et intelligentiā: et operationem spiritualium. Cætera vero in spe sunt donec fiat in re: qđ erit in resurrectione: nā in baptismo quamuis fiat plena remissio peccatorū nondum tn̄ plena est nouitas et perfecta mutatio: quia adhuc remanet corruptio nō solum in corpore: sed etiam in aīo: qui est hō interior: in quo si pfecta esset nouitas non diceret apostolus: quod de die in diem renouatur.

¶ August. ibidē. ff. Hoc meminisse.

Augustinus.

Hoc meminisse debemus oīm peccatorū plenam perfectamque remissionē in baptismo fieri: hominem vero non totum commutari continuo: sed spūalibus pficientibus de die in diem crescente nouitate commutari quod vetustum est: et carnale est: donec ita renouetur quod animalis infirmitas corporis ad firmitatem spiritualem incorruptamque perueniat.

¶ Augustinus ibidem. ff. Sicut dicta.

Sicut dicta: facta: et cogitata inique animę et corpori pertinent: licet aūt quantū ad motū iam preterierunt et nō sunt: eis tn̄ preteritis reatus eorum manet: nisi peccatum per remissionem soluatur: sic nō preterita sed adhuc manente lege cōcupiscentię reatus ei soluitur et non erit: quū fiat in baptismo plena remissio peccati.

¶ Augustin⁹ homelia. iij. de baptismo: vt habetur de con. di. iiij. Postquam vos.

Postquam vos credere pmisistis tertio: capita vestra in sacro fonte dimersimus: qui ordo baptismatis duplici mysterij significatione celebrat. Recte enim tertio mersi estis: qui accepistis baptismum in noīe sanctę trinitatis. Recte tertio immersi estis qui accepistis baptismum in nomine iesu Christi: qui etiam die tertia resurrexit a mortuis. Illa enim tertio repetita dimersio typum dominicæ exprimit sepulturę: per quam Christo cōsepulti estis in baptismo: et cum Christo surrexistis in fide peccatis absoluti in sanctitate virtutum Christum viuatis imitando.

¶ August. de libero arbitrio li. iij. et habetur ibidem. Illud.

Illud perscrutari hoīes solent sacramentū baptismi Christi quid prosit paruulis: quū eo accepto plerūque moriuntur priusquam ex se quicquam potuerint agnoscere. Qua in re satis pie recteque credit prodesse paruulo fidē eorū a quibus consecrandus offertur: et hoc ecclesię commendat authoritas: vt ex eo quisque sentiat quid sibi prosit fides sua: quū in aliorum quoque beneficio qui ppriam nondū habent potestatē cōmoda sit.

¶ August. sup Joannē tractatu .v. prime p tis: & habet de con. di. iiij. Baptismus.
Baptismus talis est qualis ille est in cuius potestate datur. Non qualis ille per cuius ministerium datur.
¶ August. tractatu .vj. & habet ibidē. Quū bap.
Quū baptizat malus ex aliqua vel ignorātia ecclesie vel tolerantia: aut em̄ ignorant mali: aut tolerant paleæ quousq̄ ī vltimo ventilet area. Illud qd̄ datū est vnū est nec impar ꝓpter impares ministros: sed par & æquale ꝓpter hunc q̄ baptizat. ¶ August. super Joannem: & habetur de con. di. iiij. Necessarium.
Necessariū est visibile sacramentū aquæ ad ablutionem visibilis corporis: sicut necessaria est doctrina inuisibilis fidei ad sanctificationē inuisibilis aīe. ¶ Ibidē.
Renascit hō ex aqua visibili sacramēto: & spū inuisibili scilicet intellectu: vt symbolū baptismi visibiliter accipiat: & spiritualē ītellectū ipsi⁹ symboli ꝑcipiat: vel ex aqua visibili & spū sancto.
¶ August. ibidē. Aliud.
Aliud est baptizare per ministerium: aliud baptizare per potestatē. Itē ergo baptizabāt discipuli eius: & ibi adhuc erat Judas inter discipulos eius. Si quos aūt baptizauit Judas: nō sūt iterū baptizati. Et quos baptizauit Joannes sunt iterū baptizati: plane iterū: sed nō iterato baptismo. Quos em̄ baptizauit Joannes baptizauit Joānes tm̄: q̄s baptizauit Judas Christus baptizauit. ¶ Aug. ad Petrū Diaconē: & habet de con. di. iiij. Firmissime.
Firmissime tene & nullatenus dubites oēm hominē qui per cōcubitū viri & mulieris concipit: cū originali pctō nasci impietati subditū morti q̄ subiectum. Et ob hoc naturaliter iræ nasci filium. De qua dicit apostolus. Eramus em̄ natura filij iræ: sicut & cæteri a qua ira nullus liberabitur nisi per fidem mediatoris hoīs Jesu christi. Firmissime tene nō solū hoīes ratione vtentes verū etiā paruulos: q̄ siue in vteris maternis viuere incipiūt: & ibi moriunt: siue iā de matribus nati sine sacramēto baptismi: quod datur in noīe patris & filij & spūsancti: de hoc sæculo transeunt sempiterno igne puniendos: quia ꝑ si peccatū propriæ actionis nullum habent: originalis tamen peccati damnationem carnali conceptione ex natiuitate traxerunt.
¶ August. ad Petrū Diaconē: & habetur .j. q. j. Firmissime.
Firmissime tene & nullatenus dubites extra ecclesiam baptizatos si ad ecclesiā non redierint baptismo cumulari perniciem. Tantum enim valet ecclesiasticæ societatis cōmunio ad salutem vt baptismo non saluetur quum ibi non datur vbi oportet vt detur.
¶ Augustin⁹ ad fortunatū: & habet de con. di. iiij. In necessitate.
In necessitate, quum epī: aut presbyteri: aut quilibet ministrorū non inueniuntur: & vrget periculum eius qui petit: ne sine isto sacramento hanc vitam finiat: etiam laicos solere dare sacramentum qd̄ acceperunt solemus audire.

¶ Augustinus ibidē ca. Sanctum.
Sanctum est baptismum per seipsum qd̄ datur est. In nomine patris: & filij: & spiritussancti. Ita vt in eodem sacramento sit etiā authoritas traditionis per dominum nostrum Jesum Christū ad apl'os: per illos autem ad epōs & alios sacerdotes: etiam laicos christianos ab eadem origine: & stirpe venientes.
¶ Augustinus ibidem ca. Cathecuminū.
Cathecuminū q̄uis in bonis opibus defunctū vitā habere non credimus: excepto duntaxat nisi martyrij expleat sacramentum.
¶ August. ad Orosium li. ij. & habetur ibidem ca. Quāuis.
Quamuis vnum baptisma sit & hereticorū eorū scilicet qui ī noīe patris & filij & spirissancti baptizant: & ecclesiæ catholicæ. Tamē q̄ extra ecclesiam baptizantur: nō sumunt baptismū ad salutem: sed ad perniciē: habentes nimirū formam sacramenti: virtutē aūt eius abnegantes.
¶ Augustinus in epistola ad Bonifaciū: & habetur ibidem ca. Non illud.
Nō illud te moueat: q̄ quidā non ea fide ad baptismum percipiendum paruulos ferūt: vt gratia spirituali ad vitā regenerentur æternā. Sed hoc eos putāt remedio tēporalem retinere vel recipere sanitatē. Nō em̄ ꝓpterea illi nō regenerantur: q̄ non ab istis hac intentiōe offerunt.
¶ Aug. ad Bonifaciū: & habet ibidē ca. Nulli.
Nulli est aliquatenus ambigendum tunc vnumquēq̄ fidelē corporis sanguinisq̄ domini participem fieri. Quando in baptismate membrū Christi corporis efficitur.
¶ Aug. lib. de baptismo: & habet de cō. di. iiij. Non dubito.
Nō dubito cathecuminū catholicū diuina charitate flagrantē hæretico baptizato anteponere.
¶ Augustinus in epistola ad Maximum: & habetur de con. di. iiij. Rebaptizare.
Rebaptizare hæreticum hoīem q̄ hæc sanctæ trinitatis signa susceperit: q̄ Christiana tradidit disciplina omnino peccatū est. Rebaptizare aūt catholicū immanissimū scelus est.
¶ August. ad Valerium contra Julianū: et habetur de. con. di. iiij. Ex quo.
Ex quo instituta est circuncisio in populo dei: quod erat tunc signaculum fidei iustitiæ dei: ad sanctificationem purgationis valebat paruulis originalis veterisq̄ peccati. Sicut & baptismus ex illo valere cœpit ad innouationem hominis ex quo constitutus est.
¶ August. contra Crescentium grammaticū: & habet de con. di. iiij. Si inter.
Si inter bonos ministros: quū sit alius alio melior: nō est melior baptismus: qui per meliorem datur: quādo idē baptismus datur: nullo mō malus est: q̄ etiā ꝑ malum datur: qn̄ idē baptismus datur. Et ideo ꝑ ministros dispares dei munus æquale est: Quia non illorū: sed eius est.
¶ August. de Symbolo: & habetur de con. di. iiij. Sicut nostis.
Sicut nostis fratres Charissimi paruuli exufflantur & exorcizant: vt pellatur ab eis diaboli p ote

stas inimica quæ decepit hominē: vt possideret homines. Nō ergo creatura in infantibus exorcizatur aut exufflatur: sed ille sub quo sunt: q̄ sub peccato nascunt. ¶ Augu. de pœni. & habet ibidem cap. omnis qui.
Omnis qui iam suæ voluntatis arbiter constitutus est: quum accedit ad sacramentū fideliū nisi eū pœniteat veteris vitæ: nouā nō pōt inchoare. Ab hac pœnitentia cū baptizantur soli paruuli immunes sunt. Nundū enim vti possint libero arbitrio. ¶ Augu. in Enchiridio: & habetur de conse. di. iiij. paruulo.
Paruulo recenter nato vsq̄ ad decrepitū senē sicut nullus prohibendus a baptismo: ita null⁹ est q̄ nō peccato moriat in baptismo: sed paruuli tantū originali. Maiores aūt omibus etiā moriuntur peccatis: quæ maleviuendo addiderūt originali. ¶ Augustin⁹ in enchiridio: & habetur de con. di. iiij. Non regenerabantur.
Non regenerabantur vel renascebant qui baptizabantur baptismo Joannis: sed quodā præcursorio illius ministerio qui dicebat Parate viam dño christo: in quo solo renasci poterant: q̄ parabātur. Huius enim baptisma est non in aqua tm̄: vt fuit Joannis: verū etiam in spiritu sancto vt de illo regeneraret. Si quis in christū crediderit de illo xp̄s regeneratur. Qui regeneratione nō cognouit in aqua baptizari voluit: non vt eius iniq̄tas dilueretur: sed humanitas cōmendaretur. Itaq̄ baptisma in eo nihil habuit: qd̄ ablueret: sicut mors nihil inuenit qd̄ puniret.
¶ Augu. lib. sententiarū prosperi: et habetur de conse. di. iiij. verus.
Verus baptismus cōstat non tam ablutiōe corporis q̄ fide cordis: sicut apostolica doctrina tradidit dicens. Fide mūdans corda eorū. & alibi. Saluos facit baptisma nō carnis depositio sordiū: sed etiā cōscientiæ bonæ interrogatio in deum. ¶ Augu. in sermōe post pascha qui incipit. Hodiernus dies. & habetur de cōse. distin. iiij. vos ante.
Vos ante omnia tam mulieres q̄ viros q̄ filios in baptismate suscepistis moneo: vt vos cognoscatis fideiussores apud deū extitisse pro illis quos visi estis de sacro fonte suscipere. Ideoq̄ semper eos admonete: vt castitatem custodiāt: iusticiā diligāt: charitatē teneāt. Ante oīa symbolum & orationē dominicā: & vosipsi tenete: & illis quos accepistis de sacro fonte ostēdite.
¶ Hierony. super epl'am ad philippenses lib. ij. & habet de conse. distin. iiij. eodē mō.
Eodē modo in patre & filio & spiritu sancto baptizamur: & ter mergimur: vt trinitatis vnū appareat sacramentū.
¶ Ambrosius lib. de sacramentis: & habetur ibidem. venisti.
Venisti ad fontē: ingressus es: ꝯsidera quid videris: quid locutus sis diligenter. Repente occurrit tibi leuita: occurrit tibi presbyter: vnctus es quasi athleta dei: vt ad baptismum cathecuminus accedas.
¶ Ambrosius lib. de sacramentis: & habetur de conse. di. iiij. per aquam.

Per aquā baptismi transitus est de terrenis ad cœlestia. Ideo pascha transitus dicitur: hic trāsitus est de peccato ad vitā: de culpa ad gratiā: de inquinamento ad sanctificationē. Qui ꝑ hāc aquā transit nō moritur sed exurgit.
¶ Ambro. lib. de sacramentis: & habet de conse. di. iiij. venit.
Venit sacerdos ad fontem: dicit precē: inuocat nomē patris & filij & spūsancti: vtit verbis cœlestibus: cœlestia sunt verba q̄ christi sunt: præsentia trinitatis adest: operatur sermo æternus vbi descēdit spūsanctus: primo quasi columba descendit: vt increduli vocarentur ad fidem. In principio signū debuit esse: in posteriorib⁹ perfectio: apostolis enim spūsanctus datus est in igneis linguis propter incredulos: nobis autē iam in plenitudine ecclesiæ: non per signa: sed per fidem veritas est colligenda.
¶ Ambrosius ibidem: & habetur ibidē capi. Emersisti.
Emersisti: venisti ad sacerdotē: quid tibi dixit? deus inquit tibi pater omnipotens: qui te regenerauerit ex aqua & spiritu sancto: concessitq̄ peccatorū tuorū veniā: ipse te inungat in vitam æternā: vide vbi inūctus es in vitā æternā inq̄t.
¶ Ambro. lib. de sacramentis: & habet de con. distin. iiij. accepisti post.
Accepisti post baptismum vestimenta candida vt esset indicium q̄ exueris voluptatē peccatorum: & indueris innocētiæ casta velamina.
¶ Ambro. lib. de instiandis rudibus: & habetur .j. q. j. non sanat.
Non sanat baptismus perfidorū: nō mundat: sed polluit. Qui in diluuio aquarū ad dūm non approximabunt: quia vt per apostolum dicit. Quicq̄d non est ex fide peccatū est: & ipsis qui faciūt & quibus faciunt non solum non prodest: sed ad iudicium est. ¶ Ambrosius super epistolam ad Romanos: & habetur de conse. distin. iiij. sine penitentia.
Sine penitentia sunt dona & vocatio dei. Quia gratia dei in baptismate non requirit gemitū: non requirit planctum: vel opus aliquod: sed solam fidem: & omnia gratis condonat.
¶ Gregorius augustino anglorū epō: & habetur de con. di. iiij. baptizari.
Baptizari autē: vel enixam mulierē: vel hoc qd̄ genuerit: si periculo mortis vrgetur: vel ipsa eadē hora qua gignit: vel eadē etiā qua natum est id quod gignitur nullo modo ꝓhibetur. Ne dū adhuc tempus ad præbēdū redemptionis mysterium quæritur: interueniente paululū mora inueniri non valeat qui redimatur.
¶ Gregorius Leandro epō: & habetur de conse. di. iiij. de trina.
De trina mersione baptismatis nil respōderi verius pōt: q̄ quod ipsi sensistis. Quia in vna fide nil officit sanctæ ecclesiæ consuetudo diuersa. Nos aūt q̄ tertio mergimus triduanæ sepulturæ sacramenta significamus. Et dum tertio infans ab aq̄s educitur resurrectio triduani tēporis exprimit. ¶ Grego. in moralib⁹: & habetur de con. di. iiij. Quod autem.

baptismi minister.

Q Dō aūt apud nos valet aqua baptismatis: hoc egit apud veteres: vel pro parvulis sola fides: vel pro maioribus virtus sacrificij: vel pro his q̄ de abrahę stirpe, pdierūt mysteriū circūcisiōis.

¶ Gregorius in moralibus.

Spiritussanctus etiā ante baptisma gentilium corda perfudit: q̄ nunq̄ in iudeorū mentibus nisi post aquā baptismatis venit.

¶ Gregorius homelia. xxiiij. & habetur de conse. di. iiij. Sacerdotes.

Sacerdotes quū p exorcismi gratiā manū credētibus imponūt: & malignos habitare spūs in eorū mentes cōtradicunt. Quid aliud faciūt nisi q̄ dæmonia ejiciunt.

Joannes chryso.

¶ Joan chrysosto. & habetur de conse. di. iiij. non potest.

Nō potest q̄s gratiā vitæ cœlestis accipere nisi purgatus fuerit ab omni sorde peccati per pœnitentiæ confessionē: per donū baptismi salutaris oīs & salvatoris nostri iesu christi.

Isidorus

¶ Isidorus sententiar. lib. j. & habetur de con. di. iiij. qui in maternis.

Qui in maternis sunt veteris ideo cū matre baptizari non possunt: q̄ qui natus adhuc ex adā nō est: ex xpō regenerari non potest. Neq̄ enī dici in eū regeneratio pōt quē generatio nō precessit. Qui scelerate viuunt in ecclesia & cōmunicare non desinunt: putantes se tali cōmunione mūdari discāt nihil ad emēdationē pficere sibi.

cōmunio

¶ Isidorus ibidē ca. si q̄s. ſ. sz Romanus.

Romanus pontifex non hominem iudicat q̄ baptizat: sed spiritum dei subministrare gratiam baptismi: licet paganus sit qui baptizet.

Leo pa.

¶ Leo papa ad Nicetem: & habetur. j. q. j. hanc regulam.

Hanc regulam conservandam: in omnibus ecclesijs prædicamus: vt lauacrū semel initiz nulla iteratione violetur. Dicēte apostolo. Unus deꝰ: una fides: unum baptisma: cuiꝰ ablutio nulla reiteratiōe violanda est. Sed sola spūs sancti ficatio invocanda: vt q̄ ab hæreticis nemo accepit: a catholicis sacerdotibus consequatur.

¶ Leo papa: & habeť de con. di. iiij. hi qui.

Hi qui necessitate mortis ægritudinis: obsidionis: pſecutionis: & naufragij: vrgentur omni tempore debent baptizari.

¶ Leo papa ibidem cap. hi de quibus.

Hi de quibus scripsisti qui se baptizatos sciūt: sed cuius fidei fuerint qui eos baptizarunt se nescire profitentur: quolibet modo formam baptismatis acceperunt: rebaptizandi non sunt: sz p impositionē manus virtute spiritussancti: quā ab hæreticis accipere non potuerūt catholicis copulandi sunt. ¶ Leo papa Leoni Ranē nati epo: & habetur ibidem. quum itaq̄s.

Quum itaq̄s baptismi sui nihil recordetur qui regenerationis est cupidus: nec alter attestari de eo possit qui sciat se consecratum: nec ille qui consecratur. Scimus quidem inexpiabile esse sacrilegium: quotiens iurta hereticorum dogmata contra sanctorum patrum institutta cogitur aliquis lauacrum q̄d regenerādis semel tributuz est bis subire. Apostolica reclamante sentētia

Juuenalis. Uetulę vesica beatę.

Beare ē beatū facere: eiusq̄ oppositū est ebeare quod est beatitudine priuare.

Bellū græce πόλεμος. ou. ὁ. et πολεμικός. ou. ὁ. bellicosus dicit. et ē ppria dissensio p quā arma mouentur: hinc sociale bellū dicim⁹: & bellū Romanorum cum Etruscis vel samnitibus. xx. 40. /pabel. gaudet.

Bellū & prælium ita differunt: q̄ bellū est ipsa pugna: tuz totū tps: quo in militia sumus: q̄d illitterati guerrā dicunt. Prælium vo est ipsum tantūmodo armorum certamen. Nam pugna et certamē etiam citra arma fit. Interdū etiā nudis verbis. coyec. ¶ Regum secūdi cap. ij.

Regū.

Varius euentus est belli: et nunc hunc: & nunc illū consumit gladius. ex Pal.

Dachaborū.

¶ Dachaborū primi. c. iij.

Non est in multitudine exercitus victoria belli: Sed de cœlo fortitudo est.

Prouer.

¶ Prouerbioꝝ cap. xx.

Cogitationes consiliis roborant: & gubernaculis tractanda sunt bella.

Lucas.

¶ Lucas cap. iij.

Neminem concutiatis: neq̄s calūniam faciatis: et cōtenti estote stipendijs vestris.

Augu.

¶ Augu. epla. v. sup illud Luce. iij. Neminē cōcutiatis: neq̄s ca. fa. & cō. es. sti. vestris.

Omnibus stipendiū proprium sufficere præcepit: militari vtiq̄s non prohibuit.

¶ Augu. sermone de puero Centurionis: & habeť. xxiij. q. j. Paratus. ſ. Nam si.

Nam si Christiana disciplina omnia bella culparet hoc potius consilium salutis petentibus in euangelio diceret: vt abijcerent arma seq̄s militię omnino subtraherent. Dictū est antē eis. Neminem cōcutiatis: & estote cōtenti stipendijs vestris. ¶ Augu. ad Bonifaciū: & habeť xxiij. q. j. Noli.

Noli existimare neminē deo placere posse q̄ armis bellicis ministrat. In his erat sctūs Dauid: cui dūs tā magnū perhibuit testimoniū. In his etiā plurimi illius tpis iusti. In his erat sctūs ille Centurio q̄ dño dixit. Non sum dignus vt intres sub tectum meum.

¶ Augustinꝰ cōtra Manicheos: & habeť xxiij. q. j. Quid culpatur.

Quid culpatur in bello? An quia morimur q̄q̄z morituri: vt dominētur in pace victuri: hoc reprehendisse timidorū est: nō religiosorum: nocendi cupiditas: vlciscendi crudelitas. Implacatus atq̄s implacabilis animus. ſeritas rebellandi: libido dominādi: & si qua similia: hæc sunt quę in bellis iure culpantur.

¶ Augustinus de verbis dñi tractatu xviij. & habeť. xxiij. q. j. Militare.

Militare non est delictum: sed ꝓpter prædam militare peccatū est. Nec rēpu. gerere criminosum est. Sed ideo agere remp. vt diuitias augeas videtur esse damnabile. ſPropterea em̄ quadam prouidentia militantib⁹ sunt stipendia cōstituta: ne dum sumptus quærit: prędo grassek.

¶ Augustinus de diuersis ecclię obser-

nationibus: & habetur ibidem. Apud.

Apud veros dei cultores etiā ipsa bella pacata sunt: quę non cupiditate aut crudelitate: sed pacis studio gerunt: vt mali coerceantur: et boni subleuentur.

¶ Augustinus contra quinq̄s hæreses in principio.

Donabit certanti victoriā: qui certādi dedit audaciā: non ergo nos hostiū turba: non bellantiū forma: nō quasi fulgens vitrea terreat armatura. Bolia magnū: robustum: armis terribilem: ingētiq̄s turba munitum Dauid solus: paruus: atq̄s inermis vno lapidis ictu prostrauit. Tota q̄q̄ Allophilorum castra turbauit: atq̄s fugauit.

¶ Augu. de verbis Apostoli. & habeť. xxiij. q. iij. Justum est.

Justum est bellū quod ex edicto geritur de rebus repetēdis aut propulsandorū hostium causa.

¶ Isidorus soliloquiorū lib. ij.

Improuisus hostis fortiter opprimitur.

¶ Bernardus de noua militia.

Si bona fuerit causa pugnantis pugnę exitus malus esse nō potest. Sicut nec bonꝰ iudicabit finis si causa nō bona & intētio nō recta pcessit.

¶ Cassiodorus lib. j. epla. xvj.

Bene denota plis: nō debet alijs occupationibus occupari.

¶ Cassiodorus li. j. epla. xvj.

Res pliorū bñ disponit: quū i pace tractatur.

Cassio.

Humilio tūc efficit prævalida: si diuturna fuerit cogitatiōe robozata.

¶ Cassio. li. j. epla. xxxix.

Discat miles ocio: quid pficere possit in bello.

¶ Ibidem.

Ars bellandi si nō ꝓcludit:quū fuerit necessaria non habetur.

¶Cassiodorus lib.j.epla.xxxix.

Rio subito ad arma nō erigunt:nisi q̄ se ad ipsa idoneos præmissa exercitatione disponunt.

¶Cassiodorus lib.iij.epla.j.

Tūc solū vtile est ad arma concurrere:quū locū apud aduersariū iustitia nō potest inuenire.

¶Cassiodorus lib.v.epla.iij.

Iustitiā minus diligūt qui frequēter ꝓelia tractauerunt. ¶Vegetius de re militari.li.j.ca.ij. Vegetius

Scientia rei bellicę dimicandi nutrit audaciam.

¶Vegetius de re militari lib.j.caꝑ.iij.

Nō parū ꝓdest in dimicationib⁹ vti cōsiliis.

¶Ibidem.

Nunq̄ credo potuisse dubitari,aptiorē armis rusticam plebē:q̄ sub diuo ⁊ in labore nutritur solis patiens:imbrę negligēs:balneoꝝ nescia:delitiarū ignara:simplicis animi: paruo cōtenta: duratis ad oēm laborum tolerantiā mēbris: cui gestare ferrum:fossas ducere: onus ferre: consuetudo diruere est.Et solez pulueremq̄ ferre non timeat. ¶Ibidē caꝑ.vj.

Sit ergo adolescēs Martis opi deputādus:vigilātib⁹ oculis:erecta cernice: lato pectore:humeris musculosis: valētibus digitis: longioribus brachijs:vētre modicus:exilioꝝ crurib⁹:suris ⁊ pedibus nō superflua carne distentis:sed neruoꝝ duritia collectis. Quū hæc in Tyrone signa deprehenderis: proceritatē non magnopere desideres.Utilius est enim fortes milites esse:q̄ grandes. ¶Ibidē caꝑ.xxvj.

Nihil magis prodesse cōstat in pugna:q̄ vt assiduo exercitio milites in acie dispositos ordines seruent.

¶Vegetius de re militari lib.ij.caꝑ.xxij.

In omni prælio nō tam multitudoꝝ virtus indocta: q̄ ars ⁊ exercitiū solent præstare victoriā. Non enim longitudo ætatis:aut annoꝝ numerus artem bellicam tradit:sed potius exercitatio:Nam in pugna solet vsus amplius prodesse q̄ vires. ¶Vegetius de re mil.lib.ij.

Plærisq̄ rei militaris ignari plenioꝝ victoriam crediūt: si aduersarios:aut locoꝝ angustijs:aut armatoꝝ multitudine circūdederint:vt aditus non inueniant recedendi. Sed econtra clausis ex desperatione crescit audacia:⁊ quū spei nihil est:sumit arma formido.Libēter cupit commori:qui sine dubio sit se esse moriturū.Ideoq̄ Scipionis laudata sūa est:qui dixit. Dīa hostibus qua fugerent inueniendam.

¶Vegetius ibidem.

Magna dispositio est hostē famę magis vrgere q̄ ferro. ¶Vegetius de re mili.lib.iij.caꝑ.j. Vegeti⁹

Qui desiderat pacē:præparet bellum:qui victoriam cupit:milites imbuat diligenter:qui secundos optat euentus dimicet arte non casu. Nemo prouocare:nemo audet offendere:quem intelligit superiorem esse si pugnet.

¶Vegetius lib.iij.de re mili.caꝑ.ix.

Boni duces non aperto prælio in quo est commune periculū:sed ex occulto semp attentāt:vt integris suis quantū possint hostes interimāt: certe vel terreant.

¶Vegetius de re mili.lib.iij.caꝑ.x.

Inter hostes discordiarū procurare causas sapientis est ducis. ¶Vegeti⁹ ibidem.

Qui raro aut omnino nunq̄ viderūt hostes vulnerari vel occidi:quū primum aspexerint: horrescunt:⁊ pauore cōfusi de fuga magis q̄ de cōflictu,incipiunt cogitare.

¶Ibidem caꝑ.xiiij.

Ordinaturus aciē tria debet ante ꝓspicere:solē:pulueremventū:nā sol ante faciē eripit visum. Ventus ꝓrarius tua flectit ac deprimit:hostiū adiuuat tela.Puluis fronte congestus oculos implet ⁊ claudit:hæc momento eo quo acies ordinantur etiā imperiti vitare solent.

¶Seneca in Hercule furēte. ¡Tra.ꝑma. Seneca

Omnis in ferro est salus.

¶Seneca ibidem.

Arma nō seruāt domū. Nec tēperari facile: nec rępmi pōt stricti ensis ira:bella delectat cruor.

¶Seneca ibidem.

Quæritur belli exitus:non causa.

¶Idem in Tantalo.Trag.ij.

Peior est bello timor ipse belli.

¶Idem Trag.iij.

Licet omne tecū regiæ robur trahas.

Licet arma longe miles ac late explicet.

Fortuna belli semper ancipiti in loco est.

Quodcūq̄ mars decernit exæquat duos

Licet impares sint:gladius:⁊ spes:⁊ metus:

Sors cæca versat.

¶Seneca Tragœdia.iiij.

Inuenit artes bellicus Mauors nouas:⁊ mille formas mortis. ¶Seneca Tragœdia.vj.

Fœlix quisquis bello moriēs oīa secū consumpta videt. ¶Ibidem.

Quodcunq̄ libet facere victori licet.

¶Ibidem.

Victor feroces impetus primos habet.

¶Ibidem.

Profuit multis capi.

¶Aristo.Aethicorum.x. Aristo.

Bellamus vt pacē ducamus.

¶Laertius diogenes de vita ⁊ moribus philosophoꝝ. Laert⁹ dioge.

Eas optimas victorias quę sine sanguine fiūt dicebāt Pythacus. ¶Plutarchus Plutarchus.
in Apophthegmatibus.

Theopōpus cū quadā ī vrbe murū sibi quidam ostēderet:⁊ an sibi pulcher altusq̄ videret iter rogaret.Minime si mulierum est inquit.

¶Plutarchus ibidem.

Chabrias dicere ꝓsueuit formidabilius esse cerui agmen ductu leonis:q̄:leonū ceruo duce.

¶Licero lib.officiorū. Licero

Suscipienda quidē bella sunt ob hanc causaz: vt sine iniuria in pace viuat. Parta aut victoria cōseruandi sunt ꝓ:qui nō crudeles in bello:non immanes fuerunt. ¶Licero ibidem.

Nullū bellū est iustū:nisi aut ꝓ rebus petitis gerat:aut añ denūciatū sit ⁊ indictū. ¶Ibidē.

Bellū aūt ita suscipiat:vt nihil aliud q̄ pax quę sit videatur. ¶Licero ibidem.

Sed quū tps necessitasq̄ postulat:decertandū est manu. Et moꝝ seruituti turpitudiniq̄ anteponenda. ¶Ibidem.

In euertendis autem vrbibus diripendisq̄ valde illud considerandū est:ne quid temere:ne q̄d crudeliter fiat.

¶Licero Rhætoricoꝝ veterū lib.j.

Nihil est crudelius,q̄ vrbes diruere.

¶Idē Rhætoricoꝝ nouoꝝ lib.iiij.

Armis Italia nō potest vinci:nec græcia disciplinis. ¶Licero in Philippicis.

Cōcedo ī certos exit⁹ esse belli martēq̄ cōem.

¶Licero in oratione de laudibus magni Pompeij.

Ego em̄ existimo in summo ꝑatore quattuor has res esse oportere:scilicet scientiam rei militaris:virtutem:auctoritatē:⁊ fœlicitatē.

Cæsar. ¶Cæsar lib.vj.de bello gallico.

Imperatoꝝ res aduersę authoritatē minuunt.

Sallust. ¶Sallustius in Catilinario.

In prælio qui,maxime timēt:maximum periculum est. ¶Ibidem.

Neq̄ malū neq̄ molestiā victores habent.

¶Ibidem.

Imperij ⁊ diuitiarū causa bella fiūt. ¶Ibidē.

Audacia ꝓ muro habet: necessitudo etiā timidos fortes facit. ¶Sallustius in Jugurtha.

In ꝓlio quāto sibi quisq̄ min⁹ parcit: tāto magis tutus est. ¶Sallustius in Jugurtha.

Omne bellū sumit facile:cæterū ægerrime desinit:Non em̄ cuius ptāte initiū,ei⁹ et finis est.

Macrobius. ¶Macrobius lib.j.Saturnaliū.

Vinculo quodā patientię obligandi sunt impetus belli. ¶Macrobius Saturnaliū lib.ij.

Nihil magis magno duci conuenit:q̄ ꝓ oībus cogitare. ¶Quintus Curtius de gestis Q.Curtius.
Alexandri lib.viij.

Ratione belli necessitas mutat. ¶Idē.li.x.

Illud scire debetis. Militarez sine duce turbā: corpus esse sine spiritu.

Julius celsus. ¶Julius Celsus de gestis Cæsaris.li.iiij.

Expectare ꝙ oū hostiū copię augeant:summa dæmentia est.

¶Julius Celsus de gestis Cæsaris lib.vj.

Multū tum in ceteris rebus:tum in re militari pōt fortuna. ¶Idem lib.vij.

Errant qui in bello oēs secundos rerū euentus expectant.

¶Juli⁹ Celsus de gestis Cæsaris lib.vij.

Non minus ī milite modestia:q̄ virtus atq̄ animi magnitudo desiderāda est. ¶Idē li.viij.

Nocturna bella sunt vitanda. ¶Idē lib.ix.

Odium consiliis militū maxime cōtrariū est.

Homer⁹ ¶Homerus in.ı.Iliados.

ἀφρήτωρ ἀθέμιστος ἀμήτιος ἐστὶν ἐκεῖνος
ὃς πολέμου ἔραται ἐπιδήμιου ὀκρυόεντος.ı.

Insociabilis sceleſtus priuatus domo est ille
Qui bellum amat in populum mortiferum.

¶Homerus in.π.Iliados.

ἓν γὰρ χερσὶ τέλος πολέμου ἕπεσθαι ἄερσιβούλῃ.

In manib⁹ em̄ finis belli:verborum aūt ꝓsilio.

¶Idem in.σ.Iliados.

ξυμὸς ξυνάλιος,καὶ κταμένοιτα κατέκτα.

Cōis mars est:⁊ interfectoꝝ interficit.

¶Vergilius æneidos lib.ij. Vergil.

Pulchrumq̄ mori succurrit in armis.

¶Ibidem.

Dolus an virtus quis in hoste requirat?

¶Ibidem.

Vocat lux vltima victos.

¶Idem Æneidos lib.xij.

Respice res belli varias.

¶Quidi⁹ Metamorphos.li.v.Fabula.iiij. Quidi⁹.

Turpe quidez ꝓtendere erat:sed cedere visum
Turpius. ¶Quidius Metamorphos.
ix.Fabula.j.

Quis em̄ sua prælia victus
Commemorare velit? ¶Ibidem.

Melior mihi dextera lingua:
Dīmodo ꝓpugnādo superē tu vince loquēdo.

¶Quidi⁹ Metamorphos.lib.xij. Fabula.v.

Quis em̄ laudauerit hostem?

¶Idem lib.xiij.

Tutius est igitur fictis contendere verbis.
Quā pugnare manu.

¶Quidius epla Paridis ad Helenam.

Certamen præmia magna mouent.

¶Tibullus lib.j.Elegia.x. Tibull⁹.

Quis fuit horrendos ꝓmus qui ꝓtulit enses?
Quā ferus:⁊ vere ferreus ille fuit.

¶Lucanus lib.ij.pharsalię. Lucan⁹.

Summū Brute nephas ciuilia bella fatemur.

¶Lucanus lib.iiij.Pharsalię.

Heu miseri qui bella gerunt.

¶Juuenalis satyra vltima. Juuenalis.

Solis præterea testandi militibus ius
Viuo patre datur.Nam quę sunt parta labore
Militię:placuit nō esse in corpore census:
Omne tenet cuius regimen pater.

¶Benedictio græce εὐλογία.ας.ἡ.⁊ εὐλογέω benedico,dicit. Est autē benedictio dei donorum eius collatio vel multiplicatio scōm.h. Tho.pma parte.q.lxxij.

Benedicere dei est causare bonitatē:sed benedicere nostrū est agnoscere beneficia ei⁹.h. Tho. super ps.xxxiij.co.j.fi.

Beneficentia græce. εὐεργεσία ας.ἡ.dicit.Et est exterior amicitię vel charitatis act⁹ scōm rationē cōem:sicut benivolentia est actus interior ꝓsuppositus a beneficētia.

¶Beneficiū gre.εὐεργέτημα ατος.τὸ ⁊ εὐεργέτης.ου.ὁ.benefic⁹ dicitur.Est aūt beneficiū quędā benivola actio:gaudiū tribuēs capiēti.In li.feu.c.j.ex d.ca.feu.⁊.pa.ī.c. vnico.de cōmo.ī.c.ad audientiā.de ꝓesrip.

¶Eleobulus. Eleobulus.

Ροῖσ' ἃ γαθοῖσ' ἀγαθὰ ποίει.

Bonos beneficio affice. ¶Lucianus. Lucian⁹

ὡκεῖαι χάριτες γλυκερῶτεραι.ἡμῖν δὲ βραδεῖαν
πᾶσα χάρις κερδεῖ.μᾶλλέ λέγοιτο χάρις.ı.

Celeres gratię dulciores.Si aūt tardauerit:
Omnis gratia vana:neq̄ diceretur gratia.

¶Ausonius ita vertit.

Gratia quę tarda est ingrata est.Gratia nāq̄:

Quum fieri properat: gratia grata magis.
¶ Idem aliter.
Si bene quid facias: facias cito. Nā cito factum
Gratum erit. Ingratum gratia tarda facit.
¶ Phocilydes.
Phocilydes. μὴ κακὸν ἐυέρξης· σπείρειν ἴσον ἐστ᾽ ἐνὶ πόντῳ.
Noli in malum virum beneficium conferre: est ac si in mari semines.
¶ De hac materia habes vbi Amor proximi supra.
¶ Benignitas græce ἀγαθότης. ητος. ἡ. dicitur. Et est habitus voluntarie benefactiuus: ꝛ ad loquendū dulciter secundum beatū Thomā secūda secundæ. q. lxxx.
Benignus græce χρηστὸς. οῦ. ὁ. est sponte ad benefaciendū paratus et dulcis ad eloquiū: secundū Isidorum libro ethymologiarum.
A bonus vō fit benignus id est liberalis: beneficus: clæmens.
¶ Beniuolentia græce εὔνοια. ας. ἡ. ꝛ εὔνοιμος. ου. ὁ. beniuolus dicit̃: et est bonorum erga proximum voluntas: cuius opposita sūt odium ꝛ inuidia secundū Plutarchum in libello de differentijs inuidię ꝛ odij.
¶ Beniuolentia dicitur εὔνοια. i. bona volūtas. Ita ꝛ maliuolentia dicitur κακόνοια. ας. ἡ. quasi malavoluntas: ꝛ κακόνοος. ου. ὁ. maliuolus.
¶ Bibliopola græca dictio cōposita ex βίβλος. ου. ἡ. vel ex βιβλίον. ου. τό. libellus: ꝛ πωλέω. vēdo. Est autem bibliopola vēditor librorum: sicut et bibliographus qui libros transcribit: γράφω enim idem est qđ scribo. Sic etiam bibliotheca: qđ teste Ulpiado: modo locum significat ī quo libri tenentur: modo copiam ipsam librorū. Quare dicimus Ptolemæum regem bibliothecam omniū pulcherrimaꝫ cōgregasse. Componitur qꝫ ex βίβλος ꝛ θήκη. ης. ἡ. quod est theca: vel vagina: vel repositorium.
¶ Bigamia item græcum vocabulum est διγαμία. ας. ἡ. Et est defectus ex secundis nuptijs proueniēs. De hac materia videre poteris multa infra in Matrimonium.
¶ Bilinguium vitium: est in loquendo inconstantia. Bilinguis vō græce δίγλωσσος. ου. ὁ. dicitur. Et est dictio cōposita ex δύο qđ est duo: ꝛ γλῶσσα. ης. ἡ. lingua. Est auteꝫ bilinguis is qui loquēdo sibi non constat: sed modo vnum: modo aliud loquitur: quiqꝫ proximum presentem laudat: absentemqꝫ lacerat. Significat etiam bilinguis nonnunꝗ̄ fallacem. Uergilius. Tyriosqꝫ bilingues.
¶ Blandicie græ. αἱμυλία. ας. ἡ. ꝛ αἱμύλιος. ου. ὁ. blandus dicit̃. Cuius diminutiuū blandiciolus: ꝛ blādicellus. Un̄ blādicella vba apud Neuiū leguntur: ꝛ blāde ꝛ blādicule aduerbia: ꝛ blādidicus ꝗ blande loquit̃. Plaut⁹: Nūc mihi blādidic⁹ es: heri in tergo meo tris facile corios contriuisti bubulos.

Blasphemia græca dictio est ꝛ βλασφημία. ας. ἡ. ꝛ βλάσφημος. ου. ὁ. blasphemus dicitur. Et est quando aliquis attribuit deo: quod ei non conuenit: vel de deo negatur: vel detrahitur quod ei conuenit secundum Augustinum et. b. Thomam secūda secūdę. q. xiij. ar. iiij.
Blasphemia est contumelia vel conuitium ī iniuriam creatoris.
Blasphemia est verbum in contumeliam dei prolatum.
Blasphemia est per quā de deo falsa dicuntur.
¶ Leuitici cap. xxiiij.
Leuitici. Homo qui maledixerit deo suo: portabit pctm̄ suū: et qui blasphemauerit nomen domini: morte moriatur. Lapidibus obruet eum omnis multitudo populi: siue ille ciuis: siue peregrinus fuerit qui blasphemauerit nomen domini: morte moriatur.
¶ Job cap. xxxiiij.
Job. Ne desinas ab homine iniquitatis: qui addidit super peccata sua blasphemiam.
¶ Matthæus. c. xij.
Matth. Omne peccatū ꝛ blasphemia remittetur hominibus: spiritus autem blasphemię non remittetur: et quicunqꝫ dixerit verbū contra filium hominis: remittetur ei. Qui aūt dixerit contra spiritum sanctum non remittetur ei neqꝫ in hoc seculo: neqꝫ in futuro.
¶ Marcus cap. iij.
Marc. Amen dico vobis: quoniā omnia dimittent̃ filijs hominū peccata: ꝛ blasphemię quibus blasphemauerunt. Qui autem blasphemauerit ī spiritum sanctum: non habebit remissionem ī æternū: sed reus erit æterni delicti.
¶ Augustinus super illud Matthæi. Blasphemauit.
Augu. Non minus peccant qui blasphemant Christuꝫ regnantem in cœlis: ꝙ̄ qui crucifixerunt ambulantem in terris.
¶ Augustinus sup̱ Joannem: ꝛ habet̃ xxiij. q. iiij. Quando vult.
Quando vult deus concitare potestatem aduersus hæreticos: aduersus scismaticos: aduersus dissipatores ecclesię: aduersus exufflatores Christi: aduersus blasphematores Christi blasphemi non mirentur: quia deus concitat: vt a Sara verberetur Agar. Cognoscat se Agar: supponat ceruicem: quę quum humiliata discederet a domina sua occurrit ei angelus ꝛ dixit. Quid tibi est Agar ancilla Sarę? quum conquesta esset de domina. Quid audiuit ab angelo? Reuertere ad dominam tuam. Ad hoc ergo affligitur vt reuertatur: atqꝫ vt non reuertatur. Quia proles eius sicut proles Jacob cum fratribus hæreditatem tenebit.
¶ Hieronymus ad Titum: ꝛ habetur xxxiij. q. v. Quum caput.
Hiero. Quum caput mulieris sit vir: caput autem viri christus: quæcunqꝫ vxor non subijciturviro: hoc est capiti suo eiusdem criminis rea est cuius et vir si non subijciatur capiti suo. Uerbum autem domini blasphematur: vel contemnitur dei prima sententia: ꝛ pro nihilo ducitur: vel quū Christi infamatur euangelium: dum contra legem fideqꝫ naturę ea ꝗ̄ christiana est ꝛ ex lege dei subiecta est viro imperare desiderat: quum etiā gētiles fœminæ viris suis seruiāt communi lege naturę.

¶ Hieronymus ad Ctesiphontem de libero arbitrio contra Pelagianos hereticos.
Sententias vestras prodidisse superasse est. Patet prīa fronte blasphemia. Nō necesse habet cōuinci qđ sua statim pfessione blasphemum est.
¶ Hieronymus Epistola. xxxiij.
Blasphemia veniam non meretur.
¶ Hugo de sancto victore.
Hugo. Blasphemia est cum quadā probrosa irreligiositate conuitiorum iacula in alterum immittere.
¶ Rabanus sup̱ Matthæum.
Raban⁹ Mos erat iudęis: quum aliquid blasphemię audiebant scindere vestes: sicut Paulus ꝛ Barnabas: quum cultu diuino honorarentur sciderunt vestes suas.
¶ Bomolochia græca dictio ē: ꝛ βωμολοχία. ας. ἡ. ꝛ βωμολόχος. ου. ὁ. scurra. Et bomolocha est ideꝫ quod scurrilitas. Quare Aristoteles li. magnorum moralium dicit ꝙ Bomolochus est qui omnia ꝛ omne est putās oportere conuitiari.

Bonitas græce ἀγαθοσύνη. ης. ἡ. ꝛ ἀγαθότης. ητος. ἡ. ꝛ ἀγαθός. οῦ. ὁ. bon⁹: vnde benignus dicitur. i. liberalis: beneficus: clemens. Quare benignam terrā appellam⁹ fructus abunde ferentē. Plini⁹ de Aegypto. Nulla ē benignior tell⁹: null⁹ ager feracior. Inde benignitas, liberalis, atqꝫ clementia.
¶ Menander.
Menander. ἀνὴρ δὲ χρηστὸς χρηστὸν οὐ μισεῖ ποτε. i.
Uir autem bonus bonum non odit vnꝗ̄.
¶ Idem.
γνώμης γὰρ ἐσθλῆς ἔργα χρηστὰ γίνεται. i.
Mentis enim bonæ vir opera bona facit. id est
¶ Idem.
ζήλου τὸν ἐσθλὸν ἄνδρα καὶ τὸν σώφρονα.
Imitare bonum virum ꝛ sapientem.
¶ Leonides.
Leonid. αἰεὶ δ᾽ ὁ ἀγαθὸς ἐστ᾽ ἀγαθός. i. id est
Semper autem bonus est bonus.
¶ Ex tertio Epigrāmaton.
iij. epigrammaton. τῶν ἀγαθῶν οὐ δεχόμεσθα κόρον. i.
Bonorum non capimus satietatem.
De hac materia videre potes multa infra in Clæmentia.
¶ Bonum græce ἀγαθόν. οῦ. τό vel χρηστόν. οῦ. τό. dicit̃. Et est idqđ opponitur malo: estqꝫ nomen generale ꝛ honesta simul: atqꝫ vtilia complectens: vt bonum animi: bonum corporis: bonum fortunæ. Hinc si bonum virum dicimus probum significamus. Si bonum militeꝫ: fortē. Si bonū imperatorē: prudentem. Si bonū grāmaticum: litteratū. Si bonū oratorem facundū. Si bonū iudicem iustum. Si bonum mercatorē: diuitem. Si bonam faciem: pulchram. Sic econuerso: malū generale nomen est: ꝛ turpia simul: ꝛ detrimentosa complectens. Unde malum virum dicimus: flagitiosum. Malum militem: imbellem. Malum impetatoreꝫ: iprudentem. Malum grammaticum: rudem. Malum oratorem: infacundum. Malum iudicem: iniquum. Malū mercatorem: inopem. Malam faciem deformē.
Bonū summū: est animi opatio ꝓm virtutē optimam: ꝛ perfectissimam in vita perfecta: scđm Aristotelem lib. primo Aethicorum.
Bonū est qđ suipsius gratia est expetendum: secundū eundem lib. primo Rhetoricorum.
¶ Breuiloquiū græce βραχυλογία. ας. ἡ. et βραχυλόγος. ου. ὁ. ἡ. breuiloquus. Et oppositum est multiloquio. De hac materia habes multa infra in lingua.
Breuitas quæ grece βραχύτης. ητος. ἡ. βραχύς. έος. ὁ. breuis. Est autem breue proprie quod lōgo opponitur.

Cachinnus grece καχασμός. οῦ. ὁ. ꝛ καχάζω. cachinnor dicitur. Et est solutus risus. Persius. Ingeminant trepidos naso crispāte cachinnos. Inde cachīnor. aris: qđ est solute rideo.
¶ Cæcitas grece τυφλότης. ητος. ἡ. ꝛ τυφλός. οῦ. ὁ. cęcus dicitur. Et est tam corpis ꝙ̄ animi orbitas. Estqꝫ cæcum quod non habet visum: quum natum sit habere secundum Aristotelem libro septimo topicorum. Dicitur aūt cæcum quasi oculis captum: vel ꝙ sit oculis concisum: vel ꝙ oculis careat. Est aūt cęcus ꝗ caret lumine vt diximus. Item insidiosus: occulte malus: latens: tacitus: ꝗ videri non potest. Uergi. Cæca regens filo vestigia. hinc est verbuꝫ cæcutio quod proprię significat parum video.
¶ Cælebs grę. ἄγαμος. ου. ὁ. ἡ. ꝛ ἀγαμία. ας. ἡ. cælibatus dicitur. Et is proprie dicitur cælebs ꝗ caret semperqꝫ caruit vxore: dictus ꝙ vitam cœlestem agat. Abusiue tamen pro eo ponitur: qui vxorem non habet etiam si alias habuerit. Hinc cælibatus ē vita ꝗ̄ agitur sine vxore. Suetonius. Uerum amissa vxore Lepida duobusqꝫ ex ea liberis mansit incęlibatu. Horatius. Martijs cælebs quid agam Calendis?
¶ Cæluꝫ grece οὐρανός. οῦ. ὁ. ꝛ οὐράνιος. ου. ὁ. cœlestis dicit̃. Et est continentia visibiliū ꝛ inuisibilium creaturarum: secundum Jo. Damascenum lib. ij. ca. vj. Diciturqꝫ secundum Uarronem ꝛ Plinium: ꝙ varijs sideribus sit cælatuꝫ i. sculptum ꝛ insignitum.
¶ Calliditas grecæ πανουργία. ας. ἡ. ꝛ πανοῦργος. ου. ὁ. callidus dicitur. Et est callidus is cuius tanꝙ̄ man⁹ opere: sic anim⁹ vsu cōcaluit. diciturqꝫ a callus calli: est aūt callus cutis labore viæ pedibus: aut alio opere in manibus: vel parte alia corpis densior facta: a quo fit calleo verbum: quod est callum facio. Quod ad animū nōnunꝙ̄ transfertur: ꝛ callere est callidiscere. Juuenalis. Ostrea callebat prīo deprehēdere morsu. Horatius. Legitimūqꝫ sonuꝫ digitis callem⁹ ꝛ aure. i. scimus ꝛ nouimus. Nam sicut pes longo labore callū facit: ita mens longa experientia facit quendā habitū in his rebus in quibus versat̃. vnde callidus astut⁹: ꝛ calliditas astutia.

Calumnia. Canticum. Chaos. Capitalis. Caput. Charitas.

per. l. geminatum. Verum per simplex. l. venit a calo. unde calonis: est quo calidum frigidi oppositum habetq; primam brevem. Verg. Ferrii calido in pulmone tepescit.

¶ Calumnia græce. Διαβολή. ῆσ. ἡ. τ Διαβάλλω calumnior dicitur. Et est crimin is ipositio falsa τ maliciosa secundum beatũ Tho. secunda secundę. q. lxviij. ar. iij. Vel sic. caue.

Calumnia est alicuius in litibus per fraudem τ frustrationem vexatio: dicituq; a caluo: quod est decipio τ frustro. tractum a militibus caluis qui omnibus volent esse derisui.

¶ Menander.

νίκα γὰρ ἀεὶ Διαβολὴ τἀκρέττονα. id est

Vincit enim semper calumnia præstantiora.

¶ Canticum. grece κεφαλίσ. ίδοσ. ἡ. τ est exultatio mentis de æternis habita τ prorumpens in vocẽ τ differt ab hymno: quia hymnus est laus dei cũ cantico. Hoc ex. b. Tho. ꝑs. prolo. co. j. fi.

Græci canticum hymnum vocant: item psalmũ. Sed proprie hymnus dicitur qui voce naturali fit: psalmus cum aliquo musico instrumẽto. Un de psalmodia dicitur canticum mixtum: vt cum aliquis ad cytharam: fiue aliud musicum instrumentum canit. Unde etiam psalterium instrumẽtum musicum. Psalmus autem τ ἀπὸ τοῦ ψάλλω deriuatur quod significat canto.

¶ Chaos greca dictio est χάοσ. εοσ. τὸ. ẽ aũt cvt scribit Ser. Pompeius ex sententia Hæsiodi confusa quedam ab initio vnitas hians patęq; in pfundũ er eo qđ greci χαίνειν nos hiare dicimus. Item illi χάσμα. ατοσ. τὸ. quod no s hiatum dicimus. Alij volunt chaos id esse quod a philosophis materia prima nũcupatur. Quod videtur sensisse Caius Manilius astrologiæ libro primo. Læcaq; materies cœlum perfecit linus et orbem.

¶ Captiuitas græce ἀιχμαλωσία. ασ. ἡ. τ ἀἰχμάλωτοσ. ου. ὁ. captiuus est. Dicitur autem a capio quod est occupo τ meum facio. Varro qđ hic venator, non cepit. Licero Nauem quandã piratarũ prędaonustã cepere. Inde captiuo verbum quo quidam inuiores vsi sunt.

¶ Capitalis græce κεφαλικὸσ. οῦ. ὁ. dicitur. Est aũt capitale vitium quod pœna capitis punit: vel quod est per se causa finalis multorum peccatorum secundum beatũ Tho. prima secũdę q. lxxxiiij. ar. iij. Hoc autem secundo modo acceptum sufficienter diuiditur in. vij. quæ sunt: Inanis gloria: Auaritia: Luxuria: Gula: Acidia: Inuidia: τ Ira.

¶ Caput græce. κεφαλή. ῆσ. ἡ. τ ἀσμα. τοσ. τὸ. dicitur. Dicituq; eo ꝙ hinc capiant initium sensus τ nerui secundum Varronem.

Caro quid sit: de quibus dicatur: τ que sint eius diminutiua. Vide infra in Creatio.

Fambium caręta.

Chaos

Charitas. 22.23.ꝑs.ar.

Charitas. 22.24.ꝑs.ar.

Charitas. 22.25.ꝑs.ar.

Charitas. 22.26.ꝑs.ar.

Charitas. 22.27.ꝑs.ar.

Charitas. 22.44.ꝑs.

Materia. — Circa quã. i. Obiectum. — Formale. Bonitas diuina. — Materiale. Omne diligibile propter deum participa beatitudinis actu vel potentia.

In qua. id ẽ. Subiectum. est Voluntas quæ habitu charitatis perficitur.

Dispositiua. Actus humani procedentes ex corde puro: conscientia bona: τ fide ficta: vt ait Apostolus primæ ad Thimo. j. Spes τ Tolerantia malorum. Memoria beneficiorum τ præmiorum.

Causa efficiens. — Perfectiua. Ipse Deus:

Actus. — Interior. — Principalis ẽ dilectio qua continetur benivolentia — Dei: propter se. Oppm. Odium dei.

Proximi ꝓpter deũ. Oppm. Odiũ proximi.

Baudiũ. — De bono diuino. Oppm Acidia.

De bono proximi. Oppm. Inuidia.

Secundarij τ cõsequens dilectionem — Par τ cõ cordia. — In corde Oppm. Discordia.

In ore. Oppm. Contentio.

In opere. Oppã. — Schisma. Bellum. Rixa. Seditio.

Exterior. — Beneficentia Oppositũ — Generaliter. omnis iniusta primi lesio.

Elemosyna: Correctio ffna — Specialiter. Scandalum.

Oppositum horum omissio

In donis est: Sapientia. Oppositum Stultitia.

In Beatitudinibus: Beatitudo septia. Beati pacifici qm filij dei vocabũtur. Et beato. Tho. secũda secundæ.

Correspondentia.

Ordo.

Præcepta.

Charitas.

Charitas, græce ἀγάπη. ης. ἡ. et ἀγαπητόσ. οῦ. ὁ. charus dicitur: τ ẽ rectissima animi affectio: qua diligitur deus propter se: τ proximus propter deũ ſm Aug. τ habetur in. iij. sen. distin. xxvij.

Charitas est actio rectitudinis oculos semper habẽs in deũ ſm Aug. li. de doctrina christiana.

Charitas est mutuus amor hominis ad deũ: vel amicitia qđã hoīs ad deũ: τ econtra: fundata super cõmunicationẽ beatitudinis. Cuius obiectũ est deus: propter se dilectus: τ proximus ꝓpter deũ ſm bea. Tho. secũda secũdæ. q. xxiij. arti. j.

Charitas dicit a Χάρισ. ιτοσ. ἡ. quod est gratia. Differt autem ita ab amore ꝙ amor genus est: charitas species. Amor ad oīa pertinet: charitas tãtum ad homines: τ quidem ꝓ dignitate: qualitate personarũ. Dato: cui dicitur debetur parentibus: τ proxima liberis: τ deinceps reliquis.

Carũ præterea est qđ vili cõtrariũ est. Unde charitas pro pœnuria accipit. Quidã tamẽ sic caritatẽ a pœnuria separãt: vt caritas sit annonę: pœnuria autem cæterarum rerum: vt vini: olei: mellis: pomorum: τ huiusmodi. Et eo modo caritas venit a careo. i. nõ habeo: τ sine aspiratione scribitur. Econtra charitas quæ a Χάρισ. deducitur cuz aspiratione scribenda videtur.

¶ Matthæus cap. xxij. Diliges dñm deũ ex toto corde tuo: τ in tota anima tua: τ in tota mente tua. Hoc est maximum τ primũ mandatũ. Secũdũ aũt simile est huic. Diliges ꝓximum tuum sicut teipsum. In his duobus mandatis vniuersa lex pendet τ prophete.

Paulus

¶ Paulus primæ ad corynthi. cap. viij. Charitas vo ædificat.

¶ Paulus primæ. ad corinth. capi. xiij. Si linguis hominum loquar τ angelorũ: charitatẽ autẽ nõ habeã factus sum velut æs sonans aut cymbalũ tinniens. Et si habuero prophetiã τ nouerim mysteria omnia: τ omnem scientiam: τ si habuero omnem fidem ita vt montes trãsferam: charitatem autem non habuero: nihil sum. Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas: τ si tradidero corpus meum: ita vt ardeã: charitatẽ aũt non habuero: nihil mihi prodest. Charitas patiens est: benigna est. Charitas non emulatur: non agit perperam: non inflatur: nõ est ãbitiosa: non quærit quæ sua sunt: nõ irritatur: non cogitat malum: non gaudet super iniquitate cõgaudet autem veritati: omnia suffert: omnia credit: omnia sperat: omnia sustinet: charitas nunq excidit.

¶ Paulus ibidem.

Nunc autẽ manẽt fides: spes: charitas: tria hęc: Maio: autem horum est charitas.

¶ Paulus ad galatas ca. vj.

Alter alterius onera portate.

¶ Paulus ad colossen. cap. iij.

Super omnia charitatem habete: quod est vinculum perfectionis.

¶ Paulus primæ ad Timotheũ. cap. j.

Finis præcepti charitas est.

¶ Paulus ad hebræos cap. x.

Consideremus inuicem in prouocationem charitatis τ bonorum operum.

¶ Paulus ad hebræos cap. xiij.

Charitas fraternitatis maneat in vobis.

¶ Petrus apostolus primæ. cap. iiij. Petrus.

Ante omnia autem mutuã in vobismetipsis charitatem habentes. Quia charitas operit multitudinem peccatorum.

¶ Joannes apostolus primæ ca. iiij.

Diligamus nos inuicem: qz charitas ex deo est.

¶ Ibidem. Augustinus.

Deus charitas est. Et qui manet in charitate in deo manet: τ deus in eo.

¶ Augu. lib. de spiritu τ anima. Augustinus.

Charitas est concordia mentium: τ societas elector um: vita beata animarum τ angelorum.

¶ Augu. lib. de doctrina christiana.

Charitas est actio rectitudinis oculos semper habens in deum.

¶ Augu. lib. viij. de trinitate.

Charitas est virtus copulãs amantem amato.

¶ Augu. lib. de baptismo: τ habetur. j. q. j. multę animæ. s. charitas.

Charitas quæ operit multitudinẽ peccatorum ꝓprium donum est catholicæ vnitatis τ pacis. Nõ est in omnibus donum eius: quia nec omnes sunt eius.

¶ Aug. lib. de baptismo. Redire dimissa peccata. Vide. ē. in amor ꝓximi.

¶ Augu. τ habetur. xxiij. q. j. vbi. Ubi charitas nõ est. Vide supra in amor ꝓximi.

¶ Aug. τ habetur. xxiij. q. iij. cor ripiatur. Sic affici debem⁹. Vide supra in amor ꝓximi.

¶ Aug. τ habef de pœniten. di. ij. charitas. Charitas est aqua. Vide supra in amor ꝓximi.

¶ Aug. ibidem τ habetur ibidem. Sine charitate quõ. Vide supra in amor ꝓximi.

¶ Augu. super epistolã Joannis: τ habetur de pœni. di. ij. sinceritatem. Radicata est charitas. Vide supra in amor ꝓximi.

¶ Aug. sup epistolã Jo. τ habef de penitẽ. distin. ij. si quis. Si ꝯs tãtã habuerit. Vide supra in amor ꝓximi.

¶ Augu. ibidem: τ habetur ibidẽ ca. sicut. Sicut scta introducit filiũ. Vide supra in amor ꝓximi.

¶ Aug. super epistolã Joan. c. vij. Si nõ vultis in ista eremo. vide supra in amor ꝓximi.

¶ Augu. ad iulianũ comitẽ: τ habef de pœni. distin. ij. Charitas. Charitas quæ deseri potest: nunq̃ vera fuit.

¶ Aug. ad Hierony. τ habetur de pœni. di. ij. charitas. Charitas in quibusdam perfecta. Vide supra in amor ꝓximi.

¶ Augu. ad martianũ. Dilectio est pacis vnda. Vide supra in amor ꝓximi.

¶ Augu. homelia. viij. τ habetur de pœni. di. ij. quia radix. Quia radix omnium malorum est cupiditas. vi de supra in amor ꝓximi.

¶ Augu. in Enchyridio. Finis ꝓcepti ẽ charitas. vide. ē. in amor ꝓximi.

¶Aug.li.de meritis ꝛ remissione pec catorū:ꝛ habet̃ de con.di.iiij.ecclesiæ.
Ecclesiæ charitas quæ per spiritum sanctum.vide supra in amoꝛ proximi.
¶Aug.de doctrina chꝛistiana.
Sola charitas est quæ vincit omnia.vide supra in amoꝛ proximi.
¶Augu.lib. de cathetizandis rudibus.
Charitas alios parturit.vide supra in amoꝛ proximi. ¶Hiero.sup ep̃lam ad gala.
Vide quantum bonum est charitas. vide supra in amoꝛ p̃rimi. ¶Hiero.in epi.ad nepotianū.
Non memini me legisse.vide supra in amoꝛ proximi. ¶Ambꝛo.sup episto.ij.ad coꝛinth.et habetur de pœniten.di.j.Ficta.
Ficta charitas quæ deserit in aduersitate.
¶Gregoꝛius moꝛalliū li.vij.
Quia duo sunt precepta.vide supra in amoꝛ proximi. ¶Gregoꝛius in pastoꝛali.
Tunc ad alta charitas mirabiliter.vide supra in amoꝛ proximi.
¶Grego.super ezechie.homelia.vj.
Adoptio filioꝛū sola charitate.vide in amoꝛ proximi. ¶Gregoꝛius in registro.
Honoꝛem meū nō reputo:in quo fratres meos suum perdere cognosco.
¶Plato lib.ij. de legibus.
Quum discesserit homo a charitate summi dei a seipso discessit.
¶Castigatio.g.παιδεία.ας.ἡ. ꝛ παιδεύω castigo dicitur. Castigo autē dicit̃ quasi castuȝ ago: hoc est honestum.ꝛ idem est quod increpo ꝛ repꝛehēdo.Cicero. Omnis autem animaduersio ꝛ castigatio cōtumelia vacare debet:neqȝ ad eiꝰ qui puniat aliquē autverbis castiget:sed ad rei publicæ vtilitatem referri. Aliquando castigo pꝛo punio ponit̃.Verg.Castigatqȝ auditqȝ dolos.Hinc castigatum coꝛrectum emendatū pꝛobum ꝛ honestum dicimus.

Castitas.g.ἁγνεία.ας.ἡ. ꝛ ἁγνός.οῦ.ὁ. castus dicitur. Est autē castitas virtus specialis circa venerea:si stricte sumatur: sicut abstinentia circa cibos.large v̾o sumpta est essentialiter omnisvirtus ſm bea.tho.scd̃a scd̃æ.q.clj.arti.j.
Castitas virtus dicta est a castigatione concupiscentiæ:tanq̃ pueri ſm bea.tho. ibidē.vel sic. Castum pꝛopꝛie dicimus pudicum ꝛ immaculatum:quasi castratū.Nam castrare pꝛopꝛie est pudenda amputare. Qui v̾o pudendis caret necessario castus est. Metaphoꝛicos castum pꝛo honesto ponimus: vt cantum castum: in quo nihil est lasciuiæ:ꝛ castā manum a furtis ꝛ rapinis se continentē.Verg. in geoꝛ. Casta pudicitiā seruat domus.Item castus pꝛo pio ꝛ religioso ponitur.Vergi.æneidos.vj. Quiqȝ sacerdotes casti:dum vita manebat.
Castus ꝛ continens sic differunt: q̱ castus dicit̃ ante experientiam rei venereæ:continens vero post eam ſm.b.tho.scd̃a scd̃æ.q.clx.arti.j.
Castitas differt a pudicitia:q2 pudicitia est præcipue circa signa venereoꝛū:vt sunt tactꝰ oscula ꝛ huiusmodi.castitas v̾o circa veneream commixtionem ſm bea.tho. secūda secūde. q.cxliij.
¶Sapientiæ cap.vj.
O q̃ pulchꝛa est casta generatio.
¶Matthæus cap. vj.
Sienim oculus tuus simplex fuerit:totum coꝛpus lucidum erit.
¶Paulus pꝛimæ Thi.cap.v.
Teipsum castum custodi.
¶Paulus pꝛimæ ad coꝛin. cap.vij.
Nam qui statuit in coꝛde suo firmus non habēs necessitatem: potestatem aūt habēs suæ volūtatis:ꝛ hoc iudicauit in coꝛde suo seruare virginem suam bene facit. Igitur ꝛ qui matrimonio iungit virginem suam benefacit: ꝛ qui non iungit melius facit.
¶Augustinus contra faustum. Augusti.
Castitas est pulchꝛitudo aīæ siue filię regis ab intus. ¶Augu.super Mat.sermo.lvij.
Audeo dicere superbis continentibus expedit cadere: vt in eo ipso in quo se extollunt:humilientur. Quid enim pꝛodest cui est continentia si dominetur superbia?
¶Augustinus in sermone.
Inter omnia certamina chꝛistianoꝛum durioꝛa sunt pꝛęlia castitatis. Nam ibi continua pugna: et rarioꝛ victoꝛia. Rara enim concoꝛdia foꝛmæ: atqȝ pudicitiæ. Rara auis in terris: nigroqȝ simillima cigno.
¶Augustinꝰ ī q̄stionibꝰ deuteronomij. ꝛ habetur.xxxij.q.iiij. Meretrices.
Meretrices esse:ꝛ ad meritrices accedere pꝛohibet dn̄s:quaꝝ publice venalis est turpitudo.
¶Augu.honoꝛato episcopo: ꝛ habet̃ xxxij.q.v.Magis.
Magis timeamus ne sensu interioꝛe coꝛrupto pereat castitas fidei:q̃ ne fœminæ constupꝛentur violenter in carne. Qui violentia non violat̃ pudicitia:si mēte seruatur. Quoniā nec quis in carne violatur quoniā voluntas patientis:turpiter carne nō vtitur:sed sine consensione tolerat̃ qđ alius operat̃. ¶Aug.cōtra iulianū.li.iiij.
Pudicitia res est animę: v̾ginitas coꝛpoꝛis:deniqȝ illa integra in anima p̱manente potest: ista de coꝛpoꝛe sibi violenter auferri. Et cum ista integra manet coꝛpoꝛi:potest illa in aīo lasciui voluntate coꝛrumpi.
¶Augustinus de diffinitionibus.
Castitas est virtus sub iugo rationis impetum libidinis refrenans.
¶Augustinus ibidem.
Castitas est per edomitas vitioꝛum furias mūda ꝛ honesta totius coꝛpoꝛis habitudo
¶Augu. li. de bono coniugali.
Pꝛoposito animi permanente per quod ꝛ coꝛpus sanctificari meruit: nec ipsi coꝛpoꝛi aufert sanctitatem violentia libidinis alienæ:quam seruat p̱seuerantia continentiæ sanctæ.
¶Augu.lib.de bono coniugali.
Sicut bonum erat quod Martha faciebet occupata circa ministerium sanctoꝛum: sed melius quod Maria audiens verbum dei:ita ꝛ bonum Susannę in castitate cōiugali laudamus. Sed bonum viduę Annæ: et magis Marię virginis anteponimus.
¶Ibidem.
Murmurant quidam dicentes. Et si inquiunt omnes homines velint ab omni cōcubitu continere:vnde subsistet genus humanū? Vtinā hoc omnes vellent:dūtaxat in charitate. Nam multo citius dei ciuitas impleretur: et accelerare tur sæculi terminus. Quid em̄ aliud optat apostolus quum dicit. Volo omnes homines esse sicut meipsum? Augusti.
¶Augustinus de virginitate.
Vbi necessitas imponitur castitati: authoꝛitas datur libidini:itaqȝ nec casta est quæ metu cogitur:nec honesta quæ mercede conducitur.
¶Augusti.de cōmuni vita clericoꝛum.
Non dicatis vos habere animos pudicos:si habeatis oculos impudicos:quia impudicus oculus impudici coꝛdis est nuncius. Hieronī.
¶Hieronymꝰ:ꝛ habet̃.xxxiij.q.v. Hoc solū.
Hoc solum nunc dico: quod quomodo absqȝ cæteris operibus virginitas sola nō saluat:sic omnia opera absqȝ virginitate:puritate:continentia:castitate:imperfecta sunt.
¶Hieronymus ad damasum papam.
Considerandū pueris est vt casti ꝛ pudici permaneant:ꝛ frequentius ad ecclesias sciant conuenire debere:quia frequētius sunt armādi qui bus adhuc pꝛopter ætatem minus stabilem pugna diaboli futura sit grauioꝛ. Obseruanda illis omnia cum timoꝛe: ꝛ ante omnes cauendū a foꝛnicatione:quę initium ad idolatriā habet: et necesse est vt vtrunqȝ nouerit qui secutus est alterum. ¶Hierony.ad damasum papam.
Sed quoniā castus timoꝛ est dei: et est castitas species continentię de continētia ꝛ eius virtutibus nunc videtur tractandū. Est autē continentia appetitus omniū rerum malarū refrenatio: malarum addunt dicentes diffinitionē istam cōmunem esse in rebus:bonis ꝛ malis. Nam qui se a bonis retinet:non est bene continēs: sed a malis recte. ¶Hieronymꝰ ad damasum papā. Epistola.vij.cap.xxiij.
Dicam ꝛ ego nuptiatoꝛibus meis qui post castitatem ꝛ diuturnā continentiā sudant:ad canum et pecudum moꝛem lasciuiunt: sic insipientes estis vt quum cœperitis spiritu: nunc carne cōsumemini: tanta passi estis sine causa. Apostolus q̱ continentiæ quibusdaȝ nodos relaxat: et dimittit frena currentibus:pꝛopter infirmitatē carnis hoc facit, Contra quam scribens denuo loquitur dicens: spiritu ambulate et desideria carnis non perficietis. Caro enim cōcupiscit aduersus spiritum:ꝛ spiritus aduersus carnem.
¶Hieronymus contra vigilantiū hæreticū.
Hoc docuit doꝛmitantius libidini frena permittens:et naturalem carnis ardoꝛem qui in adolescentia plerūqȝ feruescit suis hoꝛtatibus duplicans (immo extinguens coitu fœminarum) vt nihil sit quo distemus a poꝛcis: quo differamus a bꝛutis animantibus:quo ab equis de quibus scriptum est: equi insanientes in fœminas facti sunt mihi:vnusquisqȝ in vxoꝛeȝ pꝛoximi sui

hinniebat:hoc est quod loquitur per dauid spiritussanctus:nolite fieri sicut equus ꝛ mulus in quibus non est intellectus.
¶Hieronymus epistola.xcvj.
Alia peccata extrinseca sunt scilicet auaritia et alia sola libido insita est. Grandis enim virtus est q̱ nata sis in carne:non carnaliter viuere. Tecum pugnare quotidie: ꝛ inclusum hostem Argi vt fabulæ ferunt centum oculis obseruari.
¶Ibidem.
Quicquid seminarium voluptatis est:venenum puta:parcus cibus:ꝛ venter semper esuriēs triduanis ieiunijs præfertur. Ambꝛo.
¶Ambꝛosius lib.j.de virginitate.
Non est casta: q̄ metu cogitur: nec honesta quæ mercede conducitur. Grego.
¶Gregoꝛius moꝛaliū.xxj. super illud Iob xxxj. Pepigi fœdus cum oculis meis.
Vt munda sit manus in operatiōe a lasciuia voluptatis: depꝛimendi sunt oculi quasi quidam raptoꝛes ad culpam.
¶Gregoꝛius Petro subdiacono: ꝛ habetur di.xxxj.Ante trienniū.§.Nullus.
Nullus debet ad altaris ministerum accedere: nisi cuius castitas ante susceptum ministerium fuerit appꝛobata.
¶Gregoꝛius in registro.
Oculi nostri et si iactātur in aliquam fœminā: in nullam figantur. Nec enim quando pꝛoceditis:fœminas videre: pꝛohibemini. Sed appetere ꝛ ab ipsius appeti velle criminosum est.
¶Ioannes chꝛysostomus super Matthæū: et habetur.xxxj.q.v.Sicut enim.
Sicut enim peccatum opus sine voluntate non facit:ita ꝛ iustitia ex opere non consummat̃:nisi et voluntas affuerit. Multi enim coꝛpoꝛe quidem castitati student:adulterium autem voluntate committunt:quum dominus dicat. Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam in coꝛde suo iam mœchatus est. Ergo voluntas sine opere peccat frequenter. Illa est gloꝛiosa continentia non quam transgredi non potest necessitas debilitati coꝛpoꝛis: sed quam complectitur voluntas sancti pꝛopositi. Joānes chꝛyso.
¶Ioannes chꝛysostomus super psalmos homelia.l.
Castitas sine comitibus suis ieiunio videlicet ꝛ temperātia cito labascit. Quod si his quasi amminiculis roboꝛata fuerit perfacile coꝛonabit̃. Isidoꝛus
¶Isidoꝛus: et habetur.xxxij.questione.v. Non potest.
Non potest coꝛrumpi:nisi pꝛius coꝛruptus fuerit animus: munda nanqȝ a contagione anima caro non peccat.
¶Isidoꝛus super exodū: et habetur.xxxij.q.v.Non mœchaberis.
Non mœchaberis.i. ne quisq̃ pꝛæter matrimonij fœdera alijs fœminis admisceatur ad explendam libidinem. Nam adulterium facit qui pꝛæter suam ad alteram accedit.
¶Isidoꝛus lib.ij.de summo bono.
Quidam in iuuētute luxuriæ viuentes:in senectute cōtinentes fieri delectātur:et tunc eligūt

seruire castitati: quando libido eos seruos habere contempsit: nequaq̄ in senectute cōtinentes vocandi sunt qui in iuuentute luxuriose vixerunt: tales non habent præmiū: quia laboris certamen non habuerunt: eos enī expectat gloria in quibus fuerunt gloriosa certamina.

Bernar.

¶Bernardus in epistola ad Senonē.

Differunt quidem inter se homo pudicus et angelus: sed fœlicitate: non virtute: sed et si illius castitas fœlicior: huius tamen fortior: esse cognoscitur: castitas sine charitate lampas est sine oleo: subtrahe oleum lampas non lucet: tolle charitatem: castitas non placet.

¶Bernardus ibidem.

Utinam qui continere non valent cœlibatui cederent ne vrerentur: esset proculdubio melius nubere q̄ vri: τ seruari in humili gradu: q̄ in sublimitate cleri deterius viuere.

¶Bernardus ibidem.

Quid castitate decorius quæ mundum de immundo conceptum semine: de hoste domesticū: hominem deniq3 angelum facit.

¶Bernardus ibidem.

Sola est castitas quæ in huius mortalitatis et loco τ tempore statum quendā immortalis gratię repręsentat: in qua nec nubent nec nubētur.

Hugo.

¶Hugo de claustro libro.ij.

Pudic⁹ ocul⁹ ianitor est cordis: sedet ad ianuā nec permittit intrare qđ noceat: nihil nunciat: nisi quod deceat: quicquid indecēs nouerit esse excludit et eliminat: impudicus vero quærens quod placeat per oīa discurrit: volētes intrare permittit patitur: nolentes vero monet et hortatur: vnde dicit scriptura: oculi sunt prima tela adulteræ.

¶Hugo de claustro libro.iiij.

Attende: deprecare: fuge munduz: quia vanitas est: fuge peccatum: quia iniquitas est: attende carnem tuam: quia fragilis est: τ quasi vapor ad modicum parens est. Deprecare deum: quia miserabilis es: τ ipse misericors τ clæmens est.

Cassio. dorus.

¶Cassiodorus super Mattheum.

Sex sunt quæ incorruptam conseruant castitatem scil3 sobrietas: operatio: asperitas cultus: inhibitio sensuum: raritas sermonis cum honestate: euitatio opportunitatis τ personæ et loci et temporis.

Seneca.

¶Seneca tragœdia.iiij.

Feræ ipsæ quoq3 veneris euitant nephas:
Generisq3 leges inscius seruat pudor.

Laerti⁹ Diogen̄.

¶Laertius diogenes de vita τ moribus philosophorum.

Quum quidam stolidus audiente Pythagora diceret: male se cum mulieribus esse q̄ cum philosophis conuersari: et sues inq̄t Pythagoras libentius in cœno q̄ in aqua versantur.

Cicero.

¶Cicero officiorum libro.j.

Atq3 si considerare volumus quæ sit in natura hominis excellentia τ dignitas intelligemus q̄ si turpe defluere luxuria τ delicate ac molliter viuere: q̄q3 honestū parce: continenter: seuere ac sobrie.

¶Cicero lib.ij. de legibus.

Ad diuos adeunto caste: pietatem adhibento: opes amouento: qui secus facit deus ipse vindex erit.

¶Ibidem.

Caste iubet lex adire ad deos animo videlicet in quo sunt omnia: nec tollit castimoniā corporis: sed hic oportet intelligi: quum multum animus corpore præstet: obseruetur q3 vt casta corpora adhibeantur. Multo esse in animis id seruandum magis. Nam illud vel aspersione aquę vel dierū numero tollitur: animi labes nec diuturnitate vanescere: nec manibus vllis elui pōt.

Ouidi⁹

¶Ouidius lib.iij. amorū vel de sine titulo.

Si qua metu dēpto casta est: ea deniq3 casta est.
Nec custodiri ni velit vlla potest.

Tibull⁹

¶Tibullus lib.ij. epistola prima.

Uos quoq3 abesse ꝓcul iubeo. Discedat ab aris
Cui tulit hesterna gaudia nocte venus.
Casta placent superis. Pura cum veste venite:
Et manibus puris sumite fontis aquam.

Frācisc⁹ petrar.

¶Franciscus petrarcha. Soneto.ccxxiiij.

Chara la vita: τ do po lei mi pare
Uera honesta che in bella dona sia:
Lordine vogli: τ non fur madremia
Senza honesta mai cose belle o chare.
Et qual se lassa del suo honor priuare
Ne dona e piu ne viua: τ se qual pria
Appar in vista: τ tal vita aspra τ ria
Uia piu che morte τ di piu pœne amare.

¶Franciscus petrarcha. Soneto.ccxxv.

Laltra belta chel mundo non ha pare
Noia te: se non quanto il bel thæsoro
Di castita par che la dorni τ fregi.

¶Casus quando significat calamitatem seu infortunium græce περίστασις. εως. ἡ. et συμφορά. ας. ἡ. dicitur: est autem casus causa per accidēs eorum que fiunt propter finem: τ in minori parte. Et sic capitur generaliter. Casus si capiatur specialiter est causa per accidēs eorum quæ nō fiunt ꝑm propositū: ꝑm finem in minori parte: ꝑm Aristo. lib.ij. phisycorum.

Casus et fortuna sic differunt: quia fortuna est causa per accidens ꝑm propositum extra semper τ frequenter eorum quæ propter hoc sunt. Quare infans: inanimatum: et bestia nihil faciunt a fortuna. Casus autem in plus se habet q̄ fortuna.

¶Causa græce αἰτία. ας. ἡ. dicitur. Et est aliquid a quo aliquid dependet: vel dependebat: in esse: fieri vel conseruari simpliciter: vel in esse tali: vel tanto: commissiue: siue omissiue: mediate vel immediate: positiue: vel priuatiue: vel aliquid amatuz: vel desideratū: propter quod amatum vel desideratuz agens aliquid producit ꝑm Aristotelem libro.ij. phisycorum.

Causa est quadruplex scil3 materialis: formalis: efficiens: τ finalis. Uel sic.

Causa est id ex quo: vel per quod: vel a quo: vel propter quod aliqđ fit. Unde quattuor genera causarum scribit Aristoteles. Materialem: ex qua aliquid fit. formalem: per quam aliquid tale fit. efficientem: a qua aliquid fit. Et finalem: cuius gratia aliquid fit.

Causa causarum est ipse rerum omniū opifex.

Causa a ratione ita differt: q̄ causa est ipse impulsus ad aliquid agenduz. Ratio vero est ordo gerendorum ex causa venientium.

Causa dicitur a καῦσις. εως. ἡ. quod ardorem siue incendium significat: quoniam causa accendimur ad aliquid agendū. vel a chao: quia cōfusa illa materia prima oīm rerum causa fuerit: vel a casu: qm̄ origines rerum casu veniant.

¶Cautio græce εὐλάβεια. ας. ἡ. τ εὐλαβής. έος. ὁ. ἡ. cautus dicitur. Est autem cautio qua sic capiuntur bona: vt vitētur mala: quibus actus virtutum impediri possunt: vitentur inquā totaliter: vel minus noceant ꝑm. b. Tho. secunda secūdæ. q. lxxxix. arti. iiij.

Cautio est qua discernimus a virtutibus vitia virtutum speciem prætendentia ꝑm. b. Tho. iij. sen. distin. xxxiij. q. iij. ar. j.

¶Censor græce τιμητής. οῦ. ὁ. τ τιμητεία. ας. ἡ. censura dicitur. Et est is ad quē cura morū spectat. Uel censor est morum reprehensor τ castigator: dictus a censendo id est iudicādo: vel estimando: quoniam rem suam tanti quisq3 æstimare soleret quantum illi censuissent: ad censores enim spectabat vniuscuiusq3 facultates æstimare: vt scdm̄ eam tributa penderent. Hinc etiam censura deducit: q̄ est seueritas vel correctio.

¶De hac materia vide infra in correctio.

¶Census grece εὐπορία. ας. ἡ. τ εὔπορος. ου. ὁ. ἡ. diues dicit: τ est facultas vel opulētia. Ouidi⁹.
Sed quia non census non magnū nomē auoꝝ:
Sed probitas magnos ingeniūq3 facit.

Census etiam est quedaz pensio q̄ de prouentibus soluitur: vt habetur. j. q. iij. quæsitum.

Census est quicquid annuatim soluitur in quātitate vel summa. ff. de censi. l. ætatem.

¶Cerimoniæ sunt opera exteriora ad cultum dei pertinentia. b. Tho. prima secundæ questio. xcix. arti. iij.

Cerimoniæ dicuntur apud latinos generaliter omnes ritus sacrificioꝝ a Cerete oppido dictę vt placet Ualerio maximo: vel a charitate.

¶Certitudo grę. δηλότης. ητος. ἡ. τ δῆλος. ου. ὁ. certus τ manifest⁹ dicitur. Est autez certitudo firmitas adhæsiōis virtutis cognitiuæ ad suuz cognoscibile. Tho. iij. di. xxvj. q. ij. ar. iiij.

Certum dicitur id de quo propria vel indubitata circūlocutione constat: vt in glo. de priuil. c. Quū τ plātare. insti. de exhære. lib. ꝑ. Noīatim.

¶Ceruicositas græce αὐθάδεια. ας. ἡ. et αὐθάδης. εος. ὁ. ἡ. ceruicosus. Idemq3 est quod contumacia τ pertinacia. Dicitur autez a ceruice posteriore parte colli: ex qua est origo oībus neruis: τ quoniā nerui ipsi corpus erectum ac rigidum faciunt: τ in ceruice sunt collocati: dicimus hominē ceruicosuz: quasi nulli omnino caput inclinare volentē. Idemq3 duri capitis: durę ceruicis: duræq3 mentis dicitur.

¶Cimiterium græca dictio est τ κοιμητήριον. ου. τό. dicitur a κοιμάομαι quod est dormio, q̄ illic corpora dormientiū hoc est mortuoꝝ iacent.

¶Circulus græce κύκλος. ου. ὁ. et κύκλωσις. εως. ἡ. circuitus vel circulatio dicitur. Est autem circulus figura cui conuenit per se rotunditas ꝑm. b. Tho. contra gen. ij. cap. liiij.

Circulus est prima figura plana habens tantum vnam lineā ꝑm eundē sup lib. cœli. ij. lec. v.

Circulatio est motus qui fit circa medium ꝑm Aristo. lib. j. de cœlo τ mundo.

¶Circunstantia grece περίστασις. εως. ἡ. dicitur. et est accidens actus humani attingens eum extrinsece ꝑm. b. Tho. prima secundæ. q. vij. art. j.

¶Circūspectio a circunspicio quod græce περιβλέπω dicitur: est contrariorum vitiorum cautela cuius officium est virtutes sic seruare: vt in vitia homo non cadat: vt habetur in morali dogmate philosophorum.

Circūspectio est attentio circūstantiarū in negocio morali s3. b. Tho. xxij. q. xlviij. τ a Macrobio ponitur pars prudentiæ.

¶Ciuitas græce πόλις. εως. ἡ. τ πολίτης. ου. ὁ. ciuis dicitur. Est autem ciuitas societas quę cōficitur ex pluribus pagis que est ex his quæ natura sunt ꝑm Aristo. lib. j. politicorum.

Ciuitas est multitudo ciuium que per se sufficiens est ad viuendū: scdm̄ eundē lib. iij. politi.

Ciuitas est generū pagorūq3 societas vitæ perfectæ: ac per se sufficientis: τ hoc est bn̄ ac beate viuere ꝑm eundem lib. iiij. politi.

Ciuitas est populus vel respublica in qua forte magistratus declarantur ꝑm eundem lib. j. Rhætoricorum.

Ciuitas est multitudo domorū agro τ pecuniis sufficienter abundās ad bn̄ viuendū ꝑm eundē lib. œconomicoꝝ. Differt aūt ab vrbe: q2 ciuitas ꝓprie sunt ciues: vrbs vero mœnia et ædificia.

Clæmentia græce ἀνεξικακία. ας. ἡ. τ ἀνεξίκακος. ου. ὁ. ἡ. clæmens. Et est per quaz animus temere in odium alicuius concitatus comitate retinetur: et est pars Tēperantie ꝑm Ciceronem in Rhætoricis.

Clæmētia est lenitas superioris aduersus inferiorē in constituēdis pœnis ꝑm Senecā lib. de clæmentia.

Clęmentia est animi temperantia in constituendis pœnis.

Clæmentia est virtus moderatiua pœnarū ꝑm legem ꝑm. b. Tho. scđa secūdæ. q. clvij. arti. j.

Clæmentia est lenitas superioris ad inferiorē: sed māsuetudo est cuiuslibet ad quemlibet ꝑm b. Tho. secūda secundæ. q. clvij.

Clæmentia est virt⁹ humana: ideo directe ei opponitur crudelitas. Nō autē feritas aut seueritas sub bestialitate: s3 virtuti hæroicę: vel dono pietatis ꝑm eundē scđa secūdę. q. clix. ar. ij.

Clæmens dicitur ad charitate mentis.

Clęmentia τ mansuetudo conueniūt cum temperantia in modo: non autez in materia. b. Tho. secunda secūdæ. q. clvij. ar. iij.

Clæmentia sic differt ab ἐπιείκεια q̄ clæmentia moderatur affectum in pœnis infligendis ꝑm legem cōem ex dulcedine affectus. Sed ἐπιείκεια ꝑm intentionē legis. b. Tho. secunda secundæ. q. clvij. arti. ij.

Augusti.

¶Augu. in sermone de puero Centurionis.

Paratus debet esse homo iustus τ pius patienter eorum malicias sustinere: quos fieri bonos

quærit:vt potius numerus crescat bonorū:non vt pari malicia se quisqꝫ numero addat malorū.

¶Hugo de sancto victore.

Clæmens dicitur animus quando est tener ad compatiendum:facilis ad remittendum: promptus ad subueniendum.

Seneca. ¶Seneca de clæmentia ad Neronem.

Clæmentia est q̄ alieno sanguini tanq̄ suo parcit:ꝛ sit homini non esse prodige vtendum.

¶Seneca lib.de clæmentia.

Nullum magis decet clæmentia q̄ principem.

Cicero. ¶Cicero officiorum lib.

Nihil est laudabilius:nihil magno ꝛ preclaro viro digni⁹ placabilitate atqꝫ clementia. ¶Ibidē. Videndum est enim primum ne obsit benignitas ꝛ his ipsis quibus videbit̃ benigne fieri: et cetæris deinde: ne maior sit benignitas q̄ facultates. ¶Ibidem.

Vna enim ex re satis præcipio:vt quicquid sine detrimento accōmodari possit: id tribuatur vel ignoto: ex quo sunt illa cōia: non ꝓhibere aquā profluentē:pati ab igne ignē capi. ¶Ibidem.

Qui opera.i.virtute et industria liberales sunt et benefici: primum quo pluribus profuerint: eo plures ad benefaciendum adiutores habebunt.Deinde consuetudine beneficentię paratiores erunt:et tanq̄ exercitatiores:ab bene de multis promerendum. ¶Cicero ibidem.

Omnino meminisse debemus id quod a nostris hominibus vsurpatum sæpissime iam in prouerbij consuetudinē venit. Largitionē fundum nō habere:quum ꝛ idem qui consueuerunt:et idem illud alij desiderent. ¶Ibidem.

Liberales autē sunt qui facultatibus suis:aut captos a predonibus redimunt:aut æs alienū suscipiunt amicorum causa: aut in filiarum collocatione adiuuant: aut opitulantur: vel in re quærenda:vel augenda. ¶Cicero ibidem.

Cā igitur largitiōis est: si aut necesse:aut vtile.

¶Cicero lib.iij.tuscu.quæstionum.

Nam est innocentiæ affectio, talis animi: q̄ noceat nemini.

¶Cicero tuscu.q.lib.iiij.

Cur misereare potius q̄ feras opem:si id facere possis? ¶Valerius maximus lib.v.

Valeri⁹ maxi. liberalitas Liberalitati quas aptiores comites q̄ humanitatem ꝛ clæmentiā dederim? Quoniā idem genus laudis expetunt quarum prima inopia proxima occupatione:tertia ancipiti fortuna præstatur.

humanitas Humanitatis enim dulcedo etiam efferata barbarorum ingenia penetrat: orbesqꝫ et truces hostium mollit oculos:ac victoriæ insolentissimos spiritus flectit. Nec illi arduū atqꝫ difficile ē inter arma ꝯtraria inter districtos cōminus mucrones placidum iter reperire vincit iram:prosternit odium:hostilemqꝫ sanguinē hostilibus lachrymis miscet.

Solinus ¶Solinus libro.iiij.capi.viij.

leo Clæmentię sunt multa indicia in leonib⁹. Prostratis parcunt: in viros potius q̄ in fœminas sæuiunt:infantes non nisi in magna fame periment:nec a misericordia separantur.

Terēti⁹. ¶Terentius comœdia.iiij.

Re ipsa repperi nihil esse homini melius facilitate atqꝫ clæmentia.

¶Ouidius tristium lib.iij.Elegia.iiij.

Ouidi⁹. Quo quisqꝫ est maior:magis est placabilis irę:
Et faciles motus mens generosa capit.
Corpora magnanimo satis est prostrasse leoni:
Pugna suum finē:quum iacet hostis:habet.
At lupus ꝛ turpes instant morientibus vrsi:
Et quæcunqꝫ minor nobilitate fera est.

¶Ouidius de ponto lib.ij.elegia.ix.

Regia crede mihi res est succurrere lapsis:
Conuenit ꝛ tanto:quant⁹ es ipse:viro. ¶Ibidē.
Hoc tecum cōmune deis:q̄ vtriqꝫ rogati.
Supplicib⁹ vestris ferre soletis opem. ¶Ibidē.
Nam quid erit quare solito dignemur honore
Numina:si demas velle iuuare deos?
Juppiter oranti surdas si præbeat aures:
Victima pro templo cur cadet icta iouis?
Si pacem nullam pontus mihi præstet eunti:
Irrita neptuno cur ego thura feram?
Vana laborantis si fiant vota coloni:
Accipiet grauidæ cur suis exta ceres?
Nec dabit intōso iugulū caper hostia baccho.
Musta sub inducto si pede nulla fluant.
Vtilitas igitur magnos hominesqꝫ deosqꝫ
Efficit:auxilijs quoqꝫ fauente suis.

¶Ouidius epistola Medeę ad Jasonem.

Perdere posse sat est:si quē iuuat ipsa potestas

Iuuenalis ¶Iuuenalis satyra.xv.quæ est penultima.

Mollissima corda
Humano generi dare se natura fatetur:
Quæ lachrymas dedit:hæc nostri pars optima sensus.
Plorare ergo iubet casum lugentis amici.
Scalloremqꝫ rei. Pupillum ad iura vocantem
Circunscriptorem:cuius manantia fletu
Ora puellares faciunt incerta capilli.

¶Ibidem.

Naturæ imperio gemim⁹:quum funus adultę.
Virginis occurrit:vel terra clauditur infans.

¶Ibidem.

Separat hoc nos.
A grege brutorum:atqꝫ ideo venerabile soli
Sortiti ingenium diuinorūqꝫ capaces:
Atqꝫ exercendis capiendisqꝫ artibus apti:
Sensum a cœlesti demissum traximus arce:
Cuius egent prona:ꝛ terram spectantia mundi
Principio indulsit cōmunis conditor illis
Tantū aīas:nobis animū quoqꝫ:mutu⁹ vt nos
Affectus petere auxiliū ꝛ præstare iuberet.

¶Claudianus.

Claudianus. Sis pius imprimis.Naꝫ quū vincamur ab omni
Munere:sola deos æquat clæmentia nobis.
Nec tibi quid liceat:sed quid fecisse decebit
Occurrat: mentemqꝫ domet respect⁹ honesti.

¶Clamor græce βοή.ῆσ.ἡ.dicit̃:et βοάω clamo. Est autem clamor filia irę: qua quis clamat contra aliquem confuse ꝛ inordinate aut furiose loquens s̄m. b. Tho. scda scdæ.q.clviij.ar.vij. Estqꝫ clamor proprie calamorum sonus: quasi calamor.

Arundines enim vento agitatę magnum emittunt sonum.Inde clamantem dicimus eum qui

vociferando obstrepit.

¶Claritas gre. λαμπρότης.ητος.ἡ. ꝛ λαμπρός ού.ὁ.clarus dicit̃. Est aūt clarus ꝓprie lucid⁹: vt clara dies. Metaphorice etiā pro insigni ꝛ excellenti ponit̃:vt qui proprio quodā fulgore resplendet. Is etiā Inclytus dicit̃. Verū plus est Inclytus q̄ clarus. Nā κλυτος.ου.ὁ.clarus est: cui in prepositio addita auget.hinc pariter claritas orōnis:claritas generis:claritas rerū gestarū.Claritudo etiā pro claritate ponitur.Salustius. Quū ꝑsertim tam multę varięqꝫ sint artes animi: quibus summa claritudo paratur.

¶Coæuitas grece ὁμηλικία.ας.ἡ.ꝛ ὁμηλιξ ικος.ὁ.coæuus ꝛ coętaneus dicitur. Est aūt coęuus eiusdem ætatis.

Cogitatio grece λογισμός.οῦ.ὁ.ꝛ λογίζομαι.cogito dicitur.Est autem cogitatio secūdū Ricardū: inquisitio veritatis p discursum ex multis:licet secundum Augustinum qn̄qꝫ sumatur pro quacūqꝫ operatione intellectus.hæc ex beato Tho.secunda secūdę.q.clxxx.ar.iij.

Differuntqꝫ Cogitatio:Meditatio: Cōtemplatio ꝛ Cōsideratio:hoc modo:q̄ Cogitatio est respectus animi ad euagationē pronus. Meditatio est intuit⁹ occupatus ī inquisitiōe veritatis. Contēplatio est liber animi contuitus in res. Consideratio est omnis operatio intellectus: vel processus rationis ex principijs pertingentibus ad cōtemplationē veritatis:sicut meditatio: s̄cdm beatū Tho.scda scdę.q.clxxx.ar.iij.

¶Cogitatiua potentia est ratio particularis collatiua intentionum indiuidualium s̄cdm beatū Tho.pria parte.q.lxxviij.ar.iiij.

¶Cogitatio ꝛ excogitatio q̄d dif.in Excogito.

Euripedes ¶Euripedes.

αἱ δεύτεραι πως φροντίδες σοφώτεραι.

Secundæ sane cogitationes sapientiores.

¶Cognatio grece συγγένεια.ας.ἡ.ꝛ συγγενής.έος.ὁ.ἡ.cognatus dicitur.Cognatio spiritualis est vinculū contractum ex statuto ecclesiæ:per susceptionem sacramentorum dirimens matrimonium iam contractum secundū beatū Tho. .iiij.sen.di.xlij.quæsti.j.ar.j.

Contrahiturqꝫ tm̄ p Baptismū ꝛ cōfirmationē

¶Cognitio.g.γνῶσις.εως.ἡ.ꝛ γνωτήρ.ῆρος.ὁ.cognitor dicitur.Proprie autem cognitor dicit̃ qui item alterius suscipit coram:ab eo cui dat⁹ est:sicut procurator:qui absens nomine author fit.Cognitor a cognosco venit:vnde etiā Recognosco : qd̄ est opus compositum emendandi: aut limandi:aut repræhendendi causa reuideo.

Actus vero ipse recognitio dicitur.

¶Color grece χρόα.ας.ἡ.vel χρῶμα.ατος.τό. ꝛ χρωματίζω coloro dicitur.Est aūt color extremitas ꝑspicui in corpore terminato secundum Aristo.lib.de sensu ꝛ sensato.

Color est motiuus dyaphani secundum actū secundū Aristo.lib.ij.de anima.

Color est passio corporis opaci alteratiua visus de potentia ad actum.

Color est qualitas secunda ex commixtiōe quatuor qualitatum primarum derelicta : alteratiua visus de potentia ad actum.

Color est lux incorporea in extremitate dyaphani terminati secundum beatū Tho . primo sen.di.xvij.q.j.ar.j.

A color venit:coloro verbū.ꝛ discolor diuersi coloris:ꝛ concolor eiusdem coloris.Colores ꝑterea apud Rhetores dicuntur orationis ornamenta:hoc est figurę q̄ a grecis σχήματα dicuntur.

¶Cometes grece κομήτης.ὁ.ꝛ κόμη.ης.ἡ.coma dicitur.Et ē exhalatio terrestris calida ꝛ sicca: grossa:pinguis ꝛ viscosa:cuius partes multum adinuicē circūiacēt:eleuata ab istis inferiorib⁹ vsqꝫ ad supremam regionem aeris:in qua propter motū illius regionis inflammatur:ꝛ circulariter mouetur ad motū supremę regionis aeris secundum Aristotelem lib.j. Metheororū.

Cometē nostri stellā crinitā vocant.plura genera huiusmodi subito nascentium stellarū pogonias vocant a barba:que grece dicit̃ πώγων. Quoniam inferiore ex parte in modum barbæ iuba longe extenditur.

¶Comitas grece εὐτραπελία.ας.ἡ.ꝛ εὐτράπελος.ου.ὁ.comis dicitur.Est aūt comitas cū moderatione iocatio secundum Aristotelem libro iiij.Aethicorum.

Comitas est virtus media inter seueritatem: ꝛ remissionem.In altera nec punctum quidem a virtute discedimus.In altera omnia quadā animi abiectione remittimus.

Comis est benignus:facilis:māsuetus.ꝛ dicit̃ a como verbo:quod tam est apud grecos q̄ apud latinos idē est qd̄ orno. Terētius. Noui ego ingenium mulierum dum moliuntur:dum comunt: annus est. Sunt eīn capilli maximo homini ornamento. Quare charilaus cur comā nutriret interrogatus. Quoniā (inquit) ex omni ornatu corporis hic pulchri ꝛ minimi sumptus est.

¶Comedere grece φαγεῖν.Naꝫ φάγω ꝛ ἐσθίω comedo dicitur.Et est cibū sumere per potentiam naturalem sumentis conuertibilem in naturam eius Ex beato Tho.pria parte.q.lj.ar.iij.

¶Comesatio grece κῶμος.ου.ἡ.ꝛ κωμάζω.ου.ὁ.comestor dicitur.Est aūt comesatio ꝓprie cibus post cœnā sumptus:sicut Merenda cibus q̄ sumit̃ ante cœnā:ꝛ Jentaculū cib⁹ q̄ sumit̃ aū prādiū qd̄ ab iento v̄bo:de quo īfra vide ī Jentaculum. Diciturqꝫ comesatio a vicis quos grece κώμους vocant:ꝛ esum supino de edo:qm̄ ante oppidorū cōstructionē veteres in vicis habitātes:alij alios conuictus gratia inuitabant.

¶Cōmaternitas ꝛ Cōpaternitas sunt idem:q̄d cognatio spūalis s̄m.b.Tho .iiij.sen.di.xlij.q.j.

¶Cōmemoratio gre.ἀνάμνησις.εως.ἡ.ꝛ ἀναμνηστικός.οῦ.ὁ.ἡ.facile reminiscens dicitur. Venit aūt cōmemoratio a cōmemoro: qd̄ est ad memoriā reduco.

Terenti⁹ Cicero Terentius. Nā istęc comemoratio quasi exprobratio est immemoris beneficij. Cicero. Exercendę quoqꝫ memorię gratia:quid quoqꝫ die egerim cōmemoro vesperi.

¶Commēdatio:grece σύστασις.εως.ἡ. ꝛ συνίστημι commendo dicitur. Estqꝫ cōmendatio mō laudatio:modo commissio:quia cōmendo iunctum ex

Cōmiseratio. Cōmendatio. Cōmutatio. Compassio. Cōpensatio. Cōpunctio.

Commyotia

cuius significat cōmitto: vt cōmēdo te regi. Quā do vō iūgitur actō cū apud: vel abltō cū in: figni ficat laudo: vt cōmendabo te apud principē vel regem: vel in senatu. Inde litteræ cōmendatitiæ dicūtur: quibus aliquis cōmendatur.

¶ Cōmiseratio græce οἰκτιρμὸσ. οῦ. ὁ. οἰκτίρμων. ονοσ. ὁ. misericors dicitur. Et est cōmiseratio doloꝛ quidam ex apparēti malo coꝛruptionꝛ: ac doloꝛē inferēte in nō dignū pati: quod vel ipe putabit posse pati: vel suoꝝ aliquē. Idqꝫ sic vt propinquum videatur ꝑm Aristotelem libꝛo. ij. rhætoꝛicoꝝ.

Commiseratio est quum vel aspectu alicuius vel oratione: vel etiam cogitatione adducimur: vt eum miseremur.

¶ Cōmodatio a verbo cōmodo venit qđ χρήξω dicitur. Et est alicuius rei ad alienum speciale vsum gratuito facta concessio secundum Bloin. c. vnico de cōmo. Itaqꝫ cōmodare est alicuius rei vsum ad tempus concedere. Cicero. Dādo ꝛ accipiendo mutuandisqꝫ facultatibus: ac cōmodandis nulla re egeremus. Differt autem hoc verbum a mutuo ꝙ mutuamus cyt Paulus iuriscōsultus inquit non eandem speciem recepturi. Obtui datio in his rebus est: quæ pōdere: numero: mensuraue dari solent: quoniam earum rerum datione posſumus in creditū ire: quia magis in genere suo functionem recipiūt per solutionem ꝙ per speciem: ſtam in cæteris rebus ideo ire increditū nō posſumus: qꝫ aliud ꝙ alio inuito creditoꝛe solui nō potest.

communio sacralis. vi. eucharistia. Communitas. X. capeta.

¶ Commutatio græce συναλλάγμα. ατοσ. τὸ. ꝛ ἀυτάλλαγμα. τοσ. τὸ. Ita ἀμταλλάττω permuto dicit. Et est duplex. Altera naturalis hoc est rei ad rem: vel ad pecuniā pertinēs ad œconomos vel politicos. Altera ꝓpter lucrū pertinens ad negociatoꝛes. Ex beato Tho. secūda secūdę. q. lxxvij. ar. iiij.

Cōmutare ꝓba: est litigare ꝛ iurgari. Terentius. Nunq̄ hodie cōmutatur ī patremynū cē verbū.

¶ Compassio græce συμπάθεια. ασ. ἡ. quę ꝛa nostris coꝛdolij dicitur: a doloꝛe coꝛdis. De qua vide infra in misericordia.

¶ Cōpaternitas. vide supꝛa in Commaternitas

¶ Compensatio græce Διοίκησισ. ιοσ. ἡ. dicitur. Et cyt Godestinus inquit est debiti ꝛ crediti inter se cōtributio. vt. ff. de compensa. l. j.

¶ Compunctio græce κατάνυξισ. ιοσ. ἡ. ꝛ κατανύσσω compungo dicitur.

¶ Cōpꝛehēsio græce κατάληψισ. ιοσ. ꝛ καταλαμβάνω compꝛehendo dicitur. Est autem cōpꝛehendere ꝓprie attingere rem secundum omnem modum: ꝛ omnem rationem qua cognoscibilis est secundum beatū Tho. ꝓma parte q. xij. ar. vij. Compꝛehendo ꝛ apprehendo idem sunt quod capio: sed ꝛ coꝛpoꝛe ꝛ animo hoc fit.

¶ Conceptio græce σύλλημψισ. ιοσ. ἡ. ꝛ σύλλαμβάνω concipio dicitur. Est autem concipi: procedere a generante: distinctum esse ab eo: ꝛ esse clausum intra terminos eius secundum beatū Tho. iij. sen. di. viij. j.

Conceptio viri secundum Arist. completur in xl. diebus: secundum Augustinum in. l. Julie-

ris vero in. lx. Versus.

Sex in lacte dies: ter sunt in sanguine trini:
Bissemi carnem: Ter seni membra figurant.

Concipio ꝓprie significat apprehendo. Quare mulier concipere dicitur: quum genitale semen apprehendit ad fœtum faciendū: vnde cōceptum fœtū dicimus: quum genitura coaluit.

Conceptio apud grammaticos fit quum vnum genus aliud: vel vna persona aliam concipit et apprehendit.

¶ Concilsatio græce Διαλλαγή. ἡσ. ἡ. vel συναλλαγή. ἡσ. ἡ. ꝛ Διαλλάττω concilio: qñ non cū te: sed cū deo: sine ꝙe iungitur idē est qđ placo: ꝛ amicū facio. Uerg. Tu sceptra Jouēq̄ cōcilias. Hinc reconciliare quod est in gratiam restituere ꝛ in pristinam benivolentiam: a qua ꝙs deciderat offensa interueniente. Concilio mihi laudem: seu famam. i. acquiro ꝛ comparo. Et in malam partem nonnunq̄: vt tu concilias tibi inimicitias. Conciliatus etiam ꝓ empto ponit. Terentius. Prodi male conciliate: hoc est magno ꝓtio empte.

¶ Concio græce ἀγορή. ἦσ. ἡ. ꝛ ἀγορεύω. concio: nor dicitur. Est aūt cōcio populi multitudo cōgregata ad audiendū aliquem oꝛantem ꝓ cōmuni vtilitate. Est tum ipsa oratio: tuꝫ locus ip se concio appellatur. Diciturqꝫ a concio quod modo significat connoco: modo perturboꝛ commoueo. Idemqꝫ qui oꝛat concionari dicitur.

¶ Homerus in α Iliados de Nestoꝛe.

τοῦ. καὶ. ἀπό. γλωσσησ. μέλιτοσ. γλυκίων. ῥέεν. αὐδή. id est

Cuius a lingua melle dulcioꝛ fluebat oratio.

¶ Ibidem.

ἀγορήν. κὖλι. ἄνειραν. hoc est

Concionē viroꝝ illustrantem.

¶ Iliados. ρ.

ἀγορηταὶ. ἑσθλοὶ. τεττίγεσσιν. ἐοικότες. οἵτε κ᾽ ἄνδρα.

Δεμ Δρεῶ. ἐφεζόμενοι ὄπα. λειριόεσσαν. ἰέισι. i.

Locionatoꝛes boni cicadis similes: quæ insilus arboꝛi insidentes vocē delectabilem emittunt.

¶ Homerus in α Iliados.

ἀγορέων. ἵμα. τᾶμ Δρεσ. ἀριπρεπέες. τελέθουσι.

Concionem: vbi viri illustres fiunt.

¶ Concordia græce ὁμόνοια. ασ. ἡ. ꝛ ὁμοφωνέω consentio dicitur. Et est ad alterum: inquantū ſ. cōcoꝛdo dicitur. Et est appetitus diuersoꝝ coadunatus volentes simul in vnum consensum conueniunt. vnde Cōcoꝛdia est vnio appetituum diuersoꝝ appetentium. Pax vero est vnio appetituū vnius appetentis. Ex. b. Tho. secunda secundę. q. xxix. ar. j. Hinc concoꝛdo verbum quod est conuenio: ꝛ Concors eiusdem coꝛdis. i. mentis ꝛ animi. Et discoꝛs qui coꝛde ꝛ animo dissidet.

¶ Conclusio græce συμπέρασμα. ατοσ. τὸ. ꝛ συμπεραίνω. concludo dicitur. Est enim concludere aliquando peroꝛare hoc est terminare oratione. Inde conclusio quę etiam a græcis ἐπιλογόσ. a nostris peroratio. Nonnunq̄ cumulus vocatur: quia sicuti cumulus acerus est: Ita in conclusione omnia quasi in vnum acerum colliguntur.

¶ Cōcubina græce συνεύνοσ. ου. ἡ. ꝛ συνεύνη. ανnuo dicit: ꝛ σύγκοιμοσ. ου. ἡ. cōcubitus dicit. Est aūt cōcubina mulier quę domi quasi �pꝛoris loco tenetur a græcis etiā dicta παλλακή. ἧσ. ἡ.

¶ Concupiscentia græce ἐπιθυμία. ασ. ἡ. ꝛ ἐπιθυμέω. concupisco. Et est appetitus delectabilis sensitiuæ: ꝛ est subiectiue in appetitu sensitiuo. bea. tho. ꝓma scōæ. q. xxx. arti. j.

Concupiscibilitas est appetitus sensitiuę: cōmuniter dicitur sensualitas. cuius obiectum est bonum apprehensum ꝑm sensum bea. tho. iij. sen ten. di. xxvj. q. j.

Concupiscentia est tam malarum ꝙ bonarū rerū appetitus a cōcupisco venīs quod est opto ꝛ desidero.

Concupiscibilis vis quid sit vide supꝛa in'arboꝛe animæ sensitiuæ.

Concupiscētia dicit intentionē desideriꝫ. zelus amoris. Abominatio odiꝫ. Acidia tristitiæ. Præsumptio spei. Audacia confidentiæ. Furoꝛ iræ. hęc ex bea. tho. iiij. sen. di. xxvj. q. j. arti. iij.

¶ Confessio: græce ὁμολόγησισ. ασ. ἡ. ꝛ ὁμολογέω confessoꝛ dicit. Est autē cōfessio triplex. ſ. actꝰ exterioꝛ fidei vꝫ iusticiæ. Actꝰ latriæ scz gratiarū actioꝛ laudatio dei: ꝛ actus pœnitentiæ: scz confessio peccatoꝝ. b. tho. ſcda scōæ. q. iij. arti. j. ꝛ iiij. senten. distin. xvij. q. iij. arti. ij.

Confessio sacramētalis est legitima coꝛam sacerdote peccatoꝝ suoꝝ declaratio: ꝑm ho. ꝛ dicitur quasi simul vel ex toto: vel vndiq̄ fassio.

Confessio sacramētalis est per quam moꝛbus latens ꝛpe veniæ aperitur: vt habetur. iiij. sentē. di. xvij. q. iij. arti. ij. ꝑm Augustinum. vel sic.

Confessio sacramentelis est delinquentis accusatio: ex erubescētia: ꝛ per claues ecclesiæ satisfactoꝛia obligans ad pœniteptiam peragendam iniunctam.

¶ Ecclesiastici ca. xvij.

Confiteberis viuens: ꝛ vius ꝛ sanus confitebeꝛis: ꝛ laudabis deū: ꝛ gloꝛiaberis in miserationibus eius. Quoniam magna miseꝛicoꝛdia dominī: ꝛ ꝓpiciatio illi⁹ conuertentibus ad se.

¶ Lucas cap. v. Lucas.

Uade ꝛ ostende te sacerdoti.

¶ Idem cap. xvij.

Ite ꝛ ostendite vos sacerdotibus.

¶ Jacobus in epist. ca. v. Jacob⁹.

Confitemini alterutrum peccata vestra: ꝛ orate ꝓ inuicem vt saluemini. Joānes.

¶ Joannes primæ capi. j.

Si cōfiteamur peccata nostra: deus fidelis est: ꝛ iust⁹: vt remittat nobis peccata nostra: ꝛ emūdet nos ab omni iniquitate. Si dixerimus quoniam non peccauimus mendacem facimus eum: ꝛ verbum eius non est in nobis.

¶ Augu. lib de pœnitentia: ꝛ habeꝫ de pœni. di. j. quem pœnitet. Augu.

Quem pœnitet omnino pœniteat: ꝛ doloꝛe lachꝛymis ostendat. Repꝛæsentet vitā suam deo ꝙ sacerdotes: ꝓueniat iudicium dei per confessionem. Pꝛæcepit enim dominus mundandis vt ostenderent oꝛa sacerdotibus docens coꝛpoꝛali pœnitentia confitenda esse peccata: non ꝙ nūcium: non per scriptum manifestanda. Dixit enī oꝛa monstrate: ꝛ omnes: non vnus ꝓ omnibus non alium statuatis nuncium: qui ꝓ vobis oꝛferat munus a Odoyse statutuꝫ: sed qui pervos peccastis per vos erubescatis. Erubescētia enī ipsa ꝑtem habet remissionis. Ex misericoꝛdia enim hoc pꝛecepit dominus: vt neminem pœniteret in occulto. In hoc enim ꝙ per seipsum dicit sacerdoti: erubescentiam vincit. Timoꝛe offensi venia fit criminis. Fit enī veniale per confessionem: quod criminale erat operatiōe. Et si nō statim purgatur fit tamen vitale quod commiseꝛat moꝛtale. Multum: satisfactionis obtulit: qui erubescentiæ dominans nihil eoꝝ quę cōmiserit nuncio dei denegauit.

¶ Augu. lib. de pœnitentia.

Confessio est salus animarum: dissipatrix vitioꝝ: restauratrix virtutuꝫ: expugnatrix dęmoniū. Quid plura? obstruit os inferni: ꝛ paradisi poꝛtas aperit. ¶ Aug. super psal.

Delictum meū cognitum tibi feci. Non operui: sed aperui: vt operires. Non celaui: vt tegeres. Nam quādo homo detegit: deus tegit. Quū homo celat: deꝰ nudat. Quum homo agnoscit: deꝰ ignoscit.

¶ Augu. lib. de pœniten. ꝛ habetur de pœni. di. v. considerat. ſ. cautus. Cautus sit pœnitens ne verecundia ductus di nudat apud se confessionē: vt diuersa velit diuersis sacerdotibus manifestare. Quędam enī vni celat: quę alijs manifestāda reseruat. Quod est se laudare ꝛ ad hypocrisim tendere: ꝛ sempeꝛ venia carere: ad quā peꝛ frustra putat ꝓuenire.

¶ Augu. lib. de pœniten. ꝛ habetur de pœni. di. vj. qui vult.

Qui vult confiteri peccata sua vt inueniat gratiā q̄rat sacerdotē scientē ligare ꝛ soluere.

¶Augustinus lib. de pœnitentia.

Discretio confessoris valde necessaria est. Considerет qualitatem criminis in loco: in tempore: in perseuerātia: in varietate pesronæ: cuius fuerit ætatis: cuius sapiētiæ, ꝛ ordinis: ꝛ quali hoc fecerit tentatione ꝛ in ipsius multiplici executione.

¶Augu. lib. de blasphemia spiritussancti: ꝛ habetur. j. q. j. Spiritussanctus.

Spiritussanctus in sancta ecclesia etiā in isto tēpore quouelut granū atterit cū palea: sic operatur vt nullus verā cōfessionē aspernet: nullus simulatione fallatur: atqꝫ ita reprobos fugiat: vt etiā per illorū ministeriū ꝓbos colligat.

¶Augu. super psal.

O homo quid times confiteri? Illud qđ per cōfessionē scio: minus scio: ꝙ illud qđ nescio. Cur confiteri erubescis peccata tua? Peccator sum sicut ꝛ tu: hō sū: hūanū a me nihil alienū. Cōfitere hō homini: hō pctōr homini peccatori: elige ꝗdvis. Si nō cōfessus lates: incōfessus dānaberis. Ad hoc de⁹ exigit cōfessionē: vt liberet hominem humilem. Ad hoc dānat nō cōfitentem: vt puniat superbum.

¶Augu. super Joannem.

Seruus peccati quo fugit? Secū se trahit quocūqꝫ fugerit. Nō fugit se ipsam mala cōsciētia. Nō ē q̄ eat: sequit se: imo nō recedit a se. Pctm̄ em̄ qđ facit int⁹ ē. Uis audire ꝯsiliū. Si vis adeo fugere ad ipsum fuge confitendo. Non ipsū ali ꝗd latēdo. Cōfiteri em̄ potes: latere nō potes.

¶Augu. super Joannem.

Quū humilitatis causa mentiris: si nō eras peccator anteꝙ mentireris: mētiendo efficeris qđ vitaris. Ueritas in te non est: nisi ita dixeris te peccatorē: vt te esse cognoscas

¶Augu. in tractatu de cura militiæ.

Nemo dicat occulte pœnitentiā apud deū ago. Nouit de⁹ qui mihi ignoscit: quid in corde meo ago. Ergo sine cā dictū est. Quę solueritis ĩ terra erūt soluta in cœlo. Ergo sine cā datę sūt claues ecclesiæ.

Hiero. ¶Hieronymus epistola pria.

Uerum de remissione peccatorū sufficere debet sola credulitas. Quis enim causas aut rationē requirat? vbi indulgentia principaliter est: quū terreni regis liberalitas discussioni nō sit obnoxia: ab humana temeritate discutit diuina largitio. Solent em̄ cū irrisione aduersum nos dicere pagani: ꝙ ipsi nos decipiam⁹: qui putem⁹ crimina quæ opere commissa sunt: verbis posse purgari. Et aiunt: Nunquid pōt qui homicidiū fecit homicida nō esse: ꝛ adulter nō videri: qui adulteriū ꝑpetrauit? Quomodo ergo huiuscemodi criminū reus: sanctus nobis effici subito videbitur? Sed ad hæc vt dixi melius fide ꝙ ratione respondeo. Rex enim est omnium qui promisit: terræ cœliqꝫ dominus est: qui hęc pollicetur. Non vis vt ei qui ex terra homines fecit credā: ꝙ ex criminoso me faciat innocentem? Et q̄ me cum essem cæcus fecit videre: vel quū essem surdus audire: qui mihi claudo gressum reddidit: innocentiam mihi perditam poterit recuperare? Et tamen veniamus ad ipsū testimoniū. Occidere hominem nō semper criminosum est. Sed malicia: non legibus occidere criminosum est. Non ergo factum me in talibus: quia interdum ꝛ recte fit: sed animus male consulens dānat. Si ergo animus in me q̄ criminosus est effectus ꝛ in quo fuit origo vitij corrigat. Cur tibi videar non posse innocens effici? qui prius fueram criminosus. Si enim vt supra ostendi: constat: ꝙ non in facto: sed in voluntate sit crimen: sicut mala voluntas authore malo demone peccato me ꝛ morti fecit obnoxiū. Ita in bonū volūtas mutata authore bono deo innocētiæ redditt vitæ. Similis causa ꝛ in ceteris criminibus hoc modo fides nostra nō inuenitur naturalib⁹ rationibus aduersari: dum remissio peccatorū non gestis quę mutari non possunt. Sed animo quem de malo in bonū verti certū est: deputet.

Ambro. ¶Ambrosius lib. de paradiso ꝛ habetur de pœni. di. prima: Non potest.

Non potest quisꝙ a peccato iustificari: nisi peccatum ante fuerit confessus.

¶Ambrosius in sermone quadragesimæ: ꝛ habetur de pœni. di. j. Ecce.

Ecce nunc tempus acceptabile adest in quo cōfessio: animam a morte liberat: cōfessio aperit paradisum. Confessio spē saluandi tribuit. Unde scriptura dicit. Dic tu iniquitates tuas vt iustificeris. His verbis ostenditur: quia non meretur iustificari: qui ĩ vita sua peccata noluit cōfiteri. Illa ergo confessio nos liberat a morte: q̄ fit cum pœnitentia.

¶Ambrosius de Joseph lib. xxxvj.

Plurimum suffragatur deo verecunda confessio: ꝛ pœnam quam defensione euitare non possumus pudore releuamus.

¶Ambrosius sup Beati immaculati.

Qui se accusat: et si peccator sit: iustus esse incipit: quia nec sibi parcit: et dei iusticias confitetur.

¶Ibidem.

Cessat enim vindicta diuina: si confessio præcurrat humana.

¶Ibidem.

Si accusauerit se iustus. Uocem parat accusatiōis: excludit qui solet accusare peccata: ꝛ vniuscuiusqꝫ est aggregare flagitia: excusat reum pudor suus. Accusat eum authorem qui quū sua delicta non tacuit: videtur in se doluisse quod fecit: in diabolo perdidisse quod suasit.

Grego. ¶Gregorius: ꝛ habetur de pœnitentia di. vj. Sacerdos.

Sacerdos ante omnia caueat: ne de his q̄ ei cōfitentur peccata sua alicui recitet: ꝙ ea confessus est non propinquis: non extraneis: neqꝫ qđ absit pro aliquo scandalo: nam si hoc fecerit deponatur ꝛ omnibus diebus vitę suæ ignominiosus peregrinando pergat.

¶Gregorius. viij. mo.

Qui promereri vult ꝙ expetit: debet malū cōfiteri quod fecit. Ualde enim facile est: vt peccatorem se quisqꝫ fateatur: quum nihil pro peccato suo patitur.

¶Grego. xij. lib. mora. super illud. Si celaui in sinu meo iniquitatem meam.

Mirent in bono Job, q̄ volūt castitatis ꝯtinētiā: mirentur integritatē iusticię: mirentur viscera pietatis: ego ĩ eo non minus admiror confessionē humillimā peccatorum ꝙ tot sublimia.

¶Ibidē lib. xxij.

Hæc sunt vere humilitatis insignia: iniquitatē suā quēqꝫ cognoscere: ꝛ cognitam voce confessionis aperire.

¶Gregorius ibidem.

Peccatores nos in tranquillitate loquimur: sꝫ quū de peccatis ipsis flagello iteruenięte corripimur: murmuram⁹: pœna ergo nos ĩterrogat si culpā veraciter cognoscim⁹. Plærūqꝫ grauioris certaminis est cōmissa peccata ꝑdere: ꝙ nō admissa vitare.

¶Gregorius ibidem.

Plurimi hoīes cōfitent culpā: sed humiles nō sunt. Nā multos nouim⁹ qui arguēte nullo: peccatores se esse cōfitentur. Quū vo de culpa fuerint fortassis correpti defensionis patrocinium quęrūt: ne peccatores eē videantur. Qui si tūc: quū id sponte dicunt peccatores se esse veraci humilitate cognoscerēt: quū ab illis arguuntur se quod confessi fuerant non negarent. Qua in re confessionis indicia sunt: si quum quisqꝫ peccatorem se dicit: illud de se dicenti etiam alteri non contradicit.

¶Gregorius in pastorali.

Uulnera clausa plus cruciāt. Nam quum putredo quę interius feruet eijcitur: ad salutē dolor aperitur.

Joānes chryso. ¶Joan. Chrysostom⁹: ꝛ hr̄ de pœni. di. j. cap. Quis aliqñ. §. Nunc autem si.

Nunc aūt si recorderis peccatorū tuorum: ꝛ frequenter in cōspectu dei ꝓnuncies: ꝛ ꝓ eis clæmentiā ei⁹ depreceris: citi⁹ illa delebis. Si aūt nūc obliuiscer peccatoꝝ tuoꝝ tūc eoꝝ recordaberis nolēs: quū in toto mūdo publicabunt ꝛ in conspectu proferent oīum tā amicorū tuorum: ꝙ inimicorū ꝛ sctōrum angelorū ꝛ cœlestiū virtutū. Nō em̄ ad Dauid solū dicebat. Tu in secreto fecisti. Ego cunctis manifestabo. Sed etiam ad omnes nos hoc dicitur.

¶Joannes Chrysostomus sup Leuiticum homelia. ij.

Peccata tua dicito: vt deleas. Illa si ꝯfunderis dicere alicui: quia peccasti: dicito illa quotidie in anima tua. Nō dico vt cōfitearis ea seruo: vt exprobret: dico deo: qui curat ea. Nec enī si non dixeris ignorat deus. Dicito ea in hac vita: vt requiem in alia habeas.

Isido. ¶Isidorus libro primo capitulo. xij.

Cōfessio sanat: cōfessio iustificat: cōfessio peccatis veniā donat: omnis spes in cōfessione cōsistit. In cōfessione locus misericordiæ est. Nulla tam grauis est culpa: quæ per confessionem non habeat veniam.

¶Isidorus ibidem cap. xvj.

Frequēter peccās ꝛ lugēs vix veniam meretur.

Bernar. ¶Bernardus super cantica sermone. iij.

Quātum displicet regi impudētia peccatoris: tantū placet verecūdia confitentis.

¶Bernardus epla. xiiij.

Absqꝫ confessione iustus iudicatur: ꝛ peccator mortuus reputatur. Cōfessio igitur peccatoris est vita: iusti gloria: et necessaria est peccatori: et iustum nihilominus decet.

¶Bernardus de. xij. gradibus humilitatis.

Indicia veræ confessionis sunt: sicut vnusquisqꝫ se peccatorē dicit: id de se dicenti alteri non contradicat. Nā non peccator: sed iustus videri appetit: quum peccatorē se quisqꝫ nullo arguēte confitetur. Superbię quippe vitiū est: vt qđ de se fateri quis sua sponte dignat: hoc sibi dici ab alijs dedignetur.

¶Leo papa: ꝛ habetur de pœniten. distin. j. Sufficit.

Sufficit pœnitēti cōfessio: quæ primū dño offertur: deinde sacerdoti: qui pro delictis pœnitētiū precator accedit.

Hugo. ¶Hugo de claustro animę

Si veniret demon ad capitulum confessionis: ĩpetrare posset indulgentiā remissionis. Sathā expulsus est a capitulo cœli. Adam a capitulo paradisi. Judas a capitulo Christi. In pmo capitulo fuit culpa supbię. In scđo culpa inobedientię. In tertio culpa auaritię.

Cassiodorus. ¶Cassiodorus super illud ps. Uias meas annunciaui.

Mira compensatio: stupenda vicissitudo domino suo propria mala dicere: et ab eodem pręmia salutis accipere. Quis non incitetur illi ad pręmium confiteri: cui non possis negare quod feceris?

¶Cassiodorus super illud psalmi. Beati quorum remissæ sunt.

O ingeniosa simplicitas ꝛ mille tergiuersationibus cautior puritas. Manifestare delictum: illis nō iudex sed aduocatus est Christus: qui se propria cōfessione damnarunt.

¶Cassiodorus super ps. lxxvij.

O beata cōfessio quę æternū tollit opprobriū. Nam quicquid reatuum inuenerit pœnitentia perpetuis seculis reddit absolutum.

Boetius ¶Boetius lib. primo de philo. con.

Si operam medicātis expectas: oportet vt vulnus tuum detegas.

Anselm⁹ ¶Anselmus super ps. vj.

Medicus ægroto cōfitenti suā infirmitatē medicinam negare non debet: vt persuadeat animę in quę mala se pcipitauit: et ideo etiā: vt ex difficultate sanationis magis sibi caueat. Quod enim facile sanatur: non multum cauetur.

Seneca ¶Seneca lib. de moribus.

Ubi est confessio: ibi remissio.

¶Seneca ad Lucillium epistola. xxix.

Initiū salutis notitia peccati. Nam qui peccare se nescit corrigi non vult. Ideo quantum potes teipsum argue.

¶Seneca ad Lucillium epistola. liiij.

Quare vitia sua nemo confitetur? Quia etiam nunc in illis est. Somnium narrare vigilantis est: ꝛ vitia sua confiteri sanitatis indicium est. Expergiscamur ergo vt mores nostros coarguere possimus.

¶Ad eundem. Ep'la. vij.
Oia vitia ī aperto leniora sunt: morbi quoqz ad sanitatem tunc inclinant: quum ex abdito erumpunt: ac vim suam proferūt: & auaritiam & ambitionem et cætera vitia mentis humanę tūc perniciosa scias esse: quum simulata sanitate subsidunt. ¶Ouidius Metamorphoseos lib. x. fabula. ix.
Numen confessis aliquod patet.

¶Confidentia græce θαρραλεότης. ητος. ἡ. et θαρρέω confido dicitur. Et est per quā magnis et honestis rebus animus multū in se fidentiæ collocat scdm Ciceronē lib. ij. Rhætoricorum. Confidētia & fiducia sic differunt vt placet Donato sup Terētium. φ cōfidentia interdū in bona significatione interdum in mala. Fiducia vo semper in mala. Sed vtrūqz modo in malā: modo in bonam partem accipitur.

¶Conformitas græce συμμόρφωσις. ιος. ἡ. συμμορφόω conformis dicitur. Est autē conformitas idē quo similitudo quā causat vnitas qualitatis scdm. b. Tho. primo sen. di. xlviij. q. j.

¶Coniectura græce τεκμήριον. ου. τό. et τεκμαίρομαι cōiecto dicit. Est aūt cōiectura per aliqua signa alicuius rei cognitio: imperfecta tamē scdm. b. Tho. prima secundę. q. cxij. ar. v.
Coniectus est directio quædam rationis ad veritatem: a quo dicta est coniectura: a qua apud Rhetores dictus est status coniecturalis.

¶Coniuratio græce συνωμοσία. ας. ἡ. & συνωμότης. ου. ὁ. cōiuratus dicitur. & συνωμόω cōiuro. Et est quando aliqui rebelles authoritate ī vnū se colligendo iuramenta inter se dederunt: vt habetur. xj. q. j. Coniurationū. vn̄ coniurare est simul et in vnum iurare.
Coniuratio et conspiratio pro vno & eodem crimine accipiunt. xj. q. j. Cōiurationū. Cōspirare est simul vel ī idem spirare secundum glo. in. c. Constitutionem de sen. ex. lib. vj.
Cōiuro proprie est in alicuius perniciem iuro. Unde coniuratio. Capiunt nōnunq̄ coniuratio et conspiratio in bonam partem: licet perraro. Horatius. Cōiurat amice.
Coniurati sunt ij qui coniurauerunt & conspirationem fecerunt.

¶Consanguinitas græce ὁμαιμογένεια. ας. ἡ. et ὅμαιμος. ου. ὁ. ἡ. consanguineus dicitur. Est autē consanguinitas vinculū ab eodem stipite ꝓpinquo descendentiū: carnali propagatione cōtractū scdm. b. Tho. iiij. sen. di. xl. ar. j.
Consanguinitas est propinquitas quædaz a naturali cōmunicatione: fundata supra actū generationis: qua natura ꝓpagatur. ¶Ibidem.
Consanguinitatis linea: est ordinata collectio: personarū consanguinitate coniunctarū: ab eodem stipite descēdentiū: diuersos continēs gradus. b. Tho. iiij. sen. di. xl. q. ij. ar. j.
Consanguinitatis gradus est habitudo ꝑsonarū distantiū: qua cognoscitur quanta distantia ꝑsonę inter se differunt.

¶Conscientia græce συνείδησις. ιος. ἡ. et συνειδώς. ότος. ὁ. cōscius dicitur. Et nō est potētia: nec habitus: sed est actus. s. applicatio scientię: et quādoqz ponitur pro Synteresi: quia ē actus eius. b. Tho. prima parte. q. lxxix. ar. xiij.
Consciētia est regula in ratione. Synteresis vo est in volūtate instigando eā ad bonū & stimulādo. Ex Alex. in. iij. parte summę.
Conscientia modo de pluribus est. Modo de vno. De pluribus Sallustius. Tum scelerū suorū imprimisqz conspirationis conscientia solliciti: quo se verterent non videbant. De vno.

Cicero. ¶Cicero in Catone maiore.
Cōsciētia bene actę vitę: multorūqz būfactorū recordatio iucundissima est. ¶Menāder.
Menander. βροτοῖς ἅπασιν ἡ συνείδησις θεός. id est Mortalibus omnibus conscientia deus.

¶Consensus grece ὁμόνοια. ας. ἡ. & ὁμονοέω cōsentio dicitur. Et importat iudicium de eo ī qd̄ consentitur. b. Tho. pma scdæ. q. lxxiiij. ar. vij.

¶Consequentia græce ἀκολουθία. ας. ἡ. et συνακολουθέω consequor dicitur. Est autem consequētia ex præcedentibus illatio.

¶Conseruatio græce συντήρησις. ιος. ἡ. et συντηρέω conseruo dicitur. Est autem conseruatio in esse: influentia vniuoci esse: prius influxi. b. Tho. prima parte. q. ix. ar. ij.

¶Consideratio græce σκέψις. ιος. ἡ. & σκέπτομαι considero dicitur. Et est omnis operatio intellectus vel processus rationis ex principijs ꝑtingentibus ad contemplationem veritatis. b. Tho. secūda secūdę. q. clxxx. ar. iij.
Considero a siderū cōtemplatione dicit: a quo cōsideratus: qui agēda considerat. Et cōsideratio cōtemplatio. Quid differant consideratio: cogitatio: contēplatio: et meditatio: vide supra in Cogitatio.

¶Consiliarius græce σύμβουλος. ου. ὁ. et συμβουλία. ας. ἡ. consultatio. Est autē cōsiliarius q̄ alijs cōsilium dat: qui et cōsultus dicit. Ille vo qui consiliū petit dicitur consultor.

Homer. ¶Homerus in. β. Iliados.
οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα. i. Non oportet per noctē dormire cōsiliariū virū.

Hesiod. ¶Hesiodus.
ἡ δὲ κακὴ βουλὴ τῷ βουλεύσαντι κακίστη. id est Malum consilium consultori pessimum.

Menander. ¶Menander.
ἐν νυκτὶ βουλὴ τοῖς σοφοῖσι γίγνεται. id est In nocte consilium sapientibus fit.

Consiliū græce βούλευμα. ατος. τό. & βουλεύω do consilium dr. Est aūt cōsiliū appetitus inq̄sitiu⁹ de nobis vtilib⁹ scdm Damascenū lib. iij. cap. xxxiij.
Consilium est appetitus faciēdi excogitata ratione scdm Cicero. lib. j. Rhæto.
Cōsilium est inquisitio eorū tantū: quę sunt ad finem operabiliū a nobis: non minimorū: nec determinatorū. b. Tho. secūda scdę. q. liij. ar. iij.
Fit autē Cōsiliū a con & salio: φ in vnā sentētiā plures ratiōes cōsiliant. i. simul saliāt & cōueniant. Hinc fit cōsulo: qd̄ actio iūctū significat cōsiliū peto. Iuuenalis. Cōsulit ante phalas delphinorūqz colūnas. Si vo datiuo: significat cōsiliū do. Aliqn̄ cōsulo ponit pro delibero: & tūc casum nullū requirit: vt cōsulūt Senatores.

Prouer. ¶Prouerbiorū cap. xix.
Audi consilium: & suscipe disciplinam.
¶Prouerbiorū cap. xxxiij.
Astutus oia agit cum consilio.

Eccli. ¶Ecclesiasti cap. vj.
Consiliarius tibi sit vnus de mille.
¶Ecclesiastici ca. vj.
Audi filij & accipe cōsilium.
¶Ecclesiastici cap. viij.
Cum extraneis consilium non habeas.
Ecclesiastici cap. xxvij.
A zelantibus te absconde consilium.
¶Ecclesiastici cap. xxxvj.
Quā speciosum a canitie iudiciū: & a presbytero cognoscere cōsiliū. ¶Eccle. cap. xxxvij.
Ante omnem actum consilium stabile.
¶Ibidem.
A malo consiliario serua animam tuam.

Augu. ¶Augustinus in Tractatu de lapsu.
Quærimus consilium: habemus copiā non sapiētis: sed ipsius sapientię qui Christus est.
¶Augustinus homelia prima.
Corda sequētiū delectationē indebitam: & fugientiū tristitiam debitam: sæpius seducuntur.

Ambro. ¶Ambrosius in Hexamero.
Prima senectus est in consilijs vtilior.
¶Ambrosius lib. iij. officiorum.
In acq̄rendis co[...]s plurimum adiūgit vitæ ꝓbitas: virtutū prærogatiua: beniuolētię vsus: facilitatis gratia. ¶Ambrosius ibidem.
Quis in cœno fontem quęrat? Quis in aqua turbida potū petat? vbi luxuria: vbi intemperātia & vitiorū cōfusio: q̄s non horrendū æstimet? Quis nō despiciet morū collutionē? Quis vtilē alienę causę iudicet: quē videt inutilē esse suę?
¶Ambrosius lib. de officijs.
Pecunia facile cōsumitur: consilia exhauriri nesciunt. hæc vsu augētur: pecunia minuitur: & cito deficit. Cōsiliū autē collatū quo ī plures diffunditur: eo redundātius manet: & in suū fōntē recurrit. ¶Ambrosius ibidem.
Quomodo potes iudicare eum in cōsilio superiorē: quem vides moribus inferiorem? Supra me debet esse: cui me cōmittere puto. An vo putabo idoneū: qui mihi det consiliū: qui non dat sibi: & mihi eum vacare credam: qui nō vacat sibi?

Grego. ¶Gregorius lib. xxx. moraliū.
Iuuenes dici solent: qui nulla consilij grauitate deprimuntur. Senes vo nō eos sacra scriptura vocare consueuit qui sola temporum quantitate: sed qui morum grauitate maturi sunt. Unde libro sapiētię. Senectus honorabilis est nō diuturna: neqz annorū numero computata. Cani eñ sunt sensus hominis & ætas senecta. vita immaculata.
¶Gregorius lib. j. Registri.
Nullus fidelior tibi ad consilium potest esse: q̄ qui non tua: sed te diligit.

Cassiodorus. ¶Cassiodorus lib. vj. epistola. xix.
Omnis prouidens consilium quærit.

Seneca. ¶Seneca tractatu de virtutibus.

Consilium.

Si prudens esse cupis: in futura prospectū intende: & quæ possunt ꝯtingere animo tuo cūcta prospice: nil tibi subitum sit: sed totum ante prospicias. Quis enim prudens est: non dicit: non putaui hoc fieri: qui non dubitat: sed expectat. Non suspicatur: sed cauet. Cuiuscunqz facti causam require. Quū initia inueneris: exitū cogita.
¶Seneca in prouerbijs. Seneca.
Sunt enim duo contraria consilio: festinatio scilicet et ira.
¶Ibidem.
Deliberandū est diu: quicquid statuendum est semel. ¶Seneca lib. de beneficijs. iij.
Sapiens non mutat consilium: oībus illis manētibus quę erant.
¶Seneca ad Lucillium epistola. xxiij.
Pauci sunt qui consilio se suaqz disponant.
¶Seneca libro de beneficijs.
Velox consiliū sequitur pœnitentia.
¶Ibidem.
Non est turpe cū re mutare consilium.
¶Seneca ad Lucillium epistola. xxviij.
Errant consilia nostra: quia non habent quo dirigantur. ¶Ibidem.
Scire debet q̄d petat: q̄ sagittā vult mittere: et tunc dirigere ac moderari manu telum. Similiter ignorans quem portum petat: nullus ventus est suus.
¶Seneca ad Lucillium epistola. cij.
Quicquid consilio prospici potest: prospice.
¶Seneca Tragœdia. vij.
Leuis est dolor qui capere consilium potest.
¶Aristoteles lib. j. Politicorum. Aristo.
Consilium mulieris est inualidum: pueri autez imperfectum.
¶Aristoteles lib. j. Rhetoricorū & iij. æthicorum.
Consilium non est de fine: sed de his quę sūt ad finem. ¶Aristo. lib. vj. æthicorum.
Consiliata oportet operari velociter: consiliari aūt tarde. ¶Aristote. vj. æthicorum.
Consiliū debet esse ī his q̄ possunt aliter se habere. ¶Ibidem
Consiliū nō est de preteritis: sed de futuris. Qr quod factū est: nō potest non esse factum.
¶Ibidem.
Prudentis est bene consiliari.
¶Commentator super. vj. æthicorū. Cōmentator.
Bona cōsiliatio est habitus cōiecturatiuus operabiliū scdm rationē optimi. ¶Ibidem.
Duo sunt consiliarij incipientes: delectatio et tristitia. Hæc enim multos precipitat.
¶Aristoteles lib. j. Rhætoricorū.
De necessarijs: & īpossibilib⁹ aliter se habere nō consiliamur: sed de contingētibus quę possunt aliter se habere: quæ in potestate nostra sunt.
¶Sallustius in Catilinario. Sallustius.
Prius q̄ incipias cōsulto: & vbi consulueris mature facto opus est.
¶Aulus gelli⁹ li. xviij. no. atticarū. Aulus gelli⁹.
Malum est consilium: quod mutari non potest.
¶Cicero lib. de senectute. Cicero.
Non enim viribus aut velocitatibus: aut celeri-

tate corporis res magnę gerunt: sed cōsilio autoritate: atq; sniа. ¶Cicero lib. j. officioꝝ.
Parua sunt arma fortis: nisi sit consilium domi.
¶Cicero lib. j. Rhętoricorum veterū.
Melius accurātur quę consilio regūtur: ꝙ quę sine consilio administrantur. ¶Cicero ibidē.
Domus ea quę ratione regitur oībus est instructior: et apparatior rebus: ꝙ ea q̄ temere ꝛ nullo consilio administratur.
¶Cicero Rhętoricorum veterū lib. iij.
Suo quęq; officio cōsulere oportet.
¶Cicero lib. o. iij. rhętoricoꝝ nouoꝝ.
Dij nō sunt auxilio his qui se incōsulto in periculū mittunt. ¶Quintus Curtius de gestis Alexandri lib. viij.
Consilio: non impetu: opus est.
¶Hesiodus.
ἤδὲ κακὴ βουλὴ τῷ βουλεύσαντι κακίστη. id est
Consultum male consultori pessima res est.
¶Homerus in. i. Iliados verba sunt Ulyxis ad Achillem.
οὐδέ τι μήχος.
ρεχθέμεν ὅσσ' κακόν ἔστ' ἄκος ἐυρέιν. ἀλλὰ πολῦν πρὶν φράζεν. hoc est
Neq; vllus modus.
Facti mali est remediū inuenire. Igitur multo prius consilium cape. ¶Periander.
σύμβουλευε ἀμαιτίως. id est
Consule sine damno.
¶Menander.
βουλὴ γὰρ ὀρθὴ τῶν ἀσφαλέστερον. id est
Consilio enim recto nihil tutius.
¶Idem.
βουλὴν δὲ πρὸ τῶν πράγματος.
προλάμβανε. id est
Consilium autem ante omnem rem cape.
¶Idem.
ἱερόν. ἀληθῶς ἐστιν ἡ συμβουλία. id est
Sacrum q̄d vere est consilium.
¶Vergilius ænei. xij.
Quantum ipse feroci.
Virtute exuperas: tāto me impēsius æquū est.
Cōsulere: atq; oēs metuentē expēdere casus.
¶Ouidius de ponto. lib. iiij. elegia. xij.
Erede mihi miseros prudentia prima reliquit.
Et sensus cum re consiliumq; fugit.
¶Horatius carminū lib. iij. ode. iiij.
Vis consilij expers mole ruit sua.

Consolatio græce παράκλησις. ιος. ἡ. ꝛ παράκλητος. ου. ὁ. ꝙ solator dicit. ¶Cōpositū ex con ꝛ solor q̄d est q̄si solidū redintegro: a q̄ solatiū: ꝛ solamē: q̄ poetę frequēter vtūtur. Verg. Solamēq; mali, de collo fistula pēdet. Solamē a cōsolatione quidā sic distinguūt. ꝙ solamen re fit. Consolatio verbis. Vñ carmē cōsolatoriū dicitur.
¶Homerus in ω Iliados.
ὧν γὰρ τις πρήξις πέλεται κρυεροῖο γόοιο
ὡς γὰρ ἔτεκ λῶσαντο θεοὶ δειλοῖσι βροτοῖσι
ζώειμ' ἀχνυμενοσ. αὐτοὶ δέ τ' ἀκηδέες εἰσὶ. i.
Non enim aliquis effectus est frugi luctus.
Sic sane decreuerūt dei miseros mortales
Viuere tristitia affectos. Ipsi vo sūt sine tristitia.
¶Idem in eodem.
καὶ γὰρ τὴν κόμοσ μιόβη ἐμνήσατο σίτου
τήπερ δώδεκα παῖδεσ ἐμὶ μεγάροισιν ὄλοντο. id est
Etenim pulchri coma Niobe nō oblita est cibi:
Quānis ipsi duodecim filij i domib⁹ perierint.
¶Homerus in i odysseę.
ἀλλ' ὃν γὰρ τισ πρήξισ ἐτίμετο μύρομ μέμοσ ιμ. i.
Sed nullus effectus fit lugentibus.
¶Phocylides. Phocylides.
μὲ παροι χομένοισι κακοῖσ τρῦχον τεθμήτορ
οὐκ ἔτι γὰρ ἀύμαται τὸ τετῦγμένον εἶναι ἄτυκτον. id est
Neq; pręteritis malis afflige tuum cor.
Non amplius emī potest factum esse nō factū.
¶Pallades. Pallades.
πρὸσ δοκίν θανάτον πολυώδυνοσ ἔστιν ἀμίνα.
τοῦτο δὲ κερδαίνει θνητὸσ ἀπομύμενοσ.
μὴ τόιμυν κλαῦσισ τὸν ἀποιχόμενον βιότοιο.
ὀυδὲν γὰρ θάνατον δεύτερο μεῖσ πάθοσ. id est
Expectatio mortis multi doloris est tristitia.
Hoc autem lucratur mortalis mortuus
Ne igitur fleas defunctum vita.
Nulla enim mortis secunda est passio.
¶Idem.
ῥιπτεύουσ μὴ κάμνε. ποσον χρόνον ἐν βάθεμίμνειν.
ὡσ πρὸσ ἐκείνον τὸν μεθα παῦτα βίον.
πρὶν τοιννν σκάλικα βαλεῖν. τύμβοισ τέρι φίναι.
μὴ δαμάσισ ψυχήν ξῶν ἔτί χρινο μένην.
Abisce luctus ne labora: quantum tempus hic manes. Si respicias ad illam totam post hæc vitam. Anteq; igitur ad vermes proiiciaris: sepulchriq; imponaris. Ne domes animam: viuere etiam addictam.
¶Euripedes in Medęa. Euripedes.
κοῦφωσ φέρειν χρὴ θνητὸν ὄντα
συμφοραῖσ. id est
Leuiter ferre oportet mortalem existentem calamitates.
De hac materia habes multa infra in Moris et in Patientia.
¶Cōstātia græce βεβαίωσισ ιοσ. ἡ. et βέβαιοσ ου. ὁ. ꝙstās dicit. est aūt ꝙstātia virtus faciēs firmiter ꝙsistere i bono cōtra difficultatē: quę ꝙuenit q̄buscūq; impedimētis exterioribꝰ: aliꝭ ab ipe dimēto diuturnitatis. Quia cōtra hoc est perseuerātia. ex. b. Tho. sc̄a secūdę. q. clxxiij. ar. iij. ¶Constantia est stabilitas animi firma: ꝛ in ꝓpo sito perseuerans. ¶Constantia ꝛ firmitas sic differunt. ꝙ firmitas est virtus faciens permanētiā in opere. Sed cōstantia in proposito. ex hea. Tho. iij. senten. di. xxxiij. q. iij. ar. iij. ¶Constare aliqñ significat compositū esse: aliqñ stare: aliquādo conuenire: aliquando manifestū esse: nonnūq̄, suppeditare. Item cōsistere ꝛ firmum esse: inde constans hoc est firmus ꝛ tenax ꝓpositi: ꝛ constantia animi firmitudo dicitur.
¶Horatius. Horatius
Justum ꝛ tenacem propositi virum.

Non ciuium ardor prava iubentium:
Non vultus instantis tyranni
Mente quatit solida: nec auster.
Dux inquieti turbidus Adriæ:
Non fulminantis magna manus Jouis:
Si fractus illabatur orbis:
Impauidum ferient ruinæ.
De hac materia habes infra in fortitudo ꝛ perseuerantia.

Consuetudo græce ἔθοσ. εοσ. τὸ. ꝛ ἐθίζω cōsuesco dicitur. Venit autem a consuo. i. simul suo. Cōsuesco enim quasi applico: atq; ascribor ad aliquid agendū: ita vt consuetudinem faciā. Inde cōsuetudo: ꝛ cōsuefactio. Plautus quoq; consuetiones ꝓ consuetudine vsurpat. ¶Consuetudo est ius quoddam moribus institutum: quod ꝓ lege suscipitur, quum deficit lex. ¶Prouerbiorū. ca. xxiij. ¶Ecclesiastici. c. vij.
Noli facere mala: ꝛ non te appręhendent. Discede ab iniquo: ꝛ deficient mala abs te. ¶Hieremias ca. iij.
Bonum est viro quū portauerit iugum ab adolescentia sua. ¶Paulus ad Corinthios primę capitulo. v.
Nescitis quia modicum fermentum totam massam corrūpit. ¶Paulus ad Galathas ca. v.
Modicum fermentum totam massam corrūpit.
¶Augustinus ad Casulanum presbyterū: ꝛ habetur di. xj. Consuetudinem.
Consuetudinem laudamus: quæ tamen cōtra fidem catholicam nihil vsurpare dignoscitur.
¶Aug. ibidē ꝛ habetur ibidem ca. In his.
In his rebus de quibus nil certi statuit diuina scriptura: mos populi dei ꝛ instituta maiorum: ꝓ lege tenenda sunt. Et sicut pręuaricatores diuinarum legum: ita contemptores ecclesiasticarum consuetudinum coercendi sunt.
¶Aug. li. ij. confessionum: ꝛ habetur di. viij. Quæ contra.
Quæ contra mores hominum sunt flagitia pro morum diuersitate sunt vitanda: vt pactum inter se gentis: aut ciuitatis cōsuetudine: vel lege firmatum: nulla ciuis aut peregrini libidine violetur. Turpis est eīm omnis pars vniuerso suo nō congruens. Quū aūt deus aliqd contra morē: vel cōtra pactū quoꝛūlibet iubet fieri: ꝛ si ibi nō ꝙ factū est: tamē faciendū est. Et si omissus est: restaurandū est. Et si statutū non erat: instituendum est. ¶Augustinus lib. ij. de vnico baptismo: ꝛ habetur di. viij. Veritate.
Veritate manifesta consuetudo cedat veritati.
Plane quis dubitet veritati manifeste consuetudinem cedere? ¶Ibidem.
Nemo consuetudinem rationi ꝛ veritati pręponat: quia cōsuetudinem ratio ꝛ veritas semper excludit. ¶Aug. li. de baptismo paruulorum: ꝛ habetur di. viij. Qui contempta.
Qui cōtempta veritate pręsumit consuetudinę

sequi: aut circa fratres inuidus est: ꝛ malignus: quibus veritas reuelatur: aut circa deum ingratus est: inspiratione cuius ecclesia eius instruitur. Nam dominus in euangelio. Ego sum inq̄t veritas. Non dixit ego sum cōsuetudo. Itaq; veritate manifestata cedat cōsuetudo veritati.
Augustinus in libro ex dictis Basilij: ꝛ habetur di. xj. Ecclesiasticarum.
Ecclesiasticarum institutionum quasdā in scriptis: quasdam vero apostolica traditione per successores in ministerio confirmatas accepimus: quasdam vero cōsuetudine roboratas approbauit vsus. Quibus pariter: ꝛ idem vtriq; pietatis debetur affectus.
¶Aug. ad Januarium: ꝛ habetur di. xij.
Illa autem. ſ. Quod enim.
Quod enim neq; contra fidez catholicam: neq; contra bonos mores esse conuincitur indifferēter est habendum: ꝛ pro eorum inter quos viui societate seruandum est.
¶Aug. ad Januarium: ꝛ habetur di. xij.
Illa autem. ſ. Mater.
Mater mea Mediolanum me secuta inuenit ecclesiam sabbato non ieiunantem. Cœperat fluctuare q̄d ageret. Tunc ego cōsului de hac re beatissimę memoriæ Ambrosiū episcopum. At ille ait. Quum Romam venio: sabbatuz ieiuno. Quum mediolani sum non ieiuno. Sic ꝛ tu ad quācunq; forte ecclesiam veneris eius morem serua: si cuiq̄ non vis esse scandalum: nec quēq̄ tibi. Hoc quū matri renunciassem libēter amplexa est. ¶Aug. lib. primo ad Januarium.
Ipsa mutatio consuetudinis etiam quę vtilitate adiuuat: tamen nouitate perturbat. Quapropter quæ vtilis non est perturbatiōe infructuosa consequenter noxia est.
¶Aug. lib. vj. de musica.
Cōsuetudo quasi secunda ꝛ quasi affabricata natura dicit. ¶Aug. lib. de doctrīa christiana.
Solet recta opinio prauam corrigere consuetudinem: ꝛ prava opinio rectā deprauare naturā.
¶Aug. li. iij. de doctrina christiana.
Quisquis prętereuntibus rebus restrictius vtitur: ꝙ se habent mores eorū cum quibus viuit: aut intemperās aut superstitiosus est. Quisquis aūt eis sic vtitur: vt metas cōsuetudinis bonoꝝ inter quos versatur excedat: aut aliquid significat: aut flagitiosus est. In oībus enim talibus non vsus rerū: sed libido mentis in culpa est.
¶Aug. super ꝑs. xxx.
Vincere consuetudinem dura est pugna.
¶Augustinus super psal. lxix.
Omne peccatum consuetudine vilescit: ꝛ fit homini quasi nullum
¶Hieron. in leui. ꝛ habetur. xxiiij. q. ij. Hiero.
Qui negligunt.
Qui negligunt oris maledicti consuetudinez resecare etiam si non corde maledicant: tamen in immunditia labiorū secundū Esaię verbum. Et inquinamentum oris incurrunt.
¶Hieronymus in epistola ad Celantiam.
Asperam nobis ꝛ insuauez virtutum viā nimia facit vitiorū cōsuetudo: quæ si in alterā partem

transfferatur inuenitur semita iustitię leuis.

Grego. ¶Greg. vniuersis epis Numidis: & habet di. xij. Nos consuetudinem.

Nos cōsuetudinem quæ contra fidem catholicam nil vsurpare dignoscitur immotā pmanere concedimus.

¶Gregorius: & habetur di. xij. Quēadmodū.

Quēadmoduz quę illicita sunt perpetrare nō patimur: Sic quę sūt ɔsuetudinis nō negam⁹.

¶Grego. li. iiij. moralium.

Quum culpa in vsum venerit: ei iam animus & si appetat debilius resistit: quia quot vicibus prauæ frequentationis astringitur: quasi tot vinculis ad mentem ligatur.

¶Grego. lib. xj. Moralium.

Sępe nonnulli exire a prauis actibus cupiunt: sed quia eorundem actuūz pondere premuntur in malę consuetudinis carcere inclusi a semetipsis exire nō possūt. ¶Greg. li. xv. moraliū.

Tenēt praue consuetudines quem semel ceperint: atqz quotidie duriores existunt: & non nisi cum peccatoris vita finiuntur.

¶Greg. sup euāg. homel. xxxj.

Vsitata culpa obligat mentem vt nequaq̄ surgere possit: ad rectitudinem conatur & labitur. Quia vbi diu sponte perstitit: ibi & quum noluerit coacta cadit.

Isidorus ¶Isido. in sinonymis li. ij. & habet di. xj. Vsus.

Vsus authoritati cedit. Prauum vsum & lex & ratio vincat. ¶Isidorus in Sinonymis li. ij.

Quum nec sacris canonibus: nec humanis legibus consuetudo obuiare monstratur: inconcussa seruanda est. ¶Isidorus soliloquiorū li. j.

Difficile est peccati consuetudinez vincere. Prauus vsus vix aboletur. Assidua consuetudo vitium in naturam conuertit. Animus sceleribus astrictus vix ab eis diuelli potest.

¶Isidorus ibidem.

Vulnus iteratum tardius sanatur.

¶Isidorus Solilo. li. ij.

Bernar. Vsus difficile vincitur. Consuetudinis vincula vix soluuntur. ¶Bernardus super cant.

Abscindatur ferro acutę cōpunctionis: vlcus inueteratę cōsuetudinis. Si est acerbus dolor: leniatur vnguento deuotionis.

Beda. ¶Beda de templo Salomonis libro. ij. & ē glosa super illud prouer. xxij.

Adolescens iuxta viam suam: etiaz quum senuerit non recedat abea.

Græca narrat historia. Alexādrū potentissimū regē orbisqz dominatorem in moribus & incessu Leonidis pedagogi sui nō potuisse carere vitijs quibus paruulus adhuc fuerat imbutus.

¶Cyprianus: & habetur di. viij. Cōsuetudo.

Cyprianus. Consuetudo quę apud quosdam irrepserat impedire non debet quo minus preualeat veritas & vincat. Nam cōsuetudo sine veritate vetustas erroris est: propter quod relicto errore sequamur veritatem. Scientes quia apud Esdram veritas vincit: vt scriptum est. Veritas valet & inualescit: & viuit in æternum & obtinet in sæcula sæculorum.

¶Cyprianus ibidem. ff. Neqz enim.

Neqz enim hominis consuetudinem sequi oportet: sed dei veritatē. Quum per Esaiam pphetam loquatur deus & dicat. Sine causa colunt me: mandata & doctrinas hominum docentes.

Seneca. ¶Seneca ad Lucil. epistola. lxxxv.

Diu in istis vitijs iacuimus: euelli difficile est. Non enim inquinati sumus: sed infecti. Non est morbus inter vitia contemnendus.

¶Seneca lib. de moribus.

Educatio & disciplia mores facit: & id sapit vnusquisqz quod didicit. Itaqz bona consuetudo excutere debet: quod mala instruxit. Bene docet loqui: Bene docet facere.

¶Seneca in pūerbijs.

Bonarum rerum nimia cōsuetudo pessima est. Grauissimum est imperium consuetudinis.

¶Seneca lib. de vera vita in principio.

Argumentum pessimum turba est. Quęramus autem quid optimum factum sit: quod non vsitatissimum & quod nos in possessionem fœlicitatis constituet: non quod vulgo veritatis peruerso interprete probatum sit

¶Seneca in Tantalo Tragœdia. ij.

Iam tempus illi fecit erumnas leues.

¶Seneca Tragœdia. vj.

Dediscit animus sero: quod didicit diu.

Aristoteles. ¶Aristoteles lib. ij. Aethicorum.

Ex actu multotiens iterato fit habitus.

¶Ibidem

Non parum differt sic vel sic a iuuentute assuesci: immo multum.

¶Aristoteles lib. vij. Aethicorum

Difficile est resistere consuetudini: quia assimilatur naturæ. ¶Ibidem.

Facilius est consuetudinem immutare q̄ naturam. ¶Ibidem.

Consuetudo est altera natura.

¶Aristoteles lib. vij. Aethicorum.

Operatiōes prauæ bestiæ sunt ex natura: operationes vero prauorum & malorum hominū ex cōsuetudine. ¶Aristoteles Aethicorū lib. x.

Nō facile est hoīes ex antiqua cōsuetudine trāsmutari p sermones. ¶Ari. lib. ij. politicorū.

Leges inhonestas: licet maxime sint in vsu: aboleri licet.

¶Aristoteles lib. de memoria & reminiscētia.

Antiquū in natura iam tanq̄ cōsuetudo est. Cōsuetudo est altera natura.

¶Aristoteles lib. j. Rhetoricorū.

Quod consuetū est: veluti innatuz est. Quia cōsuetudo est similis naturæ. ¶Aristo. ibidez.

Omnes consueta seruant.

¶Aristoteles lib. ij. Metaphysicę.

Consuetum semper notius est.

¶Aristoteles ibidem.

Quantam vim habeat quod consuetū est: leges ostēdunt in quibus fabularia & puerilia magis valent veritate propter consuetudinem.

Commentator. ¶Commentator super. j. poetriæ.

Suaue est homini quod cōsueuit tota vita sua.

¶Commentator super. iij. phisycorum.

Quidā homines erant tm̄ assueti comedere venenū: q venenum erat eis cibus.

¶Commentator ibidem.

Quidam per consuetudinem audiendi falsa negant principia vera per se nota: vt ex nihilo nihil fit.

Macrobius ¶Macrobius li. vij. saturnaliū.

Consuetudinem fm naturā pronunciauit vsus.

Cicero. ¶Cicero tusculanarum questio. lib. j.

Qui in compedibus corporis semper fuerunt: & quuz soluti sunt tardius ingrediuntur.

¶Idem lib. ij.

Consuetudo enī laboruz: perpessionem dolorū efficit faciliorem. ¶Ibidem.

Consuetudinis magna vis est. Pernoctant venatores in niue. In montibus vri se patiuntur. Inde pugiles cæstibus contusi ne ingemiscunt quidem. ¶Cice. tuscu. quæstio. lib. iij.

Vsus docet minora esse ea quæ sunt visa maiora.

¶Cice. lib. iij. Rhætoricorū nouorum.

Solis exort⁹: cursus: occasus: nemo admirat: ppterea q quotidie fiunt. At eclipses solis admirant: q raro accidunt. Et solis eclipses admirātur magis q̄ lunæ: propterea q hæ crebriores sunt. ¶Cice. lib. iiij. Rhætori. nouor.

Optima viuendi ratio est eligenda: quā iucundā cōsuetudo reddet. ¶Cice. l. j. de legib⁹.

Tanta est corruptela malæ consuetudinis: vt ab ea tanq̄ igniculi extingnātur a natura dati: exorianturqz & confirmentur vitia contraria.

¶Cicero lib. ij. de legibus.

Mos maiorum tum vt lex valebat.

Sallust. ¶Sallustius in iugurtha.

Benefacere ex consuetudine in naturam vertit.

Paulus orosius. ¶Paulus orosius de ormesta lib. j.

Perpetuo in vita sunt tranquillitatum & delitiarum sereno assuefacti: ad omne vel modicuz obductæ sollicitudinis nubilum commouentur.

¶Terentius comœdia. iij.

Terēti⁹. Quā multa iniusta & praua fiunt moribus?

¶Terentius comœdia vltima.

Quā iniqz comparatū est: vt ij qui minus habēt: semper aliquid addent ditioribus?

¶Vergilius georgico. lib. ij.

Vergili⁹ Adeo in teneris assuescere multum est.

¶Verg. æneidos lib. viij.

Tua cernere facta
Assuescat: primis & te miretur ab annis.

Ouidi⁹. ¶Ouidius metamorphoseos lib. ij. fabula. ij.

Nam morem fecerat vsus.

¶Idem lib. x. fabula. v.

Longaqz alit assuetudine flammas.

¶Ouidius epistola didonis ad æneam.

Dū freta mitescunt: & amor duz temperat vsuz.
Fortiter edisco tristia posse pati.

¶Ouidius artis lib. ij.

Fac tibi consuescat. Nil cōsuetudine maius.
Quam tu dum capias tædia nulla fuge.

¶Ouidius tristium lib. j. Elegia. v.

Fœmina seu princeps oēs tibi culta p annos
Te docet exemplum coniugis esse bonæ.
Assimilemqz sui longa assuetudine fecit:
Grandia si paruis assimilare licet.

¶Idem tristium lib. v.

Adde q ingenium longa rubigine læsum
Torpet: et est multo: q̄ fuit ante: minus.

¶Idem de ponto lib. vlti.

Gutta cauat lapidem: consumitur annulus vsu:
Et teritur pressa vomer aduncus humo.

Catull⁹. ¶Catullus elegia. x.

Difficile est longum subito deponere amorem.
Difficile est. Verum hoc quod lubet efficies.

Horati⁹. ¶Horatius epistolarū lib. j. epi. ij.

Quod semel est imbuta recens: seruabit odorē
Testa diu. ¶Iuuenalis satyra. ij.

Iuuena. Nemo repente fuit turpissimus.

¶Idem satyra. vij.

Laqueo tenet ambitiosi.
Consuetudo mali.

¶Cōsumptio græce ἀνάλωσισ. ιοσ. ἡ. & ἀναλόω cōsumo dicitur. Est aūt cōsumere proprie destruere aliquid existēs. Sz improprie est impedire aliqd ne fiat. b. tho. iij. sen. di. v. q. iij. ar. iij.

¶Contactio grece συνάφεια. ασ. ἡ. & συναφὴ cōtactus dicit. Estqz cōtactio siue cōtactus cōiunctio terminorum duarum quantitatū. bea. Tho. iiij. distin. x. arti. iiij. q. j.

¶Cōtemplatio grece θεωρήσισ. ιοσ. ἡ. & θεωρέω contemplor dicitur. Et est liber animi cōtuitus in res. bea. tho. scda scdæ. q. clxxx. arti. iij.

Cōtemplatiui dicunt nō q cōtemplantur: sz qui contemplationi totam vitam suā deputant. bea. tho. scda scdæ. q. lxxxij arti. j.

Quomodo contemplatio: cogitatio: meditatio: & cōsideratio differant: vide supra in cogitatio.

¶Contemptus grece καταφρόνησισ. ιοσ. ἡ. & καταφρονέω. cōtemno. & καταφρονητήσ. οῦ. ὁ. contemptor dicitur. Estqz transgressio legis: ex hoc q voluntas renuit subijci legi vel regulę. b. tho. scda scdę. q. clxxxvj. articu. ix.

Conteno cōpositū a con & temno: ideqz est qd sperno: τέμνω grecū est incido & reseco: q: quæ spernimus amputare & resecare consueuimus. Sunt qui ista distinguant cōtemno a despicio: vt despicere grauius sit q̄ cōtemnere. Itē spretus sit qui refutatus est. Contemptus vero qui inutilis reputatus est. ¶Terenti⁹.

Teren. Quot modis contemptus spretus: facta transacta omnia. ¶Ecclesiastes ca. ij.

Vidi in omnibus vanitatem & afflictionē animi & nihil pmanere sub sole. ¶Idem ca. iij.

Cuncta subiacent vanitati: & omnia pergunnt ad vnum locum: de terra facta sunt: & in terrā pariter reuertuntur. ¶Esaias capi. xl.

Esaias. Omnis caro fœnum: & oīs gloria ei⁹ q̄si flos.

¶Paulus ad corin. primę ca. vij.

Paulus. Preterit enim figura huius mundi.

¶Ioannes primę cap. ij.

Ioānes. Nolite diligere mundum: neqz ea quę in mundo sunt. Si q̄s diligit mundū: nō est charitas patris in eo. Qm̄ oē qd est in mūdo: aut est cōcupiscētia carnis: aut ɔcupiscētia oclo: aut supbia vite Quę non est ex patre: sed ex mundo est. Et mūdus transit & concupiscentia eius.

August. ¶Aug. de verbis dñi sermone. xiij.

Diuitię corporales paupertate plenę sunt: & sem-

per obnoxiæ casibus. Quales em̄ diuitiæ sunt propter quas latronem times: ppter quas timesseruum tuum: ne te occiso auferat ꝛ fugiat. Si veræ diuitię essent securitatē tibi pręstarēt. Illæ ergo veræ diuitiæ sunt: quas quū habem⁹ perdere non possumus.

¶ Augu. super Joannē sermonē. vij.

Lętitia sæculi est vanitas. Quū magna expectatione speratur: vt veniat ꝛ nō potest teneri: quū venerit. ¶ Augu. de verbis domini sermone. xiij.

Sæculum est quasi mare: vnicuiqꝫ aūt sua cupiditas est tempestas. Amas deum? ambulas supra mare. Sub pedibus tuis est sæculi timor? Amas sæculum? Absorbet te. Amatores suos vorare nouit: nō portare. Sꝫ quum fluctuat cor tuum cupiditate: inuoca christi diuinitatē: vt vincas tuam cupiditatem.

¶ Aug. super Joan. sermo. xviij.

Tota vita ista intelligētibus tribulatio est. Sūt em̄ hic duo tortores aīę: nō simul torquētes: sed cruciatus alternantes. s. timor ꝛ dolor. Quando tibi bene est times. Quādo tibi male est doles. Sæculi huius quē nō despicit prosperitas: non frangit aduersitas.

Hiero.

¶ Hieronymus ad Ctesiphontē de libero arbitrio epistola. xv.

Quæ enim est vita nostra? Aura est em̄ siue vapor paululū apparēs.

¶ Hiero. li. ij. cōtra pelagianos epl. xviij.

Ne glorieris in crastinū. Nescis em̄ quid adueniens pariat dies. Unde scriptū est: Ne beatū dixeris quempiam ante mortem. Q̄diu enim viuimus in certamine sumus: ꝛ q̄diu in certamine: nulla est certa victoria: quæ etiā apostolo fortissime prelianti in futuro sæculo reseruatur.

¶ Hiero. ad heliodorum.

Multi capti vanitatis via: capti sæculi voluptatibus de medio itinere reuertuntur: facilius sęculū q̄ voluptas contemnitur. Multi diuitias relinquentes vitia relinquunt: christū sequi cupiens: si habes in potestate rem tuā vēde. Si vero nō habes a magno onere liberatus es. Totū enim dedit qui seipsum obtulit. Facile cōtēnit mundum qui se cogitat moriturum.

Grego.

¶ Grego. libro. iij moralium.

Omnes huius sæculi dilectores in terrenis rebus fortes sunt: in cœlestibus debiles. Nā pro tēporali gloria vsqꝫ ad mortē desudare appetunt: ꝛ pro spe perpetua nec parū in labore subsistūt. Pro terrenis lucris quaslibet iniurias tolerant: pro cœlesti mercede vel tenuissimi verbi cōtumelias ferre recusant. Terreno iudici etiā tota die assistere parati sunt. In oratione v° coram domino: vel vnius horę momento lassantur. Sæpe nuditatē: deiectionem: famem: ꝛ alia pro acquirendis diuitijs tolerant: ꝛ earū rerū semp abstinentia cruciantur: ad quas adipiscendas festinant. Superna autem laboriose quærere tanto magis dissimulant: q̄to magis ea retribui putant. ¶ Grego. lib. xiij. moralium.

Justus tanto altius temporalia despicit: quāto his abundare etiam malos credit. Quare etiā despicienda cōsiderat: quæ deus etiam peruersis præstat. Si enim veraciter magna essent: nequaq̄ hæc conditor aduersarijs suis tribueret. Unde ꝛ indignū sibi esse perpendit: vt illa bona appetat: quæ abundare conspicit ꝛ malis. Sed ad percipienda cœlestia mentem suam dirigit: quæ sibi cū reprobis cōmunia esse nō possunt.

¶ Grego. lib. xxv. moralium.

Quod enim sumus hodie nouimus. Quid autē post paululum esse possumus nescimus. Hi v° quos fortasse despicimus ꝛ tarde possunt incipere: ꝛ tamen vitam nostram feruentioribus studijs anteire. Timendū itaqꝫ est: ne etiā nobis cadentibus surgat: qui nobis stantibus irridetur. Q̄uis stare iam non nouit: qui non stantem nouit irridere.

¶ Gregorius in registro sup illud. Sustollā te super altitudines terræ.

Super altitudines terræ sustollitur: qui etiā ipsa q̄ gloriosa præsentis videntur sæculi per mētis despectum calcat.

¶ Gregorius in registro.

Humani errores ꝛ gratiæ fumo sunt similes: q̄ leui aura raptus euanescit. Hoc certissime scio q̄ placere deo ꝛ prauis hominib⁹ nemo potest. In tantum igitur se existimet deo placere: q̄tuꝫ se peruersis hominib⁹ displicuisse cognouerit.

¶ Grego. in homelia.

Si cōsideremus fratres charissimi. Quæ ꝛ quāta sint quę nobis promittunt in cœlis: villescēt animo omnia quę habentur in terris. Terrena nanqꝫ substantia supernæ felicitati comparata pondus est non subsidium: tēporalis vita eternę vitę cōparata mors est potius dicenda q̄ vita. Ipse enim quotidianus defectus corruptionis: quid est aliud q̄ quedam plixitas mortis?

Joānes chrysosto.

¶ Joan. chrysosto. super epistolam ad hebræos sermone. xxv.

Contemne diuitias: ꝛ eris locuples: contemne gloriā ꝛ eris gloriosus: contemne supplicia inimicorū: ꝛ tunc eos superabis. Contemne remissionē ꝛ quietem: ꝛ tunc eam recipies.

¶ Isidorus soliloquiorum lib. j.

Uita ista lachrymis plena est: vita ista a fletib⁹ inchoat. Flētes proijcimur in hāc miseram vitā.

¶ Ber. lib. meditationū.

Dic mihi vbi sunt amatores mundi: qui ante pauca tempora nobiscum fuerunt? Nihil ex eis remansit: nisi cineres ꝛ vermes. Attende diligenter quid sunt: ꝛ fuerunt: homines fuerunt sicut tu: comederūt ꝛ biberunt ꝛ riserunt. Duxerunt in bonis dies suos: ꝛ in puncto ad inferna descēderunt. Hic caro eorum vermibus: illic aīa eorū ignibus deputatur. Donec rursus infœlici collegio colligati sempiternis ignibus inuoluant. Qui socij fuerunt in vitijs socij erūt in pœnis: vna nanqꝫ pœna illos implicat quos vn⁹ amor in crimine ligat.

Boetius

¶ Boetius de cōso. li. ij. metro. iij.

Rara si constat sua forma mundo.
Si tanta variat vices:
Crede fortunis hominum caducis.
Bonis crede fugacibus.

Constat: æterna positumqꝫ lege est:
Ut constet genitum nihil.

¶ Boetius de con. lib. iij. prosa. ix.

Atqui video nec opibus sufficientiam: nec regnis potentiam: nec dignitatibus reuerentiaꝫ: nec celebritati gloriam: nec voluptatibus lætitiam posse contingere.

Lactāti⁹

¶ Lactātius firmianus diuinarū insti. lib. j.

Quis tam stultus: tamqꝫ ineptus est: vt corporis vires diuinum vel etiam humanū bonum iudicet? quum sint ꝛ maiores pecudibus attribute: vt vno morbo sæpe frangantur: vel ipsa senectute minuantur: ꝛ corruant.

¶ Lactantius fir. di. insti. lib. vij.

Nihil est humanis rebus laboratum: quod non ab humanis æque viribus destrui possit. Quoniam mortalia sunt opera mortalium.

¶ Ibidem.

Quæcunqꝫ hic expetuntur non tantum negligat: sed effugiat quisqꝫ: potioremqꝫ aīam suam iudicet q̄ bona ista fallacia: quorum incerta et caduca possessio est. Migrant enim quotidie: ꝛ multo velocius exeunt: q̄ intrauerant: et tamē si nobis vsqꝫ ad vltimū liceat istis frui: alijs certe relinquenda sunt. Nihil nobiscum ferre possumus nisi vitam bene atqꝫ innocenter actam.

¶ Ibidem.

Quisquis enim corruptelas terrę virtute calcauerit: hunc arbiter ille summus ꝛ verax ad vitaꝫ lucemqꝫ perpetuam suscitabit. Nemo diuitijs: nemo fascibus: nemo regia potestate confisus sit. Immortalem ista non faciunt. Nam quicūqꝫ rationem hominis abiecerit: ac præsentia secutus in humum se ipse prostrauerit: desertor domini ꝛ imperatoris et patris sui punietur. Intendamus igitur iustitię quę nos inseparabilis comes: ad eum sola perducet: et dum spiritus hos reget artus infatigabili militia: deo militemus: stationes: vigiliasqꝫ celebremus. Congrediamur cum hoste: quem nouimus fortiter vt victores: ac deuicto aduersario triumphātes præmium virtutis: quod ipse promisit a deo consequamur. ¶ Lanctan. fir. de ira dei lib. ix.

Proinde vniuersos oportet: qui sapientes: qui homines merito dici volunt fragilia contemnere: terrena calcare: humilia despicere: vt possint cum deo beatissima necessitudine copulari.

Basilius

¶ Basilius in libro de modo legendi gentilium libros.

Nos quidem o fili hanc humanam vitam nihil omnino esse arbitramur: nec bonum quicq̄ æstimandum neqꝫ appellandum quod vtilitatē nobis hucusqꝫ suppeditet. Non itaqꝫ dignitatem: non amplitudineꝫ maiorum: nec corporis vires: non formam: non ipsum imperium: non magnitudinem: non a cunctis hominibus habitos honores: non quicquid dici potest in hac vita excellens. Sed longius nostræ procedunt spes: et ad alterius vitæ præparationem cuncta molimur. ¶ Ibidem.

Quæso mihi qualis perfectus est in pulchritudine carnis suæ. Nonne sicut ęstatis fœnuꝫ per cursum arescit: et paulatim pristinum decorem amittit? Succedente enim senectute corporis omnis decor pristinus floridæ iuuentutis deperit. Et qui ante etiam mortem carnis exardescebat: postea in odium eius conuertitur. Et quando mors venerit: quātū remanebit recognosces q̄ vanū est quod ante inaniter diligebas. Quū enim videris totuꝫ corpus intumescere: ꝛ in fœtorem esse cōuersum: nōne claudes nares tuas: non sustinens fœtorem fœtidissimum.

Seneca.

¶ Seneca ad lucillium epistola. lxj.

Ista quæ sic petis tanq̄ datura lætitiam: ac voluptatem causa doloris sunt. ¶ Ibidem.

Omnes inq̄ illi tendunt ad gaudium: sed vnde stabile magnumqꝫ consequentur ignorant. Ille ex cōuiuijs ꝛ luxuria. Ille ex ambitione ꝛ circūfusa clientum turba. Ille ex amicitia. Alius ex studiorum liberalium vana ostentatione. Omnes istos delectamēta fallacia ꝛ breuia decipiūt sicut ebrietas quæ vnius horę hilarem insaniā longi temporis tędio pensat.

¶ Seneca ad lucil. epistola. xliiij.

Breuissima ad diuitias per contemptum diuitiarum via est. ¶ Idem ad lucil. lxxvj.

Non enim beatum est nisi quod intrepidum. Inter suspecta male viuitur: quisquis se multum fortuitis dedit: ingentem sibi materiam perturbationis et inexplicabilem facit: via hæc via est ad tuta vadenti: externa despicere: ꝛ honesto cōtentum esse. ¶ Seneca ad lucil. epl̄a. lxxx.

Abstrahunt a recto diuitiæ: honores: potentia: et cætera quę opinione nostra chara sunt ꝛ præcio suo vilia. ¶ Idem epistola. lxxxiij.

Insuperabili loco stat animus: qui externa deseruit: inexpugnabilis est: quem multis machinis lacessitum fortuna non transit. Nunq̄ maior est: q̄ vbi aliena disposuit: ꝛ fecit sibi pacem: nil timendo diuitias: nil concupiscendo.

¶ Seneca ad lucil. episto. lxxxv.

Facile contēnit oīa: qui ad contēptuꝫ sui venit. Uis ergo habere omnia contemne omnia.

¶ Idem epistola. lxxxviij.

Quid ad rem pertinent mulæ saginę: vnius omnes coloris? Quid ista vehicula celata.
Instrati ostro alipedes pictisqꝫ tapetis:
Aurea pectoribus demissa monilia pendent:
Tecti auro: fuluū mandunt sub dentib⁹ aurum.
Ista nec dominum meliorem facere possunt nec malum. ¶ Seneca epistola. xcj.

Quid prosunt multa cubicula.

¶ Idem epistola. xcij.

Mihi crede fœlix illud sęculum ante architectos fuit: aū architectores ista nata sunt: iam nascente luxuria in quadratum ligna decidere: et serra per designata currente certa manu trabem scindere.

Nam primi cuneis scindebant fissile lignum.

¶ Idem epistola. xciij.

Quicquid longa series multis laboribus: multa deinde diligentia struxit: id vnus dies spargit ac dissipat. ¶ Ibidem.

Casura omnia extant.

¶ Idem ad lucil. epl̄a. cxiij.

Quid regere inq̄ secūda opus est? Nam nemo

bene illa rexit: qui non contempserit.
¶Seneca epist. cxvij.
Maximum inq̃ mi Lucilli argumentū est animi ab altiore sede venientis: si hæc in quibus versatur humilia iudicat & angusta: si exire non metuit. ¶Seneca ibidem.
Scit enim quo exiturus est: qui vnde venit meminit. ¶Idem epist. cxvj.
Quid extolleris forma? quum omnia feceris a multis animalibus decore vinceris. Quid capillum ingenti diligentia comis? Quum illum vel effuderis more parthorum: vel germanorū more vinceris: vel vt Scythæ solent sparseris: in quolibet equo densior coma iactabitur: iuba hærebit in leonina ceruice formosior. Quum te ad velocitatem paraueris: par lepusculo non eris. His tu relictis quibus vinci te necesse est: dum in aliena niteris ad bonum reuerti tuum? Quid hoc est? Animus scilz emūdatus et purus emulator dei: superhumana se extollens nihil extra esu ponens.
¶Seneca libro. ij. de beneficijs.
Intolerabilis res: poscere nummos & contemnere. ¶Idem lib. iij. de beneficijs.
Fabricius phyrri regis aurū repulit: magnumq3 regnum iudicauit regias opes posse contemnere. ¶Ibidem.
Regnum est nolle regnare: quum possis.
¶Seneca lib. de moribus.
Nundum fœlix es: si non te turba deriserit. Si beatus vis esse: cogita hoc primum: contenere: ab alijs contēti. ¶Idem in prouerbijs.
Sunt plurimi q̃ multa verbis non re contenunt: Sed ipsa quæ spernunt clam furantur.
¶Idem de remedijs fortuitorum.
Magnam pecuniam quis habet? hominē illum videas: arca est. ¶Ibidem.
Multum quis habet? aut auarus aut prodigus. Si prodigus non habebit. Si auarus non habebit. Multi illum comitātur? Vel muscæ sequūtur. Cadauera lupi: & horrea formicæ. Ista turba prædam sequuntur: non hominem.
¶Sene. in hercule furente.
Nulla lux vnq̃ mihi secura fulsit.
Finis alterius mali gradus est futuri.
¶Idem in tantalo tragœdia secunda.
Nulla sors longa est. Dolor & voluptas
Inuicē cedunt breuior voluptas. ¶Ibidem.
Ima permutat breuis hora summis.
¶Aristo. epistola ad Alexandrū.
Magni res est animi contēnere magna.
¶Idem lib. iiij. physicorum.
Omnia quæ sunt sub cœlo tabescūt: senescūt & fordescūt sub tpe. ¶Cōmētator sup. ij. pœtriæ.
Res nullæ stabiles sunt: quæ cum fluxu huius temporis confluxibiles sunt.
¶Laertius diogenes de vita et moribus philosophorum.
Nemines q̃diu viuit dicas esse fœlicē: eo q̃ vsq3 ad vltimum vitæ diem possit fortuna mutari.
¶Plutarchus in apophthegmatibus.
Et quum in bono agro Philippus foret castra posituras: audiretq3 illic pabulum iumentis non esse. Cuiusmodi inquit nostra est vita: si ad asinorum commodum nobis viuendum est.
¶Cicero libro. j. officiorum.
Nihil enim est tam angusti tamq3 parui animi q̃ amare diuitias. Nihil honestius magnificentiusq3 q̃ pecunias contemnere.
¶Idem Tusc. quæstionum lib. iiij.
Quid enim videtur ei magnum in rebus humanis: cui æternitas omnis totiusq3 mūdi nota sit magnitudo. Iam quid aut in studijs humanis: aut in tam exigua vitæ brevitate magnū sapienti videri potest? Qui semper animo sic excubat vt ei nihil improuisum accidere possit. Nihil inopinatum: nihil animo nouū: atq3 idem ita acrē in omnem partem aciem intendit: vt semper videat sedem sibi ac locum sine molestia atq3 angore viuendi: vt quēcūq3 casum fortuna inuexerit: hunc apte et quiete ferat. Quod qui faciet non ægritudine solum vacabit: sed etiam perturbationibus reliquis omnibus.
¶Idem libro vltimo.
Non sunt igitur ea bona dicenda nec habenda: quibus abundantē licet esse miserrimū. An dubitas quin præstans valitudine: viribus: forma: acerrimis integerrimisq3 sensibus: adde etiam si libet pernicitatem & velocitatem: da diuitias: honores: imperia: opes: gloriam: si fuerit is qui hæc habet iniustus: intemperans: timidus: hebeti ingenio: atq3 nullo dubitabis: ne eum miserum dicere? Qualia igitur ista bona sunt quæ qui habeat miserrimus esse possit?
¶Idem in paradoxis.
Nūq̃ hercule ego neq3 pecunias: neq3 facta magnifica: neq3 opes: neq3 imperia: neq3 voluptates in bonis rebus expetendis esse duxi.
¶Idem libro de creatione cœli & mundi.
Omnis enim coaugmentatio corporis: vel caloris: vel frigoris: vel aliqua impulsione vehementi labefactatur & frāgitur: & ad morbos senectumq3 compellit. ¶Valerius maximus li. v. Vbi sunt superbæ Carthaginis alta mœnia? vbi maritima gloria inclyti portus? vbi cunctis littoribus terribilis classis? vbi tot exercitus? vbi tantus equitatus? vbi immenso aphricę spacio non contenti spiritus? Omnia ista duobus scipionibus fortuna partita est.
¶Quintus curti⁹ de gestis alexandri lib. viij.
Quid tu ignoras arbores magnas diu crescere vna hora extirpari. ¶Ibidem.
Nihil tam firmum est: cui periculum non sit: et ab inualitudine.
¶Paulus orosius de ormesta lib. ij.
Quicquid enim est opere et manu factum labi et consumi vetustate capta confirmatur: cuius vt primum imperium ac potentissimū extitit: ita & primum cessit: vt veluti quodā iure succedentis: ætatis debita posteris traderetur hereditas ipsis quoq3 eandem tradendi formulaz seruaturis. ¶Plautus in amphitrione.
Ita dijs est placituz voluptati vt mœroz comes consequatur. ¶Idem in cistellaria.
Nihil est perpetuum datum.
¶Idem in mustellaria.

Vnum hoc scito nimio celerius venire quod moleste: q̃ illud quod cupide petas. ¶Ibidem.
Insperata accidūt magis sæpe: q̃ quæ speres.
¶Plautus in mercatore.
Dic mihi an boni quid vsq̃ est? quo quis vti potest sine malo omni. Aut ne laborem capias: quum illo vti voles.
Vergilius in buccolicis ægloga. ij.
O formose puer nimium ne crede colori:
Alba ligustra cadunt vaccinia nigra leguntur.
¶Vergilius georgicorum lib. iij.
Optima quæq3 dies miseris mortalibus æui
Prima fugit. Subeūt morbi tristisq3 senectus:
Et labor & duræ rapit in clæmentia mortis.
¶Horatius carminum lib. iiij. ode. vij.
Quo pius Æneas? quo dines Tullus & Anc⁹?
Pulvis & vmbra sumus.
Quis sit an adsciant hodiernæ crastina vitæ
Tempora dij superi? ¶Horatius ibidem.
Quum semel occideris: & de te splēdida, minos
Fecerit arbitria:
Non torquate genus: non te facundia: non te
Restituet pietas
¶Horatius sermonū lib. sa. ix.
Nil sine magno
Vita labore dedit mortalibus.
¶Idem epistolarum. ij. epistola. ij.
Singula de nobis anni prædantur euntes
Eripuere iocos: venerem: conuinia ludum
¶Iuuenalis satyra. ix.
Festinat enim decurrere velox
Flosculus angustæ miseræq3 brevissima vitæ
Portio: dum bibim⁹: dū serta vngūta: puellas:
Poscimus: obrepit non intellecta senectus.
¶Dantes purgatorij cant. capi. x.
O superbi christiani miseri: lassi:
Che de la vista de la mente infermi
Fidanza haueti ne ritrorsi passi:
Non vacorgeti voi che noi siam vermi
Nati a formare langelica farfalla
Che vola a la iustitia senza schermi
¶Idem cant. capi. xj.
Non e il mondan romor altro chun fiato
Di vento chor vien quinci: & or vien quindi.
E muta nome per che muta lato.
¶Idem cant. capi. xij.
Or superbite e via col viso altero
Figlioli deua: e non chinati il volto
Sicche vegiate il vostro mal sentero.
¶Franciscus petrarcha Soneto. cclxxiiij.
Or cognosco io che mia fera ventura
Vol che viuendo & lachrymando impari
Come nulla quha giu dilecta & dura.
¶Idem soneto. cclxxxj.
Misero mundo instabile e proterno.
Diltuto e cieco: chin te pon sua speme.
¶Idem. cccxxv.
Ivo piangendo i mei passati tempi
I qua posi in amar cose mortale:
Senza leuarme a voto habiando lale
Per dare forso di me non bassi exempi.
¶Idem cantilena. xxxvij. stantia. v.
O ne cosa al fin vola.
¶Idem cantilena. xxxvij. stantia. vj.
Alpi nulla altro che pianto al mundo dura.
¶Idem cantilena. xlj.
Quanto era meglo alzar da terra lalle
Et le cose mortale
Et queste dolce tue fallace ciance
Vibrar cum iusta lanze.
¶Idem cantilena. xlij. stantia. ij.
O poco mel: e molto aloe cum felle.
In quanto amaro e la mia vita aueza
Cum sua falsa dolceza.
¶Franciscus petrarcha. Triūpho tpis cap. j.
Et pareami terribil vanitade
Fermare in cose el cor: chel tempo preme.
¶Ibidem.
Et quanto posso al fine mapparechio
Pensando il breue viuer mio: nel quale
Sta mane era vn fanciullo: & hor son vechio
Che più cha vn giorno e la vita mortale:
Nubile: breue: fredda & pien di noia
Che po bella parere: ma nulla vale.
Quhi lhumana speranza: & quhi la gioia:
Quhi imiseri mortali alzan la testa
Et nesſum sa quanto si vitta o moia.
Vegio hor la fuga del mio viuer præsta
Anzi di tutti: & nel fugir del sole.
La ruina del mundo manifesta.
Ihor vi reconfortate in vostre fole
Giouani: & mesurati il tempo: largo
Da piaga antiueduta assai men dole.
Forso chendarno mie parole spargo.
Da io annuncio che voi seti offesi
Dun graue & mortifero lætargo.
Le volan lhore: igiorni gianni e mesi
Insieme cum brevissimo sinterualo.
Tuti hauemo a cerchare altri paesi.
Non fati contral vero al cor vn callo.
Come sete vsi. Anci volgete gliochi
Dentre emendar pote te il vostro fallo.
Non aspectate che la morte schochi:
Come fa la piu parte. Che per certo
Infinita e lasschiera de li siochi.
¶Idem ibidem.
Vn dubio verno instabile & sereno
E vostra fama: & pocha nebia il rumpe.
El gran tēpo ai gran nomi e gran veneno.
Passan vostri triumphi: & vostre pompe:
Passan le signorie: passan li regni
Ogne cosa mortal tempo interrūpe. ¶Ibidē.
Quanti fœlici son gia morti in fasse?
Quanti miseri in vltima vechieza?
Alcun dice. Beato e chi non nasce.
¶Contentio græce ἔρις. Δος. ἡ. & ἐρίζω. contendo dicitur. Est autem contentio proprie impugnatio veritatis cum confidentia clamoris ꝑm Ambrosium. Large autem est etiam sine impugnatione veritatis de qua dicitur. xlvj. dist. In principio. Nihil est impudentius arrogantia rusticorum qui garrulitatem authoritatē putant. Contētio in verbis. Rixa est in factis: de qua differentia vide infra in rixa. In contentione quæ certatio est venit contentio lus plenus rixę. Contentio & intentio vehemen

tiam quandam significant: ab arcu tracta simili tudine:vel cythara. Nam quanto illius neruive hementius intenduntur: tanto vehementiorem sonum efficiunt. ¶Hesiodus.

Hesiod⁹

ἄφρων δ᾽ ὅς κ᾽ ἐθέλοι πρὸς κρείσσονας ἀντιφερίζειν. νίκης τε στέρεται: πρὸς τ᾽ αἴσχεσιν ἄλγεα πάσχει. hoc est

Stultus q̄ vult aduersus potētiores cōtendere. Victoriaq3 priuat⁊ vltraq3 dedec⁹ dolores patit.

¶Contiguitas græce συνάφεια.ας.ἡ. et συναφής.έος.ὁ. contiguus dicitur. Est autem contiguum cuius extrema se contingunt. Differt autem a continuo: q̄ continuū est sine medio. Contiguum vero cum medio.

¶Continentia græce ἐγκράτεια.ας.ἡ. ⁊ ἐγκρατέω contineo: ⁊ ἐγκρατής.έος.ὁ.ἡ. continens dicitur. Et est continentia appetitus omnium rerum malarum refrenatio s̄m Hieronymū in episto. ad Damasum papam.

Continentia est per quam cupiditas consilij gubernatione regitur s̄m Ciceronem in Rhætho. et est pars temperantiæ.

Continentia est habitus inuictus a delectatione s̄m Andro.

Continentia est cohibitio gulæ:luxuriæ:cupiditatis:auaritiæ:ambitionisq3: ⁊ superbiæ.

Continentia proprie est tantum circa concupiscentias tactus s̄m beatū Tho. secunda secundæ.q.cxliij.

Continentia dicitur a contineo: quod est quasi inuitum et repugnantem teneo: cuius contrarium est incontinentia: sicut temperantiæ intemperantia.

Continens ita differt a temperante: q̄ continens prauas quidē cupiditates habere potest a quibus tamen se vinci non sinit. Temperans vero huiusmodi cupiditates habere nō potest: quia in eo habitus quidam est refrenans illas: qui in continente non est.

Continens ab obstinato sic differt: q̄ obstinatus est ille qui persistit in ratione peruersa: abstinens a bonis. Continens vero proprie est qui persistit in ratione recta: a prauis concupiscentijs abstinens. beat⁹ Tho. secūda secūdæ.q.clv. arti.j. ¶Chilon.

Chilon.

ἐγκράτειαν ἄσκει. hoc est continentiā exerce. De hac materia vide supra in abstinentia et infra in temperantia.

¶Continuitas græce συνέχεια.ας.ἡ. et συνεχής cōtinuus dicitur. Est autē continuū quod est diuisibile in semper diuisibilia s̄m Aristotelem lib.j. de cœlo ⁊ mundo.

Continuū est quod est in infinitū diuisibile s̄m Aristotelem libro.iij. physicorum.

Continuū est cuius partes copulantur ad aliquem terminum cōmunem. Aristote. libro prædicamentorum.

Continuum est cuius est vnus modus secundū se ⁊ non est possibile aliter.

Continuū dupliciter diffinitur: formaliter a logico per vnitatē termini: ad quem partes copulantur: et materialiter a physico: per diuisibilitatem in infinitum. b. Tho. super epistolā Pauli ad philippen.iij.

¶Contractus græce συνάλλαγμα.ατος.τὸ. et συναιρέω contraho dicitur. Est autem contractus vltro citroq3 obligatio: ex voluntate: ⁊ pacto surgens partiū s̄m glo. Ray. in titu. de negotijs sæcularib⁹. quasi in principio. Contrahere est colligere. Vergil. Contrahimusq3 viros. Cōtrahere: agere: ⁊ gerere: ita diuidit Vlpian⁹: vt actum generale vocabulū sit: siue verbis quid agatur: vt in stipulatione: siue re: vt in numeratione. Contractum vero vltro citroq3 obligatio veluti emptio: venditio: locatio: conductio: societas: gestum autem res facta. Alij sic diuidūt acta a gestis: q̄ gesta sint in administratione magistratus: aut in bello: et in maioribus rebus: vt gesta cæsaris: gesta alexādri. Acta vero sint priuatarum personarum ⁊ rerum domesticarum.

¶Contradictio græce ἀντιλογία.ας.ἡ. ⁊ ἀντιλέγω contradico dicitur. Est autem cōtradictio appositio cuius non est mediū s̄m Aristotelē libro.j. posteriorum.

Contradictio septē conditiones requirit scil3 idem subiectum: idem prædicatū non æquiuoce ad idē: similiter: tunc: ⁊ ibi. ex. b. Tho. super lib. perihermenias. lect. ix. fi.

¶Contrarietas græce ἐναντίωμα.ατος.τὸ. vel ἐναντίωσις.ιος.ἡ. ⁊ ἐναντίος.ου.ὁ. contrarius dicitur. Sunt autem contraria quæ in eodem genere multum a se inuicē distant s̄m Aristo. libro prædicamentorum.

Contritio græce σύντριμμα.ατος.τὸ. ⁊ συντρίβω contero dicit. Est autē dolor voluntarie assumptus pro peccatis: cū proposito confitendi ⁊ satisfaciēdi s̄m San. bona. in.iiij. sen. di.xvj.q.j.ar.j. primæ partis.

Cōtritio rei materialis est alicuius duri ⁊ integri comminutio ex. b. Tho.iiij. sen. di.xvij.q.ij.arti.j.

Cōtritio spiritualis: est dolor pro peccatis assumptus: cum proposito confitendi: et satisfaciendi. ¶Ibidem.

Contritio est dolor cordis: ⁊ animæ amaritudo pro peccatis quæ q̄s commisit. Quid autem ab attritione differat. Vide supra in attritio. ¶Dauid psalmo.l.

Cor contritum et humiliatum deus non despicies. ¶Dauid salmo.cxxv.

Qui seminant in lachrymis in exultatione metent. ¶Augu. lib. de pœnitentia.

Recte pœnitentē quicquid post purificationes contraxit sordis: oportet vt abluat: saltem lachrymis mentis. Sciat se culpabiliter durum: qui defleт mortem amici vel damna rei temporalis: ⁊ dolorē peccati non ostendit in lachrymis. Non est ergo: vt quis se excuset: se non habere fontem lachrymarum: qui lachrymis ostēdit dolorem temporalium. ¶Ibidem.

Ad pœnitentiam agendam non sufficit mores immutare in melius: ⁊ a factis malis recedere: nisi etiam de his quæ facta sunt satisfiat per

pœnitentiæ dolorem: per humilitatis gemitum: p contriti cordis sacrificium cooperantibus ele mosynis. ¶Ibidem.

Sicut pœnitētiæ comes dolor est: ita lachrymæ testes sunt doloris. ¶Ibidem.

O humilis lachryma: tuum est regnum: tua ē potentia: aspectum iudicis non vereris. Inimicis accusantibus silentiū imponis. Sola intras ad regem: sed sola non recedis: vincis inuincibilem: ⁊ ligas omnipotentem. ¶Aug. de ci. dei lib.xx.

Quanto est quilibet sanctior: ⁊ desiderij sancti plenior: tanto est in orando fletus vberior. ¶Augustinus de pœnitentia: ⁊ habet de pœnitentia di.ij. Charitas.

Sine charitate quomodo quis veram cordis cōtritionem habere poterit? quomodo ergo delictorum remissionem?

Hiero.

¶Hieronymus: ⁊ habetur de pœnitentia. di.j. Mensuram.

Apud deum non tam valet mensura temporis q̄ doloris ¶Ambrosius super Lucam: ⁊ habetur de pœnitentia di.j. Petrus.

Ambrosius

Petrus doluit ⁊ fleuit q2 errauit vt homo. Non inuenio quid dixit. Scio q̄ fleuit: lachrymas eius lego: satisfactionem non lego. Sed quod defendi non potest: ablui potest. Lachrymæ veniā nō postulant: sed merentur. ¶Gregorius lib.viij. moralium.

Gregorius

Alia est cōpunctio siue contritio: quæ per amorem nascitur. Alia quæ per timorē. Quia aliud est supplicia fugere: aliud præmia desiderare. ¶Grego. ibidem.

Sæpe quod torpentes latuit: flentibus innotescit: ⁊ afflicta mens certius inuenit maluz quod fecerat: ⁊ reatum suum: cuius secura non meminit: hunc in se commota deprehendit. ¶Greg. lib.xvij. moralium.

Quo vberius culpa fletur: eo altior cognitio veritatis attingitur. Quia ad videndum internū lumen polluta dudum conscientia lachrymis baptizata renouatur. ¶Greg. lib.xxj. moralium.

Qui nescit lugere quod grauat: non valet pferre quod subleuat. Vis cōpunctionis poros cordis aperit: ⁊ pennas virtutum fundit. Quumq3 se studiose mens de pigra vetustate redarguit: alacri nouitate iuuenescit. ¶Greg. lib.iij. Dyalogorum.

Compunctiōis duo sunt genera: quibus anima deum sitiens prius timore compungitur: post amore. Prius enim in lamentis se afficit: quia dum malorum suorum recolit: pro his perpeti supplicia æterna pertimescit. At vero cum longa moris amaritudine fuerit formido consumpta quædam: iam de præsumptione veniæ securitas nascitur: ⁊ in amore cœlestium gaudiorum animus inflammatur. Et qui prius flebat ne duceretur ad supplicium: postea flere incipit quia differtur a regno. ¶Greg. lib.xxiij. moraliū.

Quattuor sunt qualitates: quibus iusti viri animа in cōpunctione vehemēter afficitur. Quum aut malorum suorū reminiscitur: considerans vbi fuit: aut iudiciorū dei sententiam metuēs secū quærens considerat: vbi erit: aut quum mala vitæ præsentis attendens solerter mœrens considerat vbi est: aut quum bona supernæ patriæ contemplatur: quæ quia nec dum adipiscitur: lugens conspicit vbi non est. ¶Bernardus de noua militia.

Bernardus

Quisquis ergo verbum confessionis in ore habet ⁊ in corde non habet: aut dolosus est: aut vanus. Qui vero in corde ⁊ non in ore: aut superb⁹ est: aut timidus. ¶Idem sup Cantica.

Vnguentum est contritionis: est vnguentū deuotionis: est vnguentum pietatis. Primum pungitiuum dolorem faciens: secundum temperatiuum dolorem leniens. Tertium sanatiuum morbum expellens. ¶Ioānes Chry. i libro de cōpunctiōe cordis.

Ioānes chryso.

Sola compunctio est quæ facit animam horrescere purpuram: desiderare cilicium: amare lachrymas: fugere risum. ¶Io. Chry. ibidē.

Sicut impossibile est vt ignis inflammetur in aq̄: ita impossibile est compunctionem cordis vigere in delitijs. Contraria enim hæc sibi sunt inuicem ⁊ peremptoria. Illa enim mater fletus: hæc mater est risus: illa cor constringit: ista dissoluit. ¶Io. Chry. super Matthæum homelia.xxiij.

Non dolere quia peccaueris: magis indignari atq3 irasci facit deum: q̄ idipsū quod ante peccaueras. ¶Cassiodorus super psalmum.vj. Laboraui in gemitu meo.

Cassiodorus

Gemitus dictus geminatus luctus: quem merito fideles appetunt: quoniam diligentes consolatur: pœnitentes emundat. Diabolum effugat. Christo conciliat. Amaritudo dulcis: lachrymæ fœlices: salutaris afflictio. ¶Cassio. super illud psalmi. Ad dominum quum tribularer.

Dominus nescit differre: quem compuncto corde sibi senserit supplicare. ¶Sene. ad Lucilliū epistola.viij.

Seneca

Argumentum est in melius translati animi: q̄ vitia sua quæ adhuc ignorabat videt. Quibusdā ægris gratulatio est: quum ipsi ægros se eē senseré. ¶Idem ad Lucilliū epistola.lv.

Magna pars bonitatis est velle fieri bonum.

Conuersatio græce συναναστροφή.ῆς.ἡ. ⁊ συναναστρέφομαι conuersor dicit. Venitq3 a cōuersor q̄d est vtor: ⁊ consuetudinem habeo. ¶Dauid psalmo.xvij.

Dauid

Cum sancto sanctus eris: ⁊ cum viro innocente innocens eris: ⁊ cum electo electus eris: ⁊ cum peruerso peruerteris. ¶Prouerbiorū ca.xiij.

Prouer.

Qui cū sapientibus graditur sapiens erit. Amicus stultorum similis efficietur. ¶Ecclesiastici ca.xiij.

Qui tetigerit picē: inquinabitur ab ea: ⁊ qui cō stici

municauerit superbo:induet superbiam.

¶Mattheus cap.xiij.

Non est ppheta sine honore nisi in patria sua:& in domo sua. ¶Marcus cap.vj.

Non est propheta &c. ¶Jo.cap.iiij.

Non est propheta &c.

¶Paulus primæ ad Corin.cap.v.

Nescitis quia modicum fermentum totã massã corrumpit. ¶Aug.de doctrina christiana.

Diuersis obseruationibus nulla disciplina melior graui & prudenti christiano:nisi vt eo modo agat:quo agere viderit ecclesiam:ad quam forte deuenerit ad discendum:quod opus est.

¶Hierony.ad Demetriaden.

Semper in comitatu tuo graues fœminas habeas:mores enim & studia dominarum plerũq; ex ancillarum & comitantium moribus iudicantur. Qualis enim queq; sit talium consortio delectatur.

¶Gregorius libro.j.moraliũ.super illud. Uir erat in terra.

Non valde laudabile est bonum esse cum bonis: sed bonum esse cum malis. Sicut enim grauioris culpæ est inter bonos bonum non esse: ita immensi est præconij bonum etiam inter malos extitisse.

¶Jo.Chry.lib.iij.de vestigijs philosophorũ.

Philosophus sic inter hostes viuendũ censuit tã inter amicos:& inter amicos:ac si in medijs hostibus viueretur. ¶Isi.lib.ij.solilo.

Sancta cõuersatio confundit inimicũ:ædificat proximum:glorificat deum.

¶Hugo de disciplina monachorum.

Disciplina est cõuersatio bona & honesta:cui parum est non malum facere:sed studet etiam in his quę bene agit irrepræhensibilis apparere.

¶Ibidem.

Disciplina honestę conuersationis ex quattuor ppendi potest:ex gestu:motu:affatu:& cõuictu. Gestus autem reprehensibilis est:si est aut mollis:aut dissolutus:aut tardus:aut citatus. Mollis significat lasciuiam: dissolutus negligentiam:tardus pigritiam:citatus siue impetuosus inconstantiam.

¶Ibidem.

Gestus hominis in omni actu debet esse gratiosus sine mollicie:quietus sine dissolutiõe: grauis sine tarditate:alacer sine inquietudine: maturus sine proteruia:& sine turbulentia seuerus.

¶Hugo ibidem.

Temperanda est etiam facies & modificãda ĩ gestu suo: ita vt nec proterue exasperetur:nec molliter dissoluatur. Sed semper habeat rigidam dulcedinẽ:& dulcẽ rigorem:secundũ illud Ecclesiastici.xix. Ex visu cognoscitur vir:& ab occursu faciei cognoscitur sensatus. Amictus corporis:& risus dentium:& incessus hominis enunciant de illo scilicet qualis sit:quia per illud quod foris siue bene siue male agitur:interior animi qualitas intuentium oculis patenter indicatur.

¶Ibidem.

In motu corporis cauendum est ne in tardationibus adeo molli gressu vtamur:vt pomparum ferculis similes esse videamur:aut in festinationibus non suscipiamus nimias celeritates:quę quum fuerint:anhelitus mouentur:vultus mutantur:ora torquentur:quæ signa sunt inconstantis animi. Cyprianus epistola.ij.

Quod potest redimi non timetur. Esse iã inter nocentes:innoxiũ crimen est. Malos quisquis nõ imitatur offendit. Consensere iura peccatis & cœpit licitũ esse quod publicũ est.

¶Seneca ad Lucilliũ epistola.v.

Id agamus vt meliorẽ vitã sequamur q̃ vulg': non vt contrariã. Alioquin quos emẽdare volumus fugamus a nobis & auertimus.

¶Idem ad Lu.epistola.vj.

Nulla res magis animos inducit honestos: & in prauum inclinabiles reuocat ad rectum:q̃ bonorũ virorũ conuersatio. Paulatim enim descẽdit in pectora:& vim præceptorũ obtinet frequẽter aspici:frequenter audiri.

¶Señ.ad Lucil.epistola.vij.

Auarior redeo:ambitiosior:luxuriosior:crudelior:inhumanior:quia inter hoĩes fui.

¶Ibidem.

Nil damnosius bonis moribus:q̃ in spectaculis residere. Quia tunc facilius vitia subrepunt.

¶Sene.ad Lu.epistola.xxxv.

Si quid in aliquibus ex sordida conuersatione seruile est:honestorũ conuictus excutiet.

¶Ibidẽ epistola.lxxxij.

Salutare est non cõuersari dissimilibus & diuersa cupientibus. Turba & si nõ mutat te impedit tñ. Multum autem nocet etiã qui moratur. In vitia alter alterum trudimus. Quomodo autem reuocari possint ad salutem:quos nemo retinet: populus impellit.

¶Sene.epist.xcvij.

Sic cum inferiore viuas:quemadmodum superiorem tecum viuere velis.

¶Ibidẽ de quattuor virtutibus.

Omnes tibi pares facies. Inferiores superbiendo non contẽnas. Superiores recte viuendo nõ timeas. In reddenda officiositate neq; exactor neq; negligens appareas. Cunctis esto benignus:nemini blandus: paucis familiaris: omnibus æquus. Seuerior esto iudicio q̃ sermone:& vita q̃ vultu. Clementiæ cultor:clæmens vltor:Sæuitię detestator:famę bonæ neq; tuæ seminator:neq; alienæ inuidus:rumoribus:criminibus:suspicionibus minime credulus:sed malignis potius qui per speciem simplicitatis aliquibus surrepserint oppositissimus. Ad irã tardus:ad misericordiam pronus. In aduersis firmus. In prosperis cautus:occultator virtutum: sicut alij vitiorũ:vanæ gloriæ contemptor:& bonorum quib' præditus es non acerbus exactor. Nullius imprudentiam despicias. Rari sermonis ipse: loquentium patiens: seuerus seueris:sed hilares non aspernans.

¶Ibidem.

Si temp' iocos exigit:hos quoq; cũ dignitate & sapientię gere:vt te nec grauet quisq̃ tã q̃ asperum:nec contẽnat tanq̃ vilẽ. Nõ erit tibi scurrilis:s; grata vrbanitas. Sales tui sine dẽte sint:

Ioci sine vilitate: risus sine cachinnatione: vox sine clamore:incessus sine tumultu:qes tibi non desidia erit:& quũ ab alijs ludis:tu sancti honestiq; aliquid tractabis.

¶Ualerius maxi.lib.vij.

Quum quidam stolidus audiente Pythagora diceret:malle cum mulieribus esse:q̃ cum philosophis conuersari. Et sues inquit in cœno libẽtius q̃ in pura aqua versantur.

¶Q.Curtius de gestis Alexandri li.vj.

Feras bestias captas & inclusas: q: ipsarũ natura non potest:longior dies mitigat.

¶Lucius apuleius de deo Socratis.

Conuersatio enim perpetua contemptũ parit. Raritas autẽ admirationem conciliat.

¶Menander.

σοφοῖσ ὁμιλῶν κᾀυτὸσ ἐκβήσῃ σοφόσ.i.

Cum sapientibus consuetudinem habens & ipse euades sapiens. ¶Idem.

ὁμιλίασ δὲ τὰσ γέρει τέρασ φίλει.

Consuetudines autem seniores ama.

κακοῖσ ὁμιλῶν κᾀυτὸσ ἐκβήσῃ κακόσ.id est

Cum malis consuetudinẽ habẽs & ipse euades malus. ¶Idem.

φθείρουσιν ἤθη χρήσθ' ὁμιλίαι κακαί.id est

Corrũpunt mores bonos consuetudines malæ.

¶Ouidius episto.Canaces ad machareũ.

Scilicet est aliquid cum sæuis viuere ventis.

¶Iuuenalis satyra.ij.

Dedit hanc contagio labem.
Et dabit in plures:sicut grex totus in aruis.
Unius scabie cadit:& prurigine porci.
Uuaq; contacta liuorem ducit ab vua.

¶Ibidem.

Aspice quid faciant commercia.

Conuersio grece στροφάσ.ἀπὸ.τ. & στρέφω cõuerto dicitur. Deduciturq; a conuerto:& hinc cõuersor & cõuersatio descẽdũt. Differt autẽ cõuersio ab auersiõe: vt patet supra in auersio.

¶Ecclesiasti.cap.v.

Ne tardes conuerti ad dominũ: & ne differas de die in diem:subito enim veniet ira illius:et in tẽpore vindictę disperdet te.

¶Idem cap.xvij.

Conuertere ad dominum: & relinque pctã tua: Precare ante faciẽ domini:& minue offendicula: reuertere ad dominum:& auertere ab iniustitia tua. ¶Esaias cap.xxx.

Si reuertamini & quiescatis salui eritis.

¶Hieremias capi.iij.

Uulgo dicit si dimiserit vir vxorẽ suã:& recedẽs ab eo duxerit virũ alterũ: nunquid reuertet ad eã vltra? nunqd nõ polluta erit:& contaminata mulier illa. Tu aũt fornicata es cũ amatorib' multis:tamẽ reuertere ad me dicit dominus: & ego suscipiam te. Leua oculos tuos in directum:& vide vbi nunc prostrata sis.

¶Hieremias capi.xxv.

Reuertimini vnusquisq; a via sua mala:& a pessimis cogitationib' vestris:& habitabitis in terra quã dedit dominus vobis; & patribus vestris a sæculo & vsq; in seculum.

¶Ezechiel cap.xxxiij.

Nolo mortem impij:sed vt conuertatur impius a via sua & viuat. Cõuertimini a vijs vestris pessimis. ¶Idem cap.xxxiij.

In quacunq; hora ingemuerit peccator:saluus erit. ¶Jonas cap.iij.

Conuertatur vir a via sua mala: & ab iniquitate quę est in manibus eorum: quis scit si conuertatur & ignoscat de':& reuertatur a furore irę suę: et non peribimus.

¶Johel capi.ij.

Conuertimini ad me in toto corde vestro.

¶Jacobus capi.vj.

Qui cõuerti fecerit peccatorẽ ab errore vię suę: saluabit animam suam a morte.

¶Actuum apostolorum cap.iij.

Pœnitemini igitur & cõuertimini: vt deleantur peccata vestra.

¶Augu. lib.iiij.de vnico baptismo: & habet de con.di. iiij.baptismi.

Conuersio autẽ cordis potest quidem esse non percepto baptismo: sed cõtempto non potest. Neq; vllo modo dicenda est cõuersio cordis ad dñm quum dei sacramentũ contemnitur.

¶Augu.de magdalena.

Quis nõ admiretur subitam peccatricis mutationem:quæ venerat sordida:& in fonte salutari super niuem dealbata est.

¶Aug.de verbis dñi sermone.xvj.

Quid differs in crastinum dicẽs:lõga vita erit: ipsa longa bona sit: & sic melior erit:q̃ si longa bona nõ sit. Si vero breuis sit:vnde factũ est vt bona sit. Quare vis habere longum malum?

¶Aug.lib.de pœni.& habetur de pœni.di.vltima. nullus.

Nullus expectet quando peccare nõ potest. Arbitrij enim quærat libertatem: vt delere possit commissa: non necessitatem. Qui prius vtiq; a peccatis relinquitur:q̃ ipse relinquat ea:non libere:sed quasi necessitate condemnat.

¶Augu.ibidem: & habetur ibidẽ.

Illi autem qui quum potuerunt nunq̃ conuerti voluerunt confitentes quum iam peccare nequnt:nec sic facile acquirunt quod volũt. Oportet vt pœnitẽtia fructificet: vt vitam mortuo impetret:scriptum est:sine charitate neminem saluum esse. ¶Augu.in sermone de pœni.

Surgamus & ad illum redeamus:a quo peccãdo recessimus. Ibi esse nostrum non habet mortem. Ibi velle nostrũ non habet errorẽ. Ibi amare nostrum non habet offensionem.

¶Augu.lib.de pœni.

Per vosmetipsos peccastis: per vos erubescatis. Erubescentia em̃ ipsa partẽ habet remissionis. Ex misericordia enim hoc præcepit dominus:vt nemo pœniteret in occulto. In hoc q' per seipsum dicit sacerdoti:& erubescentiam vincit timore offensi.

¶Augu. super ps.lj.

In inferno erit pœnitentia:sed sera:ergo infructuosa. Uis vt sit fructuosa non sit sera. Hodie et corrige qui viuus es. Nam qui iudex tuus fu

turus est: ipse hodie tuus aduocatus est.

¶ Augu. super ps. l.

Ut sit homo aliquid: conuertat se ad illuz a quo creatus est. Recedendo enim frigescit. Accedendo feruescit. Recedendo tenebrescit. Accedendo clarescit: a quo enim habet: vt sit apud illum habet vt bene sit. Ergo qui vult simul esse cū deo; non ab illo recedat: sed ad illum accedat.

¶ Augu. super ps. xciij.

Stardes consciencia delicti: lachrymis extingue flammā peccati. Plora ante deuz. Securus plora ante eū qui te fecit: nō enim opus manuū suarum contemnit in te. Noli putare q; potes a te reficia: te deficere potes. Tu teipsum reficere nō potes. Ille te reficit qui te fecit.

¶ Idem de verbis dñi sermo. iiij.

Conferamus nos a te: a bene nobis erit de te. Malum est nobis de nobis: q; dimisimus te. Dimisisti nos nobis.

¶ Idem de verbo dñi ser. xvj.

Nemo deum timens cōuerti differt: nisi qui putat: q; plus habet viuere. Ipsa enim est res: que multos occidit: quum dicunt cras cras: a subito ostium clauditur. Remansit foris cum voce coruina: qui nō habuit gemitum columbinū. Cras cras cornui vox est. Deme vt columba: vt tunde pectus.

¶ Augu. lib. cōtra nouicianos.

Deus enim recte animam visitās: ipsam mouet: ipsam docet: fibiq; spondet veniam: si conuerti velit ipsam dormientem excitat: pigritantem stimulat: sibiq; manum porrigit: semitam ostēdit: a mercedem promittit.

¶ Augu. contra quinq; hereses.

Quæramus lapidem: quo percutiatur incredulus a percussus quasseturr: quassatus comminutur: comminutus in puluerem conuertatur: conuersus in puluerem compluatur: compluatus seratur: satus faciat fructuz: non quod igne cōsumatur: sed quod horreo condatur.

¶ Augu. lib. de vera innocentia.

Remedia conuersionis ad deum nullis sunt cunctationibus differenda: ne tempus correctionis pereat tarditate. Qui enim pœnitenti indulgēturr iam promisit: diem crastinum non spopondit.

¶ Hieronymus de magdalena.

Discite pœnitentes a Magdalena salutarē peccatorum absolutionem per lachrymas fieri.

¶ Hieronymus in epistola ad Lætam.

Nunq; est sera conuersio. Latro de cruce transiit ad paradisum.

¶ Hiero. in episto. ad Heliodorum.

Quid agis in paterna domo delicate miles? Ecce aduersarius in pectore tuo christum conatur occidere. Licet paruulus ex collo pendeat nepos: licet sparso crine: a scissis vestib; vbera quibus te lactauerat mater ostendat: licet pater in limine iaceat: per calcatum perge patrem: sine lachrymis: siccis oculis. Ad vexillū crucis euola. Solus pietatis genus est in hac re esse crudelem. ¶ Hiero. de sancta Paula recitās eius verba.

Affligēdum est corpus: quod multis vacauit de

¶ Grego. sup Euāgeliū homelia. xxxiij.

Gaudiū de peccatore conuerso: q; de iusto stante gaudiū fit in cœlo: quia a dux in prælio plus enim militem diligit qui post fugā reuersus hoste fortiter premit: q; illum qui nunq; terga prebuit: a nunq; aliquid fortiter fecit. Sic agricola illam amplius terram amat: que post spinas huberes fruges profert: q; eam que nunq; spinas habuit: a nunq; fertilem messem produxit.

¶ Grego. in homelia tractās illud. Et si in secunda vigilia: et si in tertia venerit &c. Ambro.

Prima vigilia e puericia: secunda adolescentia. Tertia senectus. Qui ergo i prima vigilia vigilare noluit: secundam custodiat: vt qui conuerti a prauitatibus suis in puericia neglexit ad vias vite: saltem tempore iuuentutis euigilet. et qui ad vias vite iuuentutis tempore non euigilat saltem in senectute respiscat. Nam quos diu vt conuertantur tolerat: non conuersos ouriusdamnat.

¶ Grego. lib. iij. dialogoz.

Cōpunctionis duo sunt gña. Vide in Cōtritio.

¶ Greg. in hest. iiij.

Sero quærunt salutis remedia: quum mortis imminet periculum. Vnde Salomon. Tunc inuocabunt et non exaudiam. Mane surgent et non inuenient me.

¶ Isidorus de summo bono libro ij. caſ. x.

Multos remissa conuersio in pristinos errores reducit ac viuendi tempore resoluit.

¶ Isidorus ibidem.

Valet interdum cōuersis pro animę salute mutatio loci: plerūq; enim dum mutatur locus mutatur mentis affectus. Cōgruum est enim inde etiaz corpore aliter euelli: vbi quisq; illecebris deseruiuit. Nam locus vbi quisq; prauę vixit hoc aspectui mentis opponit: quod semper ibi vel cogitauit vel gessit.

¶ Isidorus de summo bono lib. iij. caſ. viij.

Primordia conuersoz blandis refouenda sunt modis: ne si ab asperitate incipiant exterriti ad priores lapsus recurrant. Qui enim conuersum sine lenitate erudit: exasperare potius q; corrigere nouit.

¶ Isidorus de summo bono lib. iij. caſ. ix.

Utile est dei seruo post cōuersionē tentari: quatinus a torpore negligentię sollicitatib; vitijs ad virtutes animum per exercitium præparet vitiorum.

¶ Bernardus de Meditatione.

Quanto homo magis mala sua intelligit: tanto amplius suspirat a gemit.

¶ Bernardus sup cant. sermone. xxxvj.

Conuertimini ad me in toto corde vestro. Corporis cōuersio si sola fuerit erit nulla. Forma siquidē cōuersionis est: non veritas vacuam virtutem gerens a speciē virtutis.

¶ Bernardus sup canti.

Dico oēs ignorare deū: q; nolunt cōuerti ad eū. Neq; eīm ob aliud peccandi remittit: nisi q; gratiē: a seueritatē imaginant: qui pius est: a iustus.

cabilē: q; misericors est: fortis a terribilis: qui amabilis est: a mentis iniquitas sibi. Formas sibi idolū. Ideo q; nō est ipse. ¶ Bernar. sup cant.

Soleret inter primordia conuersionis acrius ilsurgere tētatio: prauę cōsuetudinis: a vix possunt extingui facula ignita diaboli.

¶ Hugo de Claustro aīe lib. iij. caſ. x. Hugo.

In illa ętate qñ flauescunt crines: caro nitescit eburnea: oculorū genis facies roseo decorat: vultudo corpi vires subministrat: iuuenilis ętas lōgiorisvitę spatiū reprimittit: qñ viget ratio: vigēt etiā corporis sensus: visus acutior: auditus prompti or: incessus rectior: vultus iucundior. Qui in hac ætate se domant a deo se sociāt: præmium Joannis expectant. ¶ Ibidem. Iuuenes.

Tales offerunt hostiā viuentē: deo placētē: imaculatā: non aure: nō oculo: nō pede: non cauda carentem. Audiat hoc senū sera conuersio: quibus ex defectu senectutis aures obturant: loculi turbant: a vt cūcta breuiter perstringā ipsi in se per se deficiūt. Hij non offerunt agnū immaculatū: sed vt ita dicā porcum cruentatū. Sicut eīm porcus in immundicijs: sic senex iacuit ī vitijs: a sicut porcus filiquis pascitur: sic senex fabulis a rumoribus delectatur. Senectus miserabilis.

¶ Lactātius Firmianus diuinarū instī. libro. vj. capitulo. xxiiij. Lactātius firmia.

Nemo pōt esse tā prudēs: a tā circunspectus: vt in aliquo nō labat. Et iccirco deo imbecillitatē nostrā scies p̄ sua pietate apit hoi portū salutis: vt huic necessitati cui fragilitas nostra subiecta est: medicina pœnitētię subueniret. Ergo quicūq; aberrauerit referat pedē: seqs ordinē recipiat ac reformet. Sz reuocare gradū supat q; euadere ad auras: hoc opus hic labor est. De gustatis eīm male iucundis voluptatib; vix dulci ab his possiūt. Facilius recta sequerent: si eaz suauitates nō attigissent. Sed si eripiat se male seruituti condonabit his errores oīs: si errorē suum vita meliore correxerint. Nec lucrari se quisq; putet: si delicti conscium non habebit. Scit ille oīa in cui; cōspectu viuim; nec si vniuersos homines celare possimus: deum possimus: cui nil absconditū: nil potest esse secretū.

¶ Sallustius in Jugurtha. Sallustius.

Quem pœnitet delicti gratiam meretur.

¶ Frācīscus Petrarcha soneto. xxiiij. Frāciscus petrar.

Piu gloria e nel regno de li electi
Dum spirito converso: a piu si stima
Che di nonata noue altri perfecti.

¶ Frā. Petrarcha cātilena. xix. stātia. j.

Chi smarita ha la strada torni in dietro.

¶ Cōuitiū grece λοιδορία. ασ. ἡ. a λοιδορέω qui contumelias ris. dicit. Est aūt cōuiciū maledictū cū cōtumelia. Licero. Maledictū aūt nihil habet positi pręter contumeliā: q; si petulantius iactatur conuitiū: sin facetius vrbanitas nominatur. Nec Labeoni iurisconsulto assentiendū puto: q; conuiciū putat a vocū concitatione: vel conuētu deriuatum: et id esse quod cum clamore publice fiat. Vt dixit tex. in. l. Itē apud Labeonez. ff. de iniur. Quid autez a contumelia differat conuitiū. Vide infra in Susurratio.

Conuiuium. Coquina.

Conuiuium græce συμπόσιον. ου. τὸ. et συμποσιάζω conuiuę dicunt. Et est accubatio epularū secundū Ciceronem: qui in libro qui Cato maior dicit: vel de senectute dicit. Bene enim maiores nostri accubationem epularū: quia vitę coniunctionem haberet: cōuiuium nominauerunt: melius ꝙ̄ græci: qui hoc ipsum modo comportationem hoc est συμπόσιον: modo cœnationem quę σύμδειπνος. ου. ὁ. vocatur. Ab hoc conuiuor quod est conuiuiū facio: et ꝓuiua: qui ad conuiuiū vocatur. Conuiniones vero hoc est cōportores: nō a conuiuēdo: vel cōuenīēdo: sed a cōbibendo dicti sunt: quasi cōbibiones. fo. 72. 2ª

Hesiod.

¶ Hesiodus.

Τὸν φιλέοντ' ἐπὶ δαῖτα καλέειν. τὸν δ' ἐχθρὸν ἐᾶσαι.
Τὸν δὲ μάλιστα καλεῖν ὃστις σέθεν ἐγγύθι ναίει. id est
Amicū ad conuiuū voca inimicū dimitte.
Sed hunc maxime voca: qui te prope habitat.

¶ Idem.

μὴ δὲ πολυξείνου δαιτὸς ἀνστέμφελος εἶναι
ἐκ κοινοῦ πλείσην δὲ χάρισ' ἀπάνευθε τόλυσον.

Coquina. g. μαγειρεῖον. ου. τὸ. et μάγειρος. ου. ὁ. coquus dicitur. Et est locus ī ędibus in quo obsonia coquuntur: a coquendo dicta: eadēq̄ culina dicitur: ꝙ locupletiorē in ea ignem colimus: vt placet Marcello. vel vt alīi: ꝙ ōss penates illic colerētur: vel a colluuie: hoc est a labe vel immūdicia: quia illic immunda lauantur: vt postea coquantur: et vasa et alia id genus. Iuuenalis cōtentum ꝓ continente posuit. Sequitur sua quēq̄ culina. Hinc culinor culinaris: et coquinor aris. id est culinam vel coquinam exerceo: et ars coquinaria dicitur.

Neq̄ multo: ū̄ sociorū cōuiuiis perturbator: sis ex cōmuni plurima gratia: sumptus autem pauciſſimus.

¶ Menander.

Menander.

ξυτακτον εἶναι τἀλλότρια δεῖπνον τα δεῖ. Bene cōpositū esse aliena conuiuantē oportet.

¶ Aulus gellius lib. xiij. noctiū atticarum.

Aulus gellius.

Marcus Varro dicit conuiuarum numerū inciꝑe oportere a gratiarum numero: et ꝓgredi ad musarum id est ꝓficisci a tribus: et consistere in nouem: vt quum pauciſſimi conuiuæ sunt non pauciores sint ꝙ̄ tres: quum plurimi: non plures ꝙ̄ nouem. Naꝫ multos inꝺt esse nō cōuenit: ꝙ turba plerūq̄ est turbulenta.

Coquina. g. μαγειρεῖον. ου. τὸ. et μάγειρος. ου. ὁ. coquus dicitur. Et est locus ī ędibus in quo obsonia coquuntur: a coquendo dicta: eadēq̄ culina dicitur: ꝙ locupletiorē in ea ignem colimus: vt placet Marcello. vel vt alīi: ꝙ ōss penates illic colerētur: vel a colluuie: hoc est a labe vel immūdicia: quia illic immunda lauantur: vt postea coquantur: et vasa et alia id genus. Iuuenalis cōtentum ꝓ continente posuit. Sequitur sua quēq̄ culina. Hinc culinor culinaris: et coquinor aris. id est culinam vel coquinam exerceo: et ars coquinaria dicitur.

Corea

corea. paral.

Corpus. Folix.



Corpus. g. σῶμα. ατος. τὸ. et σωματικὸς. ὴ. ὸ. corporalis dicit. Est autē corpus qđ vndequaq̄ diuisibile est scōm Aristo. lib. j. de cœlo et mundo.

Corpus est magnitudo quę ad tria diuiditur: vt ibidem.

Corpus est omne id quod habet trinā dimensionē. s. longū: latū: et profundū scōm Albertū magnum in principio suæ philosophię super libros physicorum.

Corpus est in quo est aptitudo intelligendi duas lineas intersecātes se ad angulos rectos: et tertiā lineā intersecantē ambas illas ad angulos rectos scōm Algazellem et Auicennam.

Corpus a græcis sic describitur. τὸ τριχῆ διαστατόν. i. triplici dimensione distans.

Corpus a Lucretio hoc versu sic describitur.

Tangere em̄ aut tāgi nisi corpus nulla potest res.

Corpus simplex est quodcūq̄ habet principiū motus secundū naturā: puta ignis: et huic cognata scōm Aristo. lib. j. de Cœlo et Mundo. ut. dō. ffi. i. p. 2. libri. c. 9.

Corporū tria genera esse affirmat Pōponius.

Unum ꝙ vna specie continetur: vt homo: lignū: lapis. Alterū quod ex contingentibus: hoc est pluribus inter se cohęrentibus constat: vt ędificium: nauis. Tertiū quod ex distantibus cōpactū est; vt puta ex pluribus corporibus vni no-

mini subiectis: vt populus: legio: grex.

¶Correctio græce καρδία. ας. ή. dicit. Cor pro mente sæpe ponitur: vnde recordor quasi ī corde hoc est in mente reuoco. vnde recordatio fit. Et secors quasi sine corde: ⁊ Secordia ignauia: et cōcors q̄ vnius mentis ⁊ animi est: ⁊ cōcordia de qua supra in Concordia. Cor primo generatur secundum .b. Tho. scda scdę. q. cxxij. ar. ij. Cor ē primū principiū motus in animali. prima scdę. q. xvij. ar. ix. Cor est primū principiū mēbrorum ⁊ viriū vitalium quātū ad esse: sed caput est principiū sensuū et motus secūdum .b. Tho. iij. pte. q. xc. ar. iij.

Correctio græce ἐπαν ὀρθωσισ. ιοσ. ή. ⁊ ἐπανορθόω corrigo dicitur. Est autē Correctio fraterna admonitio charitatiua fratris de emēdatione pctōrū: ex fraterna charitate pcedēs ꝺm b. Tho. iiij. sen. di. xix. q. ij. ar. j. Diciturq3 a corrigio quod est emēdo.

Leuitici — Leuitici cap. xix.

Non oderis fratrē tuum in corde tuo: sed publice argue eū: ne habeas super illo peccatum.

Deut. — ¶Deuteronomij cap. xxv.

Pro mensura peccati erit ⁊ plagarum modus.

Prouer. — ¶Prouerbiorū cap. iij.

Quem diligit domin⁹ corripit: ⁊ quasi pater in filio cōplacet sibi.

¶Prouerbiorū cap. x.

Qui increpationes relinquit errat.

¶Prouerbiorū. xij.

Qui odit increpationes insipiens est.

¶Prouerbiorū. xiij.

Qui illusor est: nō audit quū arguitur.

¶Prouerbiorū. xiij.

Egestas ⁊ ignominia ei: q̄ deserit disciplinam: q̄ autē acquiescit arguēti glorificabitur.

¶Prouerbiorū cap. xiij.

Qui parcit virgę odit filium: qui autē diligit illum instanter erudit.

¶Prouerbiorū cap. xv.

Stultus irridet disciplinam patris sui. Qui autē custodit increpationes astutior fiet.

¶Prouerbiorū ca. xv.

Qui increpationes odit morietur.

¶Prouerbiorū cap. xv.

Auris q̄ audit increpatiōes vitę: ī medio sapiētiū cōmorabit. ¶Prouer. cap. xv.

Qui abijcit disciplinam: despicit animā suā: qui autē acqescit increpationib⁹: possessor ē cordis.

¶Prouerbiorū cap. xvij.

Plus pficit correctio apud prudētē ꝙ cētū plagę apud stultum. ¶Prouer. cap. xxij.

Stultitia colligata est in corde pueri: ⁊ virga disciplinę fugabit eā. ¶Prouer. cap. xxiij.

Noli subtrahere a puero disciplinā. Si eñ pcusseris eū virga: nō morietur. Tu virga percuties eum: ⁊ animā eius de inferno liberabis.

¶Prouerbiorū cap. xxvj.

Melior est manifesta correctio: ꝙ amor absconditus: meliora sunt vulnera diligentis: ꝙ fraudulēta oscula odiētis. ¶Prouer. cap. xxviij.

Qui corripit hoīem: grām postea inueniet apd eū: magis ꝙ ille q̄ p linguę blādimēta decipit.

¶Prouerbiorū. xxix.

Uirga atq3 correctio tribuit sapiētiā. Puer aūt qui dimittit voluntati suę cōfundet matrē suā.

¶Ibidem.

Erudi filiū tuū: ⁊ refrigerabit te: ⁊ dabit delitias aīæ tuę. ¶Ecclesiastes cap. j. Eccle.

Peruersi difficile corrigunt: ⁊ stultorū infinitus est numerus. ¶Ecclesiastes cap. vij.

Melius est a sapiēte corripi: ꝙ stultorū adulatione decipi. ¶Ecclesiastici cap. x.

Uir prudēs ⁊ disciplinatus: nō murmurabit correctus. ¶Ecclesiastici cap. xix. Eccli.

Corripe primū anteꝙ commineris.

¶Ecclesiastici cap. xxx.

Qui diligit filiū suū assiduat illi flagella: vt lętetur ī nouissimo suo. ¶Ecclesiastici cap. xxx.

Equus indomit⁹ euadet durus: et filius remissus euadet pceps. ¶Ecclesiastici ca. xxx.

Curua ceruicē filij ī iuuētute: ⁊ tūde latera ei⁹: dum īfans est: ne forte induret: ⁊ nō credat tibi.

¶Mattheus cap. xviij. Matth.

Si autē peccauerit in te frater tuus: vade ⁊ corripe eū inter te ⁊ ipsum solū. Si te audierit: lucratus es fratrē tuū. Si aūt non te audierit: adhibe tecū adhuc vnum vel duos: vt in ore duorum vel trium testium stet oē verbū. Qd si nō audierit eos dic ecclesię. Si autē ecclesiā non audierit: sit tibi sicut Ethnicus ⁊ publicanus.

¶Lucas cap. vj. Lucas

Quid autem vides festucā in oculo fratris tui: trabē autē q̄ in oculo tuo est nō cōsideras.

¶Lucas cap. vj.

Hypocrita eijce primū trabē de oculo tuo: ⁊ tūc pspicies vt educas festucā de oculo fratris tui.

¶Lucas cap. xvij.

Si peccauerit ī te frater tu⁹: īcrepa illū: ⁊ si pœnitētiā egerit: dimitte illi. Et si septies ī die peccauerit in te: ⁊ septies ī die ꝯuersus fuerit ad te dicens: pœnitet me: dimitte illi.

¶Paulus ad Timotheum primę cap. v. Paulus

Peccātes corā oīb⁹ argue: vt ⁊ ceteri timorē habeāt. ¶Paulus ad Timotheū scdę cap. iiij.

Predica verbū. Insta opportune: īportune argue: obsecra: increpa: in oī patiētia ⁊ doctrina.

¶Jacobus cap. v. Jacobus apłus.

Si quis ex vobis errauerit a veritate: ⁊ cōuerterit quis eū scire debet: qm̄ q̄ cōuerti fecerit peccatorē ab errore vię suę: saluabit animā eius a morte: ⁊ operit multitudinem peccatorum.

¶Augu. ad Aureliū episcopū: ⁊ habet di. xliiij. Comessationes. Augu.

Seueritas autē exercēda est in peccata paucorū: ⁊ siquidē minamur: cum dolore fiat de scripturis cōminando vindictā futurā: ne nos ipsi in nr̄a ptāte: sed de⁹ in nr̄o sermone timeatur.

¶Augu. in Enchyridi. ⁊ habet di. xlv.

Et q̄ emēdat verbere in quē potestas datur vel coercet aliqua disciplina: ⁊ tū peccatū eius quo ab illo læsus aut offensus est dimittit ex corde vel orat vt ei dimittatur: non solum eo ꝙ dimittit ex corde atq3 orat: verūetiā ī eo ꝙ corripit: ⁊

aliqua emendatiora pœna plectit: elemosynam facit: quia misericordiam præstat. Multa enim bona præstantur inuitis: quando eorum cōsulitur vtilitati: non voluntati. Quia ipsi inueniuntur sibi inimici.

¶Aug. in homelia de pœnitentia: ⁊ habetur. ij. q. vij. Plærunq3.

Plærūq3 boni viri propterea sufferunt aliorum peccata: ⁊ tacent: quia sępe deseruntur publicis documentis: quibus ea que ipsi sciunt: iudicib⁹ probare non possunt.

¶Aug. in sermōe de puero Centurionis: ⁊ habetur. xxiij. q. j. Paratus.

Agenda sunt aūt multa cū īuitis quadā benigna asperitate plectendis: quorū potius vtilitati cōsulendū est: ꝙ voluntati. Nam corripiendo filiū quemlibet aspere: nunꝙ pfecto paternus amor amittitur. Fiat tamē qd nolit ⁊ doleat: qui etiam inuitus dolere videtur sanandus.

¶Aug. contra Parmenianum: ⁊ habetur xxiij. q. iiij. Quisquis.

Quisquis vel qd potest arguēdo corrigit: vel qd corrigere non pōt: saluo pacis vinculo excludit: vel qd saluo pacis vinculo excludere nō pōt æquitate improbat: firmitate supportat: hic est pacificus ⁊ ab isto maledicto immunis de quo scriptura dicit. Ueh his qui dicunt ꝙ nequam est bonum: ⁊ ꝙ bonum est nequā: omnino liber prorsus securus: penitus est alienus. Quō inqt Parmenianus incorruptus poteris pmanere: qui corruptis sociaris?

¶Aug. de verbis euangelij: ⁊ habetur xxiij. q. iiij. A malis.

Duobus modis non te maculat malus: si ei non consentias: ⁊ si redarguas: hoc est nō communicare: non consentire.

¶Aug. de verbis dñi sup illud Matthei xviij. Si peccauerit in te frater tuus.

Quę peccant coram oībus: corā oībus corripiēda sunt vt omnes timeant. Qui secreto peccauit in te: secreto corripe. Nā si solus nosti: ⁊ eum vis corā alijs arguere: non es corrector: sed proditor. Nā si solus nosti: tunc vere solum in te peccauit: sed si multis audientibus tibi iniuriā fecit: etiā in illos peccauit: quos testes suę iniquitatis fecit. Ergo corrigenda sunt corā oībus: que peccantur corā omnibus. Ipsa corrigenda sunt secretius: quę peccantur secretius. Ubi cōtigit malum: ibi moriatur.

¶Aug. de verbis dñi sermone. xvj.

Amādo debemus corripere: non nocendi auiditate sed studio corrigendi. Si peccauerit in te frater tuus: quare illū corripis: quia doles ꝙ peccauit in te. Si amore tui id facis: nihil facis. Si amore illius optime facis.

¶Aug. de verbis domini.

Foris terribilis psonet increpatio: intus lenitatis teneatur dilectio: neq3 consentientes sitis malis: vt approbetis: neq3 negligentes: vt non arguatis: neq3 superbiētes: vt insultāter arguatis. ¶Aug. in sermone dñi in monte.

Accusare vitia officiū est bonū: quod tū mali faciunt: alienas ptes agūt. Cogitemus ergo: quū aliquem reprehendere nos necessitas coegerit: vtrū tale sit vitium: qd nunꝙ habuimus: ⁊ tunc cogitemus nos hoīes esse: ⁊ habere potuisse: vel ꝙ tale habuimus: ⁊ iam non habemus: ⁊ tūc tangat memoria cōmunis fragilitatis vt illā correctionem: nō odium: sed misericordia pcedat. Si aūt inuenerimus nos in eodē esse vitio: non obiurgemus: sed ingemiscamus: ⁊ ad æqualiter deponendum inuitemus.

¶Aug. in sermone dñi lib. ij.

Raro ⁊ magna necessitate obiurgationes adhibendę sunt: ita tū vt in his etiam ipsis: non nobis: sed deo seruiatur instemus.

¶Aug. lib. j. de ciuitate dei.

Nā si ppterea obiurgandis ⁊ corripiendis male agentibus q̄s parcit: q: opportunum sibi tempus inquirit: vel eisdē ipsis metuit ne deteriores ex hoc efficiant: vel ad bonam vitam ⁊ piam erudiēdos impediāt: aliosq3 infirmos premāt: atq3 auertant a fide non videt esse cupiditatis occasio: sed consiliū charitatis.

¶Aug. ibidem.

Plærūq3 ab eis admonēdis: obiurgandis: ⁊ corripiendis male dissimulat. Ne vel eos offendamus: vel vt eorū inimicitias deuitemus: ne īpediant: ⁊ noceāt in istis tēporalibus rebus: quas adipisci adhuc appetit nr̄a cupiditas: siue quas amittere formidat infirmitas. ¶Ibidē.

Ad hoc speculatores ⁊ populorū principes ī ecclesijs constituti sunt: vt non pereant: obiurgando peccata. Nec ideo tū ab huiusmodi culpa penitus alienus q̄libet ꝑpositus fit: quū in eis cū q̄b⁹ vitę necessitate coniungit: mala arguēda ⁊ monēda nouit: ⁊ negligit: deuitās eorū offensiones. ¶Aug. Uincentio donatistę: ⁊ habet xxiij. q. iiij. Nimiū.

Nimium sunt inquieti: quos perordinatas a deo potestates sęculares cohiberi: atq3 corrigi mihi nō videt inutile. Nam de multorum iam correctione gaudemus.

¶Aug. ad vincentium: ⁊ habetur. xxiij. q. vij. Quicunq3.

Quicunq3 vos ⁊ occasione huius legis imperialis: non dilectione corrigendi: sed odio inimicandi prosequitur: displicet nobis.

¶Aug. ibidē. §. Sed nec.

Sed nec facile ista monstratis. Nōnullos toleramus quos corrigere: vel punire non possumus. Neq3 propter paleā relinquimus aream dñi: neq3 ppter pisces malos rumpim⁹ rhætia dñi: neq3 propter hædos in fine segregandos discernimus gregem dñi: neq3 propter vasa facta in contumeliam migramus de domo dñi.

¶Aug. ad Uincentiū donatistam.

Nō oīs qui parcit amicus est: nec oīs qui verberat inimicus. Qui freneticū ligat: ⁊ letargicum excitat: ambob⁹ molestus: ambos amat. ambos sanat. Ambo ꝙdiu ægri sunt indignantur: sed ambo sanati gratulantur.

¶Augustinus ad Lothariū: ⁊ habetur xxiij. q. v. Qui vitijs.

Qui vitijs nutriendis parcit: ⁊ fauet: ne contristet peccantiū voluntatem: non tam est miseri-

[illegible] multitudo [illegible] Corrigenda [illegible] murmurantes de peccatis [illegible] corrigere [illegible] ibid.

cors: q̄ q̄ nō vult cultrū rapere puero: ne audiat plorantē: z non timet ne vulneratū doleat: vł extinctū. ¶Aug. de cōmuni vita z regula clericorū: z habet. v. q. v. Nō vos.

Nō vos iudicetis esse maliuolos: qñ crimē alti⁹ indicatis. Magis quippe nocentes nō estis indicando crimē: q̄ si fratres vestros quos corrigere potestis tacendo perire pmittitis. Si eniz frater tuus vulnus habeat in corpore qđ vult occultari quū timet secari: nōne crudeliter a te siletur: ac misericorditer indicat: q̄to ergo poti⁹ debes manifestare crimen: ne deterius putrescat ī corde. ¶Aug. z habet de pœni. di. j. Sz z.

Ideo nobis peccantibus indignatur dñs Jesus vt indignationis suæ terrore nos cōuertat. Indignatio ergo eius nō vltionis executio: sed magis absolutionis operatio est.

¶Aug. ad Bonifaciū.

Molestus est medicus furenti: z frenetico: z pater indisciplinato filio. Ille ligando: iste cędendo: sed ambo diligendo. Si aūt illos negligant: z perire pmittant. Ista potius falsa mansuetudo crudelitas est. ¶Aug. ad Marcel.

Magis amat obiurgator sanans: q̄ adulator dissimulans. ¶Aug. ad Macedoniū epła. lxiiij.

m Plurimū īterest quo aīo q̄sq; pcat. Sicuti em̄ ē aliqñ mīa puniens: ita z crudelitas pcens.

¶Aug. de Charitate sermone. vij.

m Nō putes te amare seruū: qñ eū non cędis: aut tunc amare filiū: quādo ei non das disciplinā: aut tunc amare filium tuum: quando eum non corripis. Non est ista charitas: sed languor.

¶Aug. de trinita. li. j. ca. iij.

Malo me reprehendi a reprehensore falsitatis q̄ ab eius laudatore laudari. Ab illo em̄ q̄uis ego non recte reprehendar: q̄ hoc non sensi: tñ error ipse recte vituperatur. Ab hoc autem nō recte laudor: de quo existimor hoc sensisse: quod vituperat veritas. Nec etiā ipsa veritas laudat.

¶Aug. sup epistolā ad Galathas.

m Quicq̄d lacerato aīo dixeris: punientis est impetus: nō charitas corrigentis: dilige: z dic q̄cquid voles. ¶Hierony. in Hieremiā: z habetur di. xlv. Recedite. (Hieronymus.)

m Boni rectores ex sua infirmitate aliorū infirmitates pensantes: magis p humilitatis z māsuetudinis leuamentū student peccantes ab erroris laqueo eruere: q̄ p austeritatē in foueā pditionis nutantes propellere. Unde doctor gentium. Factus sum inq̄t infirmus infirmis.

¶Hieronym⁹: z habetur di. xlv. Sed illud.

m Sed illud nō ociose trāscurrēdū est: q̄ vno peccante ira dei sup omnē populū venit. Hoc q̄no accidit? Qñ sacerdotes q̄ populo prēsunt erga delinquentes beniuoli videri volunt. Et verentes peccantiū linguas: ne forte mala d e eis loquantur. Sacerdotalis seueritatis immemores nolunt cōplere: quod scriptū est. Peccantem coram oībus argue: vt ceteri metū habeant.

¶Hieronymus sup Ecclesiasticum.

Nemo audet accusare maiorē: ppterea q̄si sancti z beati: z in preceptis dei ambulantes augēt peccata peccatis. Difficilis est accusatio in episcopum. Etenim si peccauerit: non creditur: z si cōuictus fuerit nō punitur. ¶Hiero. sup illud ad Ephesios. Magis arguite zc.

m Inter cetera mādata peccantes posse arguere maxīe libertatis est. Sed ille pōt facere: q̄ non meretur audire. Hypocrita eijce primū trabem de oculo tuo. ¶Hierony. ad Ripparium: z habetur. xxiij. q. viij. Legi.

Nō est crudelitas crimina p deo punire: sed pietas. ¶Hieronymus sup epistolā ad Titū.

Quō pōt p̄ses ecclesiæ auferre malū de medio eius: q̄ in delictum simile corruerit: aut q̄ libertate corripere peccantē pōt: quū tacitus ipse sibi respondeat: eadē se admisisse quę corripit?

¶Ambrosius li. de officijs: z habetur xxix. q. iiij. Est iniusta. (Ambrosius)

Si q̄s latronē filijs deprecantibus motus: z lachrymis coniugis eius inflexus absoluēdū putat: cui adhuc latrocināndi aspirat affectus. Nonne inocentes tradet exitio: q̄ liberat multorū exitia cogitantē? Certe si gladium reprimit: vincula dissoluit: laxat exiliū. Cui latrocinandi qua pōt clementiori via nō eripit facultatē? q̄ voluntatē extorquere nō potuit. (castigā iudex)

¶Ambrosius in pastorali: siue lib. de sacerdotali dignitate.

m Qui cordis sui domū excolere nō valet: q̄no plurimorū adhibebit diligentiā? Et q̄ peccati trabem ex suo non pōt eruere oculo: q̄no ex alteri⁹ oculo poterit amputare festucā?

¶Ambrosius sup cap. xxj. Matthei

Grauissimus nodus in ligno non pōt expelli nisi grauissimo oppressorio.

¶Ambrosius sup Lucā.

m Plus proficit amica correctio: q̄ accusatio turbulenta. Illa pudorē incutit: hæc indignationē mouet. ¶Ibidē.

Nouit de⁹ mutare sñiam: si tu noueris emēdare delictū. ¶Ambrosius sup epistolā primā ad Corithios: tractās illud. Modicū fermētū zc.

Peccatum vnius: qđ cognitū nō arguit: multos cōtaminat: immo omnes qui norūt z non deuitant: aut quū possunt arguere dissimulant. Non enim sibi videtur peccare: quando a nullo corripitur vel vitatur. (scandali)

¶Ambrosius in sermone ad vincula Petri.

m Non osculatur semp pater filiū: sed aliqñ castigat. Ergo qñ castigatur qui diligitur: tunc circa eū pietas exercetur. Habet em̄ z amor plagas suas: quę dulciores sunt: quū amarius īferunt. Dulcior enim est religiosa castigatio: q̄ blanda remissio. ¶Gregorius Joanni epō Constātinopolitano. z habetur di. xlv. Quid aūt.

m Quid aūt de episcopis: qui verberib⁹ timeri volunt: canones dicāt: bene fraternitas vestra nouit. Pastores enim facti sumus: non pcussores. Egregius p̄dicator dicit. Argue: obsecra: increpa: in oī patientia z doctrina. Noua vero atq; inaudita ē ista p̄dicatio: q̄ verberibus exigit fidē.

¶Gregorius in pastorali cap. xxxviij.

m Nōnunq̄ qui inter flagellorū duritiā remanent incorrecti: dulci sunt admonitione mulcendi. Nam plerunq; quos cruciamenta non corrigunt ab iniquis actibus: lenia blandimenta compescunt. Quia z ęgros quos fortis pigmentorū potio curare non valuit: ad salutem pristinā tepens aqua reuocauit.

¶Gregorius in pastorali cap. xlix.

Si quis est dñi i iungatur mihi. Si ille dei dicit qui ad ferienda vitia zelo diuini amoris excitat: profecto se esse dei denegat: qui inquantuz sufficit: vitam carnalium corrigere recusat. Fit plerunq; deo gratior amore ardens post culpam vita q̄ securitate torpens innocentia.

¶Gregorius in pastorali.

m Tunc proteruos melius corrigim⁹: quūz ea quę bene egisse credunt male acta monstram⁹: vt vnde adepta gloria creditur: inde vtilis confessio subsequatur. ¶Grego. ibidem.

Maior culpa: quo citius: q̄ culpa est agnoscit: eo etiā celerius emendatur. Minor v̄o dū quasi nulla creditur eo peius: quo z securius inusu tenetur. ¶Grego. in pastorali.

m Juuenes plerunq; seueritas admonitionis ad profectum dirigit. Senes v̄o ad meliora opera deprecatio blanda componit.

¶Gregorius in pastorali z moraliuz.

m Sæpe hoc magnis doctoribus mirandisq; contingit: vt qui alta charitate feruent: modū correctiōis exaggerent: vt lingua aliquid: quod non debet dicat: q̄ mentem dilectio quantum debet inflammat. ¶Gregorius in pastorali.

Sicut laudabile decretū est reuerentiā z honorē debituz exhibere maioribus: ita rectitudinis z dei timoris est: si quid in eis correctione indiget: nulla dissimulatiōe postponere: ne totū corpus (quod absit) incipiat morbus inuadere. Si lāguor nō fuerit curatus in capite. (plus)

¶Grego. li. vj. moralium.

Mundus esse a vitijs debet qui aliena corrigere curat: quatenus quāto perspicacius alijs fugienda videat: tāto hoc ipse per scientiam z vitā verius declinat: quia nequaq̄ pure in mēbro maculā considerat oculus: quem puluis grauat z superiectas sordes tergere non valent man⁹: quæ lutum tenent.

¶Gregorius lib. x. moralium.

Quum quis proximorum mala corrigere nō valet: taceat: sed quę corrigi loquendo possunt: silentio consensum pertimescat.

¶Gregorius ibidem.

Corda iustorum inflammātur: quum non correcta crescere conspiciunt acta malorum: eorūq; culpæ sese participes credūt: quos in iniquitate crescere silendo permittunt.

¶Greg. lib. xviij. moralium.

Sunt nōnulli qui dū malefacta hominum laudibus efferunt: augent quæ increpare debuerāt.

¶Grego. lib. xxj. moralium.

Si ab increpatione iccirco reticemus: q̄ contra nos insurgere derisionis odia formidamus. Nō iam lucra dei: sed nostra querimus.

¶Gregorius lib. xxij. moraliuz super illō Job. xxxj. Si celaui in sinu meo.

Multi homines z culpā confitentur: z humiles non sunt. Nam multos nouim⁹ qui arguēte nullo peccatores se confitentur. Quum v̄o de culpa sua fuerint fortasse correpti: patrocinium defensionis quærunt: ne peccatores esse videant.

¶Idem lib. xxvj. mora.

m Si is qui corrigere nititur ira superat: opprimit anteq̄ corrigat. Nā dum plusq̄ debet accenditur: sub iustæ vltionis obtentu ad immanitatē crudelitatis effrenatur.

¶Gregorius lib. xxvij. moralium.

Piorum conscientiæ grande sibi premiū credūt quum munde quibusdam suis illicitis actionibus arguuntur. Ponūt ergo ante oculos cordis q̄ districtuz iudicium tanto breuius super eos mitigabitur: quanto acrius hoīe arguente præuenitur: z temporalem iram super se lucris cōputant: per quam se æternam euadere nō ignorant. ¶Gregorius lib. xxviij. moralium.

m In correctione quippe vitiorum subesse debet iracundia non preesse: vt executionē iusticię nō dominando preueniat: sed simulando subsequatur. ¶Gregorius in registro.

Qui non corrigit resecanda: cōmittit z facientis culpam habet: qui quod potest corrigere: negligit emendare. ¶Gregorius in registro.

Manifesta peccata non sunt occulta correctione purganda: sed palam sunt arguendi: qui palā nocent: vt dum aperta obiurgatione sanantur: hi qui eos imitando deliquerant corrigantur. Duz enim vnus corripitur plurimi emendantur. Et melius est: vt pro multorum salute vnus condēnetur: q̄ per vnius licentiam multi periclitent.

¶Gregorius sup ezechielem homelia. ij.

m Si autē aliter aut quid loquat: aut quibus dicatur nō vigilanter conspicit: valde periculosum est. Verecūdæ enim mētes si quas fortasse culpas admiserint: leniter arguēdæ sunt. Quia si asperius arguātur frāguntur potius: q̄ erudiātur. At contra mentes asperæ z impudentes si increpatæ leniter fuerint ad maiores culpas ipsa lenitate prouocantur.

¶Gregorius super ezechielē homelia. vj.

Paulus arguit Petrum: Petrus v̄o laudauit paulum. Amicus ergo veritatis laudauit q̄ reprehensus est. Seq; etiā minori fratri ad consensum dedit: quatenus qui prim⁹ erat apostolatus culmine esset z primus humilitate.

¶Gregorius ibidē.

Ecce a minori suo reprehenditur: z reprehendi non dedignat. Non ad memoriā reuocat: q̄ primus in apostolatu vocatus est: non q̄ claues regni cœlestis accepit.

¶Gregorius super euangeliū homelia. vj.

m Verba sapiētum quasi stimuli clauis atq; stimulis verba sapientū comparātur: quia culpas delinquentiū nesciunt calcare: sed pungere.

¶Joannes chrysostomus in suo Dyalogo lib. ij. (Joānes chrysost.)

m Non vniformiter s̄m mensurā delictorū: increpationes quoq; oportet inferri: sed diligenter inspicere eorū q̄ deliquerūt vires. atq; ppositum ne forte volēs rupta sarcire maiorē operet dirutionē: z cupiens erigere collapsa: casum inferat grauiorē. ¶Joannes chrysostomus suo

per illud mat.xxviij. Digito autem suo ⁊c.

Circa vitã tuam esto austerus: circa alioꝝ benignus. Audiãt te hoĩes parua mãdãtẽ: ⁊ grauia facientẽ. ❡Ioan. chrysosto. sup Mattheũ.

Mĩs correptio similis est cæteris tentationibꝰ. Sicut enim omnis tentatio fideles quidem ædificat magis: infideles aũt amplꝰ destruit: sic et oĩs increpatio religiosũ hominẽ meliorẽ facit. Irrisorẽ aũt ⁊ malũ cõturbat: ⁊ ad deteriora ire cõpellit. ❡Io. chryso. sup Ioannem.

Quum arguuntur vitia: ⁊ inde scandalũ orit: ipse sibi scãdali cã est: q̃ fecit quod argui debeat: non ille qui arguit.

Isido. ❡Isido. de summo bono li. iij. c. xxxij.

Non debet vitia aliena corripere: qui adhuc vitioꝝ cõtagionibus fuerit inuolutus. Improbũ eñ est arguere quicq̃ in alio: qđ adhuc reprehendit in seipso. Qui eñ vitam fraternã vult corripere: ac sanare infirmitatẽ: talẽ se pstare frater ne vtilitati studeat: vt eũ quẽ corripere cupit: humili corde admoneat. Sicut eñ viri spũales alieni peccati emẽdationẽ expectãt: ita proterni delinquẽtibus deridẽdo insultãt. Et quãtũ in ipsis est insanabiles putãt.

❡Isido. ibidem. cap. xlvj.

Qui blando verbo castigatus nõ corrigit: acrius necesse est arguat. Cũ dolore sunt abscindẽda: que leniter sanari non possunt.

❡Isidorus de summo bono. lib. iij. cap. xcj.

Qui delinquentẽ supbo vel odioso aĩo corripit nõ emẽdat sed pcutit. Quicqđ eñ pteruus vel indignans animus protulerit: obiurgãtis furor est: non dilectio corrigentis.

❡Isidorus lib. iij. capi. xcvj. de sum. bo.

Qui admonitus secreto de peccato corrigi negligit publice arguendus est vt vulnꝰ qđ occulte sanari nescit manifeste debeat emẽdari.

❡Ibidem.

Facilꝰ reprehendimus vitia aliena: q̃ nostra. Nã sæpe q̃ puersa in alijs iudicamus: in nobis nocibilia eẽ minꝰ sentimꝰ. ❡Isido. li. iij. in fine.

Plerunq̃ princeps iustus maloꝝ errores dissimulare nouit. Nõ q̃ iniquitati eoꝝ cõsentiat: sꝫ q̃ aptũ tẽpus correctionis expectet: qñ eorum vitia vel emendare valeat: vel punire.

Bernar. ❡Bernadus tractãs illud Matthæi. xxiij.

Duces ceci excolãtes culicẽ: camelũ aũt glutiẽtes. Prelati nostri culicẽ ligant: ⁊ camelũ deglutiũt: dũ maiora ptermittẽtes minora discutiũt: optimi rerũ æstimatores: q̃ magnã in minimis: ⁊ paruã aut nullã in maximis adhibẽt diligẽtiã.

❡Bernardus sup cant. sermone. xliij.

Nõ est cõtẽnenda increpatio: q̃ ruina peccati sanitas cordis est: necnon ⁊ dei via ad animam.

❡Bernardus, super cant.

Magna crimina ⁊ tarde credẽda sunt quuꝫ audiunt: ⁊ citius puniẽda: quũ vera agnoscuntur.

❡Bernar. de cõsideratiõe lib. iij.

Impunitas: incuriæ soboles: insolentiæ mater: radix impudicitie: transgressionum nutrix est.

Leo pa. ❡Leo papa: ⁊ habet di. xlv. licet.

Licet nõnunq̃ accidant quæ in sacerdotalibus sunt reprehendenda personis. Plus tamen erga corrigendos agat beniuolẽtia: q̃ seueritas: plus exhortatio: q̃ cõminatio: plus charitas q̃ potestas. ❡Cassiodorus lib. j. epi. xv. Cassio.

Malũ quũ pseuerat auget: ⁊ remediabile bonũ est accelerata correctio.

❡Cassiodorus lib. v. episto. x.

Pudoris sustinere iacturã nesciũt: qui se prius iudice corrigunt. ❡Cassio. sup ps. xxxviij.

Iniquitas quippe mortaliũ more putredinis sine fine vagaret: si eam medicinalis increpatio minime desecaret. ❡Origenes sup leuiticũ cap. xxxiij. tractans illud. Orige.

Si videris fratrẽ tuũ peccare: argue eum inter te ⁊ ipsum.

Non vult te dominus: si forte videris peccatum fratris tui cõtinuo euolare ad publicũ: ⁊ proclamare passim: ⁊ diuulgare aliena peccata. Quod esset vtiq̃ nõ corrigẽtis: sed potius infamãtis. Solus inquit inter te ⁊ ipsuꝫ corripe eũ: vbi eñ seruari sibi mysteriũ viderit: ille qui peccat: seruabit ⁊ ipse emendationis pudorẽ. Si ṽo diffamari se viderit illico ad denegandã impudentiã cõnertet: ⁊ nõ solũ nõ emẽdaueris peccatũ: sꝫ ⁊ duplicaueris. ❡Origenes sup leuiticum.

Si assumpseris peccatorẽ ⁊ monẽdo: docendo: instruẽdo: adduxeris ad pœnitentiã: ab erroribus correxeris: a vitijs emẽdaueris: ⁊ feceris eũ talẽ: vt ecõuerso propitius fiat illi deus: pro delicto repropiciasse diceris. Si ergo talis fueris sacerdos: ⁊ talis fuerit doctrina tua: ⁊ ſmo tuus pars tibi datur eorum quos correxeris: vt illoruꝫ meritum tua merces sit: ⁊ illorum salus tua sit gloria coram deo.

❡Innocen. papa: ⁊ habet di. lxxxiij. Error. Innoc.

Error cui nõ resistit approbatur: ⁊ veritas quũ minime defensat opprimit. Negligere quippe quũ possis perturbare puersos: nihil est aliud q̃ fouere. Neq̃ caret scrupulo societatis occulte: qui manifesto facinori desinit obuiare.

❡Rabanus super illud Mat. xviij. Si peccauerit in te frater tuus. Raban.

Ita peccat qui videt fratem peccare ⁊ tacet: sicut q̃ pœnitenti nõ indulget. Nam qui dixit. Si peccauerit dimitte pmisit. Si peccauerit increpa: nam difficilis sit venia ⁊ remissa indulgẽtia.

❡Rabanꝰ sup illđ Mat. ix. Surge ⁊ surrexit.

Leuis leuiori: ⁊ occulta culpa secreta ĩdiget pœnitentia. ❡Seneca episto. xl. Seneca

Audebo peccanti mala sua ostendere: vitia eiꝰ si nõ excidero inhibebo. Non desinent: sed intermittent. Fortasse autem desinent: si intermittendi consuetudinem fecerint.

❡Seneca lib. de beneficijs.

Iniusti iudicis est bene agentẽ nõ remunerare: ⁊ negligentem non corripere.

❡Seneca in prouerbijs.

Amici vitia: si feras: tua facis. ❡Sene. ibidẽ.

Cũ his cõuersare: qui te corrigãt. ❡Ibidẽ.

Secreto corripe amicos palã lauda.

❡Seneca lib. de moribus.

Vitia trãsmittit ad posteros: q̃ pñtibus culpis ignoscit. ❡Ibidẽ.

Bonis nocet q̃ malis parcit.

❡Seneca lib. de moribus.

Nemo prudẽs punit: q̃r pctm̃ est: sed ne peccet. Res eniꝫ optima est: non sceleratos extirpare: sed scelera. ❡Ibidem.

Nobilis equus vmbra virge regitur: ignauꝰ nec calcaribus non citari potest. ❡Ibidem

Vulgi imperitiã ad res iustas sola cõstringit necessitas. ❡Seneca li. de clemẽtia ad neronẽ.

In iudicando siue corrigendo hæc tertia lex secuta est: quam princeps quoq̃ sequi debet: vt aut eum quẽ punit emẽdet: aut pœna eius ceteros meliores reddat: aut sublatis malis: securiores cæteri viuant. ❡Seneca tragœ. vj.

Aristo. Qui non vetat peccare quum possit: iubet.

❡Aristo. lib. vj. de animalibus.

Bonũ est q̃ parẽtes corrigãt filios ociosos: vt res ociosas a se eijciãt. Et ideo rectores apum ociosos a se eijciũt. ❡Aristo. x. æthicorũ.

Oportet bonos puocare ad virtutes per pmia: malos autem per pœnam: insanabiles autem exterminare. ❡Aristo. lib. iiij. politicorũ.

Non solum oportet pueritiã a principio instruere: sed etiam ipsam oportet corrigere.

Laertiꝰ diogeñ. ❡Laertius Diogenes de vita et moribus philosophorum.

Non solum peccantes: sed peccaturos plecti oportet. dicebat Periander.

❡Laertius Diogenes ibidem.

Radices disciplinæ esse amaras: fructus vero dulces. dicebat Aristoteles.

❡Laertius Diogenes ibidem.

Idem dicebat ex parentibꝰ honorabiliores esse eos q̃ instruunt: q̃ q̃ generant: quoniã hi quideꝫ dant viuere: illi vero bene viuere.

❡Laertiꝰ diogenes de vi. ⁊ mo. philosophoꝝ.

Sicut in actibꝰ laudari vis: ita in delictis patiẽter accipe: si culpis. dicebat Xistꝰ pythagoricꝰ.

Plutar. ❡Plutarchus in Apophthegmatibus.

Cato senior aiebat malle pro collato beneficio gratiã non recipere: q̃ pro illata iniuria supplicium non subire: ⁊ is semper omnibus qui deliquerunt preterq̃ sibi: veniam dabat.

Macrobius. ❡Macrobius saturnaliũ lib. vij.

Ergo si opportunitas necessariæ reprehensionis emerserit: sic a philosopho pficiscet: vt et tecta et efficax sit. Dolor eñ semper reprehensioneꝫ vel iustam sequitur. ❡Cicero in paradoxis.

Nec eñ peccata rerũ euẽtu: sed vitijs hoĩm metienda sunt. Non qũo fiant: sed a quibus. In quo peccatur: id potest esse alio maius: aut minus. Ipsum quidem peccatum quoquo te verteris vnum est. ❡Cicero rhetoricorũ nouoꝝ li. iij. Cicero.

Vlcisci male meritos oportet.

❡Cicero rhetoricoꝝ nouorum lib. iiij.

Qui adolescentiũ peccatis ignosci putãt oportere: fallunt: ppterea q̃ illa ætas non est impedimento bonis studijs. ❡Cicero ibidem.

At ij sapiẽter faciunt: qui adolescẽtes maxime castigant: vt q̃bus virtutibus omnẽ vitam tueri possint: eas in ætate maturissima velint comparare. ❡Sallustius in iugurtha. Sallustiꝰ

Hortor ne ignoscendo malis bonos perditum eamus. ❡Ibidem.

Bonus tantũmodo fit segnior: vbi negligas: malus vero improbior. ❡Sallustiꝰ in iugurtha.

Imperator phibendo a delictis: magis q̃ vindicando melius exercitũ cõfirmat. ❡Valerius maximus lib. ij. titulo de disciplina militari. Valeri. maxi.

Aspero eñ ⁊ absciso castigationis genere militaris disciplina indiget.

❡Paulus orosius de ormesta lib. vij. Paulus orosius

Boni pastoris est tõdere pecus nõ deglubere.

❡Plautus in curculione. Plautus

Qui monet: quasi adiuuat. ❡Plautꝰ i trinummo.

Si tu ex amicis certis mihi es certissimus. Si quid me scis: fecisse inscite aut improbe: si id me non accusas tu teipse obiurgandus es.

❡Terentius in andria. Terẽtiꝰ

Pro peccato magno paululũ supplicij satis est patri. ❡Terentius comœdia. iij.

Deteriores nos oẽs sumus licentia. ❡Ibidem.

Mala docet te facilitas multa.

❡Ouidius metamor. lib. j. fa. vj. Ouidiꝰ.

Cũcta prius tentãda. Sed ĩmedicabile vulnus Ense recidendũ est: ne pars sincera trahatur.

❡Ouidius metamor. lib. ij. fab. j.

Dum resq̃ sinit tua corrige vota. ❡Idẽ amorũ libro. ij. elegia vltima.

Quodlibet eueniat. Nocet indulgentia nobis. Quod seq̃tur fugio: qđ fugit ipse sequor.

❡Idem lib. iij. de ponto elegia vltima.

Corrigere at res est tantomagis ardua: quãto Magnus aristarcho maior Homerus erat.

❡Horatius in arte poetica. Horatiꝰ.

Quicquid præcipies esto breuis: vt cito dicta Percipiãt aĩ dociles teneãtq̃ fideles. ❡Ibidẽ.

Sunt delicta tñ: quibus ignouisse velimus.
Nam neq̃ chorda sonum reddit quem vult manus ⁊ mens:
Poscentiq̃ grauem persæpe remittit acutum.
Nec semper feriet quodcũq̃ minabitur arcus.

❡Horatius sermonũ lib. j. satyra. iij.

Stultꝰ ⁊ improbꝰ hic amor est: dignusq̃ notari
Quũ tua puideas oculis mala lippus inũctis:
Cur in amicorũ vitijs tam cernis acutum:
Quã aut aq̃la: aut serpens epidaurius?

❡Horatius ibidem.

Adsit regula peccatis q̃ pœnas irroget equas.
Nec scutica dignũ horribili sectere flagello.

❡Horatius epistolarũ lib. j. epistola. j.

Feruet auaritia: miseraq̃ cupidine pectus?
Sunt verba ⁊ voces: quibus hunc lenire doloreꝫ
Possis: ⁊ magnam morbi deponere partem.
Laudis amore tumes? sunt certa piacula: q̃ te
Ter pure lecto poterunt recreare libello.
Inuidus: iracundus: iners: vinosus: amator?
Nemo adeo ferus est: vt non mitescere possit:
Si modo culturæ patientem cõmodet aurem.

❡Menander. Menander.

ἅπαντες ἐσμὲν εἰς τὸ νουθετεῖν σοφοί. αὐτοὶ δ' ἁμαρτάνοντες οὐ γιγνώσκομεν. id est

Omnes sumus in admonendo sapientes:
Nos vero ipsos aberrantes non cognoscimus.

❡Idem.

ῥᾷον παραινεῖν ἢ παθόντα καρτερεῖν. id est Facilius admonere q̃ patientem tolerare.

Correptio. g. ἐπιλήψιος. ἡ. vel ἐλέγχεια. ας. ἡ. et ἐλέγχω corripio dicitur. Est autem proprie corripere ostendere turpitudinem peccati hortando ad emendationem. Sed corrigere est cogere ad hoc per poenas: licet quandoque alterum pro altero ponatur. ex. b. Tho. iiij. sen. di. xviij. q. ij. arti. j.

¶ Corruptibile graece φθαρτόν. οῦ. τὸ. et φθείρω corrumpo dicitur. Est autem corruptibile id quod prius quidem ens: nunc autem non ens: aut contingens quandoque posterius non esse secundum Aristo. libro. j. de coelo et mundo.

¶ Corruptio graece φθορά. ας. ἡ. et φθοριμαῖος. corruptus dicitur. Et est corruptio mutatio ex ente in non ens secundum Arist. lib. ij. de generatione et cor.

¶ Coruscatio graece ἀστραπή. ῆς. ἡ. et ἀστράπτω corusco: et fulguro. Et est exhalatio sicca extrusa e nubibus: que secundum multas partes ignitur subtili ac debili ignitione: et fit posterius tonitruo: sed videtur prius. Quia visus anticipat auditum secundum Aristotelem lib. ij. Metheoron. Duae partes mundi (vt idem Aristo. ait) in imo iacent terra et aqua. Utraque ex se reddit aliquid. Terrenus vapor siccus est: et fumo similis hinc ventos: fulmina: tonitrua facit. Aquae vero halitus humidus est: hic nubes: pluuias: niues creat. Sed siccus ille terrarum vapor quum coaceruatus est coitu nubium vehementer a latere eliditur: et latius nubes proximas ferit: haec plaga cum sono incutitur: qualis in nostris ignibus redditur: quum flamma vitio lignorum vrentium crepat: et illic spiritus habens aliquid humidi secum conglobatus rumpitur in flamma. Eodem modo spiritus ille qui ex collisis nubibus exprimitur: aliis impactis: neque rumpi: nec exilire silentio potest. Dissimilis vero crepitus fit propter nubium dissimilitudinem: quare aliae maiorem sonum habent: aliae minorem. Caeterum illa vis expressi spiritus: ignis est: qui quum leui impetu accensus: et late explicitus est: fulguratio siue fulgur: siue fulgetrum siue coruscatio dicitur. Quum vero coactus est huiusmodi ignis: et impetu iactus fulmen appellatur. Siquidem nubium inter se comprehensarum angustiae medium spiritum efficiunt: et hoc ipso inflammant: ac tormenti modo emittunt: vt balistas: scorpionesque: tela cum sono emittere videmus.

¶ Crapula graece κραιπάλη. ης. ἡ. et κραιπαλέω crapulor dicitur. Et est superfluitas ciborum: vt habetur in. c. crapula. de vi. et ho. cle. et est vocabulum graecum: licet aliqui velint quod dicatur quasi cruda epula.

Creatio graece κτίσις. εως. ἡ. et κτίστης. ου. ὁ. creator dicitur. Est autem creatio: emanatio vniuersalis entis ex nihilo secundum beatum Tho. ij. sen. di. j. q. j. ar. ij. Creatio differt a generatione. Quia creatio nihil presupponit. Generatio autem presupponit materiam: et ab omni alia mutatione: quia presupponit subiectum. b. Tho. ibidem.

Creatio a verbo creo dicitur: quod venit ab hoc nomine caro quod graece κρέας. ατος. τὸ. dicitur. Est autem creare producere: quasi carnem facere. Dicitur autem caro: non tantum de caeteris animalibus: sed etiam de piscibus: pomis: et aliis similibus: cuius diminutiuum est caruncula et carnicula quae graece κρεάδιον. ου. τὸ. dicitur.

¶ Esdre tertij capi. viij. — Esdre.

Solus enim es domine et vna plasmatio nos sumus manuum tuarum. ¶ Job ca. xij. — Job.

Quis ignorat quod omnia hec manus domini fecerit: in cuius manu anima omnis viuentis: et spiritus vniuersae carnis hominis. ¶ Augu. sup Joannem. — Augusti.

Intelligat qui potest: iudicet qui potest: maius sit iustos creare: quam impios iustificare. Certe enim et si aequalis est vtraque potentia: haec maioris est misericordie. ¶ Augu. ibidem.

Ex perpetuitate creaturarum intelligitur creator aeternus: ex magnitudine omnipotens: et ex ordine, et dispositione sapiens: ex gubernatione bonus. ¶ Augu. lib. ij. de ciuitate dei. ca. xxj.

Tria quaedam maxime scienda de creatura nobis oportet intimari: quis eam fecerit: per quid fecerit: quare fecerit. Si ergo quaerimus quis fecerit: deus est. Si per quid: dixit: fiat: et facta sunt. Si quare fecerit: quia bona est. Nec enim author excellentior est deo: nec ars efficatior dei verbo: nec causa melior: quam vt bonum creatura deo bono: hanc etiam causam condendi mundum Plato iustissimam dicit: vt a deo bono opera bona fierent.

¶ Augustinus lib. ij. de trinitate. ca. vij.

Non est fas angelos neque bonos neque malos putare creatores.

¶ Augu. lib. supputationum parte. iij. ca. j.

Iustum est vt creatura laudet deum creatorem. Ipse enim ad laudandum se creauit: qui nostris non indiget laudibus. Est autem virtus incomprehensibilis: nullius indigens ipsa sibi sufficiens: magnus enim dominus noster. et laudabilis valde: hunc itaque mens diligat: lingua canat: scribat manus: atque in his sanctis studiis fidelis animus se exerceat.

¶ Augustinus ad orosium quaestione. xxvj.

Plus videtur in deo creatura: quam in seipsa videatur. Plus in arte qua facta est: quam in seipsa quae facta est. ¶ Augu. de trinitate lib. xv. ca. xiij.

Deus creaturas non nouit quia sunt: sed ideo creaturae sunt: quia nouit eas. ¶ Anselmus de misericordia dei. — Anselmus

Admoneo te vt sine intermissionibus recorderis quam dulcis et quam bonus sit erga te creator tuus: quanta bonitas eius fuit: quod te quum non esses creauit. Et quod te non pecus: aut creaturam insensibilem: sed eam creaturam fecit: que eum posses intelligere: et amare: et cum eo suam aeternitatem aeternaque et foelicia possidere. ¶ Bernardus in sermone. — Bernar.

Considera septem in beneficio creationis. Quia creauit te sine commodo suo: cui Psal. ait. Bonorum meorum non eges: sine merito tuo. Quia nil ante promeruit: qui petitus nihil fuit. Cogita qualem fecit secundum corpus: egregiam creaturam: secundum animam magis egregiam: vtpote imaginem creatoris insignem: rationis participem: beatitudinis sempiternae capacem. Considera et dominationis potestatem. Terror enim hominis super cuncta animantia imminere decernitur: considera ergo largitatis administrationem: quanta tibi largitus est ad sustentationem: quanta ad eruditionem: quanta ad consolationem: quanta ad correctionem: quanta ad delectationem. Quid ni gratias agas.

¶ Bernardus de diligendo deo. — Bernar.

Si totum me debeo pro me facto: quid addam iam pro me refecto hoc modo. Nec enim tam facile refectus quam factus. In primo opere me mihi dedit. In secundo me sibi dedit. Me mihi reddidit. Datus ergo et redditus me pro me debeo: et bis debeo: sed quid domino pro se retribuam? Nam et si me millies rependere possem: quid sum ad dominum meum?

¶ Aristoteles lib. iij. metaphysice. — Aristo.

Impossibile est aliquid fieri ex non ente.

¶ Idem lib. j. physicorum.

Secundum omnes philosophantes ex nihilo nihil fit.

¶ Aristoteles li. j. de generatione et corruptione.

Ex nihilo nihil fit.

Credulitas a credo quod graece πιστεύω: et ταχύπειθής. έος. ὁ. ἡ. credulus dicitur. vnde Credulitas quae est facilitas in credendo. Et est duplex scilicet temeraria et leuis. de hac Ouidius.

Sed quia credulitas damno solet esse puellis.

Quaedam vero probabilis et discreta.

Credere est cum assensu cogitare. b. Tho. secunda secundae. q. ij. ar. j.

Credere est actus intellectus assentientis diuine veritati ex imperio voluntatis motae a deo per gratiam. b. Tho. secunda secundae. q. ij. ar. viij.

Credere est dictis vel factis fidem habere: vnde credulus et credulitas: aliquando est fidei committere: nonnunquam seruandum committere: aliquando confidere. Interdum mutuare: hinc creditores proprie dicuntur: quibus mutuata debetur pecunia. Martialis.

Dimidium donare Lino: quam credere totum

Qui mauult: mauult perdere dimidium

Creditores tamen dicit Ulpianus eos esse: quibus debetur ex quacunque actione: vel prosecutione: vel iure ciuili: sine vlla exceptionis perpetuae remotione: siue honorario: siue ordinario: siue extraordinario: siue pure: siue in diem: siue sub conditione.

Creditum etiam a credo deducitur: et significat id quod nobis debetur. Differtque hoc a mutuo: quo genus a specie. Nam creditum consistit extra eas res que pondere: numero: mensurave continentur: sicuti si eandem rem recepturi sumus: creditum est: non autem mutuum. Item mutuum non potest esse nisi pecunia: aut alia res proficiscatur. Creditum autem fit interdum etiam si nihil proficiscatur: veluti si post nuptias dos promittatur. ¶ Phocylides. — Phocyli.

μὴ πίστευε τάχυστα, πρὶν ἀτρεκέως πέρας ὄψῃ.

Noli credere celerrime: antequam vere finem videas.

¶ Hesiodus. — Hesiod.

πίστεις δ' ἄρα ὁμῶς καὶ ἀπιστίαι ὤλεσαν ἄνδρας.

Credulitates sane simul et incredulitates perdiderunt viros. ¶ Menander. — Menander.

μὴ πάντα πειρῶ πᾶσι πιστεύειν ἀεί.

Ne omnia conare omnibus credere semper.

¶ Criminatio graece διαβολή. ῆς. ἡ. et διάβολος. ου. ὁ. accusator dicitur. Et est contentiosa contumelia. est enim crimen proprie quod per contentionem alicui obiicitur et a cerno crimen dicitur: vt a discerno discrimen. Cernere autem est contendere. Plautus in prima. Amphitryo dum cernit cum hostibus. hinc per metaphoram aliquando crimen pro delicto ponitur. Seneca. Uitam agens simplicem: rectam sine crimine.

Christus graeca dictio est: nam Χριστός. οῦ. ὁ. vnctus et χρίω vngo: et χρῖσις. εως. ἡ. vnctio dicitur. Christi aduentus graece Χριστοῦ παρουσία: et προσέρχομαι adueniο dicitur. Christi aduentus Triplex: in carne: per incarnationem: de qua infra in Christi incarnatio: in mente per gratiam. Ad iudicium: de quo infra in iudicium finale. ex b. Tho. super Esa. prolo. co. ij. fi.

¶ Genesis capitulo. xlix. — Genesis

Non auferetur sceptrum de iuda: et dux de femore eius donec veniat qui mittendus est. Et ipse erit expectatio gentium ligans ad vineam pullum suum: et ad vitem o fili mi asinam suam. Lauabit in vino stolam suam: et in sanguine vuae pallium suum. Pulchriores sunt oculi eius vino: et dentes eius lacte candidiores.

¶ Mattheus in euangelio capi. xx. — Matth.

Filius hominis non venit ministrari: sed ministrare: et dare animam suam in redemptionem pro multis.

¶ Augustinus super Joannem et in glosa primae Tymothei capi. j. — Augusti.

Nulla causa veniendi Christo domino: nisi peccatores saluos facere. Tolle morbos: tolle vulnera: et nulla causa est medicine. Uenit ergo de coelo magnus medicus: quia per totum vbique iacebat aegrotus: genus ergo humanum totum perierat: ex quo peccauit vnus in quo totum erat: ideo venit vnus sine peccato qui saluos faceret omnes sine peccato. Non enim eum de coelo ad terram merita nostra: sed peccata traxerunt.

¶ Augustinus super Joannem.

Pater et filius et spiritus sanctus veniunt ad nos: dum venimus ad eos veniunt subueniendo: veniunt illuminando: veniunt obediendo: veniunt metuendo: veniunt implendo: venimus capiendo.

¶ Hieronymus super Mattheum. — Hieron.

Signum aduentus dominici est in toto orbe euangelium predicari: vt nullus sit excusabilis: quod aut iam completum est: aut in breui credo complendum. Non enim puto aliquam remansisse gentem quae Christi nomen ignoret.

¶ Ambrosius super lucam. — Ambro.

Hoc tempus non sine causa domini aduentus voca

tur. Ideo em̄ sancti patres celebrare cœperũt aduentum: vt se vnusquisq; præparet fidelis et emendet: vt digne dei sui natiuitatem valeat celebrare. ¶ Ambrosius ibidem.

Ille iustus venit ad nos peccatores: vt ex peccatoribus faceret iustos. Pius venit ad impios: vt faceret pios: humilis venit ad superbos: vt ex superbis faceret humiles. ¶ Ambro. super primã Thes. capi. j. Si dissensio venerit &c.

Nõ prius veniet dñs: q̃ regni Romani defectio fiat & appareat antichrist⁹: q̃ interficiat sanctos reddita romanis libertate sub suo tamen noĩe.

Bernar. ¶ Bernardus in sermone de aduentu.

Dignum est fratres: vt tota deuotione domini celebremus aduentũ: delectati tanta consolatione: stupefacti tanta dignatione: inflãmati tanta dilectione. Nec solum cogitemus aduentũ quo venit: & quare: quia vt saluũ faceret qđ perierat: sed & illum nihilomin⁹ quo veniet & assumet nos ad seipsum: vt circa hos duos aduẽtus iugi meditatione versemur: ruminãtes in cordibus nostris quantũ in priore præstiterit: quantũ pmiserit in secundo.

Beda. ¶ Beda super cant. lib. iij. super illud. Veni in hortum meum.

Venio: vt errantes corrigã: & infirmantes adiuuem: & dubitantes in fide affirmẽ: & gentium fructibus perfectis quasi suauissimis: & certantes ab hostium defendã insidijs: & victores hostium perpetuæ visionis meæ corona remunerem.

Dantes. ¶ Dantes parasi cant. vij.

A humana specie inferma gia que
Giu per sæculi multi in grande errore:
Fin chal verbo di dio descendere piaque.

Christi ascensio grece Χριστοῦ ἀναβάσις: & ἀναβαίνω ascẽsio dicit. Christi ascẽsio fuit ẽm vtrãq; naturam. ex. b. Tho. iij. parte. q. lvij. ar. j. & iij. sen. di. xxij. q. iij. arti. j.

Marcus. ¶ Marcus in euãgelio ca. vlti.

Et dñs q̃dem Iesus postq̃ locut⁹ est discipulis assumptus est in cœlũ: & sedet a dextris dei.

Augusti. ¶ Augustinus in sermone de ascensione.

Ascensio dei catholicæ fidei cõfirmatio fuit: vt securi in posterum crederem⁹ et miraculi illius donum cuius etiam in præsenti perciperemus effectum. ¶ Augustinus ibidem.

Nos xpi mors viuificauit: nos resurrectio erexit. Nos christi ascensio consecrauit. ¶ Ibidem.

Resurrectio dñi spes nostra est: ascensio glorificatio nostra. Si ergo recte: si fideliter: si deuote ascensionẽ dñi celebramus: ascẽdamus cum illo: & sursum corda habeamus.

¶ Augustinus de fide & symbolo.

Vbi & quomodo sit in cœlo corpus dominicum: curiosissimũ: & superuacuũ est quærere. Tantũmodo in cœlo esse credendum est.

¶ Augustinus de agone christiano.

Corpus non ascendit: sed leuatũ est in cœlum: illo leuante qui ascendit. Si enim quisq; descendat: verbi gratia: nudus in monte: quum autem ascendat vestiat se: & iterũ ascendat vestit⁹: rõne vtriq; dicimus. Nemo ascendit nisi q̃ descendit.

¶ Augustin⁹ in sermone de resurrectione.

Quorum sepulchra in passiõe dñi sunt patefacta: horum corpora Christo resurgẽte de puluere sunt suscitata. Decebat em̄: vt ille prius resurgeret: deinde illi: sicut dicit apostolus Paulus. Christus resurrexit a mortuis primitiæ dormiẽtium. Et sicut cum dño surrexerunt: ita cum eo ascẽdente: etiam ipsi ascendisse creduntur.

¶ Augustin⁹ & est in glosa apocalipsis. xij. super illud. Rapt⁹ est fili⁹ eius ad Thronũ ei⁹.

Raptus est dei filius ab humanitate ad diuinitatem In transfiguratione a passibilitate ad immortalitatẽ. In resurrectione a minoritate ad patris æqualitatẽ. In ascensione quia quantus fuit descensus a sinu patris ad patibulum crucis: tantus fuit ascensus a patibulo crucis vsq; ad dexteram patris.

¶ Augustinus tractans illud Actuum primo. Eleuatus est in cœlum.

Quum audis eleuatum: agnosce militiæ cœlestis obsequium: non auxilium. seruitiũ: non subsidium. ministerium: non adiutorium.

Hieron. ¶ Hieronymus super illud. Attollite portas principes vestras.

Virtutes ministre præcedentes Christũ in ascẽsione ad alias virtutes clamant vt iam dño venienti aperiant eiq; occurrãt. Referate inquiũt cœlestes aditus venienti dño æternalis ingressus pateat: aperiãturq; æthereæ ianuæ: & æternarum ædium valuæ: & introibit rex glorie in cœlum vt ad dexterã patris interpellet pro nobis. Ipse em̄ virtutes angelicæ nouo mysterio carne induti stupefactæ: quærunt cum admiratiõe. Quis est iste rex gloriæ? Quibus respondent aliæ. Dñs virtutũ &c. Licet enim multi scirent ipsum esse hominẽ: non tamen sciebant humanã naturam supra se exaltandam.

Grego. ¶ Grego. homel. xxix. sup euãgeliũ tractãs illud cant. ij. Ecce venit saliens in montibus.

Multis eius saltus agnoscere: de cœlo venit in vterum: de vtero venit in præsepium: de præsepio in crucem: de cruce venit in sepulchrum: de sepulchro rediit in cœlum.

¶ Gregorius in homelia.

Saluator noster qui quum in ea carne quam assumpsit ascenderit in cœlum: peregre pfectus est. Quia locus carnis proprie terra est: q̃ quasi ad peregrina loca deducitur: quum in cœlo collocatur. ¶ Gregorius homelia. xxix.

Illo reuertebatur Christus vbi erat: & inde redibat vbi remanebat: q: quum per humanitatẽ ascenderet in cœlum: per deitatẽ suã et terram pariter cõtinebat & cœlum. ¶ Grego. ibidẽ.

Oportet fratres charissimi: vt illuc sequamur corde vbi Christum credimus corpore ascendisse. Et si adhuc hic tenemur infirmitate corporis: sequamur tamẽ eum passibus amoris: quia is qui placidus ascendit: terribilis redibit.

¶ Gregorius homelia. xxix.

In hac solẽnitate deletum est Chirographũ nostre damnationis: mutata est sñia nostræ corruptionis. Illa enim natura cui dictum est. Terra es: et in terram ibis: hodie in cœlum iuit.

¶ Ioãnes chrysostom⁹ in homelia hodierna.

Natura cuius causa p paradisus a Cherubin custodiebat hodie super cherubin cũ summo honore suscepta est. Et natura: cui dictũ est. Terra es & in terrã reuerteris: hodie in cœlum iuit: & sine termino super cœlos regnat.

Joannes chryso. ¶ Ioannes Chrysostomus tractans illud. Ascendit ad cœlos.

Refrena iram: expue malitiã: expugna luxuriã: & de peccatis virtutibus fecisti gradũ q̃ ducit in cœlũ

Bernar. ¶ Bernardus in sermone ascẽsionis.

Ascẽdimus duobus modis: meditatiõe: & oratione. Meditatio q̃dẽ quid desit docet: oratione desit obtinet. ¶ Bernardus sup cant.

Ascensionis quattuor dicimus esse gradus: prima fit ad cor: secũda in corde: tertia de corde: q̃rta supra cor. In prima timetur dñs: in secunda auditur consiliarius: in tertia desideratur sponsus: in quarta videt deus. ¶ Bernardus tractans illud ps. Dixit dominus &c.

Dño meo datũ est singulariter sedere a dextris patris in gloria coæquali: in essentia consubstantiali: pro generatione cõsimili: maiestate non dispari: æternitate nõ posteriori.

Leo. ¶ Leo pa. in sermõe hodierno.

Non solum hodie cœli possessores firmati sumus: sed supna cœlorũ in christo penetrauim⁹: ampliora recepturi: per suã ineffabilem gloriã: q̃ p diaboli pdideramus inuidiã. Quia quos diabolus de primi habitaculi fœlicitate eiecit: hos dei fili⁹ sibi cõparatos ad patris dextrã collocauit. ¶ Leo papa ibidem.

Non ociose inter resurrectionẽ & ascensionẽ. xl. dies transiere discursu. Sed magna cõfirmata sunt sacramenta: magna reuelata mysteria: in eis diræ mortis aufertur metus: vere simul & carnis immortalitas declaratur. In his insufflatio spũssancti infunditur. In his beato Petro super cæteros ouilis dominici cura mandatur.

Beda. ¶ Beda tractans illud Ioãnis. iij. Erat homo ex phariseis.

Nemo ascendit in cœlum: nisi q̃ descendit de cœlo Quisquis ergo in cœlum ascẽdere desiderat ei qui de cœlo descendit: & est in cœlo se vera fidei & dilectionis vnitate coniungat: aperte intelligens: q nullo alio ordine nisi per eum qui de cœlo descendit in cœlum ascendere possit.

Hylari⁹. ¶ Hylarius. x. de trinitate.

Fit caro verbũ. i. homo deus: & qui hõ est in cœlis est: & qui deus est de cœlis est. Ascendit descendens: sed descendit nõ descendens. Est qui erat: & quod est non erat.

Christi crux græce Χριστοῦ σταυρός. & σταυρόω crucifigo dicitur. Quid autem sit crux & vnde dicatur. Vide infra in Crux.

Paulus ¶ Paulus ad Galathas ca. vj.

Mihi aũt absit gloriari: nisi in cruce dñi nostri Iesu christi: per quem mihi mundus crucifixus est: & ego mundo.

August. ¶ August. sup Ioannem sermone. iij.

Crux nõ ad impotentiæ documentũ: sed ad exẽplum patientię suscepta est. Ibi tua vulnera curauit: vbi sua ptulit. Ibi a morte sempiterna te

sanauit: vbi tẽporaliter mori dignatus est.

¶ Augustinus in sermone de parasceue.

Crux Christi nobis totius causa beatitudinis est: hęc nos a cæcitate liberauit erroris: hæc a tenebris reddidit luci: hæc debellatos reddidit q̃eti: hæc alienos deo coniunxit: longe cõstitutos proximos presentauit: hæc peregrinãtes ciues ostendit: hæc discordiæ amputatio est: hæc pacis firmamentũ: hæc donorũ omniũ abunda largitio. ¶ August. ibidem.

Hodie crux fixa est: & sæculum sanctificatũ est. Hodie crux fixa: & dæmões dispersi sunt. Hodie crux vicit: & mors victa est. Hodie diabolus victus est: & homo solutus est: & deus glorificatus est. ¶ Augu. super illud ad Galathas. vj.

Mihi absit gloriari nisi in cruce domini nostri iesu christi. Crucẽ vt in ea gloriemur dominus suo gestans humero pro virga regni nobis commẽdauit: qđ est grande ludibrium impijs: grande mysterium pijs: & vnde mundi philosoph⁹ erubuit: ibi apl's thesaurũ repperit: quod illi visum est stultitia: apostolo factũ est sapientia & gloria.

¶ August. sup Ioannẽ.

Signũ crucis a nobis expellit exterminatorẽ: si tamen cor nostrũ Christũ habeat inhabitatorẽ.

Ambro. ¶ Ambrosius in sermone de passione.

Author pietatis in cruce pendẽs testamentũ cõdidit singulis pietatis opera distribuens: aplis persecutionẽ: iudeis corpus: patri spm̃: virgini paranymphum: latroni paradisum: peccatori infernum: christianis vere pœnitentibus crucem commendauit.

Grego ¶ Gregorius in homelia. Si quis vult venire post me.

Duobus modis crux tollit: quum aut per abstinentiam affligit corpus: aut per compassionem proximi affligitur animus.

Joãnes chryso. ¶ Ioan. Chrysostomus in homelia de cruce.

Crucẽ reliquit Christus in terra: sed secũ eam leuabit ad cœlum. Tanta autẽ erit gloria crucis q solis lumen reddat obscurum: & sicut imperatorem regalis põpa præcedit: & militaris ordo præeundo vexilla humeris portare consueuit: & his eius declaratur aduentus Sic dño de cœlo veniente: angelorum cœtus signum illud humeris portatum e cœlis regalem nobis aduentum annunciabit.

Bernar. ¶ Bernardus super cant. sermone. lxv.

Christus in passione patientiã exhibet: humilitatem cõmendat: obedientiã implet: charitatẽ perficit. His virtutũ gemmis quattuor cornua crucis ornãtur. Et est super oĩa charitas: a dextris obedientia: a sinistris patientia: in profundo radix virtutum humilitas.

¶ Bernardus de floribus.

Circuire possum dñe cœlum & terrã: mare & aridam: & nusq̃ te inueniã nisi in cruce. Ibi dormis. Ibi pascis. Ibi cubas ĩ meridie. Crux em̃ tua fides est: cuius latitudo charitas: longitudo lõganimitas: altitudo spes: profundũ timor. In hac cruce te iuenit: quicũq; te inuenit. In hac cruce suspẽditur aĩa: & dulcia poma de ligno decerpit.

Cassiodorus

¶ Cassiodorus super illud ps. Signatum est super nos lumen vultus.

Crux est humiliū tuitio inuicta: superborum deiectio. Victoria Christi: perditio diaboli: infernorum destructio: cœlestium confirmatio: mors infidelium: vita iustorum.

¶ Damascenus lib. iiij.

Crux Christi: clauis est paradisi: hec infirmorū baculus: pastorū virga: conuertentiū manuductio: proficientiū pfectio: anime salus et corporis: oīm malorum auersio: bonorum oīm datrix.

Raban⁹

¶ Rabanus de laude Crucis.

Tu sancta crux peccatorū es remissio: pietatis exhibitio: meritorū augmentū: infirmorū remedium: lassorum refugiū: sanorū incolumitas: Desperatorū securitas: Infortunatorū fœlicitas.

Orosius

¶ Orosius sup epistolã ad Ro. lib. v.

Tanta est vis crucis: et mortis Christi: quod ad sanitatẽ et remediū nõ solū psentis et futuri: sed etiã præteritorū sæculorū: et nõ solum huic modo ordini: sed etiã cœlestibus virtutibus sufficiat.

¶ Orosius sup epistolam ad Ro. li. vj.

Tanta est vis crucis: vt si añ oculos ponatur: et in mẽte fideliū habeatur: Ita vt ipsam mortẽ Christi intentus oculis mentis aspiciat: nulla cõcupiscentia: nulla libido: nullus furor: nulla superare possit inuidia. Sed continuo ad eius psentiã totus ille peccati et carnis fugatur exercitus.

Christi incarnatio gre. Χρισοῦ σάρκωσιο: et σαρκόω incarno dr. Christi incarnatio est principium oīm meritorum humanorum. ex. b. Tho. iij. senten. di. iiij. q. iij. ar. j.

Joannes

¶ Joannes in euangelio ca. j.

Verbū caro factū est: et habitauit in nobis.

Augustinus

¶ Augustinus de verbis apostoli.

Non liberaretur humanū genus: nisi sermo dei dignaretur esse humanus: Nam et ille homo dicitur eẽ humanus: qui se exhibet esse hominẽ et maxime qui hospitio suscipit hominẽ. Si ergo humanus dicitur qui in domo sua suscipit hominẽ quanto humanus est qui in seipso suscipit hominem.

¶ Ibidem.

Si ergo homo non perijsset: filius hominis non venisset.

¶ Augusti. de dñi incarnatiõe cõtra Judeos.

Judeus Cytharam respice: vt musicum melos sonisq; dulcibus reddat. Tria pariter adesse videntur. Ars: manus: chorda: et tñ vnus sonus auditur. Ars dictat: Manus tangit: chorda resonat. Tria pariter operantur: sed sola chorda resonat. Nec ars nec manus sonum reddunt: sed cū chorda pariter operantur. Sic nec pater: nec spūssanctus susceperunt carnem: et tamen cū filio pariter operantur. Sonū sola chorda excutit. Carnem solus Christus accepit. Operatio in tribus cõstat. Sed quõ pertinet ad solã chordam soni redditio: sic pertinet ad solum Christum carnis humanæ susceptio.

¶ Augustinus ibidem.

Dicat mihi Judæus incredulus quẽadmodum arida virga fronduit: et floruit: et nuces protulit: et ego dicã illi quõ virgo cõcepit et peperit. Sed pfecto iudæus nec virgæ poterit explicare conceptum: nec ego virginis partum.

¶ August. cõtra Faustū.

Formam viri assumendo: et de fœmina nascẽdo: vtrūq; sexum hoc mõ honorandū indicauit.

¶ Augustinus epl'a scda ad Volutianū.

Si ratio queritur non erit mirabile. Si exemplū poscitur: non erit singulare. Demus deum aliquid posse quod nos fateamur inuestigare non posse. In talibus rebus tota ratio facti est potẽtia facientis.

Gregorius

¶ Gregorius homelia. xxxix. sup illud cant. ij. Ecce iste venit saliẽs in montibus.

Vultis inquit eius saltus agnoscere? De cœlo venit in vterū: de vtero venit in præsepium: de presepio venit in crucẽ: de cruce venit in sepulchrum: et de sepulchro rediit in cœlum.

¶ Gregorius lib. ij. et vj. moralium.

Deus pater vnicū filium suū in vtero virginis humanæ nature coniungens deū ante secula sibi coeternum fieri voluit hominem in fine seculorum: et quẽ sine tpe genuit saluandis hominibus cum tpe ostendit.

¶ Gregorius lib. iij. moralium.

Mediator dei et hoīm vt culpas nostre trãsgressionis extingueret venit mortalitatis nostre flagella tolerare. Et qui patri æqualis est per diuinitatẽ: propter nos venit: ad flagella per carnem: que nimirū flagella nõ susciperet: nisi formam hoīs damnati redimendo sumpsisset: et nisi primus homo delinqueret: secundus ad passionum probra minime veniret.

¶ Gregorius ibidem.

Christus in carne natus de virgine: cõtagio culpe inquinatus nõ est: et tñ vltione culpæ depressus est. Admissa propria non habuit: et tñ pœnã carnalium sine culpa suscepit.

Joannes chrysos.

¶ Joannes Chrysostomus homelia. v.

Scio quod caro verbū factum est. Et quõ factū sit nescio. Mirans quia ego nescio: oīs creatura ignorat.

Bernardus

¶ Bernardus sermone.

Tria opera tres mixturas fecit omnipotens illa maiestas: in assumptiõe nostræ carnis: ita mirabiliter singularia: et singulariter mirabilia: vt talia nec facta sint nec facienda amplius super terram. Coniuncta quidem sunt adinuicem deus et homo: Mater et virgo: Fides et cor humanum. Verbum enim aīa et caro in vnã conuenere personam: et hec tria vnū: et hoc vnū tria sunt: nec in cõfusione substantiæ: sed in vnitate psone. Hec est prima et supexcellens mixtura. Secunda est virgo et mater: vtiq; et admirabilis et singularis: a seculo non est auditum. Vt virgo esset que peperit: et mater esset que virgo permansit. Tertia est fides et cor humanum: et hec quidẽ inferior: sz non minus forsitan fortis. Mirum enī quõ cor humanū his duobus fidem accommodauit: quõ credi potuit: quod deus homo esset: quod virgo fuerit que peperisset. Sicut ferrum et testa iungi non possunt: sic hæc duo nequeunt commisceri. Si non misceat glutinum spiritus scilicet dei. Et hec quidem mixtura excellens: secunda excellentior: sed tertia excellentissima.

¶ Bernardus sermone. xxij.

Quanti fecit te deus ex his quæ pro te fact⁹ est agnosce: vt appareat tibi benignitas eius in humanitatem. Quãto enim minorem se fecit in humilitate: tanto maiorem exhibuit in bonitate: et quãto pro me vilior: tanto mihi charior. Aduerte homo qz limus es: et non sis superbus: et quia deo iunctus es: nõ sis ingratus.

Hugo.

¶ Hugo lib. de sacramentis.

Nulla causa veniendi fuit: nisi peccatores saluos facere. Tolle morbos: tolle vulnera: et nulla causa est medicine.

Dantes.

¶ Dantes flor. Paradisi ca. vij.

Nostra natura quand pecco tota
Nel seme suo: da queste dignitadi:
Come de paradiso: fu remota.
Ne recoprar poteasi: se tu badi
Ben sotilmente: per alcuna via
Senza passar perun de questi gradi.
O che dio solo per sua cortesia
Dimesso hauesse: o che lhom p se isso
Hauesse satisfacto a sua follia.
Ficca molochio per entro labysso
De æterno consiglo quanto poi
Almio parlar di strictamente fisso.
Non potra lhom ne termini soi
Mai satisfar per non poter ir giuso
Cum humiltade vbediendo poi:
Quanto disubidendo intese ir suso.
Equesta e laragion perche lhom fue
Da poter satisfar de se dischiuso.
Donque a dio conuenia cum le vie sue
Riparar lhomo a sua intera vita
Dico cum luna o ver cum lambe due
Ma perche lopra tanto e piu gradita
Del operante: quanto piu apresenta
Delabonta del core vnde e vscita:
La diuina bonta chel mundo imprẽta
Di proceder per tute le sue vie:
A rileuarui suso fu contenta
Ne tra lultima nocte: el primo die
Si alto o si magnifico processo
O per luna: o per laltra fu o fie.
Che piu largo fu dio a dar se stesso
A far lhomo sufficiente a rileuarsi
Che se lhauesse sol da se dimesso
Et tuti glaltri modi erano scarsi
Alla giusticia: sel figlol de dio
Non fusse humiliato ad incarnarsi.

Christi natiuitas græce Χρῦσοι γεννησιο. vel γένεσιο. dicitur. Natiuitas est exitus a generante coniuncto: a quo habet principia sufficiẽtia. Et dicitur oriri ratione primi: nasci ratione secũdi: et gigni ratione tertij. ex. b. tho. prima parte. q. xxvij. arti. ij. et iij. sen. dist. viij. q. j.

Lucas.

¶ Lucas in euangelio cap. ij.

Dixit pastoribus Angelus. Nolite timere. Ecce enim euangelizo vobis gaudiū magnum: quod erit omni populo. Quia natus est vobis hodie saluator qui est christus in ciuitate dauid.

August.

¶ Aug. in sermone de Epiphania.

Aurum igitur soluitur quasi regi magno: thus immolatur vt deo: mirrha pbetur tanq̃ pro salute omniū morituro. Habuit enim prædicatores angelos narrantes cœlos: adorantes magos.

¶ Augusti. super Joannem.

Nobilitas fuit christi nascentis: in virgine pariẽtis. Nobilitas pariẽtis in diuinitate nascentis.

Ambro.

¶ Ambrosius contra hæreticos.

Mihi enī impossibile est generationis scire secretum: mens deficit: vox silet: non mea tantum sz angelorū: supra potestates: supra cherubin: et supra seraphin: et supra oẽm sensum est. Quia scriptuz est pax christi supra omnẽ sensum est. Quomodo nõ est supra omnẽ sensuz tãta generatio? Tu ergo ori manū pone. Scrutari nõ licet superna mysteria. Licet scire quod natus sit: nõ licet scire quõ nat⁹ sit. Hoc enī quærere metus est. Ineffabilis enī est illa gñatio. Vnde Esaias ait. Generationẽ eius qs enarrabit? Hæc humanū sensum et intelligentiam mundi excedit. Hoc nõ capit humanæ intelligentiæ ratio. Sed prudẽtiæ fidelis professio.

Grego.

¶ Gregorius homelia. x. Quum nat⁹ esset iesus in bethleem.

Nato regi aurū offerimus: si in conspectu illius claritate supernæ sapiẽtiæ resplẽdemus. Thus offerimus si cogitationes carnis per sancta orationū studia in ara cordis incẽdim⁹: vt suaui odore per cœleste desideriū redolere valeam⁹. myrham offerimus si carnis desideria per abstinentiam mortificamus.

¶ Gregorius moralium lib. xxvij.

Cœli rege nato angelorū chori in eius annunciatiõe prodeunt: hymnum dicunt: et deuicta prauæ vite discordia: nos quos dudū despexerant ciues agnoscunt: cū sono ore prædicantes. Gloria in excelsis deo et c. acsi dicãt. Quos a nobis malitia disiunxerat: iam nunc in terra bonitas coniungat.

Joãnes chrysost.

¶ Joan. chrysosto. super mattheum. ij.

Intrãtes domū inuenerunt puerum.

Nunquid inuenerūt palacium marmoribus splẽdidum? Nunquid aulam regiam diuersis populis personãtem? Nunquid hastatas siue clypeatas militum cateruas? Nunquid equos regalibus phaleris insignes? Nunquid currus auro ostroq; fulgentes? Nūquid matrem eius diademate coronatã? aut in lecto eburneo recumbẽtem? Nunquid puerum bysso et purpura inuolutum? Vtiq; non. Sed potius angustū et humile tuguriū vile squalidūq; psepiū: et magis animalibus q̃ hominib⁹ aptum: pueruz vilibus pãnis inuolutū: matrẽ vix tunicã habentem vnam: non ad ornatum corporis: sed ad tegmentum.

¶ Joan. chrysost. super mattheū. xiiij.

Nonne hic est fabri filius.

Non illius est fabri filius quem putatis: sed fabricatoris oīm: qui fabricatus est aurorã et solem. Nonne dauid filius fuit agricolæ: et tamẽ radix fuit stirpis regiæ. Cur ego christuz propter parentum ignobilitatem contemnunt.

Bernar.

¶ Bernardus super cant.

Fratres generationẽ istã quis enarrabit? Ange

lus nunciat: virtus obūbrat: subuenit spūs: virgo credit: virgo parturit: virgo pmanet. Quis nō miretur? Nascitur verbū infans: ꝛ agnoscitur longitudo breuis: latitudo angusta: altitudo subdita: profunditas plana. Ibi agnoscitur lux non lucēs. Verbū infans: aqua sitiēs: panis esuriēs.

Cassiod. ¶Cassiodorus sup illud ps. Ego hodie genui te.

Coæternitatē suę maiestatis ōndit. Hodie em̄ apud deū nullo initio incœpit: nullo fine cōcluditur. Nō em̄ ibi fuit vel erit: sed semper manet: semper est: ꝛ quicquid dixeris illi hodie est.

¶Cassiodorus sup illud ps. Hęc est dies quam fecit dominus.

Licet deus cūctos dies creauerit: singulariter: tamen hunc diem fecisse dicitur: qui christi domini natiuitate sacratus est: in quo merito exultari conuenit ꝛ lętari: quoniā in eo ꝛ diabolus ius perdidit: ꝛ salutem mūdus accepit.

Leo pa. ¶Leo papa in sermone de apparitione.

Adorāt magi in carne verbū: in infantia sapientiā: in infirmitate virtutē: ꝛ in hominis veritate dominū maiestatis: vt sacramentū fidei suæ intelligentiæq; manifestent: quod cordibus credunt: muneribus protestantur. Thus deo. Myrrham homini: aurum offerūt regi.

Fulgentius. ¶Fulgentius ad Probam.

Hæc stella nunꝗ ante apparuit: quia nunꝗ eam puer iste creauit: ꝛ magis ad se venictibus præuiam deputauit.

Beda. ¶Beda super lucam lib. j.

Non mediocre tibi hoc fidei videatur exemplū. Non vilis persona pastorū: certe quo vilior ad prudentiam: eo preciosior ad fidem. Non sapientes: sed simplices qui fucare audita nescirent: dn̄s sui præcones elegit: nō rhętores: sed piscatores ad euangelizandum.

Maximus eps. ¶Maximus eps in sermone de natali.

Generationē eius quis enarrabit? Fratres generatio christi sic enarrari non potest: si lingua deficit: fides proficit. Magnus em̄ pfectus est fidei: quum tantum de deo suo potest cōcipere: quantum sermo non potest parturire. fides

Christi passio græce Χριςοῦ πάθιμα. ꝛ πάσχω patior dicit̄. In christi passiōe quattuor cogitāda sunt: scz dilectio eius: reamādo. Amaritudo eius: compatiendo. Fortitudo eius: aduersa patienter sustinēdo: ꝛ vtilitas: eius gratias agendo. Ex beato Tho. in opusculo de venerabili sacramento altaris. paral.

Genes. ¶Genesis cap. xlix. de iniqua cōsultatiōe.

Simeon ꝛ leui fratres vasa iniquitatis bellantia: in consiliū eorū nō veniat anima mea: ꝛ in cœtu illorum nō sit gloria mea: q: in furore suo occiderūt virū ꝛ in volūtate sua suffoderūt murū.

Dauid ¶Dauid psal. ij. de vario consensu populorū.

Quare fremuerunt gentes? ꝛ populi meditati sunt inania? Astiterunt reges terre ꝛ principes conuenerunt in vnū: aduersus dn̄m ꝛ aduersus xp̄m ei⁹. ¶Psal. xxj. de perforatiōe manuū.

Foderunt manus meas ꝛ pedes meos: dinumerauerunt omnia ossa mea. Ipsi vo considerauerunt: ꝛ inspexerunt me. Diuiserunt sibi vestimēta mea: ꝛ super vestem miserunt sortem.

¶Psal. xxxiiij. de falsa accusatiōe.

Surgentes testes iniqui quæ ignorabam interrogabant me.

¶Psal. iiij. de discipuli proditiōe.

Etem̄ homo pacis meæ in quo speraui: qui edebat panes meos: magnificauit super me supplātationē. judas

¶Psal. lxviij. de amara potatione.

Et dederūt in escā meā fel: ꝛ in siti mea potauerunt me aceto.

Esaias. ¶Esaias cap. l. de corporis flagellatione.

Corpus meū dedi percutētibus: ꝛ genas meas vellentibus: faciē meā non auerti ab increpantibus ꝛ conspuentibus in me.

¶Esaias. liij. de morte volūtaria.

Non est species ei neq; decor: ꝛ vidimus eum: ꝛ non erat aspectus: ꝛ desiderauim⁹ eum despectum: ꝛ nouissimum virorum: virum dolorum: et scientem infirmitatem. Et quasi abscōditus vultus eius: ꝛ despectus: vnde nec reputauim⁹ eū. Vere lāguores nostros ipse tulit ꝛ dolores nostros ipse portauit. Et nos reputauimus eum quasi leprosum: ꝛ percussum a deo ꝛ humiliatū. Ipse aūt vulnerat⁹ est propter iniquitates nostras. Attritus est propter scelera nostra. Disciplina pacis nostrę super eū: ꝛ liuore eius sanati sumus. Oēs nos quasi oues errauimus: vnusquisq; in viā suā declinauit. Et posuit dn̄s in eo iniquitatem omnium nostrum. Oblatus est quia ipse voluit. Et nō aperuit os suum. Sicut ouis ad occisionem ducet̄: ꝛ quasi agnus coram tōdēte se obmutescet: ꝛ non aperiet os suum.

¶Esaias cap. liij. qd ppter peccata nr̄a ꝛc.

Propter scelus populi mei percussi eum.

¶Ibidem.

Et cum sceleratis reputatus est: ꝛ ipse peccata multorum tulit: ꝛ pro transgressoribus rogauit.

Hiere. ¶Hieremias cap. ij.

Ego quasi agn⁹ mansuetus qui portatur ad victimam: et non cognoui: quia cogitauerunt super me consilia dicentes. Mittamus lignum in panem eius: ꝛ eradamus eum de terra viuētiū: ꝛ nomen eius non memoretur amplius.

Daniel ¶Daniel ca. ix.

Et post hebdomadas sexaginta duas occidetur christus et non erit eius populus qui eum negaturus est.

zacha. ¶zacharias cap. xj.

Appēderūt mercedem meā triginta argēteos.

¶zacharias cap. xij.

Percute pastorem ꝛ dispergentur oues.

Paulus ¶Paulus ad corinthios secundæ cap. viij.

Scitis enim gratiam domini nostri iesu christi: quoniam propter vos egenus factus est: quum esset diues: vt illius inopia vos diuites essetis

¶Paulus ad hebræos ca. ix.

Si em̄ sanguis hircorum ꝛ thaurorum: ꝛ cinis vitulæ aspersus inquinatos sanctificat ad emundationem carnis: quāto magis sanguis xp̄i qui

per spiritū sanctum semetipsum obtulit immaculatū deo: emūdauit cōscientiā nostrā ab operibus mortuis: ad seruiendum deo viuenti?

Augu. ¶August. lib. prenosticorū.

Quid est ꝙ Christus in morte turbatus est: nisi quia infirmos suę infirmitatis voluntaria similitudine cōsolatus est: aut si qui suorū adhuc iminēte morte turbat̄: ne hoc ipsi se putātes reprobos peiore desperatiōis morte absorbeant̄.

¶Augustinus sup Joannem.

Vbi iesus non respondebat: ibi vt ouis silebat: hoc est: sicut agnus innocēs nō aperuit os suū. Vbi vo respōdebat: ibi sicut pastor docebat.

¶Augustinus super Joannem.

Fratres vt a peccato sanemur Christum crucifixum intueamur: quō qui intuebant̄ serpentez æneū in deserto: nō peribāt morsibus serpentū: sic qui intuentur fide Christi mortē: sanant̄ morsibus peccatorum. fides

¶August. lib. de virginitate.

Inspice vulnera pendentis: sanguinē moriētis: pciū redimentis: cicatrices resurgētis. Caput habet inclinatū ad osculandū: cor apertū ad diligendum: brachia extensa ad amplexandū: totū corpus expositū ad redimēdū. Hæc quanta sint cogitate: hæc in statera vestri cordis appendite: vt totus vobis figatur in corde: qui totus pro vobis fixus fuit in cruce.

¶August. in sermone de Natali dn̄i.

Homo factus est hominis factor: vt sugeret hubera: regens sidera: vt esuriret panis: vt sitiret fons: dormiret lux: ab itinere via fatigaret̄: falsis testibus veritas occultaretur. Judex viuorū et mortuorū a iudice mortali iudicaretur: ab iniustis iustitia dānaret̄: flagellis disciplina cederet̄: spinis botrus coronaretur: in ligno fundamentum suspenderetur: virtus infirmaret̄. Salus vulneraretur: vita moreretur.

¶August. in sermone de quadragesima.

Cōgruit nostrę deuotioni: vt q̄ dn̄i crucifixi passionez celebraturi sumus: reprimendarū carnaliū voluptatū crucē nobisipis etiam faciamus.

¶August. super ps. lxx.

Christo crucifixo velum templi scissum est. Quia per ipsius passionem omniū mysteriorū secreta patuerunt.

¶August. lib. cōtra quinq; hereses.

Fusus est sanguis medici: ꝛ factū est medicamētum frenetici. ¶August. de verbis dn̄i.

Quem vis contēnere: preciū eius attende: ꝛ cū morte Christi totū mundū appende.

¶August. de verbis apostoli.

Non vlla res officiorū laborē ad portanda onera aliorū facit libenter appendi: nisi quum cogitamus: quanta pro nobis pertulit dn̄s.

¶August. lib. de viij. virtutib⁹ charitatis.

Filius dei ad crucē ducit̄: expalmat̄: q̄ est vera palma victorię: spinis coronat̄: qui peccatorum spinas venit constringere: ligatur q̄ soluit compeditos: ligno suspendit̄: qui erigit elisos: aceto potatur fons vitę: disciplina cæditur: salus vulnerat̄: vita moritur: occidit ad tēpus vitā mors: vt in perpetuum a vita occideretur mors.

Hiero. ¶Hieronym⁹ sup illud Matthæi. xxvij.

Descendat de cruce ꝛ credim⁹ ei.

Fraudulenta promissio. Maius fecit surgens de sepulchro: et non creditis: nec si de cruce descenderet crederetis.

¶Hieronymus sup Matthæum.

Oīs creatura cōpatit̄ christo morienti. Sol obscurat̄: terra mouet̄: petrę scindunt̄: velū tēpli diuidit̄: sepulchra aperiunt̄. Solus miser homo nō cōpatitur: pro quo solo christus patitur.

¶Hieronymus sup Matthæū in fine.

Traditus est Jesus militibus verberandus: et illud sacratissimum corpus pectusq; dei capax flagella sumpserunt.

Ambro. ¶Ambrosi⁹ sup Beati immaculati.

Noli tātum amittere bn̄ficiū o homo: ppterea Christus dānationi mortis se subdidit: vt te a iugo dānationis erueret. Ille suscepit mortis seruitutem: vt tibi tribueret vitę æternę libertatē.

¶Ambrosius sup illud Matthæi. xxvj.

Cum gladijs ꝛ fustibus.

Stultū est cum gladijs quærere eū q̄ vltro se offert: ꝛ in nocte proditorē inuestigare q̄si latētē: qui quotidie in templo docet. Sed factū congruit tpi et personis. Quia quū essent tenebræ in tenebroso tpe tenebrosum opus exercebant.

¶Ambrosius sup illud Matthæi. xxvij.

Si rex israel est descendat ꝛc.

O stulte ꝛ cæce grex sacerdotū: nunquid īpossibile erat ei de paruo stipite ligni descendere: q̄ descendit a cœlorum altitudine? Nunquid tua vincula possent illum tenere: quem cœli nō possunt capere. Non venit vt se liberaret: qui sub seruitute non erat: sed vt nos de seruitute redimeret.

¶Ambrosius sup Luca lib. v.

Clamauit Jesus voce magna. De⁹ deus me⁹ ꝛc.

Clamauit homo diuinitatis separatione moriturus. Naz quū diuinitas mortis libera sit: vtiq; mors esse non poterat: nisi vita discederet: q̄ diuinitas est. ¶Ambrosius sup Lucam.

Doles dn̄e nō tua vulnera: sed mea: nō tuā mortē: sed nostram infirmitatem.

¶Ambrosius in sermone de passione.

Author pietatis ī cruce pendens testamētū cōdidit: singulis pietatis opa distribuens. Aptis psecutionē: iudeis corp⁹: patri spm̄: virgini paranymphum: latroni paradisum: peccatori infernū: christianis pœnitentibus crucem.

Grego. ¶Gregorius lib. xx. moralium.

Quū em̄ posset nobis etiaz nō moriēdo succurrere: voluit tn̄ hominibus moriēdo subuenire: quia nos videlicet minus amasset: nec vim suæ dilectionis nobis ostenderet: nisi hoc quod a nobis tolleret ad tēpus: ipse sustineret.

Joānes chryso. ¶Joānes Chrysostom⁹ sup Matthæū. c. iij.

Vere deserta erat iudęa: vacua iustitia: plena pctīs: quā de⁹ plātauerat: oēs pphetę coluerāt: illa aūt nullū fructū pduxerat nisi spinas acerrimas: quibus dn̄m suum coronauerat.

¶Joānes Chrysost. sup Matthęū ca. xxvij.

Quę nobis erit cōtumelia? postꝗ Christus hęc passus est. Neq; enim vna particula: sed totum

i ij

corpus iniurias patiebat. Caput p coronã: manus p arundinem: os per acetũ: facies ispuebatur: gene vellebatur: et tandẽ totũ corpus in cruce extenditur ꝛ perforatur.

Bernar. ¶Bernardus sup cant. sermone. xv.

Quam dulciter dñe Jesu cum hoibus conuersatus es? ꝙ abundanter? multa ꝛ magna bona hominibus largitus es? ꝙ fortiter: tã indigna: tam aspera: ꝛ dura p hominibus passus es? Dura ṽba: duriora verbera: durissima supplicia.

¶Ibidem.

O duri ꝛ indurati: ꝛ obdurati filij Adam: quos nõ emollit tanta flãma: tãta benignitas: tam ingens ardor: amoris: tam vehemẽs amator: q̃ pro vilib⁹ sarcinulis tã preciosas merces expendit.

¶Bernardus sup cant. sermone. xx.

Dilexit nos de⁹ dulciter: sapienter: fortiter. Dulciter nempe dixerim: ꝙ carnẽ induit: sapienter: ꝙ culpã vitauit: fortiter ꝙ mortẽ sustinuit. Sed super omnia reddit te mihi amabilẽ bone Jesu calix quem bibisti: opus nostre redemptionis. Hoc enim omnino amorem nostrum sibi vendicat. Hoc iunctum nostram deuotionem blandius allicit: fustius exigit: arctius stringit: ꝛ vehemẽtius afficit.

¶Bernardus sup cantica.

Passio tua dñe Jesu vltimũ est refugium: singulare remediũ: indeficiens sapientia: iustitia nõ sufficiente: succũbẽtibus meritis illa succurrit: quã tamẽ defecerit virtus mea: nõ cõturbor: nõ diffido. Scio quid faciam. Calicẽ salutaris accipiã. Scio ꝙ merita mea non sufficiunt. Ego vo fideliter quod ex me mihi deest vsurpo ex visceribus dñi: qm̃ mia affluunt: nec desunt fozamina per que effluant. Foderunt manus meas et pedes: latusq̃ lancea fozauerunt. Et per has rimas licet mihi sugere mel de petra: oleum de saxo: ꝛ gustare ꝛ videre ꝙ suauis est dominus.

¶Bernardus sup cãtica sermo. xxiij.

a Pater ignosce eis quia nesciunt quid faciunt.

b Christ⁹ flagellis cæsus: spinis coronatus: clauis cõfossus: patibulo affixus: opprobrijs saturatus: omniũ tamen dolorũ immemor: ait. Ignosce illis. Hinc multę miserię corporis: hinc dolores: hinc miserationes: hinc oleum exultationis: hinc guttæ sanguinis decurrentis in terrã.

¶Bernardus sup cant. sermone. lxij.

Quid tam efficax ad curanda conscientię vulnera necnõ ad purgandam mentis aciem: ꝙ Christi vulnerum sedula meditatio?

¶Bernardus sup cant. sermo. lxiij.

In passione dñi tria specialiter conuenit intueri: opus: modũ: causam. Nam in opere quidem patientia: in modo humilitas: in causa charitas commendat. Patientia singularis: humilitas admirabilis: sed charitas mæstimabilis.

¶Bernardus sermone. lxxvj.

Et nobis assumpsit que p̃ nobis sustinuit nasci: lactari: mori: sepeliri: mea est mortalitas nati: mea infirmitas puuli: mea expiratio crucifixi: mea dormitio sepulti.

¶Leo papa in sermone septimi mẽsis.

Effusio p̃ iniustis sanguinis iusti tam potẽs fuit ad pauilegium: tã dines ad precium: vt si vniuersitas captiuorum in redemptorem suum crederet: nullum tyranica vincula retinerent.

¶Cassiodorus super ps. l.

Cassio.

b Ubi princeps tanta afflictione plangebat: quis illo flente non fleret: quis illo dolente non gemeret. Quando p̃ gemmato diademate rex cinerem gestabat in capite: canus puluere non ætate.

¶Damascenus lib. iij. ca. xxvj.

Dama scen.

c Si sole superlucente in ligno fecuris incideret ligni: sol impassibilis permaneret. Multomagis diuinitas scõm hypostasim carni vnita: carne patiente manet impassibilis. Et quẽadmodũ si quis ignito ferro superfundit aquam: qđ tamen aptum natum est pati ab aqua ignis extinguit: innocuũ aũt permanet ferrum: sic caro ne passa impassibilis diuinitas mansit.

¶Rabanus de laude crucis.

Passio Christi cœlum sustẽtat: mundum regit: tartarũ perfodit: in ea cõfirmantur angeli: redimuntur populi: coeuntur inimici: stabiliuntur subsistentia: animãtur viuẽtia: consentiunt sentientia: illustrantur intelligẽtia.

¶Dantes Paradisi caþ. vij.

Dantes

La pena dõque che la crocie porse
Se a la natura assumpta si misura
Nulla giaamai figiustamente morse
Et cusi nulla fu de tanta ingiuria
Guardãdo ala persona chesofferse.
In che era cõtracta tal natura.

Christus grẽca dictio est: ꝛ ab vnctus dicit ad sectione. Quod nomẽ filio Dauid ꝛ Marie Jesu optime conuenit: tum quia in humanitate est vnctus oleo gratie pre alijs: tum quia hoc nomen exprimit vnitatem persone in duabus naturis. exprimit enim dignitatẽ regiam ꝛ sacerdotalem. Ipse enim est rex: ꝛ sacerdos summus in æternum secundum ordinem Melchisedech: vt ait prophęta.

¶Joannes in euãgelio ca. iij.

Joãnes

Exaltari oportet filium hois: vt omis qui credit in ipso non pereat: sed habeat vitam æternam. Non enim misit dñs filium suum in mundum: vt iudicet mundũ: sed vt saluetur mundus p ipm.

¶Joannes caþ. viij.

Ego sum lux mundi. Qui sequitur me: non ambulat in tenebris.

¶Paulus ad romanos ca. x.

Paulus

Finis em̃ legis Christus ad iustitiam omni credẽti.

¶Augustinus lib. de vera religione.

Augu.

Tota vita Christi in terris per hominem quem gessit disciplina morum fuit.

¶Augu. lib. de Lathetizandis rudibus.

Omnia bona terrena ꝓtempsit homo Christus: vt ea contemnẽda mõstraret: ꝛ oia terrena mala sustinuit que sustinenda præcipiebat: vt nec in illis quæreret fœlicitas nec in istis timeret infœlicitas. In ciuitate vili est natus: cuius patria erat cœlestis. Pauper est christus factus:

re: opprobria fugere: gloriam sequi. Venit inter eos incarnat⁹ dñs aduersa appetens: pspera spernẽs: opprobria amplectẽs: gloriam fugiẽs.

¶Joan. Chrysostomus sup Matthęũ.

Joannes chryso. imitari

Tria sunt q̃ relinq̃re debet q̃ venit ad Christũ: actus carnales: q̃ significant ꝓ rhætia piscationis: iustitiã mundicialẽ: q̃ significat ꝓ nauim: parentes qui significant per patrẽ. Reliquerũt igitur Jacobus ꝛ Joannes nauim: vt fierent ecclesiastice nauis gubernatores. Rhætia: vt non pisces afferrẽt: sed ciuitatẽ supnam: vnũ patrẽ vt spirituales omnium patres fierent.

¶Bernardus super cant.

Bernar. spes. iesus. p.

Gemina dulcedo suauitatis exuberat in pectore domini Jesu longanimitas in expectando: et facilitas in donando. Nomẽ Jesu ꝙ charũ: ꝙ vtile: sed salubre. Si vtille non esset mihi non esfunderetur: si salubre non esset me non lucrare tur. Jesus mel in ore: melos in aure: iubilus in corde. ¶Bernardus sup cant.

Nomẽ Jesu lucet prædicatum: pascit recogitatũ: lænit ꝛ vngit inuocatum: qui ita exercitatos reparat sensus: fructus roborat: vegetat bonos mores atq̃ honestos: castas fouet affectiones.

¶Bernardus ibidem.

Nihil ita sicut hoc nomẽ Jesus irę impetũ cohibet: superbię tumorẽ sedat: liuoris vulnꝰ sanat: luxurię fluxũ restringit: libidinis flammam extinguit: fitim auaritię tẽperat: ac totius indecoris pruriginẽ fugat. ¶Bernardus sup cant.

Dignus plane est morte: q̃ tibi Christe recusat vivere. Et qui tibi non sapit: desipit: ꝛ qui curat esse: nisi ꝓpter te: pro nihilo est: ꝛ nihil est. Propter te ipsum deus fecisti oia: et qui esse vult sibi: ꝛ nõ tibi nihil esse incipit inter oia.

¶Bernardus super cant.

Ne mũdi gloria seu armis voluptatibus abducaris dulcescat tibi pro his sapiẽtia Christus. Ne seducaris spũ mendacij et erroris lucescat tibi veritas Christus. Ne aduersitatibus fatigeris: confortet te virtus dei Christus.

¶Bernadus super cant.

Habemus Christum Jesum ex patre nascentẽ: in patre cubantẽ: cũ patre sedentẽ: sub patre pẽdentem: a patre ambulantem: pro patre stantẽ: sine patre morientem.

¶Damascenus tractans illud Matthæi xvj. Tu es Christus filius dei viui.

Damas scen.

Nomẽ em̃ Christi exprimit vnitatẽ psonę in duabus naturis: exprimit etiam dignitatẽ regiã et sacerdotalẽ: ꝛ gratię plenitudines ꝓpter vnctionis prerogatiuam.

¶Dantes paradisi cantica caþ. xx.

Dantes

Ora cognosci quanto charo costa.
Non sequir Christo cũ lesperienza
Di questa dolce vita: ꝛ de loppposta.

Christian⁹ a Christus dicit χριστός de quo supra. Et is dicit q̃ Christi est. i. qui fidẽ Christi habet: q̃ spiritu Christi virtuose operat ꝛ ad imitationem Christi peccatis moritur. ex hea. Tho. secunda secũde. q. clxxiij. ar. v.

Augu. ¶August. lib. de vita Christiana.

Ille vere Christianus est qui oībus miām facit: qui nulla oīno mouet iniuria: qui alienū dolorē tanq̃ ꝓprium sentit: cuius mensam nullus pauper ignorat: qui corā hominibus inglorius habetur: vt coram deo & angelis glorietur: qui terrena cōtemnit vt possit habere cœlestia: qui opprimi pauperē se p̄sente nō patitur: qui miseris subuenit: qui ad fletum fletibus prouocatur alienis. Quod bene faciebat Paulus. Quis infirmatur? & ego non infirmor.

¶August. de doctrina Christiana.

Christiani nomē ille frustra sortit: qui Christum minime imitatur. Quid enim tibi prodest: vocari quod nō es: & nomē vsurpare alienum. Sed si christianum te esse delectat: quę christianitatis sunt gere: & merito tibi christiani nomē assume.

¶Augu. sup psalmum. xxxij.

Ipse est christianus: qui & in domo sua peregrinū se esse cognoscit: patria nostra sursum est. Ibi hospites non erimus.

Ambro. ¶Ambro. in sermone habito in dñica de Abrahā: & habet. xxiij. q. v. Cauete.

Mendaciū nanq est christianum se dicere: et opera Christi non facere.

Grego. ¶Grego. lib. xxviij. moralium.

Non queritur in Christianis initium: sed finis.

Cyprianus. ¶Cyprianus de. xij. abusionibus.

Christianus nemo dicit recte: nisi q̄ Christo moribus prout valet coęquatur.

Dantes. ¶Dantes paradisi cantica cap. xix.

A questo regno.
Non sali mai: che non credete in Christo:
Ne pria: ne poi: che si chiauasse al legno.
Ma vedi multi cridan Christo Christo
Che saran in iudicio assai men prope
Allui: che tal: che non conobbe Christo.
Et tai christiani dānara lo ethiope:
Quando si partirano in doi collegi:
Luno in æterno richo: & laltro inope.

CRudelitas græce ὠμότης. ητος. ἡ. & ὠμός. οῦ. ὁ. crudelis dicitur. Et est atrocitas animi in pœnis exigendis scdm Senecam libro de Clæmentia. Crudelitas est vitium humanum excedēs modum puniendi culpas. bea. Tho. secunda secundę. q. clviij. ar. j.

Prouer. ¶Prouerbiorū cap. xxv.

Aufer impietatem de vultu regis: & firmabitur iustitia thronus eius.

Eccli. ¶Ecclesiastici cap. xxxviij.

Qui offert sacrificiū ex substātia pauperis: quasi qui victimat filium in conspectu patris

Augu. ¶Augustinus ad Macedoniū: & habet xix. q. v. Quid dicam.

An crudelior est: qui subtrahit aliquid vel eripit diuiti: q̄ qui trucidat pauperē fœnore?

¶Idem contra Manicheos: & habetur xxiij. q. j. Quid culpatur.

Quid culpatur in bello? an quia moriunt quandoq morituri? vt dominētur in pace victuri. hoc reprehendisse timidorum est: non religiosorum.

Nocēdi cupiditas: vlciscendi crudelitas: implacatus atq implacabilis animus: feritas rebellādi: libido dominandi: & si qua similia.

Hieron. ¶Hieronymus super Esaiam: & habet xxiij. q. v. Non est.

Non est crudelis qui crudeles iugulat: sed crudelis ideo vocatur: quia crudelis patientibus esse videtur. Nam latro suspensus patibulo crudelem iudicem putat.

¶Idem super. xij. prophetas.

Sicut misericordia sursum eleuat ad deum: ita deorsum crudelitas in infernum deijcit.

¶Hieronymus ad ripparium: & habetur xxiij. q. viij. Legi.

Nō est crudelitas crimina ꝓ deo punire: sed pietas.

Ambro. ¶Ambrosius de officijs lib. iij. cap. iij.

Cōsidera homo vnde nomē tuum assumpseris: ab humo vtiq: quę nihil cuiq̃ eripit: sed oīa largit oībus: & diuersos ī vsus oīm animātiū vsus ministrat. Inde appellatur hūanitas: specialis et domestica virtus hominū: quę cōsortem adiuuat: subuenire non habenti humanitas est.

¶Idem de officijs lib. iij. cap. v.

Si non potest alteri subueniri: nisi alter lædat: cōmodius est neutrū iuuare q̄ grauare alterū.

Cassio. ¶Cassiodorus super psalmum. Persecutus est hominem inopem &c.

Persequi facit homines aut diuitiarum ambitus: aut superbię odiosa iactantia: pauperē & mēdicum insequi sola sæuitia est vel crudelitas: cuius nec honor quæritur: nec abundantia facultatis ambitur. ¶Ibidem.

Quid prodest crudelibus persequi: quos videt persecutionibus semper augeri?

Seneca. ¶Seneca libro de moribus.

Euitabis crudelitatē: & ministram crudelitatis irā. ¶Idem lib. de clæmentia ad Neronē.

Nā tam oībus ignoscere est crudelitas: q̄ nulli modum tenere. ¶Ibidem

Crudelitas nihil aliud est: q̄ atrocitas animi in pœnis exigendis. Crudeles vocabo: qui puniēdi causam habent: modum non habent.

¶Ibidem.

Plærunq homines in suis domibus sæuissimi tyranni: in alienis humillimi serui sunt.

Plato. ¶Plato lib. de legibus.

Crudelitas in baratrū tartari abijcit: vnde nunq̄ egrediuntur.

Aristo. ¶Aristo. ad Alexandrum.

Parce effundere humanū sanguinem: q: hoc illius est qui nouit secreta cordium.

Cicero. ¶Cicero ī Catone maiore al's de senectute.

Importunitas autem et inhumanitas oī ætati molesta est.

¶Idem officiorum lib. iij. cap. xv.

Nec est vnq̄ vtile quod est crudele.

Vergi. ¶Vergi. lib. viij. æneidos de Mezentio.

Mortua quin etiam iungebat corpora viuis.
Componens manibusq manus: atq oribus ora.
Tormenti genus: et sanie taboq fluentes.
Complexu in misero longa sic morte necabat.

Ouid. ¶Ouidius tristium lib. iij. elegia. iiij.

Corpora magnanimo satis est prostrasse leoni;
Pugna suum finē quū iacet hostis habet.

At lupus & turpes instant morientibus vrsi:
Et quæcunq minor nobilitate fera est.
Maius apud Troiā forti quid habet Achilles?
Dardanij lachrymas non tulit ille senis.

Tibull. ¶Tibullus lib. j. elegia. x.

Quis fuit horrendos primus qui ꝓtulit enses?
Quā ferus: & vere ferreus ille fuit?

¶Crudus grece ὠμός. οῦ. ὁ. dicitur. Crudum est proprie recens atq acerbum: vt crudum vulnus hoc est recens: & quasi adhuc cruentū. Hinc recrudescere: quod est ad pristinam acerbitatem redire: & renouari. Crudum item non coctum a similitudine crudæ carnis quę adhuc cruenta ē: & cruda poma immatura: & crudus homo q̄ trucis est aspectu: quia facies crudum habentis animum cruda & aspera sit: & fœda facies: vt crudū & indigestum cibum habentis in stomacho: hinc crudelis & crudelitas.

¶Cruor græce λύθρον. ου. τὸ. & λυθρόω. cruento dicitur. Differt autem a sanguine: q̄ sanguis dicitur in corpore: cruor extra. Inde cruentus: & incruentus: vt victoria incruenta. i. sine hominum cęde parta: & cruētatio. i. sanguinaria fœdatio.

¶Crux grece σταυρός. οῦ. ὁ. & σταυρόω. ῶ. crucifixio dicitur. Est autem crux patibulum in quo figūtur damnati: dictum a greco κρούειν quod est ferire: pulsare: hinc crucio & cruciatus descendunt.

¶Culpa grece ἔγκλημα. τος. τὸ. et ἐγκαλέω culpo dicitur. Et est voluntaria inordinatio: vel priuatio boni. ex beato. Tho. secunda secundę. q. xxxiiij. ar. ij.

CUpiditas grece ἐπιθυμία. ας. ἡ. & ἐπιθυμέω concupisco dicitur. Et est improba voluntas secundum Augustinum lib. iij. de libero arbitrio.

Cupiditas est inordinatus amor pecuniæ: vel effrenatus habendi appetitus quę et Cupido fœminino genere dici potest. Nam cupido in masculino genere deum amoris significat. Sunt qui cupiditatem a cupidine ita distinguant: vt cupiditas lenior sit: ac temperatior. Cupido autem grauior. Lucillius. Cupiditas ex homine: Cupido nunq̄ tollitur. hæc omnia a cupio dicuntur: quod est opto & desidero.

Paulus ¶Paulus ad Timotheum primę cap. vj.

Radix omnium malorum est cupiditas: quam q̄dam appetentes errauerūt a fide: & inseruerūt se doloribus multis.

August. ¶Aug. de doctrina christiana.

Quod agit indomita cupiditas ad corrumpendum animum & corpus suum: flagitium vocatur. Quod autem agit: vt alteri noceat facinus dicitur. Et hæc duo sunt genera omnium peccatorum.

¶Idem ad quendam comitē.

Superbia & cupiditas in tantum vnum malum sunt: vt nec superbia sine cupiditate: nec sine superbia cupiditas possit inueniri.

¶Idem in lib. confessionum.

Non est in carendo difficultas: nisi quum fuerit in habendo cupiditas.

¶Idē lib. de conflictu vitiorum & virtutum.

Cupiditas dicit valde sine culpa es: qui quidem habenda concupiscis: quia multiplicare non appetis: sed egere pertimescis: & quod malus alius retineret: ipse melius expendis.

¶Idē: & habet. xxiij. q. vij. cap. Quod autē.

Vsq adeo autem calumniandi cupiditate cęcantur: vt non attendant: q̄ sint inter se contraria: quæ loquuntur.

Ambro. ¶Ambro. lib. de virginitate.

Qui moderari nescit cupiditatibus: is quasi equis raptis indomitis voluitur: laniatur: affligitur.

¶Idem lib. officiorum.

Quum augere opes: aggregare pecuniam: occupare terras possessionibus: cupimus prestare diuitijs iustitiæ formam exuimus: beneficentiam communem amittimus.

Joannes chryso. ¶Joannes Chrysostomus super Matthæum homelia. ix.

Qui semel Christi seruus effectus est: non erit Mammonę famulus: cuius certe e regione fit dominus. Illa enim vt fugientem sequit: ita fugere consueuit sequentem. Nullum sic honorat: vt contemptorem sui: nec ita irridet aliquē: vt eos qui nimium concupiscunt eam.

¶Ibidem.

Appositio diuitiarum maiorem accendit flammam: & vehementior fit cupido.

Bernar. ¶Bernardus sermone. vj.

Nihil in hac vita laboriosius: q̄ desiderijs terrenis æstuare: & nihil hic quietius: q̄ huius sæculi nihil appetere.

Leo. ¶Leo papa in sermone.

Virum catholicum & præcipue domini sacerdotem sicut nullo implicari errore: ita nulla oportet cupiditate violari. Mens enim pecunię auida nec abstinere nouit a vetitis: nec gaudere cōcessis: nec pietati adhibere consensum.

Orige. ¶Origenes homelia. xix. sup illud Lucę. Quid faciam? destruam horrea mea.

An nō tibi videtur a terra deuorari ille: qui semper de terra cogitat: qui semp terrenos habet actus. Qui de terra loquitur: q̄ de terra litigat: terram desiderat: & omnem spem suam ponit ī terra: qui ad cœlum non respicit: qui futura non cogitat: qui iudicium dei non metuit: nec beata eius promissa desiderat: sed semper de præsentibus cogitat: & ad æterna non suspirat. Talem quū videris dicito: quia deuorauit eū terra.

Basili. ¶Basilius in homelia super illud. Omnium malorum radix est cupiditas.

Quis non talem miseretur? quis non infœlicitatem eius doleat? Angustatur ex abundantia. Constringitur & tristatur ex opulētia. Infœlix in præsentibus bonis: infœlicior in futuris: et ideo ager ei non redditus largiores: q̄ gemitus attulit grauiores.

Innocentius. ¶Innocentius de vilitate conditionis humanæ.

Radix malorum est cupiditas: hæc sacrilegia committit & furta. Rapinas exercet & prædas. Bella gerit et homicidia. Symonias vendit

ꝛ emit. Inique petit ꝛ recipit. Iniuste negociat ꝛ fœneratur. Instat dolis: ꝛ imminet fraudib⁹. Dissoluit pactum ꝛ violat iuramentum. Lor: ñ pit testimonium: ꝛ peruertit iudicium.

¶Ibidem.

voluptas Tria maxime solent homines affectare: opes: voluptates: honores. De opibus prauꝛ: de voluptatibus turpia: de honoribus vana procedunt. Nam opes generant cupiditatem ꝛ auaritiam: voluptates pariunt gulam ꝛ luxuriam: honores nutriunt superbiam: ꝛ iactantiam.

¶Ibidem.

O ignis inextinguibilis Cupiditas insatiabilis. Quis vnq̃ pro voto suo contentus? quum adipiscit quod optauerat: desiderat amplioꝛa: semper in habendis: ꝛ nunq̃ in habitis finem constituit. Sanguisugæ duæ sunt filiæ dicẽtes: affer: affer. Nam crescit amor nummi; quantum ipsa pecunia crescit.

Seneca ¶Sene. ad Lucilliũ epla. xiij.

Vidisti aliquando canẽ missa frusta panis aperto ore captantem? Quicquid accepit protinus integrum devorat: ꝛ semper ad spem futuri inhiat. Idem euenit nobis. Quicquid expectantib⁹ fortuna proiecit: id sine vlla voluptate demittimus: statim ad rapinam alterius erecti ꝛ attenti in Epycuri illud chaos incidimus. Inane: sine termino est.

¶Idẽ ad Lucil. epla. xix.

Qualem dicimus seriem causarum esse: ex quibus nectitur fatum: talem dicimus cupiditatez. Altera ex fine alterius nascitur. In eam demissus es vitam quę nunq̃ tibi terminum miseriarum: ac seruitutis ipsa factura sit. Plurima ꝛ vnde ingesta non satiant. Vtrum istoꝛũ mauis in inopia saturitatem: an in copia famem?

¶Idem epist. xxj.

Turpe est fatigare deos votis. Parez te deo pecunia non faciet: deus nihil habet.

¶Idẽ epist. lxxiiij.

ambitio Nullũ habet maius malũ cupiditas: q̃ ꝙ ingrata est. Nemo quos vincit: sed a quibus vincatur aspicit: ꝛ illis non tam iucundũ est multos videre post se: q̃ graue aliquẽ ante se: habet hoc vitium oĩs ambitio nec respicit: nec ambitio tantuꝫ instabilis est: veruꝫ cupiditas oĩs incipit a fine.

¶Ibidem.

Cupiditas fœlicitatẽ suã non intelligit: quia nõ vnde venerit respicit: sed quo tendat.

¶Idẽ in proverbijs.

Alienum nobis: nostrum plus alijs placet: effugere cupiditatem: regnum est vincere.

¶Ibidem.

Cupiditati tarda est celeritas. Valerius auidissimum quenq̃ egentissimum esse dicebat.

Cicero ¶Cicero libro paradoxoꝝ.

Laudetur vero hic imperator: aut etiam appelletur: aut hoc nomine dignus putetur. Quomodo aut hic cui tandem libero imperabit? qui non potest suis cupiditatibus imperare? Refrenet primum cupidines: spernat voluptates: iracundiam teneat: coerceat auariciam: ꝛ cæteras animi labes repellat. Tum alijs incipiat imperare: quũ ꝛ ipse imprimis dominis dedecoꝛi aut turpitudini parere desierit. Dum quidem his obediet non modo imperatoꝛ: sed liber habendus omnino non erit.

¶Ibidem.

Quid iam illa cupiditas: quæ videtur esse liberalior: honoris: imperij: prouinciarum: q̃ dura est domina? q̃ imperiosa? q̃ vehemens?

¶Ibidem.

Quid quuꝫ dominatio cupiditatis excessit: ꝛ alius est dominus exortus ex conscientia peccatoꝝ timoꝛ: q̃ est illa misera? q̃ dura seruitus?

¶Ibidem.

Quem intelligimus diuitem: aut verbum hoc in quo homine ponimus? opinoꝛ in eo in quo tãta possessio est: vt ad liberaliter viuendũ facile contentus sit. Qui nihil quærat: nihil appetat: nihil optet amplius. Animus oportet tuus se iudicet diuitem: non hominuꝫ sermo: neq; possessiones tuæ. Qui nihil deesse sibi putat: nihil curat amplius. Satiatus est: aut etiam contentus fine pecunia: concedo diues est. Si autem propter aui ditatem pecuniæ nullum quæstum turpem putas: quum isti ozdini ne honestus quidem possit esse vllus: si quottidie frandas: decipis: poscis: pacisceris: aufers: eripis: si socios spolias: ærarium expilas. Si testamenta expectes amicoruꝫ quidem: atq; ipse supponis: hæc vtrum abundãtis: aut egentis signa sunt? Animus hominis diues non arca: appellari solet: quis illa plena sit: dum te inanem videbo diuitem non putabo

¶Ibidem.

Qui igitur nõ plures filias: sed innumerabiles cupiditates habuerit: quę breui tẽpoꝛe magnas copias exhaurire possint: hũc quomodo ego appellabo diuitem: quum ipse egere se sentiat.

¶Ibidem.

Diuitiarum fructus in copia est. Copiam autez declarat satietas rerum atq; abundantia: quam tu: qm̃ assequere: nunq̃ oĩno futurus es diues.

Licero ¶Cicero lib. offiziorum.

Expetuntur autem diuitię tum ad vsus vitę necessarios: tum ad perfruendas voluptates.

¶Ibidem.

Nec vero rei familiaris amplificatio nemini nocens vituperanda: sed fugienda iniuria semper est.

¶Ibidem.

Nihil est tam angusti tãq; parui animi: q̃ amare diuitias.

¶Ibidem.

Nihil honestius magnificentiusq; q̃ pecuniam contemnere: si non habeas: sed si habeas ad beneficentiam liberalitatemq; conferre.

Juuenalis ¶Juuenalis satyra. xiiij.

Sensit Alexander testa quum vidit in illa
Magnum habitatoꝛem. Quãto foelicioꝛ hic qui
Nil cuperet: q̃ qui totum sibi poscereꝫ oꝛbem.

¶Ibidem.

Censura tamen quæ
Sufficiat census: si quis me consulat: edam.
Inquantum sitis atq; fames ꝛ frigoꝛa poscunt.

¶Ibidem.

Si non impleni gremium: si panditur vltra
Nec Crœsi fortuna vnq̃: nec persica regna

Sufficient animo.

Horatius ¶Horatius carminũ li. iij. ode prima.

Desiderantem quod satis est: neq;
Tumultuosum sollicitat mare.

De hac materia habes multa supra in auaritia.

¶Cura græce φροντίσ. ίδος. ἡ. ꝛ φροντίζω curo dicitur. Est autem cura mentis: curatio autem medicinæ: curatura vo diligẽtiæ. Terenti⁹. Reddunt curatura iunceas: hæc tamen sæpissime cõfunduntur. Differunt item cura et sollicitudo: q̃ cura propꝛie est in spe bonoꝛuꝫ. Sollicitudo autem in metu malorum. At cura veniunt curiositas ꝛ curiosus: de quibus infra.

simplicitas. ¶Curiositas græce πολυπραγμοσύνη. ἡ. ꝛ πολυπράγμων. ονος. ὁ. curiosus dicitur. Est aũt curiositas studiũ perscrutãdi ea quæ scire nulla est vtilitas ſm Anselmuꝫ li. de similitudinib⁹. Curiositas est superflua indagatio ad se nõ pertinentiũ ſm Hugonem.

Curiositas est vitium circa cognitionẽ intellectus ꝛ sensum ad peccandum: ꝛ circa inspectionẽ ludoꝝ ꝛ mulierum: ad concupiscendũ: ꝛ spectaculoꝝ. ex. b. Tho. ſcda ſcę. q. clxvij.

Curiosus ꝛ studiosus ita differunt; qꝛ curiosus est cupidus cognoscẽdi ea q̃ nihil ad se attinẽt. Studiosus vo quæ ad animum nutriendũ liberaliter ꝛ ozdinabiliter ptinẽt intẽctissime req̃rit.

Esdre. ¶Esdrę tertij cap. iiij.

Ecclĩ. Si fueris plurimũ scrutatus: frequẽter mirabeꝛis. ¶Ecclesiastici cap. iij.

In supernacuis rebus noli scrutari multipliciter ꝛ in pluribus eius operibus non eris curiosus. ¶Ibidem.

Altioꝛa te ne quæsieris: ꝛ fortioꝛa te ne scrutatus fueris.

Augu. ¶Augu. cõtra Manicheos li. j.

Compescat: se humana temeritas: ꝛ id quod nõ est non quærat: ne illud quod est non inueniat.

¶Idem lib. x. cõfessionum.

Curiosum genus hominũ ad cognoscendũ vitã alienã: desidiosum ad coꝛrigendum suam.

¶Idem in epistola a dioscoꝛum.

Humilitati saluberrime qua dominus noster ihesus christus vt docet humiliatus est: maxime aduersaꝛ q̃dãcvt ita dicã imperitissima scientia: dñi nos scire gaudem⁹ quid Anaximenes: q̃d Anaxagoꝛas: q̃d Pythagoꝛas q̃d democritus senserit et cæteri hmõi: vt docti eruditiq; videamur quum a doctrina ꝛ vera eruditione longe absit.

¶Aug. in lib. de moꝛibus ecclesiæ.

Sunt qui de fertis virtutibus: ꝛ nescientes quid sit deus: ꝛ quanta sit maiestas semper eodẽ modo manẽtis naturæ magnũ aliquid se agere putant: si vniuersam istam coꝛporis molẽ: quã mundũ nũcupamus curiosissime perquirãt: vñ etiã tanta superbia gignitur: vt in ipso cœlo: de quo fæpe disputant sibimet habitare videanꝰ.

¶Aug. li. de vera religione.

In consideratione creaturarum non est vana et peritura curiositas exercenda. Sed gradus ad immoꝛtalia ꝛ semper manentia faciendus.

¶Hiero. in epist. de duobus filijs.

Hiero. Nugas tenemus ꝛ fonteveritatis amisso: opinionum riuulos consectamur.

¶Gregoꝛius homelia. xxxvj. super illud. Juga boum emi quinq;

Grego. Graue curiositatis est vitiũ: quæ dũ cuiuslibet mẽtẽ ad inuestigandũ vitã proximi exterius dueit: semper ei intima sua abscõdit vt aliena sciẽs se nescienꝛ sit: ꝛ curiosus animus: quanto peꝛitus fuerit alieni meriti: tanto fiat ignarus sui.

¶Bernardus super cant.

Bernar. Doctrina spũs non curiositatem acuit: sed charitatem accendit. ¶Bernardus de gradibus superbiæ.

Primus superbiæ gradus est curiositas.

¶Ibidem.

religiosꝰ Si videris monachum euagari: caput erectum: aures portare suspensas: curiosum cognoscas.

¶Prosper de vocatione gentium.

Prosper Quæ deus occulta esse voluit: nõ sunt scrutãda: quę aũt manifesta fecit non sunt negligenda: ne in illis illicite curiosi: ꝛ in his dãnabiliter immemoꝛes ingrati.

¶Aristoteles li. viij. æthicoꝝ.

Aristo. Speculari magis possim⁹ primos: q̃ nosmet ipsos: ꝛ illoꝝ actiones: q̃ propꝛias.

¶Menander.

Mena. πολυπραγμονῶ ἀλλότριαμὴ βουλομένου κακὰ. i. Multum curare aliena ne velis mala.

πολλοί σ' ὀχλὴν ἀρουσιν εἰσ' τὰ χειρόμακ. i. Multi ocium conterunt in peiora.

Τὸ πολλὰ πράττειν. ἐστι πεπταχοῦ σάπρον. i. Multa facere est vbiq; putridum.

Τὸ πολλὰ πράττειν. καὶ λῦπασ' πολλὰσ' ἔχει. i. Multa facere: ꝛ tristicias multas habet.

¶Plautus in sticho.

Plaut⁹. Curiosus nemo est: qui non sit malinolus.

¶Terẽtius in heautontimoꝛumenos.

Terẽti⁹. Ita comparatam esse naturam omniũ hominũ: vt aliena magis iudicent q̃ sua.

¶Ibidem.

Tãtum ne ab re tua est ocij tibi: aliena vt cures ꝛ ea quæ nihil ad te attinent?

¶Idem in ecyra.

Tua quod nihil refert pernctari desinas.

Diabolus. Demoniũ græca dictio c. Ab illis enim Δαιμόνιον. τὸ. ꝛ Δαιμονοφόρημα. τος. ου. ὁ. demoniacus dicitur. Est aũt demoniũ animal genere: mente rationale: animo passiuũ: coꝛpore æreum: tempoꝛe æternum: fm Ł. Apuleium de deo Socratis: ex beato Tho. prima parte. q. lj. articu. j. Scribit preterea idem Apuleius dæmones irritati iniurijs: obsequijsq; ac donis placari: gaudere honoribus: variis sacroꝝ ritib⁹ oblectari. Ad eos pertinere diuinationes augu

Dānatio.Dānū.Debilitas.Debitū.Deceptio.Decima.

rum:aruspicū:vatum ac somniorum: necnon magorum miracula. Homerus præterea deos oēs dæmones vocat: t aliquando ipsum Jouem. Clerum nostræ religionis homines dæmones appellant spiritus in cœlo ab omnium rerū opifice creatos: q̄ de cœlo ipso, deiecti: partim in terrę infimo: partim in hoc aere: tanq̄ sibi congruo carcere damnati sunt: nocendi semper cupidi: a iustitia alieni: superbia tumidi: invidentia liuidi: fallacia callidi: humanaq; quādoq; corpora ingredientes: vel viuentia adhuc: vel iam mortua: t sub humana specie mulieres aliq̄n ineuntes: qui tunc incubi dicūtur: modo viris se subijcientes: t tunc succubi appellantur.

phare-3. 50. ¶Damnatio græce κατάκρισις. ιος. ἡ. t κατακρίνω damno dicitur. Dānatio t damnum Paulus iurisconsultus ab ademptione t quasi diminutione patrimonij dicta esse affirmat. Et similiter damno verbū: quod nunc significat damno officio: vnde t cōdemno dicitur. Et qui nullo dāno afficitur: indemnis appellatur.

nocumētuz. Damnum græce ἀπoβολή. ἧς. ἡ. vel ζημία. ας. ἡ. dicitur. Differunt autem damnū t malum: q̄ damnum est rei. Malum vo hominis ipsi?. Quare Terenti? in andria. Quid feceris illi q̄ dederit damnum aut

Prouer. malum. ex donato super Terentio.

¶Prouerbiorum capi. xij.

Qui negligit damnū propter amicū iustus est.

¶Augu. in sermone de sancto Stephano.

Augustī. Non sic sapit lucrum: quomodo dolet damnum: fortior in confessione christi: qui damna nō timuit: q̄ qui lucra contempsit.

¶Idem de charitate.

Dis vt ille non dānet: tu damna. Dis vt ille ignoscat: tu ignosce. Nemo nisi per indebitam misericordiam liberatur: t nemo nisi per debitum in dicium damnatur.

¶Idē libro de vera religione.

Est pulchritudo vniuersæ creaturæ q̄ hæc tria inculpabilis: dānatione peccatoꝝ: exercitatiōe iustorum: perfectione bonorum.

¶Idem donatistis: t habetur secunda. q. vj. Quod errauerat.

Quod errauerat (inquit dominus) non reuocastis: t quod perierat non requisistis: hoc vobis ipse deus per nos facit: ipse obsecrādo: ipse minando: siue corripiendo: siue damnis: siue laboribus: siue per suas occultas admonitiones: vel visitationes: siue per potestatum temporalium

Ambro. leges. ¶Ambro. li. de officijs: t habetur xiij. q. v. deniq;.

Deniq; si non potest subueniri alteri: nisi alter

sacerdos nō ledatur: cōmodius est neutrum vnuari: q̄ grauari alterum. Ideoq; in causis pecuniarijs interuenire non est sacerdotale: in quibus nō potest fieri: quin frequenter ledatur alter: quiv incitur: quoniam intercessoris beneficio se victum arbitrat. Sacerdotis est igitur nulli nocere: p; odesse velle omnibus: posse autem solius est dei.

Brego. ¶Brego. rius: t habetur. vj. q. j. ex merito. ℔. deteriores.

Deteriores sunt qui vitam molestq; bonorū corrumpunt: his qui substantias aliorum prædiaq; diripiunt

¶Idem in moralibus.

Apertus damnationis testis est ipse timor iniquitatis. Quia et timetur quod agitur: et tamē malum non vincitur quod timetur.

Cassiod. ¶Cassiodorus epistolarum lib. iiij.

Velim est præsentia damna contemnere: q̄ exiguo quæstu perpetua cōmoda non habere.

¶Gene. in prouerbijs

Seneca. Damnum nisi ex abundantia raro venit

¶Debilitas græce ἀσθένεια. ας. ἡ. t ἀσθενόω debilito dicit. Est autem debilitare infirmiorem facere. Debilis dicitur quasi parum habilis hoc est malæ habitudinis

¶Debitum græce ὀφλημα. ατος. τὸ. t ὀφλω debeo dr: q̄ō est obligatus sum: quo vbo cōmunis actio cōprehendit: cyt sentit Ulpian?) siue ciuilis sit: siue honoraria: siue fide icōmissi pro secutio. Inde fit debitor: qui cyt Modestinus in quidis proprie dicitur: a quo inuito exigi pecunia potest. Et debitum id quod debetur: et debitio ipse act?. Licero. Per q̄ dissimilis ē pecunię debitio et gratię? Nam q̄ pecuniam dissoluit: stat im nō habet id quod reddidit: qui autem debet æs retinet alienum. Gratiam autem et qui refert habet: et qui habet in eo ipso: quod habet refert. ¶Menander. Dem.

λαβών ἀπόδοσ' ἄνθρωπε καὶ λήμψ πάλιν. i.

Quum acceperis redde homo: t capies rursus.

¶Idem.

Τὰ δάνεια δοῦλον τοῦτ' ἐλευθέρον ποιεῖ. i.

Debita seruos illos: qui sunt liberi: faciunt.

¶Deceptio græce ἀπάτη. ης. ἡ. t ἀπατεών decetor dicitur: t ἐξαπατάω decipio. Est autem deceptio corruptio scientiæ simbea. Tho. prima scde. q. liij. arti. j. Decipere est eludere: defraudare. Inde decipula q̄ō est genus laquei ad decipiendas t capiendas feras.

Decima græce δεκασμός. t δέκα. decem dicitur. Est autē decima portio vna ex decem. Veteres enim ex vnaquaq; re decimā offerre dijs solebāt. Plautus. Ut decimam solueret Herculi. Ab hoc autem verbo decimo deducitur: quod est decimā partem detraho. 22. 87. uacat. 28.

Decima est omnium bonorum iuste quæsitorum pars deo debita. extra. e tua nobis. Quidam sic distinguūt primitias a decima q̄ primitię sunt frugum: aliorum vo dicit decima. nider. 28 caus.

¶Exodi capi. xxij. Exodi

Decimas t primitias tuas nō tardabis offerre. Primogenitū filiorum tuorum dabis mihi. De bobus quoq; t ouibus similiter facies.

¶Idem cap. xxiij.

Primitias frugum terrę tuę deferes in domum domini dei tui. ¶Leuitici cap. xxvij. Leuitic

Omnes decimę terrę: siue de pomis arborum: siue de frugibus domini sunt.

¶Numeri capi. xviij. Numer

Omnia quæ offeretis ex decimis et in donaria domini: separabitis: optima t electa erunt: cuncta. ¶Ibidem.

Et non peccabitis super hoc. Egregia vobis et pinguia reservantes: ne polluatis oblationes filiorum israel t moriamini.

Augusti. ¶Augustinus: t habetur. xvj. q. j. decimæ.

Decimæ tributa sunt egentium animarum: q̄ si decimam dederis: non solum abundantiam fructuum recipies: sed etiam sanitatem corporis consequeris. Non igitur dominus deus præmiū postulat: sed honorem.

¶Ibidem: t habetur ibidem.

Hæc est enim iustissima consuetudo: vt si tu illi decimas non dederis tu ad decimas reuoceris. Dabis impio militi: quod nōvis dare sacerdoti.

¶Ibidem.

Decimę eteim ex debito requiruntur: et qui eas dare noluerint res alienas inuadunt. Et quanti pauperes in locis suis vbi ipse habitat: illo decimas non dante: famæ mortui fuerint: tanto rum homicidiorum reus ante æterni iudicis tribunal apparebit: qui rem a deo pauperibus delegatam suis vsibus reseruauit. Qui ergo sibi aut præmium comparare: aut peccatorum desiderat indulgentiam promereri: reddat decimā etiam de nouez partibus studeat elemosynam dare pauperibus.

¶Augustinus in sermone de decimis.

Attende q̄ creatura decima inter intellectuales creaturas est homo: quia angeli in nouez ordinibus: decimus autem ordo est hominum. Et ideo est hominis decimaz soluere: vt ruinam angelorum valeat supplere.

Hieron. ¶Hieronymus super Malachiam: t habetur. xvj. q. j.

clemēcia (?) omissio. Si quando fames: t pœnuria: t rerum omnium egestas opprimit mundum: sciamus hoc ex ira dei descendere: qui se in pauperibus: si non accipit elemosynaz: fraudari loquitur: vt suas possessiões possim? decimas t primitias iterp̄tari.

¶Hierony. Damaso papæ: t habet. xvj. q. j. Quoniam quicquid.

clerici. Quoniam quicquid habent clerici pauperum est: et domus illorum omnibus debent esse communes: suscepturi peregrinorum: et hospitum inuigilare debent. Maxime curandum est illis: vt de decimis t oblationibus cœnobijs: t xenodochijs qualem voluerint t potuerint sustentationem impendant.

Ambro. ¶Ambrosius in sermone. xl.

Quicunq; recognouerit in se q̄ fideliter non dederit decimas suas: modo emēdet quod minus fecit. Quid est fideliter dare decimas: nisi vt nec peius: nec minus aliquando offerat de grano: aut de vino: aut de fructibus arborum atq; pecorib?: aut de horto: aut de negocio: aut de ipsa venatione sua.

Brego. ¶Brego. rius in registro.

Presbyter si per pecunias ecclesiam obtinuerit: non solum ecclesia priuetur: sed etiaz sacerdotij honore spolietur. Quia altare: t decimas: t spiritum sanctum emere vel vendere simoniacā hę-

¶ Cxpi de fest. 3 Sabbatis p nobis suppliq. xi. suis locis. / Ch. 3 nōtate sup ignorantia. 3. p. 4. 3. p. 4. in nōtis pa. 1. nec pāp. fuit. 3 len. li. 12. nec fomes. 2 q. 3 p. 4. 2 q. 3 sen. dis. 19 ñ. sop. 3. p. 2. 92.

pro tueri: & quasi vim depellere.

¶Degener græce ἀγεννής. έος. ὁ. ἡ. dicitur: estq; idem quod ignobilis. Venit autem a degenero degeneras: qd' est a generis nobilitate desisco. Vergilius. Degeneres animos timor arguit.

¶Delectatio græce τέρψις. ιος. ἡ. & τέρπω delecto dicitur. Est autem delectatio operatio habitus sm naturā: sine impedimento sm Aristotelem lib. vij. æthicorum.

Delectatio est superfloritio quædā naturę sm Cōmentatorem super. x. æthicorum.

Delectatio est voluptas: suauitate auditus: vel aliorum sensuum animum deliniens: sm Ciceronem lib. iiij. tuscu. quæst.

Delectatio est motus in apparenti animali consequens: apprehēsionē boni naturalis: præsentis per sensum sm beatum Tho. prima secundæ q. xj. arti. j.

Delectatio est quietatio cognita in re cōuenienti: vt. b. Tho. Ibidem. Differt autem delectatio a gaudio. Q: delectatio contingit scdm sensum exteriorem: & interiorem. Gaudium vero sm interiorem tantum. ex. b. Tho. iiij. senten. distin. xlix. q. iij. arti. j.

Dicitur autē delecto a delitio verbo: quod proprie est attraho: & duco: & quoniam quæ grata & iucunda sunt nos attrahere: atq; allicere solēt: factum est: vt delectare sit gratum esse: & iucunditate afficere. Unde delectatio: delectamentū: et delectamen.

¶Deliberatio grece βούλευσις. εως. ἡ. & βουλεύομαι delibero dicitur. Est autem liberare particulare verbum: quod significat libertate donare. Interdum vniuersale: quod est absoluo. Liberare etiam pro eo vsurpamus quod est addicere. Unde in licitationibus rem quæ venalis proposita est: plus offerenti addicere: vel liberare dicimur. Et non modo qui vendit: sed etiā qui emit rem ipsam sic venditam liberare dicitur. Hinc liberationis vocabulum Paulus iuris consultus affirmat eandem vim habere: quam solutionis: liberata a veteribus pro effata: hoc est locuta vsurpari solebat. A libero fit delibero: hoc est decerno, statuo. Nam capto consilio mens a cogitatione liberatur. A delibero fit deliberatio.

¶Delitiæ græce τρυφή. ῆς. ἡ. et τρυφερός. οῦ. ὁ. delitiosus dicitur. Sunt autem delitiosi qui non possunt sustinere aliquos labores: nec aliquid minuens delectationē sm. b. Tho. scda scdæ. q. cxxxviij. arti. j.

Differunt autem delitiæ & mollicies: quia mollicies proprie respicit defectū delectationū: s; delitiæ respiciunt causam impeditiuam earum: scilicet laborem: vel aliquid tale. Ideo delitiæ sunt quædam mollicies. ex. b. Tho. secunda secundæ. q. cxxxviij. arti. j.

Delitiæ dicuntur a delitio: de quo verbo vide supra in delectatio. Hinc delicatus plenus delitijs: siue in delitijs viuere assuetus. Sunt autē proprie delitiæ; quæ maxime nobis voluptati sunt: a delitiendo; hoc est ab alliciendo nos ad voluptatem.

¶Ecclesiastes capi. ij. Eccle.

Dixi ego in corde meo. Vadam et affluam delitijs & fruar bonis: et vidi: ꝙ hoc quoq; esset vanitas. ¶Augustinus super Joannem. Augusti.

Si habet animus vnde oblectetur extrinsecus: sine delitijs manet interius.

¶Augustinus super epistolam Joannis: et habetur distin. xlj. Delitię.

Delitię quælibet: si absq; desiderio percipiantur: non officiunt: & viles cibi appetenter accepti impediunt profectum abstinentiæ.

¶Gregorius in homelia. Grego.

Corporales delitiæ quum non habentur graue in se desiderium accendunt: quum vero habitæ eduntur: comedentem protinus in fastidium vertunt. At contra spirituales delitiæ quum non habentur in fastidio sunt: quum habentur in desiderio. In illis appetitus saturitatem: saturitas fastidium generat. In istis autem saturitatem appetitus: saturitas appetitum parit. Augent enim spirituales delitiæ desideriū in mente: dum satiant.

¶Joānes chryso. lib. de cōpunctione cordis. Joānes chryso.

Sicut impossibile est vt ignis inflammetur in aqua: ita impossibile est compunctionem cordis vigere in delitijs. Contraria enim hæc sibi sunt inuicem & peremptoria. Illa enim mater est fletus: hæc mater est risus. Illa cor cōstringit: ista dissoluit.

¶Idem de reparatione lapsi.

Centum si placet annos demus delitijs: adde & alios centum: si libet adde & decies centum: quę erit ex his ad æternitatem compensatio? Nonne omne tempus huius vitæ: quo delitijs frui videmur: & īdulgere libidini: quasi noctis vnius somniū ad æternitatis comparationē videtur.

¶Cassiodorus epistolarum lib. iiij. Cassio.

Facile onus afflictionis sentiunt: qui vti suauibus delitijs consueuerunt.

¶Seneca epistola. lij. ad lucillium. Seneca.

Nullum laborem recusant manus: quæ ab aratro ad arma transferūtur. In primo puluere deficit vnctus & nitidus.

¶Horatius epistolarū lib. j. epl'a. vj. Horati.

Uis recte viuere? Quis non?

Si virtus hoc vna potest dare: fortis omissis.

Hoc age delitijs.

¶Delictum græce πλημμέλεια. ας. ἡ. et πλημμελέω delinquo dicitur. Est autem delictum boni desertio. Quid enim aliud sonat nomen nisi derelictum? Et quis deliquit: nisi qui summum bonum dereliquit? sm Augustinum in questionibus super Leuiticum.

Delictum cōmuniter significat quācunq; omissionem. Sed stricte omissionem pertinentiū ad deum: vel quando scienter: et cum contemptu omittit homo id quod facere debet: sm beatum Tho. secūda secundæ. q. lxxix. arti. iiij.

A linquo fit cōpositū delinquo: qd' pprie significat pretermitto. Qm̄ vero ꝑtermittere ea quę prætermitti nō debēt peccare est; delinq̄re etiā pro peccare vsurpatur. Hinc delicta peccata dicuntur: quæ aut proposito: aut impetu: aut casu fiunt. Proposito delinquitur a latronibus factionem habentibus. Impetu ab ebrijs ad ferrū venientibus. Casu quum in venatu telum in feram missum hominē interimit. De hac materia vide infra peccatum.

¶Delusio græce κατάπαιγμα. τος. τὸ. et καταπαίζω deludo dicitur. Est autem deludere & eludere deridere: atq; decipere. Plaut'. Quid me deluditis? & nocte excluditis foras.

¶Dementia græce ἄνοια. ας. ἡ. & ἄνους. ου. ὁ. ἡ. demens dicit: qui quasi deorsum a mente dicit. Quomodo autem differat ab amente. vide supra in Amens.

¶Democratia greca dictio est Δημοκρατία. ας. ἡ. Et est principatus populi: vel popularis status: & est quum ad cōmodum egenorum respublica a pauperibus gubernatur sm Aristotelē libro. iiij. politicorum.

¶Demonstratio græce Δεῖξις. ιος. ἡ. & δεικτικός. οῦ. ὁ. demōstratiuus dicitur. et δεικνύω demonstro. Est autem demonstratio certis ac necessarijs rationibus alicuius rei probatio.

¶Denominatiuū græce παρώνυμον. ου. τὸ. dicitur. Dicuntur autē denoīatiua quæcunq; aliquo solo differentia casu habent appellationem sm Aristotelem libro predicamentorum.

¶Depositū grece παρακαταθήκη. ης. ἡ. dicitur. Et est quod custodiendū alicui datum est: vt habetur. ff. depo. l. j. in prin. Differt autē a mutuo: quia depositum datur ad vtilitatē dantis. Sed mutuum ad vtilitatem accipientis. b. Tho. secū da secundæ. q. lxij. arti. vj.

Deponere est apud sequestrum collocare: hinc depositum dicitur.

¶Depræcatio græce Δέησις. ιος. ἡ. dicit: venitq; a depræcor: quod quādoq; significat vehemēter precor. Aliquādo detestor: & propulso: & quasi precando depello. Ouid. Sepe precor mortē: mortem quoq; deprecor idem. Ne mea sarmaticum contegat ossa solum.

¶Derisio græce καταγέλασις. ιος. ἡ. & καταγέλαστος. ου. ὁ. ridiculus: & καταγελάω derideo dicitur. Est autem derisio quum aliquis malū alicuius personæ: vel defectum in ludū: vel risum ponit: vt erubescat: & verecundetur. Derisoris finis est vt erubescat: conuitiatoris vero vt tollat honorem. b. Tho. secūda secundæ. q. lxxv.

Derisio de re notabili est peccatum mortale. Et est grauius ꝙ contumelia. Sed grauissimū derisio dei: secundo parentū: tertio iustorum. secunda secundæ. q. lxxv. arti. ij.

Derideo: illudo: contemno: & de aliquo rideo: siue risum moueo: a quo derisor: & derisio: & derisus quartæ declinationis.

¶Derogare & abrogare quid sint: & quomodo inter se differant. vide supra in abrogatio.

¶Descriptio græce καταγραφή. ῆς. ἡ. et καταγράφω describo dicitur. Est autem descriptio rei propositæ per quasdam proprietates declaratio. Quid autem differat a diffinitione: vide infra in Diffinitio.

¶Desiderium græce ἔφεσις. ιος. ἡ. & ἐφίεμαι desiderio dicitur. Est autem desideriū libido eius qd' nondū adsit sm Ciceronē lib. tus. questionū.

Desiderium est motus appetitus in amabile: et inchoatio amoris. ex. b. Tho. ij. sent. distin. xxvj. q. j. arti. iij.

Desiderium differt ab amore. Quia desiderium est de bono non habito: sed amor est de bono absolute sm eundem prima parte. q. xx. arti. j.

¶Desidia græce ῥαθυμία. ας. ἡ. et ῥάθυμος. ου. ὁ. desidiosus dicitur. Est autem desidia ignauia: & desidiosus piger: & ignau'. Ita et deses desidis a dissido quod est ociosus sedeo.

¶Despectio græce ἐξουθένωσις. ιος. ἡ. & ἐξουθενέω despicio dicitur. Est autem despectio siue despicientia siue despectus quartæ declinationis: idem quod contēptus: quoniā ea quæ contemnimus quasi deorsum: et ad pedes nostros proiecta aspicere solemus: de hac materia vide supra in contemptus humilium.

¶Desperatio græce ἀπόγνωσις. ιος. ἡ. et ἀπογιγνώσκω despero dicitur. Est autem desperatio ægritudo sine vlla rerum expectatione meliorum: sm Ciceronem lib. iiij. tuscu. quest.

Desperatio est quando est falsa existimatione propter peccata quæ fecit vel bona quæ omisit desperet de dei mīa: credens deum nolle: vel nō posse sibi parcere: vel in gratiā recipere.

Desperatio non importat solā priuationē spei: sed recessum a re desiderata propter impossibilitatem existimatam. b. Tho. ~~xij. q. lx. arti. iiij.~~ De hac materia vide infra vbi spes.

¶Regum secundi capi. ij. Regum.

An ignoras ꝙ periculosa sit desperatio?

¶Aug. lib. de vtilitate agendæ pœnitētiæ. Augusti.

Nemo desperet iudam traditorem non tam scelus quod cōmisit: ꝙ indulgentię desperatio fecit penitus interire. ¶Ibidem.

Ne desperādo augeamus peccata. Propositus est pœnitentiæ portus. Rursus ne sperādo augeamus datus est dies nobis incertus.

¶Idem lib. de pœnitentia.

Quicquid feceris quantuncūq; peccaueris: adhuc in hac vita es: vnde te omnino si sanare nollet deus auferret. Qui enim clamando tibi persuasit ne recederes: parcēdo clamat vt redeas.

¶Idem super psal. lv.

Noli dicere: nunꝙ talem hominem deus correcturus est tam malum: tam peruersum. Noli desperare. Quē roges attēde. Non pro quo ipsum ores. Magnitudinem morbi vides: potentiam medici non vides.

¶Augustinus in libro de symbolo.

Latro agnouit: petrus negauit. In petro demōstratur iustum non debere de se præsumere: in latrone nullum impium debere diffidere conuersum. Timeat ergo bonus ne pereat per superbiam: & malus ne desperet per multam malitiam. ¶Hiero. in epistola ad abidiam. Hieron.

Deus enim cunctos æquali sorte generauit: et dedit arbitrij libertatem: vt faciat vnusquisq; quod vult: siue bonum siue malum. Quid ergo poterimus dicere: nisi ille qui vult dānari damnatur.

netur: et qui vult saluari saluetur. Quae nam fuit saluationis causa in Petro: et in iuda suae damnationis? Nempe vterque liber erat. Sed petrus post trinam negationem domini: egressus foras fleuit amare. Iudas vero post traditionem poenitentia ductus desperans de misericordia dei laqueo se suspendit.

Ambro. ¶Ambrosius super Lucam.

Incumbit virtuti saeculi: qui desperat de adiutorio dei. ¶Ibidem.

Nemo diffidat: nemo veterum conscius peccatorum praemia diuina desperet. Nouit dominus mutare sententiam: si tu noueris emendare delictum.

Grego. ¶Gregorius in pastorali.

Quibusdam saepe magnitudo virtutis occasio fuit perditionis: vt quum de confidentia virium inordinate securi essent: per negligentiam inordinate morerentur. Mater enim negligentiae solet esse securitas. Videndo ergo meretricem .i. Magdalenam de tua liberatione non desperes. Sed etiam iudam iudicando securus esse non debes. Confidentia statim euertit: et desperatio post lapsum exurgere non dimittit.

Joannes chrysost. ¶Joannes chrysosto. de reparatione lapsi.

Januas aeternae ciuitatis nobis desperatio claudit: spes aperit: fiducia latum praebet ingressum.

Isidorus ¶Isidorus de summo bono lib. ij. c. xiiij.

Nullus debet desperare veniam: etiam si circa finem vitae suae conuertatur ad poenitentiam. Vnumquemque enim dominus de suo fine: non de vita: iudicat. ¶Ibidem.

In vita hominis finis quaerendus est: quoniam deus non respicit quales antea vixerimus: sed quales circa finem vitae fuerimus. ¶Ibidem.

Perpetrare flagitium aliquod mors est animae: sed desperare est in infernum descendere.

Leo pa. ¶Leo papa: et habetur xxxij. q. ij. ancillam.

Nemo enim desperandus est dum in hoc corpore constitutus est: quia nonnunquam quod diffidentia aetatis differtur: consilio maturiore perficitur.

Hugo. ¶Hugo libro de vera sapientia.

Prima salus est declinare culpam: secunda non desperare veniam. Quia ipse se in aeternum punit: qui apud verum iudicem ad poenitentiam non recurrit.

Boetius ¶Boetius lib. diuisionum.

Quis non videat plurimum ad bonarum artium effectum valere: si apud mentes hominum nunquam sit desperatio discendi?

Seneca. ¶Seneca tragoedia .vij.

Qui non potest sperare: desperet nihil.

Q. curti. ¶Quintus curtius de gestis Alexandri lib. v.

Ut opinor ignauiam quoque necessitas acuit: et saepe desperatio spei causa est. ¶Idem libro .vij.

Desperatio magnum ad honeste moriendum incitamentum est.

Vegeti. ¶Vegetius de re militari lib. ij.

Necessitas enim quaedam virtutis est desperatio.

Valerius maxim. ¶Valerius maximus lib. ij.

Humanae igitur imbecillitatis efficacissimum duramentum est necessitas.

Vergili. ¶Vergilius eneid. lib. ij.

Moriamur et in media arma ruamus.
Vna salus victis nullam sperare salutem.

¶Desponsatio graece μνηστεία. ας. ἡ. et μνηστεύω desponddeo dicitur. A sponte autem venit spondeo quod veteres pro dico vsurpabant. Nam qui spondet: sponte: hoc est voluntarie dicit. Postea vero vsurpari coeptum est pro sponte promitto. Vnde qui puellam spondet sponsor dicitur: puella quae spondetur sponsa: cui spondetur sponsus appellatur. Hinc desponsatio venit.

¶Destinare est dirigere aliquid in aliquid: vel mente proponere. b. Tho. prima parte. q. xxiij. art. j. Destino a de et sto compositum videtur: et idem est quod delibero: assigno: deputo: addico: quasi stare facio. Vergi. Et me destinat arae.

¶Desuetudo graece ἀήθεια. ας. ἡ. et ἀηθέω desuesco dicitur. venit autem desuesco a desuo: quod est dissoluo. Dicimus autem dissuo: dissuesco: dissuefacio: et desuo: desuesco: desuefacio: in eadem significatione. Eorum opposita sunt consuo: consuesco: consuefacio: et alia huiusmodi.

Detractio graece κακολογία. ας. ἡ. et κακόλογος. et κακηγόρος maledicus dicitur. Et est detractio: denigratio alienae famae per occulta verba secundum b. Tho. secunda secundae. q. lxxiij. arti. Detractio est seminatio mali occulte in proximi iniuriam. Differt autem detractio a contumelia. Quia contumeliosus per aperta dicta intendit honori derogare. Detractor vero in absentia proximi eius famam laedit secundum beatum Tho. secunda secundae. q. lxxiij. Detractio quae est occulta maledictio ad denigrationem famae: per impositionem falsi: per adauctionem mali: per reuelationem mali occulti: et per deprauationem intentionis: de se est peccatum mortale. Ex leuitate vero est veniale: nisi sit de graui: sed per bonum cum debitis circumstantiis nullum est peccatum. ex b. Tho. secunda secundae. q. lxxiij. arti. Quomodo autem haec differant scilicet detractio: contumelia: derisio: et susurratio. vide infra in susurratio.

Detraho aliquando significat tollo: extraho. Terentius. Accurrunt serui: soccos detrahunt. Aliquando significat derogo. Vnde detractio et detractores qui famae alienae derogare nituntur.

Exodi. ¶Exodi capi. xxij.

Diis non detrahes: et principi populi tui non maledices.

Prouer. ¶Prouerbiorum cap. iiij.

Remoue a te os prauum: et detrahentia labia sint procul a te. ¶Idem capi. xiij.

Qui detrahit alicui rei: ipse se in futurum obligat. ¶Ibidem capi. xxiiij.

Ventus aquilo dissipat pluuias: et facies tristis linguam detrahentem. ¶Ibidem.

Cum detractoribus non commiscearis.

¶Ibidem capi. xxvj.

Quum defecerint ligna extinguetur ignis: et susurrone subtracto iurgia conquiescunt.

¶Ibidem.

Verba susurronis quasi simplicia: et ipsa perueniunt ad intima cordis.

Eccle. ¶Ecclesiastes capi. x.

Si mordeat serpens in silentio: nihil eo minus habet qui occulte detrahit. ¶Ibidem.

In cogitatione tua regi non detrahas.

Sapientie. ¶Sapientiae ca. j.

Quoniam auris coeli audit omnia: et tumultus murmurationum non abscondetur. Custodite ergo vos a murmuratione: quae nihil prodest: et a detractione parcite linguae.

Ecclesiastici ¶Ecclesiastici ca. v.

Non appelleris susurro in vita tua: et lingua tua ne capiaris: et confundaris. ¶Ibidem

Susurrator autem odium: et inimicitia: et contumelia. ¶Ibidem ca. xj.

Bona in mala conuertens insidiatur: et in electis ponit maculam. ¶Idem. c. xxj.

Susurro coinquinabit animam suam: et in omnibus odietur.

Paulus. ¶Paulus ad Corinth. j. ca. x.

Neque murmuraueritis: sicut quidam patrum vestrorum murmurauerunt: et perierunt ab exterminatore. ¶Paulus primae ad Corin. cap. vj.

Nec maledici nec rapaces regnum dei possidebunt. ¶Idem ad Romanos. cap. j.

Detractores deo sunt odibiles.

Jacob. ¶Jacobus in epistola ca. iiij.

Nolite detrahere alterutrum fratres mei. Qui detrahit fratri: aut qui iudicat fratrem suum detrahit legi: et iudicat legem.

August. ¶Aug. lib. de conflictu vitiorum et virtutum.

Detractio dicit quis potest sustinere? quis potest silentio tegere? quanta ille vel illa praua committit? nisi forte qui consentit. Libertas iuste increpans respondet. Nec tacenda sunt mala proximi: nec consentienda: sed charitate fraterna in facie proximus redarguendus est. Nonnunquam etiam errata ad tempus delinquentium silentio tegenda sunt: vt apto tempore corrigantur.

¶Aug. in epistola ad Hipponenses.

Quum ipsam scripturae veritatem criminari aut obscurare non possunt: hos per quos praedicatur inducunt in odium: de quibus effingere quicquid in mentem venerit possunt. Vnde iam apostolicae prophetiae tempus videtur instare. Erit tempus in quo sanam doctrinam non sustinebunt.

¶Aug. super illud ps. Pro eo vt me diligerent detrahebant mihi.

Plus nocent in membris detrahentes Christo: qui animas credentium interficiunt: quam qui eius carnem mox resurrecturam peremerunt.

¶Augu. libro de paradiso.

Bilinguis serpens habetur atque mortalis: eo quod diaboli minister aliud lingua loquitur: aliud corde meditetur. ¶Augu. in sua mensa hos versus dicitur habuisse.

Quisquis amat dictis absentum rodere vitam:
Hanc mensam indignam nouerit esse sibi.

Hiero. ¶Hieronymus epistola ad Nepotianum.

Caue ne linguam: aut aures habeas prurientes: vt aliis detrahas: aut alios detrahentes audias.

¶Ibidem.

Non licet tibi vituperationem alterius patienter audire. Quia nec ab aliis optas recipi tuam. Nemo inuito auditori libenter refert detractoria. Sagitta in lapide non infigitur: sed interdum resiliens percutit dirigentem. Discat detractor: dum te videt non libenter audire: non facile detrahere.

¶Hieronymus ad Nepotianum.

Plus peccat detractor qui amorem proximi a corde alterius minuit: quam qui victum ab ore pauperis rapit. Nam sicut anima preciosior est quam corpus: sic grauius est animae victum auferre: quam corporis.

¶Hieronymus ibidem.

Cauendum est ne quis sinistrum aliquid de aliquo loqui praesumat: nisi propter eius emendationem faciat. ¶Hieronymus ad Celantiam.

Nulli vnquam omnino detrahas: et aliorum vituperatione non te laudabilem videri velis. Magis vitam tuam ornare disce: quam alienam carpere. Et semper memor esto scripturae dicentis. Noli diligere detrahere ne eradiceris: pauci tamen sunt: qui huic vitio renuncient. ¶Ibidem.

Rarum inuenies qui irreprehensibilem vitam suam exhibere velit: vt is non libenter reprehendat alienam. Tantaque huius mali libido mentes hominum inuasit: vt etiam qui procul ab aliis vitiis recesserunt: in istud tamen quasi in extraneum laqueum diaboli incidant.

¶Hierony. in epistola ad Rustichum monachum.

Sicut sagitta: si mittatur contra duram materiam nonnunquam in mittentem reuertitur: et vulnerat vulnerantem. Ita detractor quum tristem faciem viderit audientis: immo non audientis: sed obturantis aures suas ne audiat sanguinem: illico conticescit. Pallet vultus: haerent labia: saliua siccatur.

¶Idem epistola. xxxiiij.

Cum detractoribus non commiscearis: quoniam repente venit perditio: tam eius qui detrahit: quam eius qui accommodat aurem.

¶Hierony. epistola ad Rustichum mona.

Nulli detrahas: nec in eo te sanctum putes: si alios laceras. Accusamus saepe quod facimus: et contra nosipsos diserti in nostra vitia inuehimus: inuiti de eloquentibus iudicantes.

¶Hiero. sup Ecclesiasten.

Serpens et detractor aequales sunt. Quomodo enim ille mordens venenum infert: sic iste detrahens pectoris virus sui in fratrem effundit: et nihil habet amplius a serpente.

Grego. ¶Gregorius Natali epo: et habetur di. xliiij. Conuiuia. §. Sciendum.

Sciendum est quia tunc ex charitate conuiuia veraciter prodeunt: quum in eis nulla absentium vita mordetur: nullus ex irrisione reprehenditur.

¶Greg. et habetur vj. q. j. Ex merito.

Deteriores sunt qui vitam moresque bonorum corrumpunt his qui substantias aliorum praediaque diripiunt. Caueat itaque vnusquisque: ne aut linguam: aut aures habeat prurientes: ne aut ipse aliis detrahat: aut alios detrahentes audiat. ¶Greg. ibidem.

Parcant singuli detractionum linguae: custodiantque sermones suos: et sciant: quia cuncta quae de aliis loquuntur: sua sententia iudicabuntur.

¶Greg. super Ezechielem homelia. ix.

Hi quorum vita in exemplo imitationis est posita: debent si possunt detrahentium sibi verba compescere: ne eorum praedicationem: haud audiant qui audire poterant: et in prauis moribus remanentes bene viuere contemnant. ¶Ibidem.

Quid aliud detrahentes faciunt: nisi quod in puluerem sufflant: et in oculos suos terram excitant. Et vnde puluis detractionis perflauerit minus inde vident.

de veritatis videant.

¶ Gregorius sup Ezechielē homelia .ix.

Linguas detrahentiū sicut nostro studio excitare nō debemus: ne ipsi pereāt: ita ꝑ sui maliciā excitatas æquanimiter tolerare: vt meritum nobis accrescat: aliquā etiā cōpescere: ne dū de nobis mala disseminant: eorū q̄ audire nos ad bonam poterāt cordis innocentiā corrūpant.

¶ Gregorius sup Ezechielē homelia .ix.

Quum lingue derogantium corrigi nequeunt: æquanimiter sunt per omnia tolerande. Nec detractionis sermo timendus est: ne dū vituperatio peruersorū metuit: recti operis via deserat.

¶ Gregorius in pastorali.

Nō maledices surdo ⁊c. Surdo maledicere est absenti: ac non audienti derogare. Coram ceco offendiculū ponere est discretam quidē rē agere: sed tñ ei: qui lumen discretionis non habet scandali occasionem prebere.

Isidor⁹

¶ Isidorus de summo bono li. iij.

Nō solū ille reus est: qui falsum de alio profert: sed ⁊ is: qui cito aurem criminibus præbet.

Bernar.

¶ Bernardus libro de Consideratione.

Detrahere aut detrahentem audire: quid horū sit damnabilius non facile dixerim.

¶ Bernardus lib. de Consideratione.

Omnem qui palam veretur dicere: qd̄ ī aure loquitur: suspectū habeas. Q⁹ si corā te indicare ille renuerit: delatorem iudices non accusatorē.

¶ Ber. super cant. sermone .xxiiij.

Detractores autem quodam simulatę verecundię fuco conceptā maliciam quam retinere non possunt adumbrare conantur. Videas a detractore alta ꝓmitti suspiria: sicq̄ cum quadā grauitate ⁊ tarditate vultu mœsto: demissis superciliis: ⁊ voce plangenti egredi maledictionē: et quidem tanto persuasibiliorē: quanto creditur ab his qui audiūt: corde non auido: ⁊ magis condolenti affectu ꝙ maliciose proferri. Doleo inquit vehementer pro eo ꝙ diligo eū satis: ⁊ nunꝙ potui de hac re corrigere eum: ⁊ alias mihi q̄dem bene compertum fuerat de eo istud: sed ꝑ me nunꝙ innotuisset. At quoniam per alterum patefacta res est: veritatem negare non possū: re vera ita est.

Cassio.

¶ Cassiodorus super ps. iij.

Dentes dicti sunt a demendo. Ideo pulchre linguæ detrahentium dentes vocantur: quia sicut illi ciborum partes demunt: ita ⁊ isti opiniones hominum corrodunt.

¶ Cassiodorus sup ps. Dixi custodiā.

Quis hominū sic cautus est: vt si inter æmulos loquatur: nullum verbum eius incurrat aliquā questionem? Nam menti furore ebrię omne qd̄ rectum dicitur peruersum videtur.

Glosa.

¶ Glosa Ro. j.

Differentia est inter susurronem ⁊ detractorē: quia susurro inter amicos discordiā seminat. Detractor aliorum bona minuit vel negat. Ne autē leuia putentur peccata susurratio ⁊ detractio: quia in verbis fiunt: ideo ap̄lus dicit. Detractores ⁊ susurrones deo odibiles.

Laerti⁹

¶ Laertius diogenes de vita ⁊ mo. philosophorum.

Diogen.

Quum Xenocrates esset cum quibusdā detractoribus ⁊ taceret: querente vno cur solus taceret. Quia dixisse me īquit aliquādo pœnituit: tacuisse nunꝙ.

Cicero

¶ Cicero lib. officiorum.

Detrahere igitur aliquid alteri: ⁊ hominis incōmodo suum commodum augere: magis est contra naturā ꝙ mors: ꝙ paupertas: ꝙ dolor: ꝙ cætera quę possunt aut corpori accidere: aut reb⁹ externis. Nā principio tollunt cōuictū hominū ⁊ societatē.

¶ Cicero ibidē.

Arbitrati debemus magis esse contra naturam hominem homini detrahere sui commodi causa ꝙ omnia incommoda subire: vel externa: vel corporis.

Valeri⁹ maxi.

¶ Valerius maxi. li. iiij.

Nulla tam modesta fœlicitas est: quę malignantes dentes vitare possit.

Terentius

¶ Terentius comœdia vltima.

Nihil est Antipho quin male narrādo possit deprauarier.

Ouidi⁹

¶ Ouidius Metamorphoseos li. xiij. fabula .j.

Neq̄ enim bene facta maligne
Detrectare meū est.

¶ Ouidius de ponto libro.

Lædere viuos.
Liuor ⁊ iniusto carpere dente solet.

Horati⁹

¶ Horatius sermonum li. j. sat. iiij.

Absentem qui rodit amicum:
Qui non defendit alio culpante: solutos
Qui captat risus hominum famamq̄ dicacis:
Fingere qui non visa potest: commissa tacere
Qui neq̄t: hic niger est: hūc tu Romane caueto

¶ Horatius epistolarū lib. j. epistola .xix.

Arcanum neq̄ tu scrutaberis vllius vnꝙ.
Commissumq̄ teges ⁊ vino tortus ⁊ ira:
Nec tua laudabis studia: aut aliēa reprehēdes.

DEus ⁊ dea: grece. θεόσ. ό. Η. ⁊ θείοσ. vl θιηκόσ. ου. ό. diuinus dicitur. Est autē deus animal sempiternū ⁊ optimū secundum Arist. li. xj. Metaphis.

De⁹ est īcorporalis mens quę ꝑ oēm rerum naturā diffusa: ⁊ intenta vitalem sensum cunctis animantibus tribuit: secundum Pythagoram: vt est apud lactantiū lib. de Ira dei.

Deus (vt idem Lactantius ait ibidē) tantus ē: vt ab homine non possit: aut verbis enarrari: aut sensibus æstimari. Vnus enim (idem ait) ē princeps ⁊ origo reruꝫ deus. sicut Plato in Thimeo ⁊ sensit ⁊ docuit: cuius maiestatem tantam esse declarat: vt nec mente comprehendi: nec lingua exprimi possit. Socrates apud Xenophontem ait. Formā dei non oportere conquiri. Plato in libris legum ait. Quid omnino sit deus: non esse querendum: quia nec inueniri possit: nec enarrari.

Deus quid sit scire nō possumus. b. Tho. prima parte. q. j. ar. vij.

Deus non habet diffinitionem: vt ibidem.

Dei cognitio per essentiā est naturalis soli deo: angelo autem per similitudinem: nobis vero per speculum id est per speciem aliorum. beat⁹ Tho. prima parte. q. lvj. ar. iij.

Deus (ait Cicero li. primo de natura deorū) q̄d

aut q̄lis sit roges me: authore vtar Simonide de quo quum quæsisset hoc idem Tyrānus Hiero deliberādi cā sibi vnū diē postulauit. Quum idem ex eo postridie quæreret: biduū petiuit. Quum sæpius duplicaret numerum dierum: admirāsq̄ Hiero. quæreret cur ita faceret? Quia quanto inquit diutius cōsidero: tanto mihi res videtur obscurior.

Deus proprie diffiniri non potest. Tum q: deus non est sub genere: sed est super omne genus. Tum quia non est compositus ex genere ⁊ differentia: nec ex aliquo alio: sed est purus actus ⁊ summe simplex.

Deus: licet facilius sit dicere quid non sit: ꝙ q̄d sit: ita tamen ab aliquibus describitur.

Deus est mens vniuersi.

Deus est quicquid vides totum: ⁊ quicquid non vides totum.

Deus est animus per immensas mundi partes omnemq̄ naturā commeans: atq̄ diffusus: ex quo oīa quæ nascunt animalia vitā capiūt.

Deus est infinita mēs: quæ per seipsam mouet.

Deus est præstās quedam natura: qua nihil est melius: cuius prouidentia mundum: quem condidit: assidue gubernat.

Deus (vt quidā putāt) dictus est a dando: q: hominibus dat quicquid commodum est. Vel dicitur eo ꝙ nihil ei desit. Vel a θεόσ: quod deum significat. Vel ἀπὸ τοῦ θέω: quod est video ⁊ speculor: quia peruigil omnia cōtemplatur ⁊ videt. Vel ἀπὸ τοῦ δέομαι: id est timeo: ꝙ mortalib⁹ sit timendus. Statius. Primus in orbe deos fecit timor.

Genes.

¶ Genesis cap. l.

Non dei possumus resistere voluntati.

Exodi.

¶ Exodi cap. xv.

Quis similis tui in fortibus domine? Quis similis tui magnific⁹ ī sanctitate. Terribilis atq̄ laudabilis ⁊ faciens mirabilia.

¶ Exodi .xv.

Dominus regnabit in æternum ⁊ vltra.

¶ Exodi cap. xxxiiij.

Dominator domine de⁹ misericors: ⁊ clemēs: patiens: ⁊ multæ miserationis ac verax: qui custodis misericordiam in milia: qui aufers iniquitatem ⁊ scelera: atq̄ peccata: nullusq̄ apud te per se innocens est: qui reddis iniquitatem patrum filiis ac nepotibus: in tertiam ⁊ quartā ꝓgeniē.

Numeri.

¶ Numeri cap. xxiij.

Non est deus quasi homo: vt mentiatur: nec vt filius hominis vt mutet? Dixit ergo: et nō faciet: locutusq̄ est ⁊ non implebit?

Esaias.

¶ Esaias cap. primo.

Date magnificētiā deo nostro. Dei ꝑfecta sunt opera: ⁊ omnes viæ eius iudicia. Deus fidelis absq̄ iniquitate: iustus ⁊ rectus.

Iosue.

¶ Iosue cap. j.

Cōfortare ⁊ esto robustus. Noli metuere: ⁊ noli timere: quoniā tecū est dn̄s deus tuus in omnibus ad quæcunq̄ perrexeris.

¶ Iosue cap. ij.

Dominus deus vester ipse est deus in cœlo sursum: ⁊ in terra deorsum.

¶ Iosue cap. ij.

Hoc diligentissime præcauete: vt diligatis dominum deum vestrum.

Regum.

¶ Regū primi cap. ij.

Non est sanctus: vt est dominus: neq̄ enim est alius extra te: ⁊ nō est fortis: sicut deus noster.

Paralipomenō

¶ Paralipomenon libri primi ca. xvij.

Domine non est similis tui: ⁊ non est alius deus absq̄ te.

¶ Paralipomenō lib. primi ca. xxj.

Dixit Dauid ad Gad. Ex omni parte me angustiæ premunt: sed melius mihi est: vt incidam in manus domini: q: multæ sunt miserationes ei⁹: ꝙ in manus hominum.

¶ Ibidem cap. xxij.

Prebete igit corda vestra ⁊ animas vestras: vt quæratis dominum deum vestrum.

¶ Paralipomenon secundi cap. ij.

Magnus est enim deus noster super oēs deos.

Esdrę.

¶ Esdræ scdi. c. viij.

Virtus domini erit cum eis: qui inquirunt eum in omni affectu.

¶ Esdrę tertij ca. viij.

Solus enim es: ⁊ vna plasmatio nos sumus manuum tuarum.

Thob.

¶ Thobias ca. iij.

Iustus es domine: ⁊ oīa iudicia tua vera sunt: ⁊ omnes viæ tuę misericordia veritas ⁊ iudiciū.

¶ Thobias ca. iiij.

Omni tēpore benedic deuꝫ: ⁊ pete ab eo: vt vias tuas dirigat ⁊ omnia consilia tua in ipso permaneant.

Hester.

¶ Hester capi. xiij.

Domine domine rex omnipotens. In ditiōe eñ tua cuncta sunt posita: ⁊ nō est qui possit tuę resistere voluntati.

¶ Ibidem.

Tu fecisti cœlum ⁊ terram: ⁊ quicquid cœli ambitu continetur. Dominus omnium es: nec est q̄ resistat maiestati tuę.

Iob.

¶ Iob. cap. xxxiij.

Absit a deo impietas: ⁊ ab omnipotente iniquitas: opus enim hominis reddet ei: ⁊ iuxta vias singulorū restituet eis.

¶ Iob capi. xxxvij.

Digne deum inuenire non possumus. Magnus fortitudine: ⁊ iudicio: ⁊ iusticia: ⁊ enarrari nō potest. Ideo timebunt eum viri: ⁊ non audebunt cōtemplari: omnes qui sibi videntur esse sapiētes.

Dauid.

¶ Psal. xxxij.

Ipse dixit ⁊ facta sunt: ipe mādauit ⁊ creata sunt.

¶ Psal. cxxvj.

Nisi dn̄s edificauerit domū: in vanum laborauerūt qui edificant eā. Nisi dn̄s custodierit ciuitatē: frustra vigilat q̄ custodit eam.

¶ Psal. cxxvij.

Beati oēs qui timent dn̄m: q̄ ambulant in viis eius.

¶ Psal. cxxxiiij.

Omnia quæcunq̄ voluit dn̄s fecit in cœlo ⁊ in terra: in mari: ⁊ in omnibus abyssis.

¶ Psal. cxliiij.

Prope est dn̄s oībus inuocātibus eū: omnibus inuocātibus eum in veritate.

¶ Psal. cxliiij.

Custodit dn̄s oēs diligentes se: ⁊ oēs peccatores disperdet.

Eccl's.

¶ Ecclesiastes ca. viij.

Intellexi ꝙ omniū operum dei nullā possit homo inuenire rationē eoꝝ q̄ sunt sub sole: ⁊ quanto plus laborauerit ad quærendū: tāto min⁹ inueniet. etiā si dixerit sapiens se non nosse: nō poterit reperire.

¶ Ecclesiastes cap. xj.

Quomodo ignoras quæ sit via spirit⁹: ⁊ qua ratione compingantur ossa in ventre ꝓgnātis: sic nescis opera dei: qui fabricator est omnium.

Sapieñ.

¶ Sapientię cap. xv.

Nosse enim deum consummata iustitia est:⁊ scire iustitiam:⁊ virtutem suam:radix est immortalitatis. ¶Sapientiæ cap.xvj.

Tu es domine qui vitæ⁊ mortis habes potestatem:⁊ deducis vsq; ad portas mortis:⁊ reducis.

Eccli. ¶Ecclesiastici cap.primo.

Timēti dominum bene erit in extremis:⁊ in die defunctionis suæ benedicetur.

¶Ecclesiastici cap.xxxiij.

Timēti deū non occurrent mala: sed in tentatione deus illum conseruabit:⁊ liberabit a malis.

Esaias. ¶Esaias cap.lv.

Quærite dn̄m dum inueniri potest:inuocate eū dum prope est.Derelinquat impius viam suam:⁊ vir iniquus cogitationes suas:⁊ reuertatur ad dn̄m:⁊ miserebitur eius:⁊ ad deū nostrū:quoniam multus est ad ignoscendum.

Matth. ¶Matthæus cap.ix.

Qui amat patrem aut matrem plusq̃ me:nō est me dignus. ¶Mat.c.xvj.

Si quisvult post mevenire abneget semetipsuz ⁊ tollat crucem suam:⁊ sequatur me.

¶Marcus capi.x.

Marc9 Nemo bonus nisi vnus deus.

¶Marcus cap.xij.

Primū omnium mandatuz est.Audi israel: dn̄s deus tuus vnus est.Et diliges dn̄m deū tuū ex toto corde tuo:⁊ ex tota anima tua:⁊ ex tota mēte tua. ¶Lucas cap.v.

Lucas. Quis potest dimittere peccata:nisi solus de9?

Joānes. ¶Joannes capitulo.j.

Deum nemo vidit vnq̃.

Paulus. ¶Paulus ad Romanos capi.j.

Inuisibilia dei a creatura mundi:per ea quæ facta sunt intellecta cōspiciunť: sempiterna quoq; eius virtus⁊ diuinitas.

¶Paulus ad romanos cap.iiij.

Quæcunq; promisit deus potens; est ⁊ facere.

¶Ibidem capi.viij.

Scimus autem qm̄ diligentibus deū omnia cooperantur in bonum.

¶Paulus ad corin primæ ca.ij.

Animalis aūt homo nō pcipit ea quę sunt spiritus dei. ¶Paulus ad corin.primæ cap.x.

Siue ergo manducatis:siue bibitis vel aliud q̃d facitis: omnia in gloriam dei facite.

¶Paulus ad corin.scdæ cap.iij.

Non sufficientes sumus cogitare aliquid ex nobis q̃si ex nobis:s; sufficiētia nostra ex deo est.

¶Paulus ad corin.secundæ ca.viij.

Scitis eīm gratiā domini nostri iesu christi:quoniam propter vos egenus factus est:quuz esset diues:vt illius inopia vos diuites essetis.

¶Paulus ad philip.cap.ij.

Deus est enim qui operatur in vobis:⁊ velle:et perficere pro bona voluntate.

¶Paulus ad tymotheum primæ ca.ij.

Deus oēs hoīes vult saluos fieri:⁊ ad agnitionē veritatis venire. ¶Pau.ad hebræ.c.xij.

Etenim deus noster ignis consumēs est.

¶Actuum aposto.cap.x.

Actuum apl'orū. Aperiens Petrus os suum dixit.In veritate cōperi;q: non est personarum aceptor deus; s; in omni gente qui timet deum ⁊ operatur iustitiam acceptus est illi. ¶Jacobus ca.j.

Omne datum optimum:⁊ omne donū perfectū desursum est:descendens a patre luminū:apud quē nō est trāsmutatio:nec vicissitudinis obumbratio. ¶Petrus apostolus scdę.c.iij.

Vnus dies apud dominū sicut mille anni:⁊ mille anni sicut dies vnus. ¶Aug.lib.de trini.⁊ habetur de conse.distin.iij.oēs quos.

Omnes quos potui legere: qui ante me scripserunt de trinitate: quæ deus est: diuinorum librorum veterum ⁊ nouorū.catholici tractantes hoc intenderūt sm̄ scripturas docere:q̃ pater⁊ filius ⁊ spiritussanctus vnius eiusdemq; substātie inseparabili æqualitate diuinā insinuant vnitatem.Ideoq; non sunt tres dij:sed vnus deus:q̃uis pater filium genuerit:⁊ ideo filius nō sit qui pater est.Filiusq; a patre sit genitus.Et iō pater non sit qui filius.Spiritusq; sanctus nec pater sit nec filius:sed tantummodo patris ⁊ filij spiritus:⁊ patri ⁊ filio etiā ipse coęqualis: et ad trinitatis pertinens vnitatem:non tamen eādem trinitatem natā de virgine maria:⁊ sub pōtio pilato crucifixam:⁊ sepultam:tertia die resurrexisse:⁊ in cœlum ascendisse: sed tantūmodo filium. ¶Ibidem.

Pater ⁊ filius ⁊ spiritussanctus sicut inseparabiles sunt:ita inseparabiliter operanť.

¶Augustinus de trinitate lib.j.

Nec periculosius alicubi errať: nec laboriosius aliquid quæritur:nec fructuosius aliquid inuenit q̃ trinitas. ¶Aug.epi.ad macedoniū.

Deus perpauca in hoc seculo punit ne diuina puidentia non esse credať:⁊ multa seruat vltimo examini:vt futurum iudicium commendetur.

¶Augustinus ad macedonium episto.ij.

Non ego meo ingenio vel merito:sed eius dono sum:si quid laudabile suz.Nam quædam acutissima ⁊ excellentissima ingenia:tāto in maiori errore:errant:quāto cōfidenti9 tanq̃ suisviribus cucurrerint: nec suppliciter ac veraciter deū:vt viā sibi ostenderet:petiuerunt.

¶Augustinus lib.meditationū.

Quid est iesus:nisi saluator. Igiť ppter temet ipsuz esto mihi iesus. Noli domine noli sic attēdere malū meū:ne obliuiscaris bonū tuū.O bone domine si ego admisi vnde me dānare potes: tu non amisisti vnde me saluare soles.

¶Aug.lib.supputationū parte.iij.c.j.

Justū est vt creatura laudet deum creatorē.Ipse eīm nos ad laudandū se creauit:q̃ nostris nō indiget laudibus.Est aūt virt9 incōprehēsibilis: nullius indigēs:ipsa sibi sufficiēs.Magnus eīm dn̄s noster ⁊ laudabilis valde. Hunc itaq; mēs diligat:lingua canat: scribat manus:atq; in his sanctis studijs fidelis animus se exerceat.

¶Augu.lib.vij.confessionum.

O æterna veritas ⁊ vera charitas:⁊ chara ęternitas.Tu es deus me9 vbi suspiro die ac nocte.

¶Aug.lib.xij.cōfessionum.

Es gaudiū qđ nō dať impijs:sed eis qui te gratis colunt: quorum gaudium tu es ipse:⁊ ipsa est vita beata gaudere a te; de te: propter te:

Ipsa est ⁊ non altera:bona quippe vita est gaudiū de veritate.hoc est enim gaudium de te qui es veritas.

¶Augu.super illud.Pater noster ⁊c.

Deus est in seipso sicut Alpha ⁊ ω. In mūdo sicut rector ⁊ author.In angelis sicut sapor et decor.In ecclesia sicut paterfamilias ī domo.In aīa sicut spōsus ī thalamo.In iustis sicut adiutor ⁊ ptector.In reprobis sicut pauor ⁊ horror.

¶Augustinus de Creatione.

Si aliquando dominus tardius dat: cōmendat dona:non negat.Diu desiderata dulcius obtinētur.Cito autem data vilescūt.Seruat tibi deus quod nō vult cito dare:vt ⁊ tu discas magna magne desiderare.

¶August.lib.viij.de ciuitate dei.

Platonici dicunt beatū esse hominē fruentem deo:non sicut corpore fruitur animus:aut sicut amicus amico:sed sicut luce oculus.

¶Augustinus ibidem.

Quicūq; philosophi de deo senserūt: q̃ rerum creatarum sit effectiuū:⁊ lumē cognoscēdarū:⁊ bonū agendarū:q̃ ab illo nobis sit principiū naturę:et veritas doctrinę:⁊ fœlicitas vitæ: illos cęteris anteponimus:eosq; nobis propinquiores fatemur.

¶Augustinus super Genesim lib.v.

Omnia prius q̃ fierent:in notitia faciētis erāt: et vtiq; ibi meliora:vbi veriora.

¶Augustinus super genesim lib.viij.

Deus solus dominus est:quia illi animo: nō ad suā sed ad nostrā vtilitatem seruimus. Nā si nobis indigeret:eo ipso non verus dominus esset: quum per nos eius adiuuaretur necessitas:sub qua etiam ipse seruiret.

¶Augustinus sup Joānem sermone.iij.

Quum deus immortalitatem tribuit:dona sua coronat:non merita nostra.

¶August.super Joannē sermone.xix.

Deus tibi totum est.Si esuris panis est:si sitis aqua tibi est:si in tenebris es:lumē tibi est:si nudus es īmortalitate tibi vestis est.

¶Augu.super Joannē sermo.l.

Quare dominus vnū pditorē īter duodecim habere voluit? Nisi vt malos toleremus:ne corp9 dn̄i diuidamus.

¶Augustinus super psal.xxvj.

Quicquid preter deum est:dulce nō est. Quicquid mihi vult dare dominus meus: auferat totum:⁊ se mihi det. ¶Augu.sup psal.liiij.

Siue tribulemur ⁊ angustiemur: siue lętemur: et exultemus:ille laudandus est:qui ⁊ in tribulationibus erudit:⁊ in lęticia consolatur.Laus enim dei a corde ⁊ ore Christiani recedere non debet:non vt laudet in psperis:⁊ maledicat in aduersis:sed quēadmodū psalmus ille scribit. Semper laus eius in ore meo. Gaudes? agnosce patrem blandiētē. Tribularis? agnosce patrem emendantem.Siue blandiatur siue emendet eum erudit cui parat hæreditatem.

¶Augu.super psal.lxxiiij.

Nō est quo fugias a deo irato:nisi ad deū placatum. ¶Augustinus sup psal.cxxxvj.

Deus totus occulus est:quia omnia videt. Totus manus est:quia omnia operať. Totus pes est:quia vbiq; est.

¶Augustinus de verbis dn̄i sermone.iij.

Christus fili9 dei qui nos fecit: liberat nos non a barbaris:sed a Diabolo:non a corporis captiuitate:sed ab animę iniquitate.Solus est qui sic liberat.Nemo se liberū dicat ne seruus remaneat.Sed non remanebit in seruitute aīa nostra: quia quotidie dimittuntur debita nostra.

¶Aug.de verbis dn̄i.sermone.iij.

O magna bonitas dei:cui pro cōditiōe reddere debeamus obsequia: vtpote serui domino:famuli deo:mancipia redemptori:amicitiaruz nobis premia repromittit:vt a nobis obsequia debitę seruitutis extorqueat:vt quos nolle seruire conspicit sponte:beneficiorū suorum possit promissionibus inuitare.

¶Augustinus lib.de pœnitentia.

Quo ibo a spiritu tuo? Nemo fugit ab illo nisi ad illum:ab eius seueritate:ad eius bonitatez. Quis enim locus te excipiet fugientē? nisi eius presentiaz ibi inuenias.Si ascenderis in cœlū: ibi est:si descenderis in infernū adest.

¶Augustinus de Cathecuminis.

Quicquid hō fecerit laudabilē ī suis factis deū inuenit.Si recte egit laudabilē īuenit per īstrumētū premiorū.Si peccauerit:laudabilē inuenit per iusticiā suppliciorū.Si peccata cōfessus ad recte viuendum redierit:laudabilē inuenit p iusticiam indulgentiarum.

¶Augustinus lib.de vera religione.

Nullū peccatū cōmitti potest:nisi dū appetunť ea quę Christus Jesus cōtempsit:aut fugiūtur quę Christus sustinuit. Tota itaq; vita eius in terris per hominē quem suscipere dignatus est disciplina morum fuit.

¶Augustinus lib.de spiritu ⁊ aīa ca.iiij.

Nemo de dei pietate diffidat: quia maior ē sua misericordia q̃ nostra miseria. Et quisquis ad deū toto corde clamauerit:exaudiet illum quia misericors est.

¶Augu.in homelia de obediētia.

Nihil deus iubet quod sibi prosit: sed cui iubet.

¶August.de decē chordis in principio.

Gaudemus ad dei misericordiā:sed timeamus ad dei iudiciū. ¶Aug.lib.ij.de Trinitate.

Natura dei est inuisibilis:pōt tn̄ videri ī aliqua specie:quā ipse elegerit:nō quam natura formauit. ¶Augustinus lib.de Trinitate.

Beata trinitas pater ⁊ filius ⁊ spūsctūs ē vn9 deus ⁊ summū bonū:quod non nisi purgatissimis mentibus cernitur. Mentis eīm humanæ acies inualida in tā excellētem lucem nō figiť: nisi per iustitiam dei emundetur.

¶Augustinus lib.viij.de Trinitate.

Duo aūt mutuo se amantes sunt pater ⁊ filius: amor autem qui est eorū nexus:est spūsctūs:ergo tres personę sunt in diuinis.

¶Augu.iiij.sup Genesim ad litterā.

Virtus dei ab his quę creata sunt regendis si aliquādo cessaret simul ⁊ illorū cessaret species omnisq; natura concideret.

Diero. ¶Hieronymus epła prima.

Deus secundū quod opinari potest hūana mēs natureꝫ ipsius vel substātie quę est super oīa appellatio est. Pater arcani ⁊ ineffabilis sacramēti vocabulum est. Deum quū audis substantiam intellige: sine initio: sine fine: simplicem sine vlla admixtione: inuisibilem: ineffabile: incorporeū: inæstimabilē: in quo nihil aduncti: nihil creatū sit: sine authore. Est em ille qui est omnino omnīū author. Patrē quū audis: si līs intellige patrem: qui filius supradictę est imago substātię.

3 Sicut enim nemo dicit dīs nisi habeat vel possessionem: vel seruū: cui dominetur. Et sicut nemo magister dicitur nisi discipulū habeat: ita ⁊ pater nullo pacto quis dici potest: nisi filium habens. Hoc igitur ipo nomine quo deus pater appellatur: cum patre pariter subsistere etiam filius demonstratur. Quomodo autem deus pater genuerit filium nolo discutias: nec te curiosus ingeras in profundo arcani: ne forte dū ineꝫ accessę lucis fulgorem pertinacius perscrutaris exiguum ipsum qui mortalibus diuino munere concessus est perdas aspectum.

¶Ibidem hieronymus ibidem.

9 At si putas in hoc omni indagationis genere vtēdum. Prius tibi propone quę nostra sūt: quę si consequēter valueris expedire: tunc a terrestribus ad cœlestia: ⁊ a visibilibus ad inuisibilia pperato. Expedi pmo si potes quomodo mens quę intra te est generet verbum: et quid sit in ea memorię spiritus. Quō hæc quū diuersa sint rebus et actib⁹ vnū tñ sint vel substātia vel natura: et quū e mente procedant nunq̄ tamē ab ipsa separentur. Et si hęc cūis in nobis et maxime nostra substantia habentur: tamē tanto nobis occulta vidētur: quāto aspectui corporeo inuisibilia.

¶Ibidem.

3 Scito adhuc diuinę generationis mysteriū tāto esse differētius ⁊ eminētius: quāto creator: creaturis potētior: quanto artifex opere suo prestātior: quāto ille qui semp est: eo qui ex nihilo cœpit esse nobilior. Credendus est ergo deus esse pater vnici filij sui domini nostri: non discutiendus. Neq̄ enim fas est seruo de natalibus domini disputare.

¶Ibidem.

Nihil ibi dicas impossibile vbi aderat virtus altissimi. Nihil de humana fragilitate cogites: vbi plenitudo inerat diuinitatis. ¶Ibidem.

Etenim (vt breuiter aliqua etiam de secretioribus pstringamus) ab initio deus quū fecisset mundum prefecit ei ⁊ præposuit quasdam virtutum cœlestium potestates: quibus regeretur et dispensaretur mortalium genus.

¶Ibidem.

Deo autem qui vbiq̄ est: ⁊ nusq̄ deest: quid ifernum est: aut quid supernum?

¶Hieronymus epła. iiij.

Una est dei sola natura quę vera est: ad id oīa quō subsistit nō habet aliūde: sed sūa est. Cætera que creata sunt etiā si videnť eē nō sunt: qz aliquādo non fuerūt: ⁊ pōt rursum nō esse qō non fuit. Deus solus qui æternus est: hoc est qui ex

¶Hieronymus in Matthæum.

Dīs vt veritatē assumpti probaret hominis qui dem cōtristatus est. Sed ne passio in aīo illius dñaretur ppe passionē cœpit cōtristari. Cōtristabatur em nō timore patiēdi: q̄ ad hoc venerat vt pateret: ⁊ Petrū timiditatis arguerat: sed pter infœlicissimū Judā: ⁊ omnium apostolorū dispersionem: ⁊ reiectionem populi iudæorum: et euersionem miserę Hierusalem.

¶Hieronymus in homelia. Quum appropinquaret Jesus.

Prauam animā multis modis deus visitare cōsuenit. Nā assidue hāc visitat præcepto: aliqn̄ autem flagello: aliqn̄ miraculo: vt ⁊ vera quę nescibat audiat: ⁊ adhuc superbiēs: aut cōtēnēs: aut dolore compuncta: sedeat: aut beneficijs delicta malum quod fecit erubescat.

¶Hieronymus sup er Naum.

Si crudelis ⁊ rigidus deus: q̄ in diluuio deleuit genus humanū: super Sodomā ignē ⁊ sulphur pluit. Ægyptios submersit fluctib⁹: israelitarū cadauera pstrauit i deserto: scitote ideo eū ad pēnas reddidisse supplicia: ne in æternū puniret. Quia nō in idipsum bis iudicat dīs.

¶Ambrosius de Isaac.

Adest deo qui exit de sæculo. Adest deo q̄ illum cogitat: qui eum intuetur: qui in ipso sperat: ad est. Ille iuxta deum est qui extra se non fuerit.

¶Ambrosius de virginitate lib.x.

Omnia Jesus Christus est nobis si volumus. Curari desideras? medicus est. Si febrib⁹ æstuas: fons est. Si grauaris iniquitate: iustitia est. Si auxilio indiges: virtus est. Si mortē times: vita est. Si ire desideras: via est. Si tenebras fugis: lux est. Si cibū appetis: alimētum est. Gustate igitur ⁊ videte quā suauis est dīs.

¶Idem lib. de Jeimnio.

Jugum ⁊ onus Christi leue est: ⁊ nō cōterit colla: honestat nō alligat cernicē vinculis: sed mentem gratia copulat.

¶Ambrosius super Beati immaculati.

Deus interuallo locorum non relinquit: sed pximitate morum gestorum vnusquisq̄ suis studijs: aut se deo iungit: aut separat.

¶Ambrosius sup Beati immaculati.

Dīs Jesus veniens in hūc mūdū per virginem partū subiecit curę nostrę omnes cōtrarias potestates: vt fide tua: verbo tuo: ⁊ operib⁹ tuis cōterātur. Si ergo nō cōteris aduersariū: tua culpa est: qui permissa potestate nō vteris. In nobis igit aut subiciat aduersari⁹: aut resultet.

¶Idem super Lucam lib.j.

Non in loco deus videt: sed mūdo corde: nec corporalibus oculis de⁹ quæritur: nec circūscribit visu: nec tactu tenet: nec audit affatu: nec sentitur incessu: ⁊ quū absens est videt: et quum præsens est non videtur.

¶Ambrosius super Lucam cap̄.xv.

Impios quę fecit dīs: qui eū nō querebāt: ⁊ pro eis voluit mori. Quomodo clamantes ad se nō exaudiet?

¶Ambrosius super Lucam lib.v.

Uberior est dei gratia: q̄ precatio. Semp enim plus tribuit dīs q̄ rogatur. Nā latro rogabat: vt memor esset sui dominus quū veniret in regnum suum. Dominus autem ait. Hodie mecum eris in paradiso. ¶Grego. in homelia Grego.

sup illud luce. Ecce cœperūt simul excusare.

Offert deus quod rogari debuerat. Isō rogat⁹ dare vult: quod vix credi poterat: vt largiri dignaretur etiam postulatus. Magna enim pietas dei omniporētis super nos efficitur: quę se deferentes non deserit.

¶Grego. in homelia de vno martyre.

Sicut arte medicine: calida frigidis: frigidaq̄ calidis curantur. Ita dīs nostra cōtraria oppositi medicamēta peccatis: vt lubricis continentia: tenacibus largitatē: iracūdis mansuetudinē: ⁊ elatis præciperet humilitatem.

¶Grego. lib.ij. moralium.

Creator oīm deus pater oīpotens vbiq̄ est: ⁊ vbiq̄ totus est. Jn pte nō est: quoniā vbiq̄ est. Et tunc minus inuenitur quando is quiq̄ vbiq̄ totus est in parte queritur.

¶Greg. ibi. Et sup Ezechielē homelia. viij.

Nunq̄ deest: ⁊ tamen ab iniquoꝝ cogitationib⁹ longe est. Nec tamen ibi deest: vbi lōge est. Quō nisi vbi non est per gratiā: adest per vindictam. Deus vbiq̄ præsens est: et vix inueniri potest: Stantem sequimur: et apprehendere non valemus.

¶Ibidem.

Ponamus ante oculos quæ sit illa dei natura: quę tenet omnia: implet omnia: pplectitur oīa: superexcedit omnia: sustinet omnia: nequaq̄ autē deus ex vna parte sustinet: atq̄ ex alia superexcedit: neq̄ ex alia parte implet: atq̄ ex alia parte circumplectitur: sed circūplectēdo implet: ⁊ pplēdo circūplectitur: sustinendo superexcedit: et superexcedēdo sustinet: sine inæquitudine superius regens: sine latitudine inferi⁹ sustinēs: interius sine extenuatione penetrans: exterius sine extensione circundans. Est itaq̄ inferior ⁊ supior sine loco: ⁊ amplus sine latitudine: ē sub tilis sine extenuatione. Et qui per molez corporis nusq̄ est: per incircunscriptam substantiam suam nusq̄ deest.

¶Grego. ibidem ⁊ in moralibus.

Deus mane intra omnia: ipse extra oīa: ipse supra oīa: ipse infra omnia. Superior est per potētiam. Inferior per sustētationem. Exterior per magnitudinem. Interior p subtilitatē. Sursum regens: deorsum continens: extra circundās: interius penetrans. ⁊c.

¶Grego. moraliū lib.xviij.

Deus iccirco laudes suas nobis idicat: vt valeamus eum audientes cognoscere: cognoscentes amare: amantes sequi: sequentes adipisci: adipiscentes vo eius visiōe perfrui. vnde psalmus. Virtutem operum suoꝝ annūciabit populo suo: vt det illis hæreditatē gentiū. ac si, aperte dicat. iccirco fortitudinē, suę operationis insinuat: vt eum qui audierit donis ditet.

¶Grego. lib.xix. mora.

Deus vitam malorum tolerat: vt quum aduersarius noster Diabolus tentare nos nititur: eoꝝ moribus; quasi contrarijs armis vratur. p ipsos

quippe viuos sæuiēs cruciat:vel nesci⁹ purgat.

¶Gregorius lib.xviij.moralium.

Deus bona facit ⁊ ordinat:mala non facit:sʒ ab iniquis facta ne inordinate veniāt ipe disponit.

¶Gregorius lib.xxvj.moralium.

Deus nonnulla percutit:⁊ nōnulla inulta derelinquit. Quia si nulla resecaret:qs deū res hūanas curare crederet? Et rursus si hic cuncta ꝑcuteret:extremū iudicium vnde restaret?

¶Gregorius lib.xxxiij.moralium.

Deus primo elegit indoctos: postmodū philosophos et non per oratores docuit piscatores: sed per piscatores subegit oratores.

¶Gregorius in Registro.

Deus in hac vita electis suis nō ꝑmisit gaudia delectationis:sed amaritudines tribulationis: vt medicinę more per amarū poculū ad dulcedinē æternę salutis redeant.

¶Gregorius lib.ix.moraliū sup illud Job ix. Si æquitas iudicij quę quæritur.

Ille causas examinat:qui eas per alienū testimonium non explorat.

¶Joānes Chrysostomus sup Matthæū.

Deus gaudet nō de suo lucro:sed de nostra salute. Tristatur non de sua iniuria:sed de nostra perditione. ¶Joannes Chrysostomus in homelia de Cruce.

Jesum Christū habemus magistrū:vt nō peccemus.⁊ defensorē:si peccauerim⁹. ⁊ confessorē:si cōuersi fuerimus.⁊ interpellatorem ꝓ nobis:si quid boni a dn̄o desideramus.⁊ datorē cum patre eorum que impetramus.

¶Joānes Chryso.de reparatione lapsi.

Deus quum pœnas īfert:⁊ punit:nō cū ira passibili:sed omni clæmentia ineffabili facit medētis non perimentis affectu.

¶Bernardus in sermone natiuitatis.

Quid tam necessarium perditis? Quid tā optabile miseris? Quid tam vtile desperatis? Christus salus singulis:forma exēplaris:vita salutaris: salus infirmantium: forma suspirantium: vita sperantium.

¶Bernar.in sermone de natiuitate.

Venit medicus ad egenos.venit redemptor ad vēditos.venit via ad errātes.venit vita ad mortuos.venit cū salute:cū vnguentis:cum glīa.nec sine salute Jesus:nec sine vnctiōe Christus:nec sine gloria venit dei filius.

¶Idē de cōsideratione lib.v.

Non parum appræhendisti:si hoc tibi de deo cōpertū sit:ꝙ nusꝗ sit:qui nō clauditur ī loco. Et nusꝗ nō sit qui nō excludit loco. ¶Ibidem.

Deus non partibus constat:vt corpus. Nō affectibus distat:vt aīa. Nō formis substat:vt omne qđ factum est. Nunquid verendū ne cogitatio transuolet illū:quantūcūqʒ in altum prospiciat vltra est. In terra ꝙ homo cogitare possit altissimū quærere ridiculū est:statuere ipsum vltra: non citra querendus est.

¶Bernardus in sermone.lvij.

Quam diues es in misericordia? ꝙ magnificus in iustitia? ꝙ munificus in gratia? domine deus noster:nō est qui similis sit tibi. Munerator copiosissime:remunerator æqssime:liberator pijssime. Gratis respicis humiles:iuste iudicas nocentes:misericorditer etiā saluas peccatores.

¶Hugo de Claustro animę lib.j.

Sicut nullum est momentum:quo homo nō vtatur vel fruatur dei bonitate ⁊ misericordia: sic nullum debet esse momentum:quo eum præsentem non habeat in memoria. Omne tempus in quo de deo non cogitas: hoc te computa perdidisse. ¶Cassiodorus super psal.xxxix.

Jesus Christus pauper est de nostro:de suo diues:qui ideo indignam humanitatis assumpsit naturam:vt abundantię suę nos participes faceret. ¶Cassiodorus super illud psal. Magnus dominus.

Virtus inexplicabilis:pietas incompræhensibilis:sapientia ineffabilis:cuius diffinitio est finem in sanctis laudibus non habere.

¶Boetius de Con.lib.iij.metro.ix.

O qui perpetua mundum ratione gubernas:
Terrarum cœliqʒ sator:qui tempus ab æuo.
Ire iubes:stabilisqʒ manens das cūcta moueri.

¶Ibidem.

Tu nanqʒ serenum
Tu requies tranquilla pijs:te cernere finis:
Principiū:vector:dux:semita:terminus idem.

¶Boetius de consolatione lib. iij.prosa.x.

Deum rerum oīm principem bonū esse communis humanorū conceptio probat animorū. Nā quum nihil deo melius excogitari queat:id quo meli⁹ nihil est:bonum esse quis dubitat?

¶Boetius ibidem.

Ne ī infinitū ratio procedat confitendū est summum deum summi perfectiqʒ boni esse plenissimū:sed perfectum bonum veram esse beatitudinem constituimus. Veram igitur beatitudinem in summo deo sitam esse necesse est.

¶Boetius de Consolatione lib.iij.psa.xij.

Deus per se regit omnia quę homini esse consensimus: ⁊ hic est veluti quidam clauus atqʒ gubernaculum quo mundana machina stabilis atqʒ incorrupta seruatur.

¶Boetius ibidem.

Nihil est qđ naturā seruās deo ɔtraire conetur.

¶Boetius de cōsolatione lib.iiij.psa.vj.

Omnium generatio rerū cūctusqʒ mutabiliū naturarū ꝓgressus:⁊ qcqd aliquo mouet mō:causas:ordinē:formas ex diuine mētꝭ stabilitate sortit.

¶Boetius de cōsolatione lib.iiij.psa.vj.

Fortissimus in mūdo deus cūcta peregit:quum omnia secula prouidet ac prospicit. Neqʒ enim fas est homini cunctas diuine operę machinas ingenio compræhendere: vel explicare sermone. hoc tantum prospexisse sufficiat:ꝙ naturarum omnium proditor deus idem ad bonum dirigens cuncta disponat.

¶Boetius de Con.lib.iiij.metro.vj.

Sedet interea conditor altus:
Rerumqʒ regens flectit habenas
Rex ⁊ dominus fons ⁊ origo.
Lex ⁊ sapiens arbiter æqui.

¶Ibidem.

Hic est cunctis continuus amor:
Repetuntqʒ boni fine teneri:
Quia non aliter durare queunt:
Nisi conuerso rursus amore
Refluant causæ que dedit ipse.

¶Lactantius Firmianus diuinarum Institutionum lib.j.cap.ij.

Stoici docuerunt nec fieri mundū sine rōne potuisse:nec cōstare:nisi summa ratione regeret.

¶Lac.fir.di.insti.lib.j.cap.ij.

Nemo est enim tam rudis:tam feris moribus:q̄ nō oculos suos in cœlū tollens:tāt si nesciat cuius dei prouidentia regatur hoc omne quod cernitur:aliquā tamen esse intelligat ex ipsa rerum magnitudine:motu:dispositiōe:cōstantia:vtilitate:pulchritudine:tēperatione. Nec posse fieri quin id qđ mirabili ratiōe cōstat:nisi cōsilio maiore aliquo sit instructū. ¶Ibidē.ca.iij.

Nemo est qui deū sapiat rationemqʒ secum putet:qui non vnum esse intelligat: qui ⁊ condiderit omnia:⁊ eadē quę condidit virtute moderet. Quid em̄ multis opus est ad mundi regimen sustinendum nisi forte arbitremur:si plures sint: minus habere singulos neruorum atqʒ virium.

¶Lactantius ibidem.

Deus autē qui est æterna mens:ex omni vtiqʒ parte perfectę consumatęqʒ virtutis est. Quod si verum est vnus sit necesse est.

¶Lactantius ibidem.

Quis dubitet cōtentissimū esse regē:qui totius orbis habet imperiū. Neqʒ immerito:quū illius sint quę vbiqʒ sunt oīa:quum ad eum solum omnes vndiqʒ copię congregantur.

¶Lactantius ibidem.

Qui autem putat hanc tantam magnitudinem non posse ab vno regi:fallitur. Nec enim quanta sit potestas diuinę maiestatis intelligit:si existimat singularem deum:qui facere mundum potuit:eundem regere non posse quem fecit.

¶Lactantius ibidem.

At si concipiat animo quanta sit diuini hui⁹ operis immensitas:quum antea nihil esset:tamē virtute atqʒ consilio dei ex nihilo esse conflatum: Quod opus nisi ab vno inchoari perficiqʒ non potuit: iam intelliget multo facilius ab vno regi quod est ab vno constitutum.

¶Lactantius fir.di.in.lib.j.ca.iij.

Nam si deus est nomen summæ potestatis:īcorruptilis esse debet:perfectus:impassibilis:nulli rei subiectus. Ergo dij nō sunt:quos parere vni maximo deo necessitas cogit.

¶Lactantius ibidem.

Nemo potest esse tam cæcus:qui non videat ingerentem se oculis diuinam claritatem.

¶Lactantius ibidem.

His igitur tot ⁊ tantis testibus cōprobatur vnius dei potestate ac prouidentia mundū gubernari:cuius vim maiestatemqʒ tantam esse dicit in Thymeo Plato:vt eā neqʒ mente concipere neqʒ verbis enarrare quisꝗ possit ob nimiam et inæstimabilem potestatem.

¶Lactantius ibidem.

Dubitet ergo aliquis an quicꝗ difficile aut impossibile sit deo:qui tanta tamqʒ mirifica opera prouidentia excogitauit:virtute cōstituit:ratione perfecit:nunc autem spiritu sustentet:potestate moderetur: inexcogitabilis: ineffabilis: et nulli alij satis notus ꝙ sibi.

¶Lactantius fir.di.in.lib.j.cap.xj.

Juuare hoīs est opis aliquid conferentis in eū qui est alienus:⁊ exigui beneficij. Nemo sic deū precatur:vt se adiuuet:sed vt seruet:vt vitam salutemqʒ tribuat:quod multo plus ac maius est ꝙ iuuare:⁊ quoniam de patre loquimur:nullus pater dicit filios iuuare:quum eos generat aut educat. Illud enim leuius est:ꝙ vt eo verbo magnitudo paterni beneficij exprimatur. Quanto id magis conueniens est deo:qui verus est pater:per quem sumus:⁊ cuius toti sumus:a quo fingimur:animamur:illuminamur:qui nobis vitam impartit:salutem tribuit:victum multiplicem subministrat. Non intelligit beneficia diuina qui se iuuari tantummodo a deo putat. Ergo non imperitus modo:sed ⁊ impius est qui nomine Jouis virtutē summæ potestatis imminuit.

¶Lactantius fir.di.insti.lib.ij.cap.j.

Equidem sicut oportet de summa rerum sæpenumero cogitans admirari soleo maiestatē dei singularis:que continet regitqʒ omnia: in tantam venisse obliuionem:vt quæ sola coli debeat sola potissimum negligatur.

¶Lactan.fir.di.in.lib.ij.cap.j.

Quam sibi veniam sperare possint impietatis suę qui non agnoscunt cultum dei:quē prorsus ignorari ab homine fas non est. Nam ⁊ quum iurant:⁊ quum optant:⁊ quum gratias agunt:non Jouem:aut deos multos:sed deum nominant. Adeo ipsa veritas cogente natura:etiam ab inuitis peccatoribus erumpit. Quod quidem nō faciunt in prosperis rebus. Nam tum maxime deus ex memoria hominum elabitur:quum beneficijs eius fruentes honorem dare diuinę indulgentię debent.

¶Ibidem.

At vero si qua necessitas grauis presserit: tunc deum recordantur:si belli terror infremuerit:si morborum pestifera vis incubuerit: si alimenta frugibus longa siccitas denegauerit. Si sæua tempestas: si grando ingruerit:ad deum confugitur:a deo petitur auxilium: deus vt subueniat oratur. Si quis in mari vento sæuiente iactatur:hunc inuocat. Si quis aliqua vi afflictatur:hunc potius implorat. Si quis ad extremā mendicandi necessitatem deductus victum precibus exposcit:deum solum obtestatur:⁊ ꝑ eius diuinum atqʒ vnicum nomen hominum sibi misericordiam querit. Nunquid igitur dei meminerunt:nisi dum in malis sunt? Postꝙ metus deserunt ⁊ pericula recesserunt:tūc vero alacres ad deorū tēpla concurrunt. His libant:his sacrificant:hos coronant. Deo autem:quem in ipsa necessitate implorauerunt:ne verbo quidem gratias agunt.

¶Lactantius fir.di.in.lib.ij.ca.iiij.

Nō placebat Persio ꝙ aurea vasa tēplis inferātur:superuacuū putanti eē inter religiones:qđ

non sanctitatis:sed auaritię sit instrumentū. Illa enim satius est deo:quem recte colas:inferre pro munere. Compositum ius:fasq3 animi:sanctosq3 recessus mentis: ⁊ incoctum generoso pectus honesto.

¶Lactantius fir.di.in.lib.ij.cap.v.

Quanto igitur rectius est omissis insensibilib⁹ ⁊ vanis:oculos eo tendere:vbi sedes:vbi habitatio est dei veri:qui terram stabili firmitate suspendit:qui cœlum distinxit astris fulgentibus: qui solem rebus humanis clarissimum ac singulare lumen:in argumentū suæ ac vnicę maiestatis accendit: terris autem maria circunfudit: flumina sempiterno lapsu fluere præcepit. Iussit ⁊ extendi campos:subsidere valles: fronde tegi siluas:lapidosos surgere montes.

¶Ibidem.

Satis est homini ad plenam perfectamq3 prudentiā si deū esse intelligat:cuius intelligentię vis:⁊ summa hęc est:suscipiat ⁊ honorificet communem parentem generis humani:⁊ rerum mirabilium fabricatorem.

¶Lactantius fir.di.In.li.ij.ca.v.

Inest ergo syderibus rō ad peragendū meatus suos:sed dei est illa ratio:qui fecit ⁊ regit oīa.

¶Lactantius ibidem lib.ij.cap.ix.

Nemo querat ex quibus ista materijs tam magna:tam mirifica opera deus fecerit. Oīa enim fecit ex nihilo. Nec audiendi sunt poetæ qui dicunt chaos in principio fuisse.i.cōfusionē rerū atq3 elementorū:postea vero diremisse omnem illā congeriem:singulisq3 rebus ex cōfuso aceruo separatis in ordinēq3 discerptis instruxisse mundū pariter ⁊ ornasse. ¶Ibidem.

Credibilius est materiā potius a deo factā: q̄a deus oīa potest:ꝙ mundū a deo non esse factū: quia sine mente:ratione:consilio:nihil fieri pōt.

¶Lactantius firmianus diuinarum Institutionum lib.ij.cap.ix.

Deniq3 quū aperiret homini veritatē deus: ea sola scire nos voluit:quæ interfuit hominem scire ad vitā consequendam. Quę vero ad curiosam ⁊ prophanam cupiditatem pertinebant reticuit:vt arcana essent. Quid ergo queris:quę nec potes scire:nec si scias beatior fias. Patefacta est in homine sapientia:si ⁊ deum esse vnū ⁊ ab ipso esse facta vniuersa cognoscat.

¶Lactantius fir.diui.In.lib.ij.cap.x.

Unde autem vel quomodo deus hæc duo principalia ignem ⁊ aquam vel accenderit:vel eliquauerit:solus scire potest qui fecit.

¶Lactantius fir.di.In.lib.ij.cap.xij.

Qui enim dicit omnia sua sponte esse nata:nihilq3 diuinę prouidentiæ tribuit:hic ꝓfecto rationem non asserit:sed euertit. Quod si neq3 fieri quicꝙ sine ratione:neq3 nasci potest: apparet diuinam esse prouidentiam:cuius est proprium quod dicitur ratio. ¶Ibidem.

Deus igitur rerum omniū machinator fecit hominem:quod Cicero ꝗuis expers cœlestiū literarum vidit tñ:qui libro de legibus primo:hoc idem tradidit quod prophetę: cuius verba subieci. Hoc animal prouidū:sagax:multiplex:acutum/memor/plenum rationis ⁊ consilij/quē vocamus hominem/pręclara quadam conditione generatū esse a summo deo solum. Est enim ex tot animantium generibus atq3 naturis particeps rationis ⁊ cogitatiōis:quū cetera sint oīa expertia.

¶Ibidem.

Deus ergo veri patris officio functus est. Ipse corpus effinxit:ipse animam:qua spiramus infudit. Illius est totū quicquid sumus. Quomodo id fecerit si nos oporteret scire docuisset:sicut docuit cetera quę cognitionē nobis ⁊ pristini erroris:⁊ veri luminis attulerunt.

Lactantius fir.di.insti.lib.ij.ca.xvij.

Nam deus neq3 nomine quum solus sit eget:neq3 angeli:quū sint immortales:dici se deos aut patiuntur:aut volunt. quorum vnum solumq3 officium est seruire nutibus dei:nec omnino qcꝙ nisi iusta facere.

¶Lactantius ibidē.lib.ij.cap.xviij.

Dicet aliquis:cur ergo deus hęc fieri patitur: nec tam malis succurrit erroribus:vt mala cum bonis pugnent vt vitia sint aduersa virtutibus: vt habeat alios quos puniat:alios quos honoret. Ultimis enim temporibus statuit de viuis ac mortuis iudicare: de quo iudicio mihi erit in vltimo libro disputatio. Differt ergo donec veniat temporū finis:quo effundat iram suā in potestate ac virtute cœlesti:sicut vatū prædicta priorum terribili monitu horrificant. Nunc autē patitur hoīes errare:⁊ aduersū se quoq3 impios esse:ipse iustus ⁊ mitis ⁊ patiens. Nec enim fieri potest vt non is in quo perfecta sit virtus sit etiā perfecta patientia. Unde quidā putant ne irasci quidē deum oīno:qui affectibus:q̄ sunt perturbationes animi:subiectus nō sit:q2 fragile ē omne animal quod afficit ⁊ cōmouetur:quæ persuasio veritatē atq3 religionē funditus tollit.

¶Lactan.fir.di.insti.lib.ij.ca.xix.

Calcanda terrena:vt cœlestia cōsequamur:ita enim res se habet:vt quisquis qui aīam suā cuius origo de cœlo est ad īferna ⁊ ima prostrauerit:eo cadat:quo se ipse deiecerit. Ideoq3 oportet rationis ac status memorē nō nisi ad supna niti semp ac tendere. Quod qui fecerit hic plane sapiens:hic iustus:hic hō:hic cœlo deoq3 dignus iudicabit: quem suus parens:nō humilē: nec ad terram more quadrupedū:sed stantē potius ac rectū sicut eum fecit agnouerit.

¶Ibidem.

Uellem igit̄ Ciceronē paulisper ab inferis surgere:vt vir eloquentissimus ab homunculo non diserto doceretur:sicut vnus est hui⁹ mundi constitutor ⁊ rector deus:vna veritas:ita vnam esse ⁊ simplicem sapientiam necesse est:quia quicq̄d est verum ac bonum id perfectum esse non potest nisi fuerit singulare.

¶Lactantius fir.di.in.lib.iij.

Est enī deus qui solus potest honorare virtutē: cui⁹ merces immortalitas sola ē:quā qui nō appetunt:nec religionē tenēt:cui æterna subiacet vita ꝓfecto neq3 virtutis vim sciūt cui⁹ premiū ignorant:nec in cœlū spectant:qd ipsi se facere

putant quū res nō inuestigabiles quærūt: q2 ratio in cœlū spectandi nulla est alia: nisi aut religionem suscipere:aut animā suā immortalē esse credere. Quisquis enī aut colendū deū esse intelligit:aut immortalitatis speciē propositā sibi habet:animus eius in cœlo est:⁊ licet id nō aspiciat oculis:animi tamen lumen aspicit.

¶Ibidem.

Omnis sapientia hominis in hoc vno est:vt deū cognoscat ⁊ colat:hoc nostrum dogma: hęc summa est. Quāta itaq3 voce possum testificor: proclamo:denuncio. Hoc est illud qd p̄hi oēs in tota sua vita quæsiuerūt: nec vnꝙ inuestigare:cōprehendere: tenere valuerunt: q2 religionē aut prauā retinuerunt: aut totam penitus sustulerunt. ¶Lactā.fir.di.insti.li.iij.

Qui vult igitur sapiēs ac beat⁹ esse audiat dei vocē:discat iustitiā:sacramentū natiuitatis suæ noscat:humana cōtēnat:diuina suspiciat:vt summū illud bonum ad qd natus est possit adipisci.

¶Lactan.fir.di.insti.lib.iiij.cap.iij.

Nam si diuinitas quę gubernat hunc mundū incredibili beneficio genus humanū sustentat: et quasi paterna indulgentia fouet: vult profecto gratiam sibi referri:⁊ honorē dari. Nec constare homini ratio pietatis potest:si cœlestibus beneficijs extiterit ingratus:qd non est vtiq3 sapientis. ¶Ibidem.

Unus ergo colendus est qui potest verus pater noīari. Idē etiā diuinus sit necesse est. Quare si cui pōt indulgere:ita etiā coercere. Pater ideo appellandus est:q2 nobis multa ⁊ magna largitur. Dñs ideo: q2 castigandi ⁊ puniendi maximā habet potestatē. Dñm vo eundē esse qui sit pater etiā iuris ciuilis ratio demonstrat.

¶Idem lib.iiij.capi.iiij.

Deus autem q̄ vnus est:qm̄ vtrāq3 personā sustinet:⁊ patris ⁊ dei: ⁊ amare eum debemus quia filij sumus:⁊ timere q2 serui. ¶Ibidem.

Fons autem sapientiæ deus est:a quo hi duo riui:si aberrauerint: arescant necesse est: quē qui nesciunt:nec sapientes esse possunt: nec religiosi:sic fit vt philosophi ⁊ qui deos colunt:similes sint:aut filijs abdicatis:aut seruis fugitiuis: q2 neq3 illi patrem querunt:neq3 hi dominū: ⁊ abdicati hereditatem non assequuntur: ⁊ fugitiui impunitatem. ¶Ibidem.

Solus pater vocandus est qui creauit:sol⁹ dominus nuncupandus qui regit:qui habet vitę ⁊ necis veram ac perpetuam potestatē. Quē qui non adorat ⁊ insipiens seruus est: qui dominum suū aufugiat:⁊ impius filius:qui suū verum patrē vel occiderit vel ignoret.

¶Idem lib.iiij.cap.xiij.

Sūmus igitur deus:ac parēs omnium:quū religionē suā transferre voluisset: doctorem iustitiæ misit e cœlo:vt nouis cultoribus nouam legem in eo vel per eū daret: nō sicut ante fecerat per hominē:sed tamen nasci eū voluit: tanꝙ hominem:vt per omnia summo patri similis existeret. Ipse enī deus pater ⁊ origo:⁊ principiū rerū: qm̄ ⁊ parentibus caret ἀπάτωρ, ὅρος. ὁ καὶ ἀμήτωρ.i.sine patre atq3 matre a Trismegisto verissime nominatur:ꝙ ex nullo sit procreatus.

¶Lactan.fir.di.in lib.iiij.cap.xxv.

Deus nobis viam superandæ carnis ⁊ aperuit ⁊ ostendit:quę virtus perfecta ⁊ omnibus vinculis obsoluta coronam vincentibus: ⁊ mercedē expetendæ nobis immortalitatis impartit.

¶Lactan.fir.di.in.lib.iiij.cap.xxvj.

Hos enim recte mortuos existimaueris: qui datorē vitę deū nesciētes:atq3 aīas suas a cœlo in terram deprimentes in laqueos æternæ mortis incurrunt. ¶Lactantius ibidem.

Deus nanq3 (sicut superius dixi) quū statuisset hominē liberare magistrum virtutis legauit in terrā:qui ⁊ preceptis salutaribus formaret homines ad innocētiā:⁊ operibus factisq3 presentibus iustitiæ viam panderet:qua gradiens homo:⁊ doctorem suum sequens ad vitam æternā perueniret. ¶Lactā.fir.di.in.li.iiij.ca.xxviij.

Apparet nullā aliā spē vitæ homini esse propositā:nisi vt abiectis vanitatibus: ⁊ errore miserabili deū cognoscat:⁊ deo seruiat:nisi huic temporali renūciet vitæ:ac se rudimētis iustitię ad cultum religionis instituat. Hac enī cōditiōe gignimur:vt generati nos deo iusta ⁊ debita obsequia præbeamus. Hunc solum nouerimus:hunc sequamur. Hoc vinculo pietatis obstricti deo ⁊ relegati sumus:vnde ⁊ ipsa religio nomē accepit.

¶Idem lib.v.capi.vij.

Sed deus vt parens indulgentissimus: appropinquante vltimo tēpore nūcium misit:qui vetus illud sæculū fugatāq3 iustitiā reduceret:ne humanū genus maximis ⁊ perpetuis agitaret erroribus. Rediit ergo species illius aurei temporis:⁊ reddita quidē terrę:sed assignata paucis iustitia est:quę nihil aliud est ꝙ dei vnici sola pia ⁊ religiosa cultura.

¶Lactantius lib.v.ca.xj.

Ad placandum enim deum quem colas his rebus opus est:quibus illum gaudere ac delectari scias. ¶Idem lib.v.c.xv.

Deus enim qui homines generat ⁊ inspirat omnes ęquos.i.pares esse voluit. Eandē conditionem viuendi omnibus posuit: oēs ad sapientiā genuit:omnibus immortalitatē spopondit. Nemo enī a beneficijs eius cœlestibus segregat̄. Nam sicut omnibus vnicū suū lumen ęqualiter diuidit emittit omnibus fontes:victum subministrat:quietē somni dulcissimam tribuit. Sic omnibus æquitatē virtutēq3 largitur. Nemo apud eum seruus est. Nemo dominus. Si enim cūctis idem pater est:ęquo iure omnes liberi sumus. Nemo deo pauper est: nisi qui iustitia indiget. Nemo diues:nisi qui virtutibus plenus. Nemo deniq3 egregius:nisi qui bonus ⁊ innocens fuerit. Nemo clarissimus nisi qui opera misericordię largiter fecerit. Nemo ꝑfectissimus:nisi qui omnes gradus virtutis impleuerit.

¶Lactan.fir.di.insti.lib.v.cap.xx.

Nam si is qui in hac terrestri militia regi suo fidē seruat in aliquo egregio facinore:si postea vixerit acceptior fit ⁊ clarior: si perierit summam cōsequit̄ gloriā:ꝙ pro duce suo morte occubuerit:quāto magis imperatori oīm deo fides ser-

nāda est:qui nō tantū viuentibus:sed ⁊ mortuis premiū pōt virtutis exoluere? Igit̃ dei cultus q̄m militię cœlestis est deuotionē maximā fidē q3 desiderat. Quō em̄ deus aut amabit colētē? si ipse nō amet̃ ab eo? Aut p̄stabit precanti q̄cquid orauerit:quū ad precādū neq3 ex aīo neq3 obseruanter accedat?

¶Lactā.fir.di.insti.li.v.c.xxiij.

Deus(inquit seneca) homines pro liberis habet:sed corruptos ⁊ vitiosos luxuriose ac delicate patitur viuere:q2 nō putat emendatiōe sua dignos:bonos aūt quos diligit castigat sæpius ⁊ assiduis laboribus ad vsum virtutis exercet. Nec eos caducis ac mortalibus bonis corrumpi ac deprauari sinit. Unde nemini debet mirū videri:si p̄ n̄ris sæpe delictis castigamur a deo. Immo vō quū3 vexamur ac p̄mimur: q̄ maxime gratias indulgētissimo patri agere debemus q̄ corruptelā nostrā nō patit̃ lōgius p̄cedere:sed plagis ac verberibus emendat.Ex quo intelligim⁹ nos eē deo cure:q̄m quū peccam⁹ irascit̃.

¶Lactan.fir.di.insti.lib.vj.cap.j.

Nihil em̄ sancta ⁊ singularis illa maiestas aliud ab homine desiderat:quā solā innocentiā:quā si quis obtulerit deo:satis pie religioseq3 litauit.

¶Lactan.lib.vj.cap.iij.

Deus qui cœlestis viæ dux est:immortalitatem nulli homini nato negat.

¶Lactan.fir.di.insti.lib.vj.cap.vj.

Fons aūt bonorū deus est:malorūvō ille [illegible] diuini nominis semp inimicus.Ab his duobus principijs bona malaq3 oriuntur.Quæ veniūt a deo hāc habent rationē:vt immortalitatē parent:qd est summū bonū.Quæ aūt ab illo altero id habēt officiū:vt a cœlestib⁹ auocatū:terrenisq3 demersum interficiant sempiternū:quod est summum malum. ¶Idem lib.vj. ca.viij.

Quisquis aūt rectum iter vitę tenere nitit̃:non terrā debet aspicere:sed cœlū ⁊(vt apertius loquar) nō hominem sequi debet: sed deū:nō his terrestribus simulacris:sed deo seruire cœlesti non ad corpus inferri omnia:sed ad mentem nō huic vitæ operam dare:sed æterne.

¶Lactan.fir.di.insti.li.vj.ca.viij.

Unusq3 erit cōmunis quasi magister ⁊ imperator oīm de⁹ ille legis huius inuentor: disceptator:sator cui q̄ nō parebit:ipse se fugiet:ac naturā hominis aspernatus: hoc ipso luet maximas pœnas:etiā si cætera supplicia quę patit̃ effugerit. ¶Idem lib.vj.capi.ix.

Huius legis caput est primū ip̄m deū nosse:soli obtēperare:solū colere.Nō pōt em̄ rationem hominis obtinere:q̄ parētē aīæ suæ deū nescit: qd est summū nephas. Quæ ignoratio facit vt dijs alienis seruiat: quo nihil sceleratius cōmitti potest. Hinc procliuis est ad maliciā gradus per ignorantiā veri ac singularis boni. Q2 deus quē nosse refugit: fons est ipse bonitatis.

¶Lactan.fir.diuina.insti.lib.vj.cap.ix.

Omnis doctrina ⁊ virt⁹ philosophorū sine capite est:q2 deū nesciūt:qui est virtutis ac doctrinę caput:quem qui nō agnoscit:licet videat:cęcus est:licet audiat surdus;licet loquatur elinguis. Quū vō conditorē rerū parentēq3 cognouerit. Tūc ⁊ videbit ⁊ audiet:⁊ loquet̃. Habere em̄ caput cœpit:in quo sunt sensus oēs collocati:hoc est oculi:auris:⁊ lingua:nā profecto is videt q̄ veritatē in qua deus est:vel deū: in quo veritas est oculis cordis aspexerit. Is audit q̄ diuinas voces ac precepta vitalia pectori suo affigit.Is loquit̃ qui cœlestia disserēs:virtutē ac maiestatē dei singularis enarrat. Quare nō est dubium quin impius sit quisquis deū nō agnouerit: omnesq3 virtutes ei⁹ quas habere aut tenere se putat:in illa mortifera via reperiuntur:quę est tota tenebrarum. ¶Ibidem.

Ergo in dei agnitiōe:⁊ cultu:rex sūma v̄sat̃. In hoc est spes oīs ⁊ salus hoīs:q̄ est sapiētię gradus p̄mus:vt sciamus: quis sit nobis verus pater.Eūq3 solū pietate debita p̄sequamur : huic pareamus:huic deuotissime seruiamus in eo p̄merendo actus omnis ⁊ cura ⁊ opera collocet̃.

¶Lactan.fir.di.insti.li.vj.ca.xij.

Qui apud deū diues est:pauper esse nūq̄ poterit. ¶Idem ibidem lib. vj.ca. xiij.

Deus em̄ purgari hoīes a peccatis maxīe cupit:ideoq3 agi pœnitētiā iubet. Agere aūt pœnitentiā nihil aliud est q̄ p̄fiteri: ⁊ affirmare se vlterius nō peccaturū. Ignoscit̃ itaq3 his q̄ ad peccatū ignorāter imprudenter incauteq3 labūtur.Ueniam non habet qui sciens peccat.

¶Ibidem li.vj.cap.xx.

Ad vitam enim de⁹ inspirat aīam nō ad mortē.

Lactan.fir.di.insti.li.vj.cap.xxiij.

Huic diuinæ legi summa deuotione parendum est.Sint omnes qui dei discipulos se profitebūtur:ita morati et instituti vt impare sibi possint. Nam qui voluptatibus indulgēt:qui libidini obsequunt̃:ij animam suam corpori mancipant:ad mortēq3 cōdemnāt. Qui se corpori addixerunt: in quo habet mors potestatem. Unusquisq3 igitur quantum potest formet se ad verecundiam: pudoremq3 colat: castitatem mente ⁊ conscientia tueatur. Nec tātu3 legibus publicis pareat: sed sit super omnes leges:qui legem dei sequit̃. Quibus bonis si assueuerit iam pudebit eu3 in deteriora descendere:modo placent recta ⁊ honesta quæ melioribus iucundiora sunt:q̄ praua ⁊ inhonesta peioribus.

¶Idem lib.vj.cap.xxv.

Uerbo enim sacrificari oportet deo.Si quidem deus verbum est.vt ipse confessus est.

¶Idem lib .vij.ca.ij.

Nam si mundū cum omnibus quæ sunt in eo cōtemplari velis:intelliges profecto:quantu3 dei opus humanis corporibus antestet.Ita quantum inter opera diuina ⁊ humana interest: tantum distare inter dei hominisq3 sapientiam necesse est.Nā quia deus incorporeus atq3 immortalis:⁊ ideo perfectus:quia sempiternus est:sapientia quoq3 eius perinde vt ipsa perfecta est nec obstare illi quicq̄ potest:quia nulli rei deus ipse subiectus est. ¶Ibidem.

Deo enim soli opera nota sua sunt:homo autem nō cogitando aut disputando assequi ea potest: sed discendo et audiendo ab eo qui scire solus potest et docere. ¶Libro eodem capi.ix.

Ante omnia quonia3 deus ab homine videri nō potest:ne quis tamen ex eo ipso putaret deum non esse:quia mortalibus oculis non videretur: inter cætera institutorū suorum miracula: fecit etiam multa:quorum vis quidem apparet: substantia tamen non videt̃:sicut est vox: odor:ventus: vt harum rerum argumento et exemplo: etiam deum:licet sub oculos non veniat:de sua tamen vi ⁊ effectu ⁊ operibus cernerem⁹.Quid voce clarius?aut vento fortius? aut odore violentius?hæc tamē quum per ærem feruntur ad sensusq3 n̄ros veniunt ⁊ eos potētia sua impellunt:non cernuntur acie luminum:sed alijs corporis partibus sentiuntur.Similiter deus non aspectu nobis aliove fragili sensu compræhendendus est:sed mentis oculis intuēdus: quum opera eius preclara ⁊ miranda videamus.

¶Ibidem capi.xxiij.

Pater enim noster ac dn̄s:qui condidit firmauitq3 cœlum:qui solem cum cæteris sideribus induxit:qui libratam magnitudine sua terram vallauit:montibus mare circūdedit:omnibusq3 distinxit:⁊ quicquid in hoc opere mundi conflauit atq3 perfecit e nihilo:perspectis erroribus hoīm: ducem misit qui nobis iustitiæ viam panderet. Hunc sequamur oēs:hunc audiam⁹:huic deuotissime pareamus: q̄m solus(vt ait Lucretius)

Ueridicis hoīm purgauit pectora dictis:
Et finem statuit torpedinis atq3 timoris:
Exposuitq3 bonu3 summū quo tendimus oēs:
Quid foret atq3 viam monstrauit limite prono.
Qua possemus ad id recto contendere cursu.

Non monstrauit tantum: sed etiam precessit:ne quis difficultatis gratia iter virtutis horreret. Deseratur si fieri potest via perditionis et fraudis in qua mors voluptatis illecebris adoperta cælatur. Et quanto quisq3 annis in senectutem vergentibus appropinquare cernit illum diem quo sit ei ex hac vita migrandum:cogitet q̄ purus abscedat:q̄ innocens ad iudiciū veniat. Nō vt faciunt quidam cæcis mentibus nixi:qui iam deficientibus corporis viribus in hoc admonētur instantis vltimæ necessitatis:vt cupidius ⁊ ardentius haurīēdis libidinibus intēdant: qua ex voragine liberet se quisq3 dum licet: dum facultas adest: seq3 ad deum tota mente conuertat:vt illum diem secur⁹ expectet:quo princeps dominusq3 mundi deus de singulorum factis cogitationibusq3 iudicabit.

¶Lactantius firmianus lib.de ira dei.

Lactāti⁹ firmian⁹ Hoc differt ab humanitate diuinitas: q̄ humanitatis est ignorātia: diuinitatis scientia:vnde nobis aliquo lumine opus est ad depellādas tenebras: quib⁹ effusa est hominis cogitatio: q̄m in carne mortali agentes nostris sensibus diuinare non possumus. Lumen autem mentis humanæ deus est: quem qui cognouerit et in pectus admiserit: illuminato corde mysterium veritatis agnoscet. Remoto autem deo cœlestiq3 doctrina:omnia erroribus plena sunt. Recteq3 Socrates quum esset omniū philosophorū doctissimus:tū vt cæterorū argueret inscitiā: qui se aliquid tenere arbitrabant̃ ait:se vnum scire:q̄ nihil sciret: intellexit enim doctrinam illam nihil habere in se certi:nihil veri.

¶Ibidem capi.iiij.

Quid tam dignum: tam p̄prium deo q̄ prouidētia:sed si nihil prouidet: amisit oēm dignitate3. Qui ergo totam vim:totam deo substantiā tollit:quid aliud dicit: nisi deum omnino non esse.

¶Lactātius firmia.lib.de ira dei ca.vij.

Multum enim refrenat hoīes cōscientia: si credamus nos in cōspectu dei viuere:si non tantū que gerimus videri de super:sed etiamque cogitamus: aut loquimur audiri a deo putemus.

Lactātius firmia.lib. de ira dei ca.xj.

Tantus est deus vt ab hoīe nō possit:aut verbis enarrari:aut sensibus æstimari. ¶Ibidem.

Unus est igitur princeps ⁊ origo rerum deus:sicut plato in thymeo ⁊ sensit ⁊ docuit: cuius maiestatem tantam esse declarat:vt nec mente compræhendi:nec lingua exprimi possit.

¶Ibidem capi.xij.

Timor igitur dei solus est qui custodit hominū inter se societatē:per quem vita ipsa sustinetur: munitur:gubernatur. ¶Ibidem.

Deus non thure: non hostia:non preciosis muneribus:quę oīa sunt corruptibilia: sed morum emendatiōe placatur. ¶Ibidem capi.vlti.

Quapropter nemo vaniloquētia philosophorū induct⁹ ad contemptū se dei erudiat:qd est maximum nephas. Debemus hunc oēs ⁊ amare q̄ pater est: ⁊ vereri q̄ dn̄s: ⁊ honorificare q̄ beneficus: ⁊ metuere q̄ seuerus. Utraq3 p̄sona in eo venerabilis. Quis salua pietate nō diligat aīæ suę parentē?aut quis impune contēnat eū q̄ rerum dn̄atu habeat in oēs verā ⁊ æternā potestatem. ¶Lactāti⁹ fir.de opifico dei capi.xvj.

Et miratur aliq̄s si diuina mens dei per vniuersas mūdi partes intēta discurrit: ⁊ oīa regit oīa moderat̃:vbiq3 presens: vbiq3 diffusa: quū tāta sit vis ac p̄tās mētis humanę intra mortale corpus īclusæ vt ne septis quidē grauis hui⁹ ac pigri corporis: cui illigata est: cœrceri vllo pacto possit:quo min⁹ sibi liberā vagādi facultatē q̄etis īpatiēs largiat̃. ¶Anselm⁹ sup p̄s. xxv. Anselm⁹.

Deus hominē mirabiliter creat foris:sed mirabilius intus recreat. Maius enim fuit de saulo persecutore discipulū facere:q̄ lazarū dormientem de monumento suscitare.

¶Anselmus lib.cur deus homo.capi.xv.

Deum impossibile est honorē suum p̄dere. Aut enim peccator soluit sponte qd debet:aut deus ab inuito accipit. Sicut autem homo peccando rapit qd dei est:ita deus puniendo aufert quod hominis est. ¶Idem lib.ij.capi.ix.

Quid misericordius intelligi valet? q̄ q̄ peccatori æternis tormentis damnato: ⁊ non habenti vnde se redimat deus pater dicit:accipe vnigenitum meum: ⁊ da pro te: ⁊ ipse filius:tolle me: ⁊ redime te:quasi em̄ hoc dicunt:quū ad xp̄ianā fidem nos trahunt. ¶Seneca ad lucil.ep̄la.xl. Seneca.

Ita dico lucilli: sacer intra nos sp̄us sedet: bonorum malorūq3 nostrorū obseruator ⁊ custos. Hic p̄ut a nobis tractat̃:ita et nos tractat ipse.

Bonusvero vir sine deo nemo est. An potest aliquis supra fortunam nisi ab illo adiutus exurgere? Ille dat consilia magnifica et erecta in vno quoqz bonorum virorum.

Seneca.

¶ Seneca ad lucillium epistola .xcij.

Quis dubitare potest mi lucilli: quin deorum immortalium munus sit: quod viuimus.

¶ Idem epistola .xcvij.

Summa illa et pulcherrima oim natura: quos periculo exemit: nec periculosos quidem fecit. Primus est deorum cultus: deos credere. Deinde reddere illis maiestatem suam: reddere bonitatem: sine qua nulla maiestas est: scire illos esse qui president mundo: qui vniuersa: vt sua temperant: qui humani generis tutelam gerunt.

¶ Seneca libro de beneficijs.

Dij quoqz multa ingratis tribuunt. ¶ Ibidē.

Deus quidem munera vniuerso humano generi dedit a quibus excluditur nemo. ¶ Ibidem.

Insita sunt omniū artium nobis semina. Magisterqz ex occulto deus producit ingenia.

¶ Ibidem.

Quid enim est aliud natura q̄ deus? et diuina ratio toti mundo partibusqz eius inserta. Ergo nihil agis ingratissime mortalium: qui te negas deo debere: sed naturæ. Quia nihil natura sine deo est: nec deus sine natura. Sed idem est vterqz: nec distat officio. ¶ Plato in thymeo.

Plato.

Genitorem vniuersitatis tam difficile est inuenire: q̄ inuentum impossibile digne præfari.

¶ Idem lib. de legibus.

Bonus quidem deus: et quidem deus causa bonorum: malorum autem omnium non causa.

¶ Plato in thymeo.

Mundus a deo factus est. ¶ Ibidem.

Deus author maximus est. ¶ Ibidem.

Charitas dei causa fuit factionis mundi: et originis omnium rerum. ¶ Plato in thymeo.

Deus est summū bonum supra omnem substantiam: omnemqz naturam: quod cuncta expetunt: quum ipse sit plenæ perfectionis et nullius societatis indigus. ¶ Plato in phedrone.

Imperfectus quidem et immundus in infernum abiens: perfectus et purgat⁹ hinc transiens cum deo habitabit.

Aristo.

¶ ¶ Aristoteles lib. j. metaphysicæ.

Deus videtur omnibus esse causa: et principium quoddam. ¶ Aristo. lib. ij. metaphysicæ.

Infinitum non est scibile.

¶ Aristoteles lib. ix. metaphysicæ.

In æternis non est malum: nec corruptio: nec peccatum. Aristo. lib. xj. metaphysicę.

Primus motor est actus purus sine omni potētia: substantia sine omni accidente: simplex sine omni compositione.

Primus motor mouet sicut amatum et desideratum. ¶ Ibidem.

A primo principio dependet cœlum: et tota natura. ¶ Ibidem.

Primus motor nullam habet magnitudinē corporalem. ¶ Ibidem.

Etiam bonum vniuersi consistit in principio primo: ad quod omnia ordinantur.

¶ Aristoteles lib. xj. metaphysicę.

Entia noluīt male disponi: nec est bonum pluralitas principantiū: vnus ergo princeps.

¶ Aristoteles lib. xij. metaphysicę.

Deus est aīal: hoīs bnficiū. Metaphorice sumitur hic animal. ¶ Aristoteles ibidem.

Dicimus deum esse aīal sempiternū: optimum: quare vita et duratio continua et æterna existit: in hoc enim deus. ¶ Aristoteles ibidem.

Illud est magis simplex: quod est propinquissimum simplicissimo.

¶ Aristoteles lib. xij. metaphysicę.

Qr igitur est substantia sempiterna et immobilis: separata a sensibilibus manifestum est ex his. ¶ Ibidem.

Principium et primum entium est immobile: et secundum se: et secundū accidens.

¶ Aristoteles lib. iij. physicorum.

In perpetuis non differt posse et esse.

¶ Aristoteles lib. iij. physicorum.

Contingit aliquid dare sm speciem quod simul mouet: et mouetur: et aliquid quod tantum mouetur: ergo erit dare aliquid: quod tantum mouet: et non mouetur.

¶ Aristoteles lib. viij. physicorum.

Prim⁹ motor tm̄ vnus est et æternus. ¶ Ibidē.

Primus motor nullam habet magnitudinē: nec finitam: nec infinitā: vnde ipse est incorporeus: indiuisibilis: et ęternus.

¶ Aristoteles lib. iiij. de cœlo et mundo.

Nihil est perfectū nisi trinitas. ¶ Aristo. ibidē.

Deus et natura nihil faciunt frustra.

¶ Idem lib. xj. de animalibus.

Debemus inspicere formas: et delectari in artifice: qui fecit eas. ¶ Aristo. li. vij. æthicorū.

Deus est aliquid honorabilius virtute.

¶ Aristoteles ibidem.

Sicut bestię non est virtus: sic nec malitia deo.

¶ Aristoteles lib. de regimine principum.

Deo nihil est difficile: et sine eo nihil est possibile fieri vel possideri. ¶ Aristo. ibidem.

Deus gloriosus nihil ociosum siue vacuum fecit in natura. ¶ Aristo. lib. de bona fortuna.

Deus benevidet pręsentia: præterita et futura.

¶ Aristoteles lib. ij. topicorum.

Iniustitiā facere nō inest deo. Quia iniustitiā facere idē est qd sponte nocere. Deo nō est ergo.

Laerti⁹ diogen.

¶ Laerti⁹ diogenes de vita et morib⁹ philoso.

Interrogauit thaletem millesium quidam si lateret deos homo iniuste agens: sed nec cogitās inquit. ¶ Ibidem.

Interrogatus secundus philosoph⁹ ab Adriano imperatore: quid est deus: scripsit. Deus est immortalis mens: incōtēplabilis celsitudo: forma multiformis: multiplex spūs: incogitabilis inquisitio: insopit⁹ oculus oīa ɔtinēs lux: bonū.

Macrobius.

¶ Macrobius super somniū scipionis lib. j.

Sic plato quum de deo loqui esset animatus: dicere quid sit nō est ausus: hoc solū de deo sciēs: q sciri quale sit ab homine non possit. Solem vero ei simillimum de visibilibus solum reperit: et per eius similitudinem viam sermoni suo attollendo se ad non comprehensibilia patefecit.

Nam deus qui prima causa est: et vocatur: vnus omniū: quæqz sunt: et que videtur esse princeps et origo est. Hic superabundanti canditate maiestatis de se mentem creauit. Hæc mens quæ νοῦς vocatur qua patrem inspicit plenam similitudinem seruat authoris.

¶ Cicero lib. j. de natura deorum.

Plato in libris legum quid sit oīno deus inquiri oportere non censet. ¶ Cicero ibidem.

Oībus fere in rebus: maxime in physicis quid non sit citius q̄ quid sit: dixerim. Roges me qd aut qualis sit deus authore vtar simonide de quo quum quesiuisset hoc idem Tyrannus Hiero deliberandum sibi vnum diem postulauit: quum idem ex eo postridie quæreret: biduum petiuit: quum sæpius duplicaret numerum dierum: admiransqz Hiero quæreret: cur ita faceret: quia quanto (inquit) diutius considero: tanto mihi res videtur obscurior.

¶ Cicero lib. ij. de natura deorum in princi.

Quid enim potest esse tam apertum: tamqz perspicuum quum cœlum suspeximus: cœlestiaqz contemplati sumus: q̄ esse aliquod numen præstantissime mentis: quo hęc regantur.

¶ Cicero lib. ij. de natura deorum.

Undiqz omni ratione concluditur mente consilioqz diuino oīa in hoc mundo ad salutem oīm conseruationēqz admirabiliter administrari.

¶ Cicero lib. ij. de natura deorum.

Esse igitur deos perspicuum est: vt id qui neget vix eum sanę mentis existimem.

¶ Cicero lib. ij. de natura deorum.

Dico igitur prouidētia deorum mundum et oēs mundi partes et initio constitutas esse: et omni tempore administrari. ¶ Cicero ibidem.

Nihil est autem præstātius deo: ab eo igitur necesse est mundū regi: nulli igitur est naturę obediens aut subiectus deus: omnē ergo regit ipse naturam. Etenim si concedimus intelligentes esse deos: concedimus etiam prouidentes et rerum quidem maximarum. Ergo vtrum ignorent quę res maximæ sint: quoqz hæ modo tractādæ et tuendę: an vim non habent: qua tantas res sustineant et gerant? At et ignoratio rerum aliena naturę deorum est: et sustinendi muneris ppter imbecillitatem difficultas minime cadit in maiestatem deorū: ex quo efficitur id quod volumus: deorum prouidentia mundum administrari. At qui necesse est: quum sint dij: si modo sint: vt profecto sunt: animantes esse: nec solum animātes: sed ratiōis compotes: inter seqz quasi ciuili cōciliatione et societate coniunctos: vnum mundū vt cōmunem rempu. atqz vrbem aliquam regentes: sequitur vt in his sit eadem: quę in genere humano ratio: eadem veritas vtrobiqz sit: eadē qz lex quę est recti præceptio: prauiqz depulsio ex quo intelligitur prudentiam quoqz et mentem a deis ad homines peruenisse: ob eamqz causam maiorum institutis mens: fides: virtus: concordia: consecratæ et publice dedicatæ sunt.

¶ Cicero lib. ij. de natura deorum in fine.

Nemo vnq̄ vir magnus sine aliquo afflatu diuino fuit. ¶ Cicero ibidem.

Magna dij curāt: parua negligunt: magnis autem viris prosperæ eueniunt semper oēs res.

¶ Cicero ibidem.

Mala enim et impia cōsuetudo est contra deos disputandi: siue ex animo id fit: siue simulate.

¶ Cicero lib. iij. de natura deorum.

At obscurum deo nihil esse potest.

¶ Cicero ibidem circa finem.

At diagoras quum samothraciā venisset: atheus ille qui dicitur: atqz ei quidam amicus: tu qui deos putas negligere humana: nonne animaduertis ex tot tabellis pictis q̄ multi votis vim tempestatis effugerint: in portūqz salui peruenerint? Ita fit inquit. Illi enim nusq̄ picti sunt: qui naufragium fecerunt in mariqz perierunt.

¶ Cicero lib. ij. de diuinatione.

Nec enī ignorare pōt deus qua mēte qsqis sit.

¶ Francisc⁹ petrarcha lib. j. de vita solitaria.

Fracisc⁹ petrar.

Videt igitur deus nos: auditqz pri⁹ et q̄ loquamur. Ipse est enim qui tacito Moysi ait. Quid clamas ad me. Pręuenit verba nostra et affectus anticipat: cogitatiōes nr̄as intelligit de longinquo: hoc est: multo anteq̄ fiant. Preces nostras exaudit anteq̄ sonēt. Necessitates nostras aspicit anteq̄ veniāt. Exitus nostros speculat ante q̄ nati simus: sed ita nos aspicit: vt indignos licet inueniat: misereatur. Tamē nisi forte (quod procul absit a nobis) contumacia: pertinaciaqz: misericordiam expellamus.

Lucius apulei⁹.

¶ Lucius apuleius de deo socratis.

Sūmus deus infinitus est: non solum loci exclusione: sed etiam naturæ dignitate. ¶ Ibidem.

Dij ab hoībus differūt loci sublimitate: vitæ perpetuitate: naturę perfectione. ¶ Ibidem.

Nil deo est perfectius et potētius. ¶ Ibidem.

Deus ab omnibus animi passionibus liber est: vnde nec dolere: nec lætari potest.

¶ Lucius apuleius de deo socratis.

Nihil est deo similius et grati⁹: q̄ vir animo perfecto bonus: qui hominibus cæteris antecellit: quod ipse a dijs immortalibus distat.

¶ Lucius apuleius ibidem.

Quapropter debet deus nullā perpeti vel operis vel amoris temporalem imperfectionē: et idcirco nec indignatione nec misericordia contingi: nullo angore contrahi: nulla alacritate gestire? Sed ab oībus animi passiōibus liber: nec dolere vnq̄: nec aliquando lætari: nec aliquid repentinum velle vel nolle.

Plautus.

¶ Plautus in duobus captiuis.

Est profecto deus: qui quæ nos gerimus audit: videtqz: is vti tu me hic habueris: proinde illum illic curauerit. Bene merēti bene profuerit: male merenti par erit.

Homer⁹.

¶ Homerus in α Iliados. verba sunt Achillis ad Palladem.

χρὴ μὲν σφωΐτερόν γε θεά ἔπος εἰρύσασθαι
καὶ μάλα περ θυμῷ κεχολωμένον. ὣς γὰρ ἄμεινον.
ὅς κε θεοῖς ἐπιπείθηται μάλα τ᾽ ἔκλυον αὐτοῦ.

Oportet quidem vestrum o dea verbum obseruare: et quāuis valde animo iratum: sic enim melius qui deis paruerit: dij certe exaudiūt ipsum.

Idem in Y Iliados.

παρὰ γὰρ θεοὶ εἰσιν καὶ ἡμῖν. i. aggr. manu. c. i. z.
Dei enim adsunt z nobis.

Idem in A iliados.

Χαλεπὴ δὲ θεοῦ ἔστι μήνις. id est
Molesta autem dei est ira.

Idem ibidem.

οὐ γὰρ σίτου ἔδουσιν οὐ πίνουσιν ἄϊθοπα οἶνον.
τοὔνεκα κἄματα νοσφίσαντο καὶ ἀθανάτοι καλέονται. id est

Non enim cibum edunt: non bibunt calidum vinum: iccirco sine sanguine sunt: et vocantur immortales. Homerus in μ iliados.

θεῶν μακέκητι τέτυκτο.
ἀθανάτων. τῶ καὶ οὔτι πολὺν χρόνον ἔμπε δονῆεν. id est

Dijs inuitis factum est.

Immortalibus: iccirco non ad multum tempus firmum durauit.

Homerus in A iliados.

ἀλλ' οὔπω σ' ἅπαντα θεοὶ δόσαν ἀνθρώποισι. i.
Sed nondum simul omnia dei dederunt hominibus. Homerus in π iliados.

ἀλλ' αἰεί τε διὸς κρείσσων μόσσι. ἥπερ ἅπαντων
ὄστε καὶ ἄλκιμον ἄνδρα φοβεῖ. καὶ ἀφείλετο νίκην id est

Sed semper iouis potentior imens ẽ virorum.
Qui z virum fortẽ terrefacit: z priuat victoria.

Homerus in α odysseæ.

θεῶν ὑπο λείσατε μῆνιν id est
Deorum autem euitate iram.

Idem in Y odisseæ.

ῥεῖα θεὸς κέλεται. καὶ τηλόθεν ἄνδρα σαῶσαι.
Facile deus volens: z procul existẽs virum saluaret. Idem in eodem.

Δι. Δαὶς ἰδοὺ λοντο θεοὶ μεμνήσθαι ἔφετμέων. i.
Semper voluerunt dij esse in memoria sua precepta. Homerus in A odysseæ.

θεοὶ δέτε πάντα ἴσασι. hoc est
Dei autem omnia sciunt

Homerus in ξ odysseæ.

ξεῦ Δάντος μέμει ὄλβον ὀλύμπιος ἀνδράσι.
ἠοιν. ἑσθλοῖσι δὲ κἀκοῖσι ὁπόσ' ἐθέλησιν ἑκάστῳ. id est

Iuppiter ipse distribuit diuitias olympius hominibus bonis atq3 malis quomodo voluerit vnicuiq3. Idem in ι odysseæ.

θεοὶ δὲ τε πάντα δύνανται. hoc est
Dij autem omnia possunt.

Idem in ξ odysseæ.

οὐ μὲν σχέτλια ἔργα θεοὶ μακάρες φιλέουσιν. i.
ἀλλὰ δίκην τίουσι. καὶ αἴσιμα ἔργα δρώπων. i.
Non enim mala opera dei beati amant:
Sed iustitiam honorant: z decentia opera hominum. Homerus in ρ odysseę.

ὣς αἰεὶ τὸν ὁμοῖον ἄγει θεὸς ὡς τὸν ὁμοῖον. i.
Sane semper similem ducit deus ad suum simile.

Phocylides. πρῶτα θεὸν τίμα. μετέπειτα δὲ σεῖο γονῆας. i.
In primis venerare deum: post vero tuos parẽtes.

Pittac⁹. Pittacus.
πρὸ πάντων σέβου τὸ θεῖον. hoc est

Ante omnia cole numen.

Hesiodus.

Hesiod.

ὅτι που ἐστὶ διὸς μόρον ἐξαλέασθαι. id est
Nequaq3 sane possibile est iouis mentem decipere.

Idem.

μηδὲ ποτ' ἐξ ἡόνος Διὶ λέξεαι ἄϊθοπα οἶνον.
χερσὶν ἀνιπτοισι. μηδ' ἀλλοισ' ἄθεμίτοισιν
γεκλύουσι. ἀποπτύουσι δ' ἀρασ. id est

Numq3 matutinis horis Ioui libare velis calidum vinum manibus illotis: neq3 alijs immortalibus. Non enim ipsi exaudiunt: sed respuunt preces. Euripides in medea.

Euripe.

πολλὰ δ' ἀέλπτως κραίνουσι θεοί. hoc est
Multa autem præter spem faciunt dei.

Menander.

Menander.

θεοῦ θέλοντος κἂν ἐπὶ πρόσπλέοις. id est
Deo volente etiam salicum fasciculus nauigares.

Idem.

ὁνοῦσ' γὰρ ἡμῖν ἐν ἑκάστῳ θεός. id est
Mens enim nobis est in vnoquoq3 deus.

Idem.

πάντη γὰρ ἔσι παντὰ τεθλέπει θεός. id est
Vbiq3 enim est: omniaq3 inspicit deus.

Virgilius lib. j. Æneidos.

Si genus humanum: et mortalia temnitis arma:
At sperate deos memores fandi atq3 nefandi.

Virgilius lib. ij. aeneidos.

Virgil.

Iuppiter omnipotẽs precibus si flecteris vllis:
Aspice nos.

Virgilius lib. iij. æneidos.

Fata viam inueniant: aderitq3 vocatus Apollo.

Virgilius lib. iiij. æneidos.

Virgil.

An te genitor quum fulmina torques: fo. 244. g.
Ne quicq3 horremus: cæciq3 in nubibus ignes
Terrificãt animos z inania murmura miscent?

Claudianus de laudibus stiliconis.

Claudianus.

Est ignota procul nostrãq3 imperuia menti
Vis adeunda deis.

Sillius italicus lib. iiij.

Sillius.

Hæu primę scelerum causę mortalibus ægris
Naturam nescire deum.

Ouidius metamorphoseos libro. viij. fabula. vij.

Ouid.

Immensa est finemq3 potentia cœli
Non habet: z quicqd superi voluere peractũ est.

Ouidius metamorphoseos libro. xiij. Fabula prima.

Aspiciunt oculis superi mortalia iustis.

Ouidius epistola phyllidis ad demophoonta.

Si de tot læsis sua numina quisq3 deorum
Vindicet: in pœnas non satis vnus eris.

Ouidius tristiũ lib. ij. elegia prima.

Si quoties peccant hoies sua fulmina mittat
Iuppiter: exiguo tẽpore inermis erit. Ibidẽ.
Iure igitur genitorq3 deum rectorq3 vocatur:
Iure capax mundus nil ioue maius habet.

Ibidem.

Sed solet interdũ fieri placabile numen:
Nube solet pulsa candidus ire dies. Ibidem.
Sed tamen vt fuso tauorũ sanguine centum:
Sic capitur minimo thuris honore deus.

Ouidius Tristium li. iiij. elegia. viij.

Nil est sublime est supraq3 pericula tendit:
Nõ sit vt inferius suppositumq3 deo.

Ouidius de ponto li. ij. elegia. viij.

Est aliquid spectare deos: z adesse putare.

Ouidius de ponto lib. iij. elegia. vj.

Crede mihi miseris cœlestia numina parcũt:
Nec semp lesos z sine fine premunt.

Ouidius Fastorum li. iij.

Sæui flectitur ira Iouis.

Ouidius Fastorum li. v.

Sæpe deos aliquis peccando fecit iniquos:
Et pro delictis hostia blanda fuit.
Sæpe Iouem vidi: quq3 iam sua fulmina vellet
Mittere: thure dato sustinuisse manum.
At si negligitur: magnis iniuria pœnis
Soluitur: z iustum præterit ira modum.

Propertius li. ij. elegia. xvj.

Propert.

Nec sic de nihilo fulminis ira cadit.

Horatius Carminũ li. iij. ode. v.

Horatius.

Cœlo tonantẽ credidimus Iouem
Regnare.

Iuuenalis Satyra. x.

Iuuenal.

Nil ergo optabunt homines? Si consilia vis
Permittes ipsis expendere numinibus: quid
Conueniat nobis: rebusq3 sit vtile nostris.
Plam pro incundis aptissima quęq3 dabunt dijs.
Charior est illis homo q̃ sibi.

Dantes inferni ca. xix.

Dantes.

O summa sapienza quante larte
Che mostri in cœlo: in terra: e nel mal mondo
Et quanta giusta tua virtu comparte.

Dantes Florentinus purgatorij ca. iij.

Matto e che spera che nostra ragione
Possa trascorrer linfinita via
Che tiene vna substãtia in tre persone

State contente humana gente al quia
Che se possiuto hauesti veder tuto
Mester non era parturir Maria.

Ibidem.

Horribil furonli peccati mei:
Oda la bonta infinita ha si gran braccia
Che prende cio che si rinolge a lei.

Idem purgatorij ca. xviij.

Oda voi prendere lesca: si che lhamo
De lantico auersaro ad se ni tira
Et per o pocho val freno: o richiamo
Chiamauil cielo e intorno vi si gira
Donstrandoni le sue belleze æterne
Et lochio vostro pur a terra mira.
Vnde vi batte chi tutto discerne. ar

Dantes Florenti. Paradisi ca. j.

La gloria di collui che tuto moue
Per luniuerso penetra e risplende
In vna parte piu: e meno altroue.

Dantes Florenti. Paradisi ca. j.

Per se apressando se al suo disire
Nostro intellecto si profonda tanto
Che dietro la memoria non poire.

Dantes paradisi ca. vij.

Nostra natura quando pecco tota.
Vide supra in Christi incarnatio.

Dantes Florentinus paradisi

capitulo. xxiij.

Quel vno: e due: e tre: che sempre viue
E regna sempre in tre e due: z vno: Non circunscripto: z tuto circunscriue.

Dantes florentinus paradisi ca. xxij.

La spada di quha su non taglia in fretta
Ne tardo mai al parer de collui
Che disiando o temendo laspetta

Idem paradisi ca. xxxj.

La luce diuina e penetrante
Per luniuerso secundo che degno
Sicche nulla la pote esser obstante.

Franciscus Petrarcha Cantilena de xxiij. stantia. v.

Tute le cose di che il mondo e adorno
Uscir bone di man del maestro æterno.

Fran. Petrarcha Triumpho æternitatis.

Oda tarde non fur mai gratie diuine.
En quelle spero chen me anchor farano
Alte operatione z peregrine.

Deuotio græce τρησκεία. ας. ἡ. vi. σῶ. z τρῆσκος. ον. ὁ. deuotus seu religiosus dicitur. Est autem deuotio voluntas prompta faciẽdi: quod ad dei seruitum pertinet: secundum beatum Tho. secunda secundę. q. lxxxij. ar. j. Deuotio est specialis actus voluntatis prompte tradendi se ad famulatuz dei. secundum beatum Thoma ibidem vbi supra. Dicitur autem deuotio a voueo quod est alliquid deo sancte promitto. Unde et huiusmodi promissio votum dicitur. Deuoueo destino: impræcor: hinc deuotor qui aliquid impræcatur: z deuotum destinatum: quod modo ad prosperum: mõ ad aduersum refertur. Verg. Præcipue infœlix pesti deuota futurę.

Augustinus.

Non putrescit cor si leuet ad deum. Frumentuz tuũ si haberes in inferioribus: ne putresceret leuares illud ad superiora. Frumẽto tuo queris mutare locũ: z cor permittis in terra putrescere. Frumentũ leuares ad superiora: cor leua in cœlũ. Et vñ inquis possiz? Qui fines? q̃ machinez? q̃ schalę opus sunt? Gradus affectus ẽ. Iter tuũ voluntas tua est. Amando ascẽdis. Negligẽdo descendis. Stans in terra in cœlo es: si deuz diligis.

Augustinus super Joannẽ.

Si habet animus vnde oblectetur extrinsecus: sine delitijs manet interius.

Augustinus super Joannẽ.

Nescio quid incorporaliter z spiritualiter in nobis facit deus. Quod nec fonus sit: qui aurẽ percutiat. Nec color qui oculis discernat. Nec odor qui naribus capiatur. Nec sapor qui faucibus indicetur. Nec durum z molle quod tangendo sentiatur. Et tamen aliquid est quod sentire facile est explicare non possibile.

Augustinus lib. de Virginitate.

Anima deo deuota sic se actus corporis z terrenos exuit: mores vt vestiat: quomõ si velit rursus induere. Consuetudo enim boni vsum veteris prauitatis amisit.

¶August. lib. de viduis.
Hec est vera fortitudo: q nature vsum: sexus infirmitatē: mentis deuotione transgreditur.

¶August. de fœmina diuite.
Maiores nostri ideo copijs omnibus abundabant: quia deo decimas dabant: ⁊ Cæsari censuz reddebāt. Modo aūt quia recessit deuotio dei: accessit inductio fisci: hoc tollit fiscus: quod nō tollit Christus. Hoc turpibus datur: quod pauperibus non erogatur.

Bernar. ¶Bernardus super cantica.
Temporis preteriti fructus est compunctio: futuri flos est deuotio.

¶Bernardus ibidem.
Mel in cæra: deuotio in littera. Alioquin littera occidit: si absq3 condimento spiritus glutieris.

¶Ibidem.
Est vnguentū contritionis: ⁊ vnguentū deuotionis: et vnguentū pietatis. Primū pungitiuū dolorem faciens. Secundū temperatiuū dolorē leniens. Tertiū sanatiuū morbū expellens.

Joannes cassia. ¶Joan. cassia. in collatiōe Joannis abbatis.
Melius est deuotū in minoribus: q̄ indeuotū ī maioribus professionibus inueniri.

Diabolus: greca dictio est Διάβολος ου ὁ calumniator: ⁊ Διαβολή ῆς ἡ calūnia. ⁊ Διαβάλλω criminor diciŧ. Quid aūt sit diabolus vide supra in demonium. Sane cœpit ille malign⁹ spūs diabolus dici: postq̄ homini inuidit.

Genesis. ¶Genesis ca. iij.
Ipse eīn hostis calcaneo semper insidiatur. i. fini hominum.

Paulus. ¶Paulus ad Corinthios scdæ. ca. xj.
Timeo autē ne sicut serpēs seduxit Aeuam astutia sua: ita corrumpanŧ sensus vestri: ⁊ excidāt a simplicitate: que est in Christo.

¶Paulus ibidem.
Ipse eīn Sathanas trāsfigurat se in angelū lucis.

¶Paulus ad Ephesios cap. vj.
Induite vos armaturam dei: vt possitis stare aduersus insidias diaboli. Qm̄ non est nobis colluctatio aduersus carnē ⁊ sanguinem: sed aduersus principes ⁊ potestates: aduersus mundi rectores tenebrarum harum: contra spiritalia nequitie in cœlestibus. Propterea accipite armaturam dei: vt possitis resistere in die malo: ⁊ in omnibus perfecti stare.

Petrus. ¶Petrus apl's primæ cap. v.
Sobrij estote ⁊ vigilate: q̄a aduersarius vester diabolus tanq̄ leo rugiens circuit quærens quē deuoret: cui resistite fortes in fide.

Jacobus. ¶Jacobus cap. iiij.
Resistite diabolo: ⁊ fugiet a vobis.

August. ¶Aug. in sermonib⁹ cōibus sermone. iiij.
Quid prauius? quid malignius? quidve nostro aduersario nequius? qui posuit in cœlo bellū: in paradiso fraudē: odiuz inter primos fratres: ⁊ in omni nostro opere zizania seminauit. Nam in comestione posuit gulam: in generatione luxuriam: in exercitatione ignauiam: in conuersatione inuidiam; in gubernatione auaritiam; in correctione iram: in præsulatu siue dominatione superbiam. In corde posuit cogitationes malas: in ore posuit locutiones falsas: in membris operationes iniquas: invigilando mouet ad praua opera: in dormiēdo ad somnia turpia. Lætos mouet ad dissolutionem: tristes aūt ad desperationem. Sed vt breuius loquar. Oīa mala mundi eius sunt prauitate commissa.

¶Augustinus ad Julianū comitem.
Diabolus est angelus per superbiā separatus a deo: qui in veritate non stetit: ⁊ doctor mendacij: quia ab ipso primum inuentum est mendacium. Ipse est aduersarius effectus generis nostri: inuentor mortis: superbie institutor. Radix maliciæ: scelerū caput. Princeps omnium vitiorum: persuasor turpium voluptatū. Hic ergo vt quum illum primuz hominem a deo factū Adā patrem omnium nostrum intueretur: videretq3 hominem ex limo terræ ad imaginem dei factū: pudicitia ornatum: temperantia compositū: charitate circundatum: immortalitate vestitum: æmulus atq3 inuidus tantam beatitudinem hominem terrenum accepisse quantum ipse dum esset angelus per superbiam cognoscitur amisisse: inuidit statim insatiabilis homicida: primum parentum nostrum tantis ⁊ talibus bonis expoliauit: ⁊ nos interemit.

¶August. super geñ. lib. xij.
Spiritualiū rerū corporaliū similitudines in animo nostro quemadmodū innotescāt spiritibus immundis: vel q̄d obstaculi patiaŧ aīa nostra ex isto terreno corpore: vt eas inuicē nostro spū videre nequeamus: explicare difficile est. Certissimis tñ indicijs constat enunciatas demonibus cogitationes hoīm: qui tñ: si virtutū internā speciem in hominibus cernere possent: multos non tentarent. Sicut in Job mirabilē patiētiā: si posset diabol⁹ cernere: nollet a tētato vtiq3 superari.

¶Aug. de Ciuitate dei lib. ix.
Christus se tm̄ demonib⁹ innotuit: quātū oportuit. Innotuit igiŧ demonibus: nō per id qd̄ est vita æterna: ⁊ lumen incommutabile: qd̄ illuminet pios: sed per quædam temporalia siue virtutis officia: ⁊ per occultissima signa sue potentie: que angelicis sensibus ⁊ malorum spirituū potius q̄ infirmitati hominū possent esse cōspicua. Deinde quando ea paululū subducendo indicauit: ⁊ aliquanto altius latuit: dubitauit de illo princeps demonum: eumq3 tentauit an Christus esset.

¶Aug. de diffinitionibus ecclesiasticorum dogmatum.
Internas animi cogitationes diabolū non videre certi sumus: sed motu eas corporis ab illo: ⁊ affectionū indicijs colligi: ⁊ experimento didicimus. Secreta aūt cordis solus ille nouit: ad quē diciŧ. Tu solus nosti corda filiorū hoīm.

¶Aug. homelia. iij.
Diabolus non inualesceret contra nos: nisi ei vires ex vitijs nostris præberemus: ⁊ locum ei introeundi: ⁊ dominandi nobis peccando faceremus; vnde nolite locum dare diabolo.

¶Aug. lib. de natura demonū.

Sciendū est hanc esse naturam dæmonū: vt aerei corporis sensu: terrenorū corporū sensum facile p̄cedant celeritate etiā propter aeri corporis superiorē mobilitatē: nō solū cursus quarūlibet rerū: vt hominū vel ferarū: verūetiā volatus auiū incōparabiliter vincant. Quibus duabus rebus: quantū ad aereū corpus attinet prædit hoc est acumine sensus: ⁊ celeritate motus multo ante cogitata nunciant: quæ homines p sensus terreni tarditate mirentur.

¶Aug. contra faustum.
Null⁹ homo tanta iustitia est præditus: cui non sit necessaria tentatio tribulationis ad proficiēdā vel probandā virtutē.

¶Augu. lib. ij. retractationū: ⁊ habeŧ xxvj. q. v. quodā loco.
Quodā loco dixi dæmones aliquādo hominuz dispositiones nō solū voce prolatas: verūetiam cogitatione conceptas: quū signa quædā ex animo exprimunŧ in corpore tota facilitate pdiscere. Rem dixi occultissimā: audaciori assertione q̄ debui. Nam peruenire ista ad notitiā dæmonū per nōnulla etiā experimēta compertū est. Sed vtrū quædā signa dentur ex corpore cogitantiū illis sensibilia: nos autē latentia: an alia vi spirituali ista cognoscāt: aut difficillime pōt ab hoībus aut omnino nō potest inueniri.

¶Aug. de doctrina christia. capi. xlix.
Non omnes male cogitationes nostre semp diaboli instinctu incitantur. Sed aliquotiēs ex nostri arbitrij motu emergūt. Bonæ aūt cogitationes semper a deo sunt.

Hiero. ¶Hieronymus sup Matthæū.
Impossibile est humanam animā non tētari. Vñ in oratione dñica dicimus. Ne nos inducas in tētationē: quam ferre nō possimus: nō tentationē pariter refutantes: sed vires sustinendi in tentationibus deprecantes.

¶Hiero. epistola. v.
Diabolo hoc nomē est: postq̄ homini inuidit.

¶Hiero. cōtra Jouinianū epi. ix. cap. xxxij.
Vnusquisq3 vō tentaŧ a cōcupiscētia sua abstractus ⁊ illectus. Dehinc cōcupiscentia quum cōceperit: parit peccatum: peccatum vō quum consummatū fuerit: generat mortē. Liberi arbitrij nos cōdidit deus. Nec ad virtutes nec ad vitia necessitate trahimur. Alioq̄n vbi necessitas est nec dāmnatio nec corona est. Sicut ī bonis operibus pfectior est deus (nō est eīn volētis neq3 currentis: sed miserātis ⁊ adiuuātis dei) vt peruenire valeamus ad calcē. Sic in malis atq3 peccatis semina nostra sunt incentiua ⁊ pfectio diaboli. Quum viderit nos sup fundamentū christi ædificare fœnum: ligna: stipulam: tunc supponit incendium. Aedificemus ergo aurum: argētū: lapides preciosos: ⁊ tētare nō audebit. q̄q̄ in hoc nō sit certa: ⁊ secura possessio. Sedet q̄ppe leo in insidijs: vt in occultis interficiat innocētem. Et vasa figuli probat fornax: homines autē iustos tentatio tribulationis. Et in alio loco scribitur. Fili accedēs ad seruitutem dei præpara te ad tentationem.

¶Hiero. episto. xxxiiij.
Dicimus quoq3 ⁊ iudiciū futurū: in quo iudicio vnusquisq3 recipiat propria corporis pro ut gessit: siue bona siue mala. q̄ si homines recepturi sunt pro operibus suis: quāto magis ⁊ diabol⁹: qui oībus existit causa peccati? De quo sentim⁹ illud quod scriptum est in euangelio. Quia et ipse diabolus: ⁊ oēs angeli eius cum his q̄ opera eius faciunt ⁊ criminantur fratres: cum ipso pariter æterni ignis hæreditatem patienŧ. Si quis aūt negat diabolū ignibus æternis mancipandum esse: partem hereditatis dei cū ipso: s3 eā ī igne accipiat: vt sentiat verū eē qd̄ negauit.

¶Ambrosius de vita beata: ⁊ habetur xv. q. j. non est q̄ cuiq̄.
Non est q̄ cuiq̄ nostram ascribamus erumnam nisi nostræ volūtati. Nemo nostrum teneŧ ad culpā: nisi volūtate propria deflexerit. Nō habent crimen que inferunŧ reluctātibus: volūtaria tātū cōmissa sequiŧ delictorū inuidia: quā in alios deriuamus. Volūtariū sibi militē eligit christ⁹: voluntariū seruū sibi diabolus auctionaŧ. Neminez iugo seruitutis astrictum possidet: nisi se ei prius peccatorum ære vendiderit.

¶Ambrosius super Lucam.
Anima nunq̄ a corpore vincereŧ: nisi prius a diabolo teneret. Nam nisi quis porci more vixisset nunq̄ accepisset in eo diabolus potestatē. Aut si accepisset nō vt perderet: sed vt probaret. Sine permissione dei diabolū nocere non posse cognoscas: ne potentiam diaboli magis timeas: q̄ diuinitatis offensam.

Grego. ¶Gregorius lib. ij. moralium.
Sathanæ semper voluntas iniqua est: sed nunq̄ potestas iniusta. Quia a semetipso voluntatem habet: sed potestatem a deo. Quod eīn inique ipse facere appetit hoc deus nō nisi iuste facere permittit. Iniuste igitur formidari nō debet: qui nil nisi permissus valet.

¶Idem lib. xiiij. moralium.
Quædam qualitates morum sunt: certis vitijs vicinæ. Nam mores asperi aut crudelitati aut superbie solent esse coniuncti. Mores aūt blandi ⁊ paulo amplius q̄ decet lætiores: nōnunq̄ coniuncti sunt luxuriæ ⁊ dissolutioni. Intuetur ergo inimicus generis hūani vniuscuiusq3 mores cui vitio sint propinqui: ⁊ illa ponit ante faciem ad que cognoscit facilius inclinari mentem: vt blandis ⁊ letis moribus sæpe luxuriā nōnunq̄ vanam gloriam. Asperis vō mentibus iram: superbiam: ⁊ crudelitatem opponit.

¶Idem lib. xviij. moralium.
Purgator meus malignus spiritus qui viuentē quēcunq3 accēdit ad vitia: morientem trahit ad tormenta.

¶Greg. lib. xxiiij. moraliū.
Diabolus dicitur iumentum: draco: ⁊ auis. Humanū genus tribus vitijs valde tentat: luxuria: malitia: ⁊ supbia. In eis igitur quos excitat ad luxuriam iumentum est. Ad nocendi malitiā draco est: ad superbiam auis est.

¶Grego. lib. xxiiij. moraliū.
Fili accedens ad seruitutem: sta in timore. Hostis enim noster quanto magis nos sibi rebellare conspicit: tanto amplius expugnare contendit.

dit. Eos aũt pulsare negligit: quos quieto ĩre possidere se sentit.

¶Ibidem.

Diabolus cõtra illos diuersis tentationibus insistit qui possint etiam alijs sua vtilitate prodesse: vt dum illi impediuntur: non proficiant qui docendi sunt.

¶Gregorius lib. xxix. moralium sup illud Job. Dimidiũtur estus super terram.

Prius cõplexionem vnius cuiusq; aduersarius perspicit: & tunc tentationis laqueos opponit. Alius nanq; lætis: alius tristib⁹: alius timidis: alius elatis moribus exístit. Quo ergo aduersarius occultius facile capiat: vicinas complexionib⁹ deceptiones parat. Quia lętitiæ voluptas iuxta est: lætis moribus luxuriã proponit. Et q; tristicia in irã facile labitur: tristibus peccatum discordiæ porrigit. Quia timidi supplicia formidant: pauẽtibus terrores intentat. Et q; elatos extolli laudibus conspicit: eos ad quæcunq; voluerint blandis fauoribus trahit. Singulis igit̃ hominibus vitijs cõuenientibus insidiatur.

¶Gregorius super illud Josue homelia. viij. In matutino interficiebam omnes peccatores terræ.

Dæmones debemus interimere: non eorũ substantiã perimentes: sed q; opus eorũ & studium est vt nos peccare faciant: sine dubio eorum interitus est: si non peccamus.

¶Gregorius ibidem.

Si omnes nos hostes destruerimus: tũc diem festum domino celebramus.

¶Gregorius in moralibus sup illud Job. xxxviij. Cartilago illius quasi lamĩnæ ferræ.

Hostis noster tanta se arte palliat: vt culpas nostras virtutes fingat: vt inde ꝺs quasi expectet præmia: vnde dignus est æterna subire tormenta. Plerũq; enim in vicibus vitijs crudelitas agitur: & iustitia putatur: atq; immoderata ira iusti zeli meritum creditur. Similiter effusio misericordia: tenacitas parcitas: & pertinacia constantia reputatur.

¶Isidorus de summo bo. lib. j.

Dæmones triplici acumine præscientiæ vigẽt: scz sublimitate naturę: experientia temporum: reuelatione superiorum potestatum.

¶Isido. de summo bono lib. j.

Quanto propinquius finem mũdi diabolus videt: tanto crudelius persecutiones exercet: vt q̃ se continuo damnandũ conspicit socios sibi multiplicet cuz quibus gehẽnæ ignibus addicatur.

¶Idem lib. iij.

Diabolus quando decipere quẽq; quærit: prius naturam vnius cuiusq; intendit: & inde se applicat vnde aptum hominem ad peccandum inspexerit.

¶Isidorus ibidem.

Diabolus serpens est lubricus: cuius si capiti. i. primæ suggestiõi nõ resistitur: totus in intima cordis: dum non sentitur: illabitur

¶Isidorus de summo bono lib. iij.

Tunc contra eum quẽ possidet diabolus acrius ar[ma]t[ur] quando ei q̃ angelo superno inter pares fuit superemĩ inter cães.

Jacobus

Dantes flor. inferni cap. xxiij. fo. xo. j. diabolj nichi

Jo vdi gia dire a Bologna

De diauol vitij assai: Tra quali vdij.

Diachon 9.

Chelli ebugiardo e padre di menzogna.

¶Dialectica græca dictio est & dicitur ἀπὸ τοῦ. διαλέγειν: hoc est disserendo. Nam διαλέγομαι disputo & dissero dicitur. Est autem Dialectica ars discernendi verum a falso, secundum Hugonem lib. j. Didascal.

¶Dialogus a διά quod est per & λόγος sermocinatio: quę & sermonem: & rationẽ cõprædẽdit: et est tam inultorũ q̃ duorum.

¶Diaphanus græca dictio est διαφανῆς. ἐος. ὸν. & διαφαίνω interluceo dicitur. Est autẽ diaphanum susceptiuum coloris alieni: nõ habens proprium colorẽ secundum. b. Tho. super libr̃ de anima lec. xiiij. co. j. fi.

Diaphanum est quod est visibile: non quidem secundum se: sed propter extraneũ colorẽ: vt aer: aqua: & multa solida secundum Aristotelẽ lib. ij. de anima. & commento. lxviij.

¶Dicacitas grę. λοιδορία. ας. ἡ. & λοίδορος. ον. ὁ. dicax & cõuitiator dicitur. Est autem dicax cuius sermo cũ risu aliquẽ incessit. Ideo demosthenem vrbanum fuisse dicunt: dicacem negant. Differtq; ab vrbano: quia vrbanus is est qui in verbis: & sono: & risu proprium quendam p̃ se fert vrbis gestum: & sumptam ex conuersatione doctorum eruditionẽ: deniq; cui contrarius est rusticus: hoc est inepte et barbare loquens. hinc vrbanitas: illinc dicacitas descendit.

¶Diffamatio græce Διαφημία. ας. ἡ. & διαφημίζω diffamo dicitur. Est aũt diffamare aliquẽ famã detrahẽdo maculare.

¶Differentia græce Διαφορά. ας. ἡ. & διαφέρω differo dicitur. Est autem differentia qua species abundat a genere secundum Aristotelem lib. prædicamentorum.

Differentia est quod prædicatur de pluribus differentibus specie: in quod quale secundũ. Aristotelem ibidem.

Differẽtia ẽ qua differũt a se singula: vt ibidem.

Differentia est quod genus ad esse scilicet specificũ conducit: & quod est pars eius quod est esse rei: id est essentię.

Differũt autem individua ab individuis. vij. modis. Tersus. Forma: figura: locus: tempus: cum nomine: sanguis: Patria: sunt septem: quę nõ tenet vnus & alter.

¶Difficultas græ. δυσχέρεια. ας. ἡ. & δυσχερής. ές. ὁ. ἡ. difficilis dicitur. Est autẽ difficile: quod cum labore: aut multo tpe fit secundum Arist. lib. j. Rhætoricorum.

Difficile est id quod transcendit potentiã scõm naturã: vel propter impedimentũ. b. Tho. pma parte. q. lxij. arti. ij. Eius oppositum est facile.

Difficiles terrę quę sũt pœne steriles: & nõ sine difficultate ferũt fructũ. ¶Tergilius.

Difficiles primum terræ: collesq; inaligni.

¶Diffidentia græ. ἀπειθία. ας. ἡ. & ἀπειθέω diffido dicitur. Est autem diffidentia motus irascibilis inæstimatus superare facultatem. Sed in bonum est desperatio. In malum autem est timor. b. Tho. iij. sen. dist. xxvj. q. j. ar. iij. Est autem diffidere credulitatem deponere sine desperare.

Tergilius.

Ciceronis

Diffinitio græ. ὅρος. ου. ὁ. & ὁρίζω diffinio dicitur. Est aũt diffinitio: oratio quę quid est q̃ diffinitur explicat quid sit secundũ Ciceronem in topicis.

Diffinitio ẽ patefactio q̃si rerũ operarũ: quũ q̃d q̃q; sit aperitur secundum Ciceronẽ in prin. ij. libri de finibus bonorũ & malorum.

Diffinitio est ratio ex differentijs vnitatẽ habẽs scõm Aristo. lib. vij. metaphysicę.

Diffinitio est ratio quę est ex differentijs. s. tãtũ et ex finali harũ secundũ rectum diuisarum. i. p̃ se et non a latere: & per accidens.

Diffinitio est terminus qui rem totaliter includit: nihil rei est extra: cui non conueniat: nec aliquid est ĩtra cui q̃ueniat. bea. Tho. super lib. Perihermenias lec. iiij. prin.

Diffinitio est duplex. quid rei: & q̃d nois. diffinitio q̃d rei est quãdo res concipitur per aliquã formam in ipsa re: respondens ei per oĩa. bea. Tho. cõtra Gẽt. lib. iij. caꝑ. xlix.

Diffinitio quid nominis importat quasi expositionẽ significationis nominis: non tñ semp indicat essentiam: quia diffinita nõ semp habent eã. b. Tho. ij. sen. di. xxxij. q. ij. ar. j.

Diffinitio est rei ꝓpositę ꝓprię & dilucida: & breuiter ꝓhensa verbis enunciatio: q̃ cõstat maxime genere: specie: differẽtijs: ꝓprijs: vt hõ est aĩal rationis capax: morti obnoxiũ. Differt autẽ a descriptione: q̃ descriptio est rei propositę p̃ quasdã ꝓprietates declaratio: vt homo ẽ corp⁹ bipes: caput erectum habens: spectãsq; ĩ cœlũ. Diffinitiones naturales & dialecticę differunt.

Quia physicus siue naturalis diffinit p̃ causam materialẽ & agentẽ: similiter & p̃ causam finalẽ: sed dialecticus diffinit p̃ genus & differẽtiã. & talis diffinitio ab antiquis vocat̃ diffinitio formalis.

Diffinitio a definitiõe differt. Quia definire est quasi finẽ dare. diffinire vo est hoc ab illo finiendo ac partiendo distinguere.

Nihil pfecte diffinit̃: nisi substantia ex. b. Tho. ij. sen. di. xxxv. q. ij. ar. j. ¶Cicero lib. j. officio. Cicero.

Dis eñ que a ratione suscipit̃ de aliqua re ĩstitutio: debet a diffinitione pficisci: vt itelligat̃ q̃d sit id de quo disputetur.

¶Digestio græce πέψις. εως. ἡ. & πέπτω digero dicitur. Est autẽ digestio perfectio a naturali calido ex oppositis passiuis facta secundum Aristotelẽ lib. iiij. de theorum.

Digero ẽ idẽ q̃d ordino: dispono. vnde digestio ordinatio. Uerg. Digerit in numerum.

¶Dignitas græce ἀξιότης. ητος. ἡ. & ἀξίωμα. phare. f. 35. ατος. τὸ. dicit̃: & ἀξίω dignor vel dignum puto dicitur. Est aũt dignitas alicuius honesta: & culta et honore: & verecundia digna authoritas scõm Ciceronẽ in Rhætoricis.

Dignitas est administratio rerũ ecclesiasticarũ cũ iurisditione secundũ Archi. in caꝑ. j. de consue. lib. vj.

Dignitas vel maxima est propositio: quã necesse est habere quẽlibet docendũ scõm Aristotelem lib. j. posteriorum.

Dignitas venit a dignus: & significat honorem nobis: propter merita vel impensum vel debi-

tum. Frequenter etiam ponitur pro decore: vt dignitas oris: dignitas habitus: & huiusmodi. Differunt aũt dignitas & vetustas: ꝙ dignitas viris: venustas vo ẽ fœminis attributa. Cicero. Venustatem muliebrem dicere debemus: dignitatem virilem.

Dilectio græce ἀγάπησις.ιος.ἡ. & ἀγαπητός dilectus dicitur. Diligere eñ est amare: q2 cum quem aman⁹ diligere videmur quasi nostra dignũ beniuolentia. hinc etiã diligẽs diligẽtior et diligentissimus. et diligẽtia de qua infra.

Cãtica. ¶Cantica canticorum cap. viij.

Fortis est vt mors dilectio.

Joãnes. ¶Joannes in euangelio cap. iij.

Sic deus dilexit mũdũ vt filiũ suũ vnigenitum daret. ¶Idem cap. xiij.

Mãdatũ nouũ do vobis: vt diligatis inuicem.

¶Joannes in euangelio cap. xv.

Hoc est preceptũ meũ: vt diligatis inuicem.

¶Ibidem.

Hec mando vobis vt diligatis inuicem.

Augu. ¶Augu. lib. de doctrina Christiana.

Illi deum diligũt: qui non aliud ꝙ vnde nomen eius glorificetur exercent.

¶Aug. sup illud primi Joannis. In hoc manifesti sunt filij dei & filij diaboli.

Dilectio sola discernit inter filios dei et filios diaboli. Signent se omnes signo crucis: respõdeant omnes amen: cantent omnes alleluya: baptizentur omnes: intrent ecclesias: impleant parietes basilicarũ: non discernuntur filij dei a filijs diaboli: nisi charitate. Qui habent charitatẽ nati sunt ex deo: qui nõ habent charitatem non sunt ex deo.

¶Augu. lib. de spiritu & anima.

Miser ego quantũ deberem diligere deuz meũ qui me fecit: quũ non eram: redemit quum perieram. Non eñ eram: & de nihilo me fecit: nõ lapidem: non arborez: non aliquid de animalib⁹: sed hominẽ voluit me esse. dedit mihi viuere: sentire: discernere: redemit de seruitio: vocauit me nomine suo: vt memoriale suũ semp esset apud me. Vnxit me oleo lætitię: quo ipe erat vnctus: vt ab vncto essem vnctus: et a Christo dicerer Christianus.

¶Augu. lib. de doctrina Christiana.

Omnes homines æque diligẽdi sunt. Sed quũ omnibus ꝓdesse nõ possis his potissimũ consulendũ est qui pro locorum: et tẽporũ: vel quarũlibet rerum opportunitatib⁹ cõstricti⁹ tibi: quasi quadã sorte iungũtur.

¶August. super illud cant. ij. Ordinauit in me Charitatem.

Primo diligendus est deus: secundo parentes: inde filij: post domestici: qui etiaz si boni sint malis filijs preponendi sunt: inimicos autem non sicut teipsum: sed simpliciter. Sufficit enim ꝙ odio non habeas.

Ambro. ¶Ambrosius sup Beati immaculati.

Vere diligit: qui sine tristitia: sine timore: voluntario poti⁹ studio: ꝙ coacto præcepta obseruat.

Grego. ¶Gregorius in registro.

Pro magno diligi non debet: quicquid fine concluditur. Illa appetenda: illa summopere diligenda: quę nec inuenta transeunt: nec adepta deficiunt.

¶Gregorius in pastorali.

Nihil preciosius deo virtute dilectionis. Nihil est desiderabilius diabolo extinctione charitatis.

¶Grego. lib. xxj moralium.

Inimici dilectio veraciter custoditur: quum nõ de profectu deficimur: nec de ruina eius lætamur. Nemo enim amat aliquẽ quẽ non vult esse meliorẽ: nec eũ statem voto persequitur: quẽ cecidisse gratulatur.

Bernar. ¶Bernar. super illud psal. Quid retribuã dño ꝓ oĩbus q̃ retribuit mihi.

Quãdo ignorabã: me instruxit. Quãdo errabã: me reduxit. Quando peccabã: me correxit. Qñ steti: me tenuit. Quando cecidi: me erexit. Quãdo iui me duxit. Quãdo veni ad ipsum: me suscepit: et subdit: Nec pro his omnibus qđ repẽdam habeo: nisi tãtum vt diligam. Non enim melius nec decentius: ꝙ per dilectionem rependi pōt quod per dilectionem datum est.

¶Idem super cant.

Non abduci blandicijs: nec seduci fallacijs: nec iniurijs frangi: toto corde: tota anima: tota virtute diligere est.

Cassiodorus. ¶Cassiodorus sup psal. Diligã te de⁹.

Diligere quasi de oĩbus eligere. Ignis est charitas dei: virtutũ ꝓgressionibus crescẽs: quę quãto magis cõcupiscit: tanto efficacius ampliat.

Prosper. ¶Prosper lib. j. de vita contemplatiua.

Ordinem dilectionis illi peruertunt: nec modum diligẽdi custodiunt: qui aut mundum: qui contemnendus est diligunt: aut corpora sua minus diligenda plus diligunt: aut proximos suos non sicut seipsos: aut deum plus ꝙ seipsos forte non diligunt.

Seneca. ¶Seneca in prouerbijs.

Nihil est qđ non toleret: qui perfecte diligit.

Cicero. ¶Cicero lib. ij. de finib⁹ bonoꝝ & maloꝝ.

Omne eñi animal vt ortum est: & seipsum & oẽs partes suas diligit. De hac materia vide supra in amor proximi & Charitas.

¶Diligentia græce ἀκρίβεια.ας.ἡ. et ἀκριβής.έος.ὁ.ἡ. diligens dicitur. Est autem diligẽtia idẽ quod sollicitudo. Ideo requirit in omni virtute: sicut etiam sollicitudo secundũ. b. Tho. secũda secũdę. q. liiij. ar. j. Huius contrarium est indiligẽtia. i. incuria.

Menander. ¶Menander.

εἰ μὴ φυλάττεις μικρὰ ἀπολεῖς μείζονα. id est Ni custodies parua: perdes maiora.

¶Idem.

τῆς ἐπιμελείας πάντα δουλαγίγνεται. id est Diligẽtiæ omnia subdita fiunt.

¶Diluculuz aurora est: quasi pua diei lux: a quo diluculo aduerbium: hoc est summo mane.

¶Diminutio græ. ἐλάττωσις.εως.ἡ. & ἐλαττόω diminuo dicitur. Est autem diminutio maioris quantitatis in minorem mutatio.

Disciplina græce μάθημα.ατος. τό. & μαθητής.οῦ.ὁ. discipulus dicitur. & μαθητεύω doceo dicitur. Est autem disciplina morũ ordinata correptio: & maiorũ ꝓcedentiũ patruz regularũ obseruatio ſm Cyprianum.

Disciplina est obseruatio bona & honesta: cui parũ est non malum facere: sed studet: & his qui bene agunt per cuncta irreprehensibilis apparere secundum Hugonem de sancto Victore.

Disciplina est pars potentialis iustitię cõtenta sub humanitate secundum bea. Tho. scđa secũdę. q. lxxx. ar. iij.

Disciplina a discere dicitur. Discere eñ ꝓprie est rẽ ignotam assequi: qđ vel meditando fit: vel ab alio discendo. vnde qui docet doctor. qui discit discipulus dicitur: a quo disciplina ipa ars appellatur. Et disciplinosus qui facile discit.

Prouer. ¶Prouerbiorum cap. j.

Audiẽs sapiẽs sapientior erit: & intelligens gubernacula possidebit: animaduertet parabolã & interptationẽ: verba sapientũ & ænigmata eoꝝ.

¶Prouerbiorum cap. iij.

Disciplinam domini ne abijcias.

¶Prouerbiorũ cap. iiij.

Tene disciplinam: ne dimittas eã: custodi illam: quia illa est vita tua.

¶Prouerbiorũ cap. xiiij.

Noli subtrahere a puero disciplinam.

Sapientię. ¶Sapientię cap. iij.

Sapientiã eñ & disciplinã qui abijcit infœlix est.

Eccli. ¶Ecclesiastici cap. vij.

Filij tibi sunt? erudi illos a pueritia.

¶Ibidem.

Filię tibi sunt? serua corpus earum.

¶Ecclesiastici cap. x.

Vir prudẽs & disciplinat⁹ nõ murmurabit correptus. ¶Ecclesiastici cap. xviij.

Anteꝙ loquaris disce.

¶Ecclesiastici cap. vltimo.

Congregate vos in domo disciplinę.

Paulus ¶Paulus ad hebræos cap. xij.

In disciplina perseuerate.

¶Paulus ad romanos cap. ij.

Qui alios doces: teipsum doces.

Augu. ¶Aug. epistola ad Hieronymũ.

Ad discendũ quod opus est nulla ætas sera videri pōt: ꝙ & si senes magis decet docere: ꝙ discere: magis tamẽ decet discere: ꝙ ignorare.

¶Aug. de ciui. dei. lib. xij.

Si pro viribus suis alatur infans: fiet vt crescẽdo plus capiat. Si modum suę capacitatis excedat: deficit anteꝙ crescat.

¶Aug. sup Joan. homelia. l. sup illud cap. xij. Qui mihi ministrat.

Vos pro modo vestro ministrat. Christo bene viuendo: elemosynã faciẽdo: nomẽ doctrinãqz eis q̃bus potueritis prædicando: et vnusquisqz paterfamilias hoc non ignoret: paternum affectũ suę familię se debere ꝓ Christo: & vita æterna: oẽs moneat: doceat: corripiat: impendat beniuolentiã: exerceat disciplinã. Ita i domo sua ecclesiasticũ: & quodã modo tẽporale officiũ ipleat: ministrans Christo: vt in æternum sit cum eo.

¶Augu. ad Aux. Episcopũ: & habet xxiiij. q. iij. Si habes.

Senex a iuuene: & episcopus tot annorũ a collega: necdum anniculo: paratus sum doceri: quomodo possim: vel deo: vel hominibus iustaz reddere rationem.

¶Aug. lib. de moribus Ecclesię.

Disciplina ad duo diuiditur: in correctionem: & instructionem: quorum primum timore: secũdũ amore perficitur.

¶Aug. lib. sermonũ sermone. lij.

Non enim superbia: nisi vbi negligitur disciplina. Nam disciplina est magistra religionis: & verę pietatis: quę nec ideo increpat: vt lædat: nec ideo castigat: vt noceat. Deniqz mores hominũ irata corrigit: inflãmata custodit.

¶Aug. lib. ser. sermone. lviij.

Bonitas malitiam vincit: disciplina voluptatẽ: et vltima castigat: scientia illuminat cæcitatem.

¶Aug. ad Comitem.

Quæso mi frater: ꝙ oĩbus tibi subiectis a maiore vsqz ad minorem: & dulcedinem regni cœlestis: & amaritudinẽ ac timorem gehẽnę annuncies: & de eoruz salute sollicitus: & vigil existas. Quia pro omnibus tibi subiectis: qui in domo tua sunt: rationẽ deo reddes. Annũcia & suade eis: vt caueãt a superbia: detractione: ebrietate: fornicatione: ira: luxuria: periurio: & cupiditate: quę est radix omnium malorum.

Hiero. ¶Hieronymus epistola. xxxvj.

Habet nescio quid latẽtis energię viua vox: et in aures discipuli de doctoris ore transfusa fortius sonat.

¶Hieronym⁹ in epĺa de instõne filię.

Nihil aliud discat audire vel loqui: nisi qđ ꝑtinet ad timorem domini. Turpia non intelligat: cantica mundana ignoret. adhuc tenera lingua psalmis dulcibus imbuatur: procul sit lascivia puerorum. Puellę et pedissequę a sæcularibus cõsortijs arceantur.

¶Ibidem.

Si sollicita & prudens es: ne filia percutiatur a vipera: cur nõ eadem cura prouides: ne feriat a malleo irę: ne egrediatur cum diana: ne ludat: nec trahat cantus: postꝙ grandiuscula est: pergat ad templum cum parentibus: nec inter turbas inueniatur.

¶Idẽ de Cotinentia virginali.

Crescat in te ætas cum animis: cum ætate iustitia et fides eo perfectior: quo senior.

¶Ibidem.

Omne tempus in quo te meliorem nõ senseris: hoc te æstima perdidisse.

Grego. ¶Grego. lib. xiij. moralium.

Cor quod sine disciplina est exaltari non valet: q2 humana mens sicut male eleuata in infimis premitur sic bene pressa in sublimibus leuatur.

¶Grego. Registri. vij.

Peto vt paruulos dños q̃s nutris precipue in moribus istruere cures. Et Eunuchos q̃ eis de-

putati sunt admone:vt ea illos loqui doceāt: q̄ eorū mentes in charitate circa seinuicē:ꝛ erga subditos in mansuetudinem cōpungant.

¶Ibidem.

loqui
Uerba nutrimētum aut lac erunt:si bona sunt: aut venenū:si mala.

¶Grego.mora.li.xxxj.sup illud Job.xxxj.
Ab infantia creuit mecū miseratio.

Electis quū foris ætas corporis:intus si dici liceat crescit ætas virtutum.

¶Greg.lib.xx.mora.sup illud Job.xxx.
Quum sederē quasi rex.

corre[c]tio / dus.
Miscenda est lænitas cum seueritate:ꝛ faciendum est quoddam tēperamentum:vt nec multa asperitate exulcerent̄ subditi: nec nimia benignitate soluantur.

Joannes chryso.
¶Joannes Chrysostomus sup Matthæū homelia.xlix.

iuuentus.
Sicut terra fructuosa est iuuentus:quę si negligitur:multas producit spinas.

¶Joannes chrysostomus ibidem.

Immittam⁹ ignē:cōburamus pniciosas cōcupiscētias.Arem⁹ areas nostras ad seminis susceptionē in iuuētute sobrietas fulget:quia inopinabile hoc.s.tranquillitate in fluctuationib⁹ potiri:in camino non comburi:ꝛ in iuuentute non impudicum esse.

¶Joannes chrysostomus in prologo super Matthæum.

studium
Adolescētib⁹ in ludo litterarū positis:non tam placēt solida:q̄ picta:queq̄ potius pulchra: q̄ vtilia sectantur.Nec tam agentia diligūt:q̄ sonātia.Magis gaudēt foliorū amœnitate aspergi:q̄ fructuū hubertate nutriri.

Bernar.
¶Bernardus epistola.cxiij.
O q̄ cōpositū reddit omnē corporis statū:nec nō ꝛ mētis habitū disciplina.Ceruicē submittit: ponit supercilia:cōponit vultū:ligat oculos.Cachinnatiōes cohibet:moderatur linguā: frenat gulam:sedat iram:format incessum.

¶Bernardus super Cantica.

cōsuetudo
Jugo disciplinę insolentia morū domanda est: quousq̄ duris:ac diuinis seniorū attrita legib⁹ humilieť ꝛ saneť ceruicosa voluntas:bonūq̄ in se naturę:quod superbiendo amiserat: obediendo recipiat.

Hugo.
¶Hugo de institutione Nouiciorū.
Quāuis in nullo loco disciplinā suā hō deserere debeat:diligenti⁹ tamen ibi cōseruanda est: vbi vel neglecta pluribus generat scandalū:vel custodita bonę imitationis exemplum.

¶Hugo lib.iij.Didascalicon.

Sapiēs quidā quum de modo ꝛ forma discendi interrogaretur inquit.

Mens humilis:studium quærendi:vita quieta:
Scrutinium tacitum:paupertas:terra remota:
Hæc reserare solent multis obscura legēdi.

Audierat puto qd̄ dictū est:mores ornāt scientiā.Et ideo p̄ceptis legēdi:p̄cepta quoq̄ viuendi adiūgit:vt ꝛ modū vitę suæ:ꝛ studij sui rationē lector agnoscat illaudabilis em̄ est scientia: quā vita maculat īpudica. Et iccirco summopere cauendū est ei qui quærit scientiā:vt non negligat disciplinā.

¶Hugo ibidem.

Multos hoc decipit:q̄ ante tēpus sapiētes videri volunt:vt iam ꝛ simulare incipiāt quod non sunt ꝛ qd̄ sunt erubescere.Et eo longi⁹ a sapientia recedūt:quo nō eē sapiētes:s; putari putāt.

¶Ibidem.

Ab oībus libēter disce:qd̄ tu nescis:quia humilitas cōmune tibi facere pōt quod cuiq̄ propriū fecit:sapientior omnibus eris si ab oībus discere volueris. Qui ab omnibus accipiunt: omnibus ditiores sunt.audi Chrysippū in puerbijs. Quod tu non nosti fortassis nouit asellus.

¶Ibidem.

Quid est q̄ ex tanta turba discentium:quorum multi ꝛ ingenio pollent:ꝛ exercitatione vigent: tā pauci inueniantur:quibus ad scientiam peruenire contingat. Sciendum est q̄ in quolibet negocio duo sunt necessaria:opus:videlicet: et ratio operis:quę ita sibi annexa sunt:vt alterū sine altero aut inutile sit:aut minus efficax. Uerūtamen melior:vt dicitur:prudentia est.Fortitudine. Quia et apponenda aliquando quę viribus mouere non possumus arte leuamus. Sic nimirum est in omni studio:qui sine ordine et discretione operatur:laborat quidem:sed nō perficit.Et quasi aerem verberans vires in ventum fundit.

¶Hugo in summa disciplinali.

Nunc sustineant in audiendo verecundiam: qui nolunt in faciendo habere disciplinam.

¶Hugo de.xij.abusionibus.

Secunda abusio est discipulus inobediens.

¶Boetius lib.de scholastica disciplina. Boeti.

Discipuli subiectio in tribus consistere debet. in attentione:beniuolētia:et docibilitate:vt scilicet sit docilis ingenio: attentus exercitio:beniuolus animo.Intentus inq̄ ad audiendum: docilis ad intelligendum : beniuolus ad retinendum.

¶Boeti⁹ lib.de scholastica disciplina.

Non sit scholaris dischołus. Dicitur autem dischołus quasi a schola diuisus. Schola enī græce vacatio latine.vnde dischołus: quasi a vacatione diuisus.

¶Seneca lib .de.vij.liberalibus artibus. Seneca.

Quid horum ad virtutem viam sternit:syllabarum enarratio: verborum diligentia:ꝛ fabularum memoria:ꝛ versuū lex:ꝛ modificatio: Quid ex his metum demit:cupiditatem frenat. Musica monstrat mihi:qui sunt modi flebiles: monstret potius quomodo inter aduersa non emittam flebilem vocem.Metiri me Geometer docet latifundia:potius doceat quomodo metiar: quantum homini satis sit.Docet quomodo nihil perdam ex finibus meis. At ego discere volo quomodo totum hilaris amittam. Scis rotunda metiri:si artifex es metire hominis animū. Dic q̄ magnus:dic q̄ pusillus sit. Scis quę recta sit linea. Quid tibi prodest:si quid in vita rectum sit ignoras.

¶Seneca ibidem.

Hoc scire quid proderit:vt sollicitus sim:quum Saturnus et Mars econtrario stabūt:aut quū Mercurius vespertinū faciet occasum : videre Saturno:potius q̄ hoc discaz:vbicunq̄ ista sint propitia esse nec posse mutari.

¶Seneca ibidem.

Ista liberalium artium consectatio molestos:intēpestiuos:verbosos:sibi placentes facit:ꝛ ideo non discentes necessaria:q̄ superuacua didicerunt.Quare ergo liberalibus studijs filios erudimus:non quia virtutem dare possunt:sed q̄ animum ad accipiendā virtutem præparant.

¶Seneca ibidem.

Innumerabiles quæstiones fiunt de anima tantū:vnde sit:qualis sit:qū esse incipiat:q̄diu sit. An aliunde alio transeat:ꝛ domicilia mutet:ꝛ ad alias animalium formas an non amplius q̄ semel seruiat.Et emissus vagetur in toto:quid sit facturus animus:quum per nos aliquid facere desierit:quomodo libertate sua vsurus.Quū ex hac effugerit cauea:an obliuiscatur priorū.Hec tam multa:tam magna:vt habere possint liberum hospitium:superuacua ex animo tollenda sunt.Non dabit se in has angustias virtus. Expellantur omnia:totum pectus illi vacet.

¶Seneca ibidem.

Non multum nocebit tibi ista transisse:quæ nec licet scire:nec prodest.Quicquid enim nos meliores beatosq̄ facturum est:aut in aperto : aut in proximo natura posuit.

¶Seneca ibidem.

Quattuor millia librorum didymus grammaticus scripsit.Misererer homini:si præsens eēt: Si tam multa legisset superuacua.

¶Seneca epistola.xliij.

Lectio certa prodest:vera delectat.Qui quo destinauit peruenire vult vnam sequatur viam:nō per multas vagetur.Non ire istud:sed errare ē.

¶Seneca epistola.lxxvj.

Quid est stultius q̄ quia diu non didiceris:nō discere. Oīs ætatis homines schola admittit. Tandiu discēdum est q̄diu nescicias.Si prouerbio credis:q̄diu viuas etiam seni discendū est.

¶Seneca ibidem.

Mores primum:mox sapientiam:disce quę sine moribus male discitur.

¶Seneca in prouerbijs philosophorum.

Debent hoīes viaticū senecutis litterarū eruditione parare discendo:ne defecerint insipienti aīo.Litteras tanq̄ baculum infirmo corpori repertas eē:eundem finem esse discendi ꝛ viuēdi.

¶Seneca lib.de moribus.

Educatio ꝛ disciplina mores facit:ꝛ illud sapit vnusquisq̄ qd̄ didicit. ¶Seneca li.de Ira.

Lucius apulei⁹.
Præceptores pedagogosq̄ placidos pueris cōuenit dari. ¶Luci⁹ Apulei⁹ de deo socratis.
Nihil æque miror:q̄ quum oēs cupiant optīe viuere:ꝛ sciāt non alia re viui:q̄ aīo.Nec fieri posse quin vt optime viuas anim⁹ colendus sit. Tamen homines animum suum non colunt.

Menan.
¶Menander.
ὡς οὐδὲν ἡ μάθησις ἢν μὴ νοῦς παρῇ.
Quā nihil disciplina nisi mens adsit.

Isocra.
¶Isocrates.
Ἰσοκράτης ἔφη. Χρῆναι τοὺς διδασκάλους πολλοὺς μισθοὺς λαμβάνειν παρὰ τῶν μαθητῶν. παρὰ μὲν τῶν εὐφυῶν, ὅτι πολλὰ μανθάνουσι. παρὰ δὲ τῶν ἀφυῶν ὅτι πολλοὺς κόπους παρέχουσι.
Isocrates dixit. Oportet magistros multas Mercedes capere a discipulis:ab Ingeniosis quidem:q̄ multa discunt:a rudibus Uero:quia multos labores exhibent.

Ouidi⁹.
¶Ouidius lib.primo de arte amandi.
Disce bonas artes moneo Romana iuuentus.

¶De hac materia vide īfra ī doctrīa ꝛ magister.

Discordia grece Διαφωνία.ας.ἡ ꝛ διάφωνος.ου.ὁ.discors dicit. Est autē discordia ira acerbior intimo odio:ꝛ corde cōcepta secundum Ciceronē libro quarto Tusculanarū quæstionum. Discordia est quedā voluntatū disgregatio:qua voluntas vnius fertur in vnū: ꝛ voluntas alterius ferť in aliud. Discordia est aliquorū diuersio quos prius amoris vinculum colligauit secundum Isidorum libro Ethymologiarum. Discordia importat disgregationem quandam voluntatum in diuersa.beatus Thoma . ij.ij. q. xxxvij.ar.j.
Discors is ē:q̄ corde ꝛ aīo dissidet.A quo discordia.

Prouer.
¶Prouerbiorū cap.vj.
Sex sunt quæ odit deus:ꝛ septimus detestatur aīa eius.Primo oculos sublimes.Scd̄o linguā mendacem.Tertio manus effundentes innoxiū sanguinem Quarto cor machinans cogitationes pessimas. Quinto pedes veloces ad currēdum in malum . Sexto proferentem mendacia falsum testem.Septimo eum qui seminat inter fratres discordiam.

¶Prouerbiorum cap.xx.
Honor est homini qui separat se a contentionibus.Omnes autem stulti miscenť cōtumelijs.

Ecclesia stici.
¶Ecclesiastici cap.iiij.
Noli esse sicut leo in domo tua:euertens domesticos tuos:ꝛ opprimens subiectos tibi.

¶Ecclesiastici cap.viij.
Non litiges cū hoīe potente:ne forte incidas in man⁹ illius. ¶Ecclesiastici cap.viij.
Non litiges cum homine linguato:ꝛ non strues in ignem illius ligna. ¶Ecclesiastici ca.viij.
Non contendas cum viro locuplete:ne forte cōtra te constituat litem tibi.

¶Ecclesiastici ca.xxv.
In tribus bene placitum est spiritui meo quæ sunt probata coram deo ꝛ hominibus . Concordia fratrum:ꝛ amor proximorum:ꝛ vir ꝛ vxor sibi bene consentientes .

Hiere.
¶Hieremias ca.xvij.
Ueh mihi mater mea quia genuit me virum rixę:virum discordiæ in vniuersa terra.

Matth.
¶Mattheus cap.xij.
Omne regnū diuisum contra se desolabiť:ꝛ oīs ciuitas vel domus diuisa contra se non stabit.

¶Mattheus cap.xij.ꝛ Lucas cap.xj.
Omne regnum in seipsum diuisum desolabiť:

⁊domus supra domum cadet.

¶Mattheus cap. xiij.

Inimicus homo superseminauit zizania.

August. ¶Aug. de verbis domini cap. j.

Concorda cũ aduersario tuo. Nescis quãdo via finiat. Quũ via finita fuerit: iudex restat ⁊ minister: ⁊ carcer. At si seruaueris aduersario tuo bonam voluntatẽ et cum eo consenseris: pro iudice inuenies patrem: pro ministro sæuo angelum tollentem in sinũ Abrahe: p carcere paradisum.

Hiero. ¶Hieronymus sup ps. lxxxij.

Quoniam cogitauere vnanimiter.

Infœlix populus dei non põt in bono tantã habere cõcordiam: quãtam mali habent in malo.

¶Hieronymus sup epistolã ad Romanos.

Laudent nomen eius in choro.

Quisqs corpus affligit: sed concordiã deserit: deum quidẽ laudat in tympano: sed nõ laudat in choro. ¶Ibidem.

Ubi dissensio est: vbi inuidia est: ibi chorus nõ ẽ.

¶Hierony. sup illud prouer. xxix. Qui vehementer emungit elicit sanguinem.

Qui modeste alloquitur proximum: gratum accipit responsum: ⁊ quasi de huberibus in quibus lac querebat butyrum exprimit. Sed qui incocto verbo rixam ⁊ discordiam ex fraterno corde prouocat: quasi necessaria vltra modum emungens sanguinem elicit.

Ambro. ¶Ambro. lib. de patriarchis.

Melius est emigrare cũ gratia: q̃ cohabitare cũ discordia. Melius est sine lite abire q̃ cũ iurgio residere. ¶Ambro. ibidem.

Nulla spacia possunt eẽ satis discordibus: quietis ⁊ pacificis etiã angusta abundant. Dissonis moribus etiam spaciosa arctantur.

¶Ambrosius ibidem.

Grego. Cõtentio est ĩpugnatio veritatis cũ cõfidentia clamoris. ¶Greg. in Pastorali.

Discordes tãdiu nullum boni operis sacrificium immolant deo: q̃diu a proximorum charitate discordãt. Si Chain pacem habuisset in pectore: non irruisset in fratrem. Si Absalon intra se pacem tenuisset: non irruisset in patrem. Si animum Iudæ seruasset conscientiæ tranquillitas: non confugisset ad laqueum.

¶Gregorius Moralium lib. ix.

Peruersæ mentes si semel ad studium cõtrarietatis eruperint: siue prauum: siue rectum quid a contradicentibus audiant: aduersus hoc respõsionibus impugnant. Quia quum persona per contrarietatem displicet: nec recta quæ protulerit placent.

¶Greg. moraliũ lib. xxxiij.

Sicut noxium esse solet si vnitas desit bonis: ita perniciosum est si sit in malis. Peruersos quippe vnitas corroborat: dum cõcordant. Et tanto magis incorrigibiles: q̃to vnanimes facit.

¶Grego. in Pastorali.

Si dei vocant filij qui pacem faciunt: procul dubio Sathanæ sunt filij qui pacem confundunt.

¶Grego. in pastorali.

Sicut nihil est preciosius deo virtute dilectionis: ita nihil ẽ desiderabilius diabolo extinctione Charitatis. Quisquis ergo seminãdo iurgia dilectionem proximorum perimit: hosti dei familiarius seruit.

Isidor⁹. ¶Isidorus lib. Ethymologiarum.

Discordia est aliquorũ diuersio: quos prius amoris vinculum colligauit. Concordia est conuenientiũ in rectitudine animorum indirupta quædam ⁊ vnita complexio. Sediciosus est qui dissensionem animorum facit: ⁊ discordias gignit.

¶Isidorus de summo bono lib. iij.

Concordia malorum: contraria est bonorum: et sicut optãdum est vt boni pacem habeant adinuicem: ita optandum est vt mali sint discordes. Impeditur enim iter bonorum: si vnitas non diuiditur malorum.

¶Idem Soliloquiorum lib. ij. cap. xxij.

Si contristaueris in aliquo fratrem tuum: satisfac illi. Si peccaueris in eum: age pœnitentiam coram illo. Si offenderis quenq̃ repropiciare eum pace. Perge velociter ad reconciliationem proximi tui: offensioni tuę cito veniam postula. Nõ requiescas: nisi reconciliatus fueris fratri.

Cassiodorus. ¶Cassiodorus epistola. xxij.

Decet regalis apicis curam generalitatis custodire concordiam: quę ad laudem regnantis trahitur: si ab omnibus pax ametur. Quid est enim quod principem melius prędicet: q̃ quietus populus: concors senatus: ⁊ tota respublica morum honestate vestita.

¶Cassiodorus lib. j. epistola. j.

Cogi debet vt sit quietus: qui suo vitio renuit esse pacificus.

Boetius. Boetius de Philosophia cõsolatione li. iiij.

Nosti ne igitur: q̃ omne quod est tandiu manere atq; subsistere: q̃diu sit vnum: sed interire atq; dissolui pariter: quando vnum esse desierit.

Beda. ¶Beda super Lucam.

Si malorũ vnitas noxia non fuisset: nequaq̃ diuina pudentia superbientiũ turbas in tanta diuersitate dissipasset. ¶Sene. li. de morib⁹.

Seneca. Quietissimam vitam agerent homines in terra: si hæc duo verba a natura omnium rerum tollerentur. Meum: ⁊ Tuum. ¶Seneca in Hercule Furente Tragœdia prima.

Si æterna semper odia mortales agent:
Nec cœptus vnq̃ cedat exanimis furor:
Sed arma fœlix teneat: infœlix pereat
Nil relinquent bella. Tum vastis ager
Squallebit aruis subdita tectis face:
Altus sepultas obruet gentes cinis.

Aristo. ¶Aristoteles lib. v. politicorum.

Nobilitas generis: ⁊ diuitiæ: principia ⁊ fontes sunt seditionũ. ¶Aristoteles ibidem.

Minores vt fiant æquales seditionẽ faciũt: æquales vero vt fiant maiores: seditionẽ faciũt ⁊ ipsi.

¶Aristoteles ibidem.

Omnis diuersitas videt facere seditionem.

Laertius diogenes. ¶Laertius diogenes de vita ⁊ mori. philo.

Nec contendere cũ suis præsentibus alienis debemus dicebat Cleobulus. Nam illud quidem amentiã: hoc vero maniam significat.

Plutarchus. ¶Plutarchus in Apophthegmatibus.

Scilurus quũ relictis maribus filijs octoginta diem esset obiturus: hastarũ facem cuiq; obtendens: vt illum confringerent iubebat. Id aũt singulis se posse negantibus. Ipse singulatim eductas hastas facile confregit. Ita docens illos: vbi vna esse perseuerarent firmos ac potentes fore. Imbecilles autem si separarent ac dissiderent.

Cicero. ¶Cicero lib. officio. primo cap. xxvij.

Expetenda magis est decernendi ratio: q̃ decertandi fortitudo. Sed cauendũ ne illud bellandi magis fuga: q̃ vtilitatis faciamus ratione. Bellũ autẽ ita suscipiatur: vt nihil aliud q̃ pax ipsa quæsita videatur.

¶Cicero lib. primo de finibus bonorum ⁊ malorum.

Neq; enim ciuitas in seditione potest esse beata: nec in discordia dominorũ domus: quominus animus a seipso dissidens secũq; discordãs gustare partẽ vllã liquidæ voluptatis ⁊ libere põt. At qui pugnantibus ⁊ contrarijs studijs consilijsq; semper vtens nihil quiete videre: nihil trãquille potest.

Sallust. ¶Sallustius in iugurtha.

Ego vobis regnũ firmũ trado: si boni eritis: sin mali imbecillũ. Nam concordia paruæ res crescunt: discordia maxime dilabuntur.

¶Sallustius ibidem.

In omi certamine q̃ opulẽtior est: etiã si accipit iniuriã: tñ q plus potest facere videtur.

¶Sallustius ibidem.

Omne bellum facile sumitur: cæterum ęgerrime desinitur. Non in eiusdem potestate initium ⁊ finis est.

Valeri⁹ maxim⁹. ¶Ualerius maxi. lib. ij.

Cõuiuiũ etiã solẽne maiores instituerũt. Idq; charistiã vocauerũt: cui præter cognatos ⁊ affines nemo interponebat: vt si qua internecessarias personas querela esset orta apud sacra mẽsę: ⁊ inter hilaritatẽ animorũ: ⁊ fautoribus concordiæ adhibitis tolleretur.

Quint⁹ curtius. ¶Quintus curtius de gestis alexan. lib. ix.

Seditiões interdũ nõ remedia: q̃ principia maiora sunt. In tumultu festinatio quoq; tarda ẽ. Unũ est temeritatis solatiũ ppetua fœlicitas.

Paulus orosius. ¶Paulus orosius de ormesta lib. iiij.

Discordia infœliciter exagitante nulla vnq̃ tempora vel prospera vel domi quieta dicuntur.

Iullius. ¶Iulius celsus de ge. Cesaris lib. vij.

Magna ex dissensionibus incommoda oriri solent.

Vergili⁹ ¶Uergi. in bucco. æglo. prima.

En quo discordia ciues.
Perduxit miseros:

¶Idẽ æneidos li. vij. furiã Allectõ alloquit.

Tu potes vnanimes armare in prælia fratres.
Atq; odijs versare domos: tu verbera tectis
Funereasq; inferre faces tibi nomina mille.
Mille nocendi artes.

Horati⁹. ¶Horatius episto. li. j. epi. iij.

At vos
Seu calidus sanguis: seu rerum inscitia vexat
Indomita ceruice feros: vbicunq; locorum
Uiuitis indigni fraternũ rumpere fœdus.

Iuuena. ¶Iuuenalis satyra. viij.

Curandum imprimis ne magna iniuria fiat.
Fortibus ⁊ miseris tollas licet omẽ qd vsq̃ est
Auri atq; argenti: scutũ gladiũq; relinques
Et iacula: ⁊ galeã. Spoliatis arma supersunt.
Quod modo proposui nõ est sententia verum.
Credite me vobis folium recitare sibillæ.

Iscretio grece Διάκρισισ. ιοσ. ἡ. ⁊ Διάκριτοσ. ου. ὁ. discretus dicitur. Est aũt discretio quæ rerũ consequentiũ cõtinet perspicuã dilucidãq; cũ grauitate expositionẽ sm Isidorum in Sinonymis. Discretio est nõ tam virtus q̃ quædam moderatrix virtutũ: ordinatrixq; affectuũ: ⁊ morũ doctrix. Tolle hãc: ⁊ vitiũ virtus erit sm. b. Berñ super cantica.

Discretio pertinet ad prudentiã: ⁊ est genitrix: custos: moderatrixq; virtutũ sm. b. Tho. ij. senten. di. xxxiij. q. ij. arti. v.

Discretus in actiua significatione eum significat qui personarum qualitates: ⁊ rerum momẽta discernit hinc discretio descendit.

¶Discretũ grece Διάκριτομ. ου. τό. ⁊ Διακρίνω discerno dicitur. Est aũt discretum cuius partes non copulãtur ad aliquẽ terminũ cõmunem sm Aristo. lib. predicamentorum.

¶Paulus ad hebreos cap. v.

Perfectorum autem est solidus cibus eorum: q pro consuetudine exercitatos habẽt sensus ad discretionem boni ⁊ mali.

¶Grego. mora. lib. xx.

Uirga tua ⁊ baculus tuus ⁊c. Uirga enim percutimur: ⁊ baculo sustentamur. Sit ergo discretio virge quæ feriat: sit ⁊ cõsolatio baculi q̃ sustẽtet.

¶Grego. moraliũ lib. xxix.

Aliquãdo in exercitatione virtus: quũ p discretionẽ pretermittitur: reseruatur: vt tanto post vitia valẽter feriat: quanto a percussione interim prudenter cessat.

¶Grego. ibidem.

Plerunq; virtus: quum indiscrete tenetur: amittitur: quum discrete intermittitur plus tenet.

¶Grego. lib. xxxj. moralium.

Sanctorum prouida discretio: dum sollicite circunquaq; conspicit in altum posita: priusq̃ veniat culpam deprehẽdit eãq; quo vigilãter prænotat: eo fortiter declinat.

¶Grego. lib. xxxj. moralium.

Sæpe dum nosmetipsos plus iusto discutimus de ipso discretiõis studio indiscretius erram⁹: ⁊ mẽtis nostre acies: quo plus cernere nitit obscurat: q qui importune solis radios aspicit tenebrescit.

Isidor⁹. ¶Isidorus lib. de Synodis.

Quicquid boni cũ discretione feceris virtus est: quicquid sine discretione gesseris vitiũ est. Uirtus enim indiscreta pro vitio deputatur.

¶Isidorus in sinonymis.

Discretio est in dijudicandis rerum causis prouida humanarum mentiũ ratio moderatrix.

¶Ibidem.

Ratio est gerendorũ ordo ex causa venientiũ: vt quid quo loco facias ⁊ dicas intelligas.

Bernar. ¶Bernardus sup cãtica sermone. xxiiij.

In cũctis nobis semper debet preesse discretio.

& quasi moderando singulas discernere volūta tes: ne opinio verisimilis fallat: ne decipiat ser mo versutus: ne qd̄ bonū est malū: ne qd̄ malum est bonū esse credat. ¶ Bernar. sup cātica. Discretio quippe oi virtuti ordinē ponit: modū tribuit: decorē & ppetuitatē cōfert. Est ergo di scretio nō tā virtus q̄ quædā moderatrix virtu tū: ordinatrix affectuū: & doctrix moꝝ. Tolle hāc & vtus vitiū erit. Ipsaqꝫ affectio naturalis in p turbationē magis ꝯuertet exterminiūqꝫ naturę.

¶ Dispēsatio græce Διοικυσισ.ιοσ.η. & Διοικεω dispenso dr̄. Est aūt dispēsatio cōmunis iuris la ratio ex bea. Tho. iiij. sen. di. xliiij. q. j. *caue.* Dispensatio importat cōmensuratā distributio nem: vel applicationē alicuius cōis ad singula ex bea. Tho. prima scd̄æ. q. xcvij. arti. iiij. & ibidē q. lxxxviij. arti. x. *paral.* Dispendo mō expēdo: vn̄ dispendiū & dispēso: dispēsatio & dispēsator q̄ pecunias dn̄i expēdit & necessaria in familia distribuit. Interdū dispē do significat expando: & tunc non a pēdo: sꝫ a pā do venit. Plautus. Dispendite hominem diuer sum: atqꝫ distendite.

¶ Dispositio gre. Διάθεσισ.ιοσ.η. & Διατίθημι di spono dicit. Est aūt dispono idem qd̄ ordino: a quo dispositio: quæ est reꝝ in ordinē collocatio. Dispositio est habitus inperfectus fm bea. tho. iiij. sentē. distin. iiij. q. j. arti. j.

¶ Disputatio græ. Διαλέξισ.ιοσ.η. & Διαλέγομαι disputo dicitur. Est aūt disputatio actus sillogi sticus vnius ad alterū ad propositū ostendendū fm bea. Tho. opusculo de fallacijs. *caue. de fide...* Disputo idem est qd̄ discepto dissero: a quo di sputatio: cuius diminutiuū est disputatiūcula: cō poniturqꝫ ex dijs & puto. Putare em̄ veteres di cebāt deputare: hoc ē vacantia q̄cūqꝫ & nō neces saria: aut etiā nō obstātia: & aliena auferre atqꝫ excidere. Sicqꝫ putari arbores atqꝫ vites dicū tur. Et putamina dicunt sarmenta & alia quę au ferunt. Hinc factū est: vt putare p cogitare: atqꝫ aīo voluere capiamus. Nā cogitando resecamus mente q̄ falsa sunt: aut inutilia: aut supuacanea: & qd̄ verū est: ac bonū ei cogitando hæremus.

¶ Dissensio græ. Διχονοια.ασ.η. vel Διαφωνία ασ.η. & Διχοστατέω dissensio dicit. Dicitqꝫ dissen sio quandā renitentiā ad aliquid futuruꝫ fm. b. Tho. iiij. sen. di. xvj. q. j. art. ij.

¶ Dissidiuꝫ græce Διχονοία.ασ.η. dicitur. Estqꝫ discordia: vnde & dissidiosus: contētiosus. Dicū tur autem a dissidio quod est discordo.

¶ Dissolutio gr æ. Διάλυσισ.ιοσ.η. & Διαλύω dis soluo dicitur: venitqꝫ a dissoluo qd̄ idē est qd̄ di scingo: religo: libero: vnde dissolutos dicimus: q̄ moribus legibusqꝫ soluti luxū vitæ sequunt: quos græci ἀσώτουσ id est incōtinentes & lu xuriosos vocant. *paral.*

¶ Dissonantia græce Διαφωνία.ασ.η. & Διαφωνέω dissono & discordo dr̄. vn̄ dissonus discors: & dis sonantia: cuius oppositum est consonantia.

¶ Diuersitas græce Διαφορά.ασ.η. & Διάφορος ου.ο.η. diuersus dicit. Venitqꝫ a diuerto qd̄ est separo: deflecto: a quo diuersio remotio separa tio deflexus: diuersus: varius. & diuerticulū vbi de via interflectitur: & diuersitas varietas.

¶ Diuinatio græce μαντεία.ασ.η. & μάντισ.ιοσ. ο. vates dicit. Est aūt diuinatio vis cognoscēs: & videns & explicans signa quæ a dijs hominibus portenduntur: vt voluit Chrysippus fm Cicero nem lib. ij. de diuinatione. *caue ... paral.* Diuinatio est vsurpatio prænunciandi futuros euentus fm bea. Tho. scd̄a scd̄e. q. xcv. articu. j. *de diuersis speciebus.* Diuinatio est futuroruꝫ puidētia: dicta a diuino quod est auguror. Diuino autē dicitur a diuus: propriumenim est dei futura prædicere.

Diuini auxilij īploratio ad tria fa cit: quia auxilians quilibet fauet: auxiliatur: & dirigit: ex bea. Tho. sup ps. xliij. co. ij. fi.

¶ Dauid psalmo. xix. Dauid.

Hi in curribus: & hi in equis: nos autem in nomine dei nostri inuocabimus.

¶ Esaias cap. lv. Esaias.

Quærite dominū dū inueniri potest: inuocate eum dum prope est. ¶ Paulus ad ro. ca. x. Paulus. Non est distinctio iudæi & græci. Nam idē domi nus omnium diues in omnes qui inuocant illū. Omnis enim quicunqꝫ inuocauerit nomen do mini saluus erit. Quomodo ergo inuocabunt in quem non crediderunt? aut quomodo credent ei quem non audierunt?

¶ Paulus ad collossen̄. cap. iij.

Omne quodcūqꝫ facitis in verbo: aut in opere: oīa in nomine domi nostri iesu christi facite: gra tias agentes deo & patri per ipsum.

¶ Aug. lib. de ciui. dei: & hr̄. xxvj. q. ij. q̄ sine. Augu.

Qui sine saluatore salutē vult habere: & sine ve ra sapientia existimat se prudentem fieri posse: non sanus: sed eger: non prudens: sed stultus: in ægritudine assidua laborabit: & in cęcitate no xia stultus & demens permanebit.

¶ Ambro. super Lucam cap. ij. Ambro.

Vbiqꝫ diuina virtus studijs cooperat humanis vt nēo posit edificare sine deo. Nemo custodi re sine deo. Nemo quicq̄ incipere sine deo.

¶ Ambrosius lib. de virginitate.

Omnis anima accedat ad christum: qr̄ oīa chri stus est nobis. Si vulnere carere desideras: me dicus est. Si febribus estuas: fons est. Si gra uaris iniquitate: iustitia est. Si auxilio indiges virtus est. Si mortem times: vita est. Si cœlum desideras: via est. Si tenebris fugis: lux est. Si cibum queris: alimentum est.

¶ Isidorus de summo bono. Isidor.

Sciant liberi arbitrij defensores: nihil posse in bonum sua preualere virtute: nisi diuinæ gratię iuuamine sustententur.

¶ Joan. chrysosto. in tractatu de passione. Joānes chryso.

Nullas omnino habet metas diuina clementia. Si qui innocet: erit qui exaudiet. Si qui pœni teat: erit qui indulgeat.

¶ Bernardus super cantica. Bernar.

Nomen iesu lucet prædicatum. Pascit recogita tum: lenit & vngit inuocatum. Qui ita exercita tos reparat sensus: vtutes roborat: vegetat bo nos mores atqꝫ honestos: castas fouet affectio nes. ¶ Boeti⁹ de philosophica con. li. j. Boetius.

(vide r. diuitias ...)

Nec conueniebat vilissimorū me præsidia spiri tuum captare: quem tu in hanc excellentiā cōpo nebas: vt consimilem deo faceres.

¶ Boetius de philosophica cōso. lib. j.

In minimis quoqꝫ rebus diuinū presidium im plorari debet. Inuocandū enim omniū patrem rerum: quo prætermisso nullum rite fundatur exordium. ¶ Plato in thymeo. Plato.

In maximis siue minimis diuinum debet implo rari auxilium. ¶ Sallustius in catilinario. Sallusti.

Nō votis neqꝫ supplicationibus muneribus au xilia parant deorū: sed vigilando: agendo: bn̄ cō sulendo: oīa prospere cedūt. Vbi secordiæ atqꝫ ignauię te tradideris nequaq̄ deos iplores: ira ti em̄ infensiqꝫ sunt. ¶ Cicero li. ij. de legib⁹. Cicero.

A dijs immortalibus sunt nobis agendi capien da primordia.

¶ Seneca in Hercule furēte tragœ. j. Seneca.

O magne olympi rector: & mundi arbiter. Jam statue tandeꝫ grauibus erumnis modum: Finemqꝫ cladi.

¶ Terentius comœdia. v. Terēti⁹.

Dij vortant bene quid agas.

¶ Vergilius æneidos lib. iiij. Vergili⁹.

Aderitqꝫ vocatus apollo.

¶ Idem æneidos lib. vij.

Dij nostra incepta secundent.

¶ Idem æneidos lib. ix.

Tu dea: tu præsens nostro succurre labori.

¶ Ouidi⁹ metamor. lib. xv. fabula vltima. Ouidius.

Funeribus fessi: postq̄ mortalia cernunt Tentamēta nihil artes: nihil posse medentum: Auxilium cœleste petunt.

¶ Diuisibile græce Διαιρετόν.οῦ.τό. & Διαιρέω diuido dicitur.

Diuisibile scd̄m vnum dicitur linea. Quod vero secundū duo: superficies: oīno vero tripliciter diuisibile scd̄m q̄titatē corpus. ex Aristo. lib. v. metaphysicæ. Diciturqꝫ a diuido: & diuido dici tur a viduo: quod est priuo. vnde et viduæ. Vi duare enim dicitur quasi iduare: qd̄ lingua etru sca diuidere significat.

Diuitię græce πλοῦτοσ.ου.ο. & πλουτέω ditor dicitur. Dicit autem diues a diuus. Nam qui diues est quasi deus nullo in digere videt: teste Varrone: a quo fit diuito verbū: quod est diuitē facio: vnde diuitię: quæ ab opibus ita differunt: q̄ di uitię sunt vt vtare: opes vt alijs opitulādo cola re fm Ciceronē lib. de amicitia. Sunt enim diui tię ad necessariū vsum: opes ad magnificentiā. dicimus præterea dito ditas: diteo dites: vnde ditesco: & diuito diuitas: teste Marcello. Acci⁹ in astyanacte. Nil credo augurib⁹ qui aures ver bis diuitant: suas vt locupletent domos. *paral.*

¶ Prouerbiorum capi. xj. Prouer.

Qui confidit in diuitijs suis corruet. ¶ Ibidē. Non proderunt diuitię in die vltionis.

¶ Prouerbiorum capi. xv.

Melius est parum cum timore domini: q̄ the sauri magni & insatiabiles. *fo. 44. 3. co.*

¶ Prouerbiorum capi. xix.

Diuitiæ addunt amicos plurimos. A paupere autem & ij quos habuit separantur.

¶ Ecclesiastes capi. iiij. Eccls.

Considerans repperi & aliam vanitatem sub so le. Vnus est: & secundū non habet: non filium: nō fratrem: & tamen laborare non cessat: nec satian tur oculi eius diuitijs: nec recogitat dicens: cui laboro & fraudo aīam meā bonis? In hoc quoqꝫ vanitas & afflictio pessima.

¶ Ecclesiastes capi. v.

Auarus non implebitur pecunia: & qui amat di uitias fructum non capiet ex eis. Est hoc ergo vanitas vbi multæ sunt opes: multi & qui come dunt eas: & quid prodest possessori: nisi q̄ cernit diuitias oculis suis.

¶ Ecclesiastes capi. vj.

Est & aliud malum quod vidi sub sole: & quidem frequens apud homines. Vir cui dedit deus di uitias: & substantiā: & honorem: & nihil deest ani mæ sue ex omnibus que desiderat: nec tribuit ei potestateꝫ deus: vt comedat ex eo: sed homo ex traneus vorabit illud: hoc vanitas & magna mi seria est.

¶ Ecclesiastes capi. x.

Pecuniæ obediunt oīa. Ecclesiastici cap. v. Eccli.

Quid prodest stulto habere diuitias? quum sa pientiā emere non possit. ¶ Eccl̄iastici ca. v.

Qui amat diuitias: fructum non capit ex eis.

¶ Ecclesiastici capi. v.

Noli esse anxius in diuitijs iniustis.

¶ Ecclesiastici capi. xj.

Si diues fueris non eris immunis a delicto.

¶ Sapientię capitulo. v. Sapiētię.

Quid nobis profuit superbia nostra? et diuitia rum iactura contulit nobis.

¶ Paulus ad timotheum primæ capi. vj. Paulus.

Diuitibus huius sæculi precipe: non sublime sa pere: neqꝫ sperare in incerto diuitiarum: sed in deo viuo. ¶ Ibidem.

Qui enim volunt diuites fieri: incidūt in varias tentationes: & in laqueos diaboli.

¶ Paulus ad corinthios scd̄æ capi. iiij.

Quæ em̄ vident tēporalia sunt: q̄ autē non vidē tur: eterna sunt. ¶ Mattheus capi. xix.

Facilius est camelum per foramen acus transi re: q̄ diuitem intrare in regnum cœlorum. Matth.

¶ Jacobus capi. iij. Jacobus

Agite nunc diuites: plorate vlulātes in miserijs vestris. ¶ Lucas capi. vj. Lucas.

Veh vobis diuitib⁹: qui habetis hic consolatio nem vestram. ¶ Marcus capi. x. Marcus

Filioli q̄ difficile est confidentes in pecunijs in regnum dei introire? Facilius est camelum per foramen acus transire: q̄ diuitem intrare in re gnum dei. ¶ Augustinus epistola. cxl. Augusti.

Diuitiæ seculares: si desunt non per mala ope ra querantur in mundo. Si autē adsunt: per bo na opera seruentur in cœlo: animum virilem et christianū nec debent: si accedant extollere; nec debent frangere: si recedunt.

¶ Augustinus super Matthæum.

Vere illæ sunt diuitię quas quum habuerimus perdere nō possumus. ¶ Augu. sermone. xxix.

Diuites crudeles erga colonos ... chriso. ho. 76. ...

Morbus diuitiarũ est superbia. Nam grandis animus est: qui inter diuitias isto morbo nõ tentatur. Maior animus diuitias suas vincẽs contemnendo. Magnus est ergo diues: qui non se ideo magnum putat: quia diues est. Superbus qui ꝛ egenus est in carne crepat: in corde mendicat: inflatus est: non plenus. ¶Ibidem.

Difficile est vt non sit superb⁹ qui diues est. Tolle superbiam: diuitiæ non nocebunt.

¶Augustinus de verbis domini.

Aurum est materia laborũ: periculum possidentium: aurum eneruatio virtutum: aurum malus dñs: proditor seruus. ¶Augusti. ibidẽ.

Auruꝫ amplius cruciat apud quẽ largi⁹ fuerit. Aurum amãti se nihil de sua possessiõe ꝑmittit. Refundens ei reatum suum: cui visum negat.

¶Augustinus in homelia de diuite.

Ideo rogans diues non exauditur in tormẽtis. Quia rogantẽ pauperẽ nõ exaudiuit in terris.

¶Augustinus super psal. lxj.

Ille igitur qui non habet non ambiat. Is qui habet non superbiat: et nõ dicit nolite habere: sed cor apponere. Non enim damnat diuitias: vnde mereamur cœlum: sed cor appositum: quod scilicet non expedit: sed recondit.

¶Augustinus super ps. lxviij.

Non diuisim: nõ separatim tempore messis hoc faciet diuites intellige superbos: pauperes humiles. Habeat multas pecuniarũ facultates: si in eis nõ extollitur: pauper est. Non habeat aliquid: ꝛ cupiat ꝛ infletur: inter diuites reprobos eum deputat dominus: quia diuites et pauperes in corde interrogat deus: non in arca: aut in domo. ¶Augustinus ad probam.

Sufficientiã vitæ non indecenter vult quisquis eam vult: ꝛ non amplius: quequidem non appetitur propter seipsam: sed propter salutem corporis: ꝛ congruentẽ habitum persone hominis: vt non inconueniẽs eis cum quibus viuendum est. Ista ergo quum habent: vt teneantur: quum non habentur: vt habeantur orandum est.

¶Idem de verbis domini sermone. xiij.

Diuitię corporales paupertate plenæ sunt. Vide in contemptus. ¶Augustin⁹ de doctrina christiana: ꝛ habetur. j. q. iij. Totum.

Totum quicquid hoĩes habent in terra: omnia quorum dñi sunt pecunia vocatur: seruus: vas: ager: arbor: pecus: quicquid horum est pecunia dicitur. Ideo autem pecunia vocata est: quia antiqui habebant in pecoribus quod habebant.

¶Augustinus de verbis domini.

Recole diues primordia tua: dic rogo quid attuleris: aut si dicere erubescis audi apl'm. Nihil inquit intulimus in hunc mundum: vtiqꝫ quando nati sumus. Sed nec auferre quid possum⁹: vtiqꝫ quãdo de mundo exibimus. Nihil attulisti: nihil auferes. Quid te cõtra pauperẽ inflat? Certe quando aliquo casu: aliqua sepulchra frãguntur: ossa diuitum non agnoscuntur.

¶Augustinus lib. j. de ciuitate dei.

Placuit diuinæ clæmentię in posterum bona separare iustis: quibus non fruentur iniusti: ꝛ mala impijs: quibus non cruciabũtur boni. Ista vero temporalia ꝛ bona: et mala vtrisqꝫ voluit esse cõmunia. Vt nec bona cupidius appetãtur: que mali quoqꝫ habere cernũtur: nec mala turpiter euitentur: quibus boni plærũqꝫ afficiuntur.

¶Augustinus lib. xxij. de ciuitate dei.

Quid amor ipse vt rerum variarum atqꝫ noxiarum: ꝛ ex hoc mordaces curæ: perturbationes: mœrores: formidines: insana gaudia: discordię: lites: bella: insidię: iracũdiæ: inimicitię: fallacię: addidatio: fraus: furtum: rapina: perfidia: superbia: ambitio: inuidentia: homicidia: parricidia: crudelitas: seuitia: nequitia: luxuria: petulãtia: impudentia: impudicitia: fornicationes: adulteria: incesta: ꝛ contra naturam vtriusqꝫ sexus tot stupra: atqꝫ immunditię: quas turpe est dicere. Sacrilegia: hereses: blasphemię: periuria: oppressiones innocentium: calumnię: circũuentiones: preuaricationes: falsa testimonia: iniqua iudicia: violentię: latrocinia: ꝛ quicquid talium malorum in mentem non venit: ꝛ tamen de ista vita hominum non recedit.

¶Augustinus super ps. lxvj.

Si deus bona tẽporalia: solum bonis daret: putarent mali propter hoc deum colendum. Rursus si solis malis daret: timerẽt infirmi cõuerti: ne vel forte deessent. Permixtim igit̃ data sunt et bonis ꝛ malis. Rursus: si solis malis auferrẽtur: ipsa sola putaretur esse pœna qua mali puniantur: qui ergo dat eas bonis consolat̃ itinerantes: ꝙ dat eas: ammonet bonis: vt alia desiderent: que non habent cum malis cõmunia.

¶Augusti. de verbis dñi sermone. xij.

Quid prodest arca plena bonis? si inanis sit conscientia? Bona vis habere: ꝛ tu bonus esse non vis? Erubescere debes de bonis tuis: si domus plena bonis te malum habet dominum.

¶Augustinus ibidem.

Quid ei prodest quod habet? qui eum qui omnia dedit non habet.

¶Augustinus de verbis dñi homel. xxxiij.

Amor temporaliũ viscus est: spũaliũ pẽnarum.

¶Augustinus lib. j. sermonũ sermone. xj.

Pauper enim est qui vult esse diues.

¶Augustin⁹. lib. de questionib⁹ euangelij.

Diuitię iniqtatis dicunt̃ propter inequalitatẽ: quia nõ oĩbus ęqualiter distributæ sunt. Vnus pinguedine crepat. Alter necessitate deficit.

¶Hieronym⁹ lib. j. super illud Matthæi. Hieron.

Non potestis deo seruire ꝛ mãmone.

Qui diuitiarum seruus est: diuitias custodit: vt seruus: qui autem seruitutis discusserit iugum distribuit eas vt dominus.

¶Hieronymus in epistola ad saluiam.

Vnumquodqꝫ: non hoĩm: sed rerũ pondere iudicandũ est. Nec diuiti obsunt opes: si bñ vtatur. Nec pauperem ægestas cõmendabiliorẽ facit.

¶Hieronymus epistola. xcvj.

Omnis diues aut iniqu⁹: aut hæres iniqui est.

¶Hiero. ꝛ habet̃. xij. q. ij. Gl'ia epi. S. Amico.

Crates ille thebanus homo quondam ditissimus: quum ad philosophandũ Athenas pergeret magnum auri pondus abiecit. Neqꝫ putauit se posse virtutes ꝛ diuitias simul possidere.

Nos suffarcinati auro Christũ pauperem sequimur. Et sub pretextu elemosynæ pristinis opibus incubantes: quomodo possumus aliena fideliter distribuere: qui nostra timide reseruamus? Plen⁹ venter facile de ieiunijs disputat. Non hierosolymis fuisse sed hierosolymis bene vixisse laudandum est.

¶Hieronymus ad quendam suum leuitam: et habetur. xij. q. j. duo sunt.

Nihil enim miserius est: ꝙ propter nummũ deũ contẽnere.

¶Hieronymus in epistola ad Pammachiũ.

Facile est viro opes contẽnere: pecuniam dissipare ꝛ proijcere: quæ in momento ꝛ perdi et inueniri potest. Nam facile abijcitur quod extrinsecus hæret: hoc fecit Crates thebanus: Antistenes. Fecerunt plurimi philosophi: quos vitiosissimos legimus.

Ambro. ¶Ambrosius super Lucam lib. viij.

Diuites discant non in facultatibus crimen haberi sed in his: qui vti nesciunt. Nam diuitiæ vt impedimenta sunt improbis: ita bonis sunt adiumenta virtutis.

¶Ambrosius super beati immaculati.

Istæ diuitiæ iniustę dicuntur: non quia aurum et argentũ iniustum sit. Sed quia iniustum est eas putare diuitias: quæ nõ auferũt ægestatem auaritię. ¶Ambro. de nabuchodo. hystoria.

Nescit natura diuites: que oẽs pauperes generat. Neqꝫ enim cum vestimentis nascimur: cum auro argentoqꝫ generamur. Nudos fudit in lucem: ægentes cibo: amictu: poculo: nudos recipit terra quos edidit. Nescit fines possessionuꝫ sepulchro includere cespes angustus: q̃ et pauperi abundat ꝛ diuiti: et terra viuentis que non cepit affectum iam diuitem capit.

¶Ambrosius in examero.

Audi: oẽs nascimur nudi ꝛ morimur. Nulla distinctio inter cadauera mortuorũ: nisi forte quia grauius fœtent corpora diuitũ distẽta luxuria.

¶Ambrosius ad coepiscopos.

Vacate ꝛ videte. Nisi vacaueritis a terrestribus: nihil cognoscere poteritis de cœlestibus.

¶Ambrosius de bono mortis.

Quid boni est in hac vita homini? qui in vmbra viuit: nec expleri potest cupiditatibus: et si impleatur diuitijs: fructum quietis amittit. Quia cogitat custodire quod misera cupiditate acquisiuit: vt miseri⁹ eas possideat: que sibi prodesse non possunt. Quid enim miserius? ꝙ vt custodiat: torqueat: quarum abundantia nihil prosit. Itaqꝫ si plena est omnis vita: vtiqꝫ finis eius alleuiamento est. Alleuiamentũ autem bonum mors: aut finis. Mors ergo bonum est.

Grego. ¶Gregorius moralium lib. xviij.

Diuitiarum modus est primo habere quod necesse est. Diues quum dormierit nihil secum afferet. Res suas quum moritur secum affert: qui quum venerit eas petenti contulit. Nam terrena omnia quæ seruando amittimus largiendo seruamus. Patrimoniũ nostrum retentum perditur: manet erogatum. Diu eniꝫ cum rebus nostris durare non possumus. Quia nos aut illas aut ille nos viuentes quasi deserunt pereundo. Agendum est ergo nobis: vt res absolute perituras in non pereuntem cogamus transire mercedem. Culpam autem rerum nobiscum ducimus: ꝙuis hæc omnia: pro quibus perpetrata sunt: relinquamus.

¶Gregorius libro. xviij. moralium.

Qui terrenorũ amore vtitur: nullatenus in deo delectatur. Esse sine delectatione anima nunqꝫ potest. Nam infimis delectatur: aut superioribus. Et quanto altiori studio exercetur ad summa: tanto maiori fastidio torpescit ad infima. Quãtoqꝫ acriori cura ardescit ad infima: tanto damnabilius frigescit a summis.

¶Gregorius moralium lib. xxij.

Magna est securitas cordis: si nil habet concupiscentiæ sæcularis. Nam quum ad terrena concupiscenda cor inhiat: securum tranquillumqꝫ esse nullatenus potest. Qꝛ aut non habita cõcupiscit vt habeat: aut adepta metuit ne amittat.

¶Gregorius in homelia super illud. Exijt qui seminat ꝛc.

Solæ diuitię verę sunt: que nos diuites virtutibus efficiunt. Si ergo fratres diuites esse cupitis: veras diuitias amate. Si culmen veri honoris queritis: ad cœleste regnum tendite. Si gloriam dignitatum diligitis: in illa superna angelorum curia ascribi festinate.

¶Bernardus lib. de consideratione. Bernar.

Aurum ꝛ argentũ ꝛc. Huiusmodi: quãtũ ad animi bonũ spectat: nec bona sunt nec mala. Vsus tamen horuꝫ bonus. Abusio mala. Sollicitudo peior. Quest⁹ turpior. ¶Bernar. sermone. iij.

Filij adam genus auarũ quid vobis cum terrenis diuitijs? q̃ nec veræ nec vestre sunt. Aurũ ꝛ argentũ vere terra est: rubea ꝛ alba: quam solus error hoĩm facit: aut magis reputat preciosam. Deniqꝫ si vr̃a sunt tollite ea vobiscũ. ¶Ibidẽ.

Vere ergo diuitię non opes sunt: sed virtutes: quas secum cõscientia portat: vt in perpetuũ diues fiat. ¶Joañes chrisosto. super Joannes. Joañes. chryso.

Non accuso domos hñtes: ꝛ agros: ꝛ pecunias: et mancipia. Sed cum cautela hæc possideri volo: ꝛ cum decentia in ordine dominorũ: ꝛ non seruorum: vt possideant ea: et non possideantur ab eis: vt vtantur eis: ꝛ non abutantur.

¶Idem super illud Matthæi. vj. Vbi erugo ꝛ tinea demolitur.

Omnia bona mundi triplex interit⁹ tollit. Aut ex seipsis veterascunt: aut luxu dominorũ suorum consumuntur: aut ab extraneis dolo: vel violentia: vel calumnia diripiuntur.

¶Boetius de philosophica consolatione libro. ij. prosa. v. Boetius.

Diuitię ne: vel vestri: vel sui natura ꝓciosę sunt? Quid charum potius aurum ne an vis congesta pecunię? Atqui hæc fundendo magis: ꝙ coaceruando melius nitent. Si quidem auaritia semper odiosos: claros largitas facit. Qꝛ si manere apud quenqꝫ non potest: quod transfertur in alterũ: tunc est preciosa pecunia: quum trãslata in alios vsu largiendi desinit possideri: at eadem si apud vnum quanta vtiqꝫ gentium conge

ratur: ceteros sui inopes fecerit. Et vox quidem tota pariter multorum replet auditum. Vestre vero diuitie nisi comminutae in plures transire non possunt. Quod cum factum est pauperes necesse est vt faciãt: quos relinquũt: o igit angustas inopesqꝫ diuitias q̃s nec habere totas pluribus licet: ⁊ ad quemlibet sine caeterorum paupertate non veniunt. ¶ Boetius ibidem.

An gemmarũ fulgor oculos trahit? Sed si quid est in hoc splendore praecipui: gemmarũ est lux illa: non hominũ: quas quidem mirari homines vehementer ammiror? Quid est enim carens anime motu: atqꝫ membrorũ cõpage quod animatae rationabiliqꝫ naturae pulchrum esse iure videatur? que tametsi conditoris opera suiqꝫ distinctione postremae aliquid pulchritudinis trahunt: infra vestram tamen excellentiam collocate admirationem vestram nullo modo merebuntur. ¶ Ibidem.

Quid inanibus gaudiis raperis? Quid bona externa pro tuis amplexris? Nunꝙ tua faciet esse fortuna: que a te natura rerum fecit aliena. ¶ Boetius ibidem.

Sed si (quod nature satis est) replere indigentiam velis: nihil est quod fortunae affluentiam petas: paucis enim minimisqꝫ natura contenta est: cuius satietatem si superfluis vrgere velis: aut iniucundũ quod infuderis fiet: aut noxium.

¶ Boeti⁹ de cõso. philosophica lib. ij. p̃sa. v.

Quid autẽ tanto fortune strepitu desideratis? Fugare credo indigentiã queritis copia. Atqui hoc vobis in contrariũ cedit. Pluribus quippe adminiculis opus est ad tuendam preciose supellectilis varietatem. Verũqꝫ illud est permultis indigere eos: qui multa possident: contraqꝫ minime indigere qui abundantiã suam naturae necessitate: non ambitus superfluitate metiãtur. Ita ne autem nullum est propriũ vobis atqꝫ insitum bonũ: vt in externis ac sepositis rebus bona vestra queratis. Sic rerum versa conditio est vt diuinum merito rationis animal non aliter sibi splendere: nisi inanimatae supellectilis possessione videatur: et alia quidem suis rebus contenta sunt: vos autem deo mente consimiles a rebus infimis excellentis naturae ornamenta captatis. Nec intelligitis quantam conditori vestro faciatis iniuriam. Ille genus humanũ terrenis omnibus prestare voluit. Vos dignitatem vestram infra queqꝫ infima detruditis.

¶ Boetius lib. ij. prosa. v.

Ego vero nego illud esse bonũ quod noceat habenti. Nũ id mentior? Minime inquies. Atqui diuitie possidentibus persepe nocuerũt: quum pessimus quisqꝫ aeris alieni magis eo auidus: quicquid vsꝙ auri gemmarũqꝫ est: se solum qui habet dignissimũ putat. Tu igitur: qui nunc contum gladiumqꝫ sollicitus pertimescis: si vitae huius callem vacu⁹ viator intrasses: coram latrone securus cantares. O preclara opum mortalium beatitudo: quẽ quum adeptus fueris: securus esse desistis. ¶ Boeti⁹ de cõ. li. ij. metro. v.

Vtinam modo nostra redirent
In mores tempora priscos.

Sed saeuior ignibus Aethne
Feruens amor ardet habendi.
Heus primus quis fuit ille:
Auri qui pondera tecti.
Gemmasqꝫ latere volentes.
Preciosa pericula fodit.

¶ Boetius de con. lib. iij. prosa. iij.

Primum igitur teipsum qui paulo ante diuitiis affluebas interrogo. Inter illas abundantissimas opes: nunꝙ ne animum tuum concepta ex qualibet iniuria confudit anxietas? Atqui inꝙ tam libero me fuisse animo: quin aliq̃d semper vrgeret reminisci nequeo. ¶ Boetius ibidem.

Opes igitur nihilo indigentem sufficientẽqꝫ sibi facere nequeunt. Et hoc erat quod promittere videbantur.

¶ Boeti⁹ de cõ. philosophica lib. iij. prosa. iij.

Quis autem modus est: quo pellatur diuitiis indigentia? Num enim diuites esurire nequeunt? Num sitire non possunt? Num frigus hybernum pecuniosorum membra non sentiunt? Sed adest inquies opulentis: quo famem satiẽt: quo sitim frigusqꝫ depellãt. Sed hoc mõ consolari quidẽ diuitiis indigentia põt: sed auferri penitus non potest. Nam si haec hians semper atqꝫ aliquid poscens opibus explet: maneat necesse est quae possit expleri. Taceo ꝙ nature minimũ: ꝙ auaritie nihil satis est. Quare si opes nec submouere indigentiam possunt: ⁊ ipse suam faciũt: quid est ꝙ eas sufficientiam praestare credatis.

¶ Boetius de philosophica consolatione libro. iij. metro. iij.

Quãuis fluente diues auri gurgite
Non expleturas cogat auarus opes:
Oneretqꝫ baccis colla rubri littoris.
Ruraqꝫ centeno scindat opima boue:
Nec cura mordax deserit superstitem:
Discinctumqꝫ leues non comitantur opes.

¶ Boetius de philosophica conso. lib. iiij.

Diuitie quantis implicite sint malis breuissime monstrabo. Quid eñ pecuniã cõgregare conaberis? Sed eripies habenti. Dignitatibus fulgere velis? Dãti supplicabis: ⁊ qui preire ceteros cupis poscendi humilitate vilescis. Potentiam desideras subiectorũ? Insidiis obnoxius. Periculis subiacebis. Gloriam petis? Sed per aspera queqꝫ distractus securus esse desistis. Voluptuariam vitam degas: sed quis non aspernat atqꝫ abiiciat vilissimae fragilissimaeqꝫ rei corporis seruum esse.

¶ Beda super illud luce. ij. Cuiusdam diuitis hominis ⁊c. Beda.

Non reprehenditur diues ꝙ terrã coluerit: vel fructus in horrea congregauerit: sed ꝙ fiduciã vitae in illis posuerit: nec pauperibus erogauerit: vt ab eis reciperent in eternis tabernaculis.

¶ Beda super esdra lib. j.

Familiaris res est humanũ cor opibus ac libertate dissolui: aerumnis vero ac paupertate ad semetipsum recolligi.

¶ Rabanus super illud Matthaeum. vj. Rabanus.

Vbi erugo ⁊ tinea demolitur.

Omne terrenum: vel erugine consumitur: vt aurum ⁊ argentum: vel putredine ⁊ vermibus: vt vestis. Et quod ab his immune est a furibus tollitur: vt lapides preciosi: in his ergo omne gen⁹ auaritie reprehenditur.

¶ Rabanus sup illud Matthei. xxviij.

Homo quidam diues ab Arimathia.

Magne dignitatis fuit apud seculum: sed maioris meriti apud deũ. Quia nõ erat diues diuitiarũ amore: tantũmodo possessione. Ideo diuites non excluduntur a disciplinatu saluatoris. Iste enim diues erat ⁊ discipulus: quia non pecunie amator: sed ipsius distributor.

Seneca.

¶ Seneca epistola. v. ad Lucillium.

Magnus qui fictilibus sic vtitur: quemadmodum argẽto: nec illo minor est qui sic argẽto vtitur: quemadmodum fictilibus.

¶ Seneca ibidem.

Infirmi est animi pati non posse diuitias.

¶ Seneca ad Lucillium epistola. xiiij.

Is maxime diuitiis fruitur qui minime diuitiis indiget. Nemo autem sollicito bono fruit. Aliquid intendit adiicere: ⁊ dum de incremento cogitat oblitus est fructu.

¶ Seneca ad Lucilliũ epistola. xvj.

Congerantur in te quicquid multi locupletes possederant: vltra priuatũ pecunie modũ fortuna te prouehat: auro tegat: purpura vestiat: ⁊ adhoc modus delitiarũ ⁊ opum perducat: vt terrã marmoribus abscõdas: nõ tantũ vt habetur liceat: sed calcare diuitias: accedant statuae: picture: quicq̃d ars illa luxurie elaborauit: maiora cupere ab his disces. ¶ Seneca ibidem.

Quid refert quantum illi in arca: quantum in horreis iaciet: si alieno inhiet: si non quesita: sed quaerenda computat. Non enim pauper est qui minus habet: sed qui plus cupit. Nec q̃ plus habet: sed qui minus cupit diues.

¶ Seneca epistola. xvij.

Si ad naturam viues nunꝙ eris pauper. Si ad opiniones: nunꝙ eris diues. Exiguum natura desiderat: opinio immensum.

¶ Seneca epistola. xviij.

Nemo alius est deo dignus: ꝙ qui opes contempsit: quarũ possessionẽ tibi non interdico. Sed efficere volo: vt illas intrepide possideas.

¶ Seneca ibidẽ.

Quemadmodum nihil refert vtrum aegrum in ligneo lecto: aut in aureo colloces: quocunqꝫ illum transtuleris morbum suũ transfert secum: sic nihil refert vtrum aeger animus in diuitiis: aut paupertate ponatur. Malũ suũ illũ sequit.

¶ Idem epistola. xx.

Nemo nascitur diues: quisquis exit in lucem iussus est lacte ⁊ pane esse contentus. Ab his initiis nobis regna non sufficiunt.

¶ Seneca ad Lucillium epistola. xx.

Ingentis animi est qui diuitias sibi circumfusas diu multumqꝫ miratus: ꝙ ad se venerunt: ridet: suas magis audit esse ꝙ sentiat.

¶ Seneca epistola. xxij.

In hoc excusabiles sunt dii: ꝙ ista quae vrũt: que excruciant: optantibus conferunt.

¶ Seneca epistola. xxviij.

Diuitẽ illum putas? quẽ aurea supellex in via sequitur. Qui in omnibus prouinciis arat: qui multum suburbani agri possidet: quum omnia dixeris pauper est. Quare? quia debet: quantum in quis: omnia: nisi forte tu dicas: vtrum ab homine: an a fortuna mutuum sumpserit.

¶ Seneca ibidem.

Diuitie inflant animos: superbiam pariũt: inuidiam parant ⁊ eo vsqꝫ mentem alienant: vt fama pecuniae nos etiam nocitura delectet.

¶ Seneca epistola. xxix.

Quum volueris veram hominis aestimationem videre: ⁊ scire qualis sit: nudum inspice. Deponat patrimonium: deponat honores: ⁊ alia fortune mendacia. Corpus ipsum exuat: ⁊ animum intuere: qualis quantusqꝫ sit: alieno: an suo magnus.

¶ Seneca ad Lucillium epistola. lx.

Ista que sic petimus tanꝙ datura laetitiam: ac voluptatem: causa dolorum sunt.

¶ Seneca ad Lucillium epistola. lxiij.

Breuissima ad diuitias per contemptum diuitiarum via est. Quisquis contemnere põt oĩa: habere omnia nemo potest: necessarium est ergo paruo assuescere. Quicquid vult nemo habere põt. Illud autem potest nolle: quod non habet.

¶ Seneca ad Lucillium. Epistola. lxxxj.

Omnia ista nobis accedant: non haereant: vt si auferantur: sine vlla nostri laceratione discedant. Vtamur illis nõ gloriemur: et vtamur parce: tanꝙ depositis apud nos.

¶ Seneca epistola. cxij.

Turpe est beatam vitam in auro ⁊ argento reponere: aeque turpe est in aqua ⁊ polenta.

¶ Seneca ad Lucillium epistola. cxxj.

Neminem pecunia diuitem fecit. Immo contra nulli non maiorem sui cupiditatem incussit.

¶ Seneca de remediis fortuitorum.

Multũ quis habet? aut auarus aut prodigus est. vide supra in Contemptus. ¶ Ibidem.

Si vis inquit phitoclea diuitem facere: nõ pecunie adiiciendum: sed cupiditatibus detrahendũ est. ¶ Seneca lib. de moribus.

Que sunt maxime diuitie? nõ desiderare diuitias. ¶ Cicero lib. paradoxorum. Cicero.

Quẽ intelligimus diuitẽ. vide supra in Cupiditas. ¶ Cicero lib. primo officiorum.

Nihil est tam angusti: tamqꝫ parui animi: ꝙ amare diuitias. Nihil honestius magnificentiusqꝫ: ꝙ pecunias contemnere.

¶ Cicero Tusculanarũ questionũ li. vltimo.

Omitto diuitias: quas quum quiuis: ꝙuis indignus habere possit: in bonis nõ numero. Quod enim est bonum: id non quiuis habere potest.

¶ Cicero ibidem.

Laconglorianti cuidam mercatori ꝙ multas naues in omnem oram maritimam dimisisset: non sane optabilis inquit: ista etiam quidem prudẽtibus apta fortuna. An dubium est quin nihil sit habendum in eo genere: quod vita beata cõplectitur: si id possit amitti. Nihil enim interarescere: nihil extingui: nihil cadere debet eorũ in quibus vita beata consistit. Nã qui timebit ne quid

er his disperdat:beatus esse non poterit. Nolumus enim eum qui beatus sit turū esse: inexpugnabilem:septū atq; munitum:nō vt parno metu preditus sit:sed vt nullo.

¶Cice.li.de senec.als in Catone maiore.

Nō em habere aurū pclarū mihi videtur: sed pls qui habent imperare:dicebat Curius.

¶Cicero in Paradoxis.

Potest ne bonū cuiq malo esse:aut potest esse quisq in abundantia bonorū ipse eē nō bonus?

¶Cicero in paradoxis.

Nihil est neq; meū neq; cuiuspiā:qđ auferri:qđ erripi:qđ amitti pōt. ¶Cicero ibidem.

Neq; ego vnq dicam bona illum perdidisse: si quis pecus:aut supellectilem amiserit.

¶Cicero lib.de Amicitia

Neq; altum neq; diuinum illi suscipere possunt qui suas omnes cogitationes in rem humilem t contemptam abiecerunt.

¶Cicero lib.officiorū.

Experimur autem diuitie.vide in Cupiditas.

¶Ibidem.

Nec vero rei familiaris amplificatio.vide i Cupiditas. ¶Ibidem.

Nihil honestius.vide in Cupiditas.

¶Cicero lib.paradoxorum.

Sallust. Quis igitur si quidē vt q̄s.vide in Cupiditas.

¶Sallustius in Catilinario.

Diuitiæ t ꝑperia bella atq; certamina intermortales excitant. ¶Sallustius in Catilinario.

Valeri. maxi. Diuitiarū t formę gloria fluxa atq; fragilis est.

¶Valerius maximus lib.iiij.

Locuples est qui non multa possidet:sed modica desiderat. ¶Valerius maximus lib.vj.

Caduca nimirum t fragilia puerilibusq; cōsentanea crepundijs sunt istę quę vires atq; opes humanę vocantur:adsumunt subito:repēte dilabuntur:nullo in loco:nulla in persona stabilib⁹ nixa radicibus cōsistunt. Sed incertissimo flatu fortunæ huc atq; illuc acta:quos in sublime extulerunt:improuiso decursu destitutos in pfundo cladiū miserabiliter immerguntinta neq; existimari:neq; dici debēt bona:quę inflictorū malorum amaritudine desideriū suum duplicant.

¶Valerius maximus lib.vij.

Etenim densissimis tenebris inuoluta mortaliū mens:in q̄ late patentem errorem cæcas precationes tuas spargis. Diuitias appetis:quę multis exitio fuerunt. Honores cōcupiscis qui complures pessimdederūt. ¶Vaertius diogenes

Vaerti. diogeñ. de vita t moribus philosophorum.

Interrogauit quidā Pythagoram:si cuperet eē diues. Qui ait. Diuitias contemno habere:quæ liberalitate perduntur:t parcitate putrescunt.

Aristo. ¶Aristoteles lib.j.politicorum.

Duplices sunt diuitiæ.s.naturales t artificiales. Naturales possessiones rerū: artificiales vero possessiones pecuniæ.

¶Aristoteles lib.j.politicorum.

Desiderium diuitiarum vadit in infinitum.

¶Aristoteles lib.iiij.politicorum.

In omni ciuitate sunt tres species hominum.s. diuites:pauperes;t mediocres. Inter quos optimi sunt mediocres:quia medium est semp optimum. ¶Ibidem.

Maximum euforcunium est ciues mediocrem substantiam habere:tanq sufficientem eis:quia per tales bene regitur ciuitas.

¶Aristoteles lib.ij.Elenchorū.

Diuitię simpliciter sunt bonæ: sed inspictis nō recte vtenti non sunt bone.

¶Aristoteles lib.ij.Rhetoricorū.

Peiores sunt nuper ditati:q̄ ditati ab antiquo.

¶Aristoteles lib x.Ethicorum.

Moderate ditati non minus agunt bona:q̄ potentes. Immo etiam magis.

¶Aristoteles epistola ad Alexandrum.

Non faciunt equum meliorem aurei freni.

Hesiodus. ¶Hesiodus. Πλοῦτοδ᾽ ἀρετὴ καὶ κῦδος ὀπιᾶδέι.i. Diuitias autem virtus t gloria comitantur.

¶Idem.

Χρήματα δ᾽ οὐκ ἁρπακτὰ:θεόσ᾽ δοτα πολὺμ ἀμείνω. id est

Pecunię nō raptę:a deo datæ multo meliores.

¶Idem.

σοῖ δ᾽ ἐιπολῦτον θυμόσ᾽ ἐέλδεται ἐμ φρεσιμήσι ὃ δ᾽ἐρδειν ἔρον ἀπέρω ἐράξεσθαι.i. Tibi vo si diuitias animus cupit in mētib⁹ tuis: Sic facias:operam supra operam operare.

¶Idem.

Χρήματα γὰρ ψυχὴ πέλεται δειλοῖσι βροτοῖσι. id est

Pecunię enim anima sunt miseris mortalibus.

Menander. ¶Menander. Βουλόμεθα πλουτεῖν πάντεσ᾽ ἀλλ᾽ οὐ δυνάμεθα. id est

Volumus diteſcere omnes:sed non possumus.

¶Idem.

Δῦναμσ᾽ πέφυκε τοῖσ᾽ βροτοῖσ᾽ τὰ χρήματα.i. Vis sunt mortalibus diuitiæ. ¶Idem.

ἐαν δ᾽ ἔχωμεν χρήματ᾽ ἔξομεν φίλουσ᾽.i. Si autez habebimus pecunias habebimus amicos.

¶Idem.

μέμνησο πλουτῶν τοῦσ᾽ πένητασ᾽ ὠφελεῖν.i. Recordare diues existens pauperes iuuare.

¶Idem.

μὴ σπεῦδε πλουτεῖν μὴ ταχῦ πένησ᾽ γένῃ.i. Ne festina diteſcere:ne cito pauper fias. ¶Idē.

πλούτῳ πεποιθὼσ᾽ ἀδίκα μὴ πειρῶ ποιεῖν.i. Diuitijs cōfisus iniusta ne conare facere. ¶Idē

ραθυ μοσῶν σῦ πλουσιοσ᾽ πένησ᾽ ἔσῃ.i. Piger existens tu diues:pauper eris. ¶Idez.

Χρυσόσ᾽ δ᾽ ἀνοίγει πάντα κ᾽αιδου πυλασ᾽.i. Aurum autem aperit omnia:t inferni portas.

¶Palladas.

Χρυσὲ πάτερ κολάκων ὀδῦμησ᾽ καὶ φροντίδοσ᾽ μὲ. καὶ τὸ ἐχεῖν σεφόβασ᾽.καὶ μὴ ἔκειν σ᾽ὀδῦμῃ.i. Aurum pater adulatorum doloris t curę fili Et habere te timor:t non te habere doloz est.

¶Idem.

φευγετε τοῦσ᾽ πλουτοῦντασ᾽ ἀναιδέασ᾽ ὀικοτυράννουσ᾽.

μισ᾽ουρτασ᾽ πεμῖην μητέρα σωφροσῦμησ᾽.i. Fugite diuites impudentes habitantes domos tyrannorum. Odio habentes paupertatem matrem modestiæ. ¶Euripedes.

Euripe. Χρυσὸσ᾽ ἀρετῆσσον μυρίων λόγων βροτοῖσ. id est

Clergilius Aurū autē potētius infinitis sermonib⁹ hoib⁹. ¶Clergilius lib.iij.æneidos.

Quid non mortalia pectora cogis. Auri sacra fames?

Ouidius. ¶Ouidius lib.j. metamorpho.

Effodiunt opes irritamenta malorum. Ouidius lib.j.fastorum.

In ꝓcio prectiū nunc est.Dat sensus honores. Census amicitias. Pauper vbiq; jacet.

Propert. ¶Propertius lib.iij.elegia.v.

Haud vllas portabis opes acheronte advndas. Nudus ad infernas stulte vehere rates.

Tibull⁹. ¶Tibullus lib.iij. elegia.iij.

Nā graue qđ prodest pōdus mihi diuitis auri? Aruaq; si findant pinguia mille boues? Quidve domus pdest phrygijs innixa colūnis?

¶Ibidem.

Et quæ prꝫterea populus miratur in illis: Inuida quæ falso, plurima vulgus amat. Non opibus mentes hominum curaq; leuant: Nam fortuna sua tempora lege gerit.

¶Tibullus lib.iij. elegia.iij.

Nec me regna iuuant:nec lydius aurifer amnis Nec quas terrarum sustinet orbis opes. Hæc alij cupiant:liceat mihi paupere cultu Securo chara coniuge posse frui.

Horati⁹. ¶Horatius carminū lib.iij.ode prima.

Sed timor t minæ Scandunt eodem quo dominus:neq; Decedit ærata triremi:t Post equitem sedet atra cura. ¶Ibidē. Cur inuidendis postibus t nouo Sublime ritu molliar atrium. Cur valle permutem sabina Diuitias operosiores?

¶Horatius epistо. lib.ij. epist.ij.

Sit prꝫpium quicq̄ ꝑ pncto quod mobilis horę Nūc ꝓcenūc ꝓcio:nunc vi:nunc morte suprema Permutet dominos:t cedat in altera iura. Sic q; perpetuus nulli datꝰ vsus: t hæres Heredem alterius: velut vnda supuenit vndā. Quid vici prosunt? aut horrea? q̄dve calabris Saltibus adiecti lucani:si metit orcus. Sunt qui non habeāt:est q̄ nō curat habere.

Iuuena. ¶Iuuenalis satyra.x.

Sed plures nimia congesta pecunia cura Strāgulat:t cūcta exuperās pr̄imonia sensus Quanto delphinis balena britannica maior.

¶Ibidem.

Pauca licet portes argenti vasca puri: Nocte iter ingressus gladiū cūctūq; timebis: Et mote ad lunā trepidabis harūdinis vmbrā. Cantabis vacuus coram latrone viator.

¶Ibidem.

Prima fere vota t cūctis notissima templis: Diuitiæ crescant t opes:t maxima toto Nostra sit archa foro. Sed nulla aconita bibunt Fictilibus: tunc illa time: quum pocula sumes Gemmata; t lato setinum ardebit in auro.

¶Iuuenalis satyra.xiiij.

Nam diues qui fieri vult Et cito vult fieri. ¶Ibidem.

Misera est magni custodia cēsus. ¶Ibidē. Mensura tamen quæ Sufficiat sensus: si quis me consulat:edem. Inquantum sitis atq; fames t frigora poscūt.

Dantes. ¶Dantes inferni cantica cap.vij.

Or poi veder figliol lacurta buffa De ben che son commessi alla fortuna: Per che lhu mans gente si rabuffa. Che tuto loro che sotto la luna Et che fugia:de quæste anime stanche. Non ne potrebe far possar pur vna.

¶De hac materia habes vbi cupiditas et paupertas.

¶Diuortiū grece Διχόστασ.ασ.ἡ. t Διχοτόμεω repudium:/ex.q.s. in duas partes diuido dicit. Et est proprie matrimonij distractio. Differtq; a repudio:q; repudium inter nondū cōiunctos fit. Diuortiū vo cōiunctoꝝ est. Quare(vt ait modestinus) diuortiū inter virū t vxorē fieri dicit. Repudiū vo sponte remitti videt:qđ in vxoris personā non cadit.

¶Docilitas a doceo venit qđ gre. Διδάσκω di bi. audire:/ citur t Διδακτόσ.ου.ὁ. docilis dicitur. Est autem docilitas prudētia erudiēdi imperitos ſm Isidorum in sinonymis. paral. describia ca/ Docilitas est aptitudo bene acquirendi rectam opinionē ab alio: ficut solertia a seipso ſm beā. Tho.scda scē.q. xlviij.

Docilitas est pars prudentiæ qua homo solicite:frequēter t reuerenter applicat animū suum documentis maiorū:nō negligēs ea ꝓpter ignorantiā:nec contemnēs ꝓpter superbiam. beā. Tho.scda scē.q. xlix. arti.iij.

Docere nihil aliud est q̄ disciplinę:vel alterius cuiuscumq; rei cognitionē dare. Vergi. Docuit post exitus ingens. Docilis t docibilis ita differūt:quia docilis est qui facile docetur: docibilis vo qui natura aptus est doceri.

Doctrina gre. Διδασκαλία.ας. ἡ. t Διδασκάλοσ᾽ doctor t magister dicitur. Doctrina modo pro actu ipso docendi:modo p disciplina sumit. Plinius. Vir in omni doctrinarū genere excellens. ¶Esdre.j.c.viij.t.ix.x. Esdræ. disciplina. ꝓpria. lectio. Imperitos docete libere.

¶Prouerbiorum capi.viij.

Doctrinam magis q̄ aurum eligite. Prouer.

¶Paulus ad Roma.cap.ij.

Quis alios doces:teipsum doces.

¶Paulus ad Romanos cap.xv.

Quecunq; enim scripta sunt ad nostrā doctrinā:scripta sunt Paulus.

¶Augu.lib.de doctrina christiana. Augustin. Debet diuinarū scripturarum t doctoꝝ fidei: ac bellatoꝝ errorꝭ:t bona docere: t mala dedocere:t hoc opere t sermone cōsiliare aduersos: remissos erigere:nescientibus quod agit q̄d expectare debeant intimare. fvim.lebri.pri.c.4.3.

¶Augustinus ibidem.

Doctoꝝ t dictoꝝ id agere debent:vt non solū in

phare.3.33. phare.4.34

telligēter: verū ꝛ libēter: ꝛ obedienter obediat.

¶Augu. lib. iij. de doctrina christiana.

Sicut gratus est q̄ cognoscēda enubilat: sic onerosus qui cognita inculcat. Nam delectandi gratia etiā nota dicunt: vbi nō ipsa: sed modus quo dicuntur attenditur.

¶Aug. super Joannem.

Doctrina per malos: palmes in sepe: botrus inter spinas. Caute lege: ne dū quæris fructū: laceres manum: ꝛ quum audis bona dicentem: ne imiteris mala facientem.

¶Aug. ibidē in Eccle. xiiij.

Si me posses docere quod nescio: nō solū te verbis: sed ꝛ pugnis cedentē, deberē patiētissime sustinere. ¶Augu. super Eccle. xl.

Da ꝛ accipe: ꝛ iustifica aīam tuā. i. vbū doctrinæ proximis impende: ꝛ bonorū operū exempla relinque: vt recipias præmium vite æterne. Tibie ꝛ psalteriū suauē faciēt melodiā: ꝛ super vtraqꝫ lingua suauis.

Hiero.

¶Hieronymus ad demetriadē vginē.

Multi iuxta vetus eulogiū: quū loqui nesciāt tacere nō possunt. Docētqꝫ scripturas: quas nō intelligūt: ꝛ quū alij psuaserint: eruditorū sibi assumūt superciliū: prius imperitorū magistri q̄ doctorum discipuli.

Ambro.

¶Ambro. super Beati immaculati.

Ante vita q̄ doctrina quærenda est. Uita bona sine doctrina gratiam habet. Doctrina sine vita integritatem nō habet.

Grego.

¶Gregorius super illud prouer. xxv.

Doctrina viri per patientiā noscitur.

Tanto quisqꝫ minus ostenditur doctus: q̄to minus patiens. Neqꝫ enim põt veraciter bona docendo impēdere si viuendo nescit aduersa equanimiter tollerare.

¶Grego. sup illd cant. ij. Neqꝫ suscitetis ꝛc.

Si subditi aliquid peccāt propter qd doctores a quiete surgere cogantur: nō tm̄ pœnā illi⁹ peccati incurrūt: sꝫ etiā puniūtur pro inquietudine doctorū. Quia qui doctores cœlestibus intētos inquietare præsumunt: etiā virtutes quas habere se credebant perdunt.

¶Gregorius lib. vj. moralium.

Quantacunqꝫ doctrina mēs polleat: grauis ei⁹ imperitia est: velle docere meliorem.

¶Grego. lib. xxiiij. moralium.

Hoc habet propriū doctrina arrogantiū: vt humiliter nesciant inferre q̄ docēt: ꝛ recta q̄ sapiūt ꝛ recte ministrare nō possunt. In vbis em̄ eorū perduntur qui quum docent quasi in quodam sibi videtur summitatis culmine residere. Eosqꝫ quos docent: vt longe infra se positos: velut in imo respiciunt. Quibus nō consulendo loqui: sꝫ vix dominando dignantur.

Joānes chrysost.

¶Joan. chrysosto. lib. de cōpunctione cordis.

Docere ꝛ non facere: nō solū lucri nihil: sed ꝛ dāni plurimum confert. Grandis enim condemnatio est componenti quidem sermonem suum: vitam vo suam atqꝫ operam negligenti.

¶Jo. chrysosto. in polycratico lib. vj.

Si arte vsumqꝫ dissocies vtilior vsus ē expers artis q̄ ars quæ sui vsum non habet. Ars infœcunda est sine vsu: ꝛ vsus temerarius sine arte.

¶Joannes chrysostomus super illud Matthæi. xxiij. Sup cathedrā moysi.

Qui male sederit iniuriā cathedre facit. In iudicio sedēs: si bene vixeris: ꝛ bene docueris omniū iudex eris: si male vixeris: ꝛ bene docueris tui solius. Nam bene docēdo populū instruis: quomodo populus debeat viuere. Sꝫ male viuēdo doces deum: quomō te debeat cōdēnare.

¶Joannes chrysost. sup illud Matthæi. Quæcunqꝫ dixerint vobis facite.

Si bene vixerint eorum est lucrum. Si bene docuerint vestrum est. Nolite discutere qd alienū est. Frequenter enim de malo homine bona doctrina procedit: sicut terra vilis preciosum aurū pducit: nūquid propter vilē terrā p̄ciosū aurū cōtemnitur? Igitur sicut aurū eligit: ꝛ terra relinquitur: sic ꝛ vos doctrinā accipite: ꝛ mores relinquite. ¶Ibidem.

Doctrinam accipiamus nō mores. Apibus herbe non sunt necessarie: sed flores: sic ꝛ vos flores doctrine colligite: ꝛ cōuersationes relinqte.

¶Joan. chrysosto. ibidem.

Fidem prædicant ꝛ infideliter agunt: pacē alijs dāt ꝛ sibi nō habēt: veritatē laudāt: ꝛ mēdacia diligunt. ¶Isidorus de sum. bo. lib. iij.

In lectione non verba: sed veritas est amanda: sepe aūt reperitur simplicitas veridica: ꝛ falsitas cōposita: quæ hominem suis erroribus allicit: ꝛ p lingua ornamēta laqueos dulces aspergit. Nihil enim aliud agit amor mūdane sciētiæ: nisi extollere laudibus hominem. Nam quanto fuerint studia: tanto animus arrogātie fastu inflat⁹ maiori intumescit iactantia.

¶Isidorus de summo bono lib. iij.

Sicut instruere solet collatio: ita destruit contētio. Hæc em̄ relicto sensu veritatis lites generat: ꝛ pugnādo verbis etiā in deo blasphemiam facit: inde hæresis ꝛ schismata quibus fides subuertitur: veritas corrumpitur: charitas scindit. Cōtentionū studiū non pro veritate: sed p appetitu laudis certatur. Tantaqꝫ est in his peruersitas: vt veritati cedere nesciant: ipsamqꝫ rectam doctrinam euacuare contendant. In disputatione fidelium cauenda est propositio: artificiosa subtilitas: quæ callidis obiectionibus rhætia tendit. Ita em̄ versutis assertionibus prauorū disputatio innodatur: vt recta esse simulēt: q̄ peruersa persuadent.

¶Isidorus li. ethymologiarum. ij.

In physica causa quærendi: in æthica ordo viuēdi: in logica ratio intelligendi versatur.

¶Bernadus super canti.

Doctrinæ species nō curiositatem acuit: sꝫ charitatem accendit.

¶Bernardus super cant.

Non minus pium est docere animum sapientiā: q̄ prebere escam corpori.

¶Hugo in didascalico lib. iij.

Sunt quidam qui nulli artiū quod suū est tribuere norunt: sed in singulis legunt omnes. In grāmatica de syllogismorum ratione disputant. In

dialectica inflexiones casuales inquirunt: ꝛ qd magis irrisione dignū est: in titulo totū ponūt. Legūt librum: ꝛ incipit: tertia vix lectione expediunt. Non omnia dicenda sunt: que dicere possumus. Ne minus vtiliter dicant ea q̄ dicere debemus. ¶Hugo ibidem.

In omni doctrina breue aliqd ꝛ certum collige quod in arcula memorie recōdat. Unde postmodū: quū res exigit aliqua deriuētur: hoc etiā sæpe replicare: ꝛ de vētre memorie ad palatum reuocare necesse est. Ne longa intermissione aboleat. ¶Hugo lib. v. Didascalicon.

Lecto duobus modis animo fastidium ingerere solet: ꝛ affligere spiritū: ꝛ qualitate videlicet si obscurior fuerit: ꝛ quantitate: si prolixior extiterit: i quo vtroqꝫ magno vti moderamine oportet: ne quod ad refectionem quesitum est sumatur ad suffocationem.

Cassiodorus.

¶Cassiodorus super psal. ij.

Rudis dicit nouus: eruditus quasi a rudi sublatus: ab ignorantia diuisus ꝛ in doctrine finibus collocatus.

Orige.

¶Origenes homelia. xxxviij. sup leuiticū.

Clausum habeat os peccator. Quia q̄ seipsum non docuit: alium docere non potest.

Beda.

¶Beda de tēplo Salomonis.

Frustra sibi officiū doctoris vsurpat: qui discretionē catholice fidei ignorat. Neqꝫ sanctuariū domino: sed ruinam sibi ædificant: qui docere alios regulam: quam ipsi non didicere conātur.

Hylari⁹.

¶Hylarius lib. iiij. de Trinitate.

Intelligentia dictorū est ex causis assumēda: qr non sermoni res: sed rei est sermo subiectus.

Seneca.

¶Seneca epistola. xx.

Omnia facta ꝛ dicta nostra inter se congruāt: ac respondeant sibi. Nō est hic animus i recto: cui⁹ dicta et acta discordant.

¶Seneca epistola. xxvij.

Eligamus non eos qui verba magna celeritate precipitāt: ꝛ cōmunes locos voluūt: et in priuato circulātur. Sed eos qui vitā docēt: qui quum dixerint quid faciendū sit: probāt faciēdo quod faciendum sit. Nec vnq̄ in eo quod dixerint, fugiendum depræhenduntur.

¶Seneca ad Lucillium epistola. xxvij.

Cupio oīa que scio in aliū trāsfundere: ꝛ in hoc aliquid gaudeo discere vt doceā. Nec vlla res delectabit: licet sit eximia ꝛ salutaris: quā mihi vni secuturus: si cū hac exceptione detur sapiētia: vt illā inclusam teneā: nec enunciē: reijciā. Nullius boni sine socio iucūda est possessio.

¶Seneca epistola. xxxv.

Eum elige doctorem: quem magis admireris: qum videris: q̄ quū audieris.

¶Seneca epistola. xlv.

Quod sentimus loquamur. Quod loquimur sentiamus. Concordet sermo cū vita. Ille pmissum suū impleuit: qui quū videas illū ꝛ quū audias idē est. ¶Seneca de quattuor virtutibus.

Que nosti sine arrogātia postulāti imparties. Que nescis sine occultatione ignorātie tibi postula impartiri.

Cicero.

¶Cicero lib. j. Rhetoricorū.

In omni genere causarum necesse est beniuolū: attentum: docilem efficere auditorem. Auditorū em̄ beniuolentia captabit: si res ab eis geste fortiter: sapienter: mansuete: magnifice: pferentur. Attentos aūt faciemus: si demōstrabimus ea que dicturi sumus magna: noua: icredibilia: esse: aut ad illos qui audiunt: aut ad hoīes illustres: aut ad deos imortales: aut ad summā rei publice pertinere. Dociles auditores faciem si aperte ꝛ breuiter summā cause exponemus.

¶Cicero ibidem.

Multos imitatio breuitatis decepit: vt quū se breues putent esse longissimi sint: quū dent operam: vt res multas breuiter dicant.

¶Cicero ibidem.

Sæpe res minus est intellecta longitudine magis q̄ obscuritate narrationis.

¶Cicero lib. ij. Rhætoricorū.

Peritia dicēdi in trib⁹ cōsistit: natura: doctrina: et vsu. Natura ingenio. Doctrina sciētia. Usu assiduitate. Hæc sunt em̄ q̄ nō solū in oratore: sed in vnoquoqꝫ homine artifice expetuntur: vt aliquid efficiat.

¶Cicero ibidem.

In exordiendo causam obseruandū est: vt lenis sit sermo: vt vsitata verborū cōsuetudo: vt nō apparata oratio videat. Uitiosum exordiū est qd nimis apparate cōpositū est: aut nimiū est lōgū: et qd nō ex ipsa causa notū videt: vt pprie cohæreat cū narratiōe. Et qd neqꝫ beniuolū: neqꝫ docilē: neqꝫ attentū facit auditorem.

¶Cicero ibidem.

Prouerbiū est sententia gnālis cui cōsuetudo fidē attribuit: opinio cōmunis sensū accōmodat. Incorruptæ veritatis integritas acquiescit.

Aristo.

¶Aristoteles lib. j. Metaphysice.

Ij soli docent: qui causas de singulis dicunt.

¶Aristoteles lib. vj. Aethicorum.

Omnis doctrina est ex precognitis.

¶Aristoteles lib. j. Poetrie.

Doctrina naturaliter procedit de homine ad hominem: secundum cōparationem quā habet doctor ad discipulum.

¶Aristo. lib. j. posteriorū in prin.

Omnis doctrina ꝛ oīs disciplina itellectiua ex præexistenti fit cognitione.

¶Aristoteles lib. j. Elenchorum.

Oportet discentem credere.

Horati⁹.

¶Horatius eplarū lib. j. epistola. xix.

Uirtutem doctrina paret.

Dantes.

¶Dantes florētinus inferni cap. ix.

O voi chaueti intellecti sani.
Mirati la doctrina che sasconde
Sottol vellame de liuersi strani.

¶De hac meteria habes supra: vbi Disciplina: ꝛ infra: vbi Magister.

Dolor græ. ἄλγος. εοσ. τὸ. ꝛ ἀλγέω doleo dicit. Est autem dolor motus asper i corpore: ꝛ sensibus alienus secundum Ciceronē lib. ij. Tus. quæstionum. Dolor est ægritudo crucians secundum eundem libro. iiij. Tus. questionum.

Dolor est offensio anime ex carne: et quedam ab eius passione dissensio secundũ Augu. lib. xiiij. de ciui. dei.
Dolor est passio anime in appetitu sensitiuo: vel intellectiuo secundum bea. Tho. prima secũde. q. xxxv. ar. j.
Dolor dicitur a dolãdo. Est enĩ dolare siue edolare minuere. et est fabrorum: quum materie cõplanatur asperitas. vnde dolatus. i. leuigatus. Iuuenalis. Dolato confisus ligno. et dolabra instrumẽtum quo dolantur. i. explanantur ligna. Iuuenalis. Si lentus pigra muniret castra dolabra. Ideoq; dicitur dolor: quia sicuti leticia augentur corpora: ita dolore minuuntur. vnde est illud prouer. xv. Animus gaudens ætatẽ floridam reddit: spiritus tristis exiccat ossa.

Esdre. ¶Esdre Tertij cap. x.
Nunc ergo retine apud temetipsum dolorẽ tuũ: et fortiter fer qui tibi contigerunt casus.

Hiero. ¶Hieronymus lib. iij. contra Ruffinum: et dicit fuisse Aristotelis sententiam.
Cor nõ comedẽdum. i. mœrores de animo deponendum.

Grego. ¶Gregorius lib. vij. mora.
Qui peregrinationẽ propriã diligit dolere etiã inter dolores nescit. Iusti autem verba dolore sunt plena: q2 quousq; p̃sentia tolerat: ad aliud loquendo suspirat.

Seneca. ¶Seneca ad Lucilium epistola. lxiij.
Nobis autem ignosci põt prolapsis ad lachrymas: si nõ nimie decurrerint: si illas ipi represserimus. Nec sicci sint ocli amico amisso nec fluãt. Lachrymãdũ est: nõ plorãdũ. Per lachrymas argumenta desiderij querimus: et dolorem non sequimur: sed offendimus.
¶Seneca ibidem.
Finem dolendi q̃ consilio nõ fecerat: tpe inuenit.
¶Seneca epistola. lxiij.
Turpissimum est in homine prudẽte remedium mœroris. Lassitudo mœrẽdi. Malo relinquas dolorem: q̃ ab illo relinquaris. Annũ fœminis constituere maiores ad lugẽdum: non vt tã diu lugerent: sed ne diutius viris nullum legitimũ tempus est. Quia nullũ honestũ: quã mihi ex illis mulierib' dabis: vix retractis a rogo: vix a cadauere deuulsis: cui lachryme in totũ mensem durauerint? Nulla res citius in odiũ venit: q̃ dolor qui recẽs cõsolatorẽ inuenit: et aliquos ad se adducit. Inueteratus vo deridetur: nec immerito: aut enim simulatus: aut stultus est.
¶Seneca epistola. lxxix.
Vinceris a dolore: si cesseris. Vinces: si te contra dolorem intẽderis. ¶Seneca ibidem.
Magnos cruciatus habet morbus: sed hos intolerabiles interualla faciunt. Sũmi doloris intẽsio cito inuenit finem. Nemo põt valde dolere et diu. Sic nos amantissima nostri natura: disposuit: vt dolorẽ aut tolerabilẽ: aut breuẽ faceret. Hoc itaq; solatiũ vasti doloris est.
¶Seneca in prouerbijs.
Animo dolẽti nihil oportet credere. Etiã innocẽtes cogit mentiri dolor: homo ne sit sine dolore: fortunam inuenit. læso doloris remedium est inimici dolor. Dolor decidit: vbi quo crescat non habet.

Cicero. ¶Cicero libro primo de finibus bonorum et malorum.
Neq; porro quisq̃ est q̃ dolorẽ ipsũ: quia dolor sit amet: cõsectetur: adipisci velit: sed quia nonnunq̃ eiusmodi tẽpora incidũt vt labore et dolore magnam aliquam querat voluptatem.
¶Cicero ibidem.
Dolores suscipiant: maiorũ dolorũ effugiẽdorũ grã. ¶Cicero lib. ij. questionũ Tusculanarũ.
Tristis enĩ res est dolor sine dubio: aspera amara inimica nature: ad patiendum tolerandumq; difficilis. Aspice Philoctetẽ cui credendum est gementi. Ipsum enĩ Herculẽ viderat in Oeta: magnitudine dolorum eiulantem.
¶Cicero ibidem.
Satis mihi dedisti: quũ respõdisti. Maius tibi videri malũ dedecus: q̃ dolorẽ. ¶Ibidem.
Cõsuetudo enĩ laborũ ꝑpessionem dolorũ efficit faciliorem. ¶Cicero ibidem.
Ipse labor quasi callũ quoddã obducit dolori.
¶Cicero lib. ij. Tusculanarũ questionũ.
Appellata est enim ex viro virtus. Viri aũt propria maxime est fortitudo: cui' munera duo maxima sunt. Mortis dolorisq; contemptio.
¶Ibidem.
Contẽno magnitudinẽ doloris: a qua me breuitas tpis vindicabit: ante pene q̃ inuenerit.
¶Ibidem.
Si summis dolor est: breuẽ esse necesse est.
¶Ibidem.
Sed hoc idẽ in dolore maxime est ꝓuidẽdũ: ne q̃d abiecte: ne quid timide: ne q̃d ignaue: ne q̃d seruiliter: muliebriterve faciamus.
¶Cicero ibidem.
Ingemiscere nonnũq̃ viro cõcessum est: idq; raro: eiulat' ne mulieri quidẽ. ¶Cicero ibidẽ.
Si gemitus in dolore ad cõfirmandũ animũ valebit: vtemur. Sin erit ille gemit' lamẽtabilis: si imbecillus: si abiect': si flebilis: ei qui se dederit: vix eum virũ dixerim: quiquidẽ gemit' si leuationis aliq̃d afferret: tñ videremu' quid esset fortis: et animosi viri. Quũ vo nihil iminuat doloris: cur frustra turpes esse volumus?

Seruius sulpi. ¶Seruius sulpitius epistola ad Ciceronem consolatoria.
Nullus dolor est quẽ nõ longinquitas tpis minuat atq; molliat.

Iuuenalis. ¶Iuuenalis Satyra. xiij.
Flagrantior æquo.
Non debet dolor esse viri: nec vulnere maior.

Ouid. ¶Ouid. lib. ij. de remedio amoris.
Filius hunc miles: hunc filia nubilis angit:
Et quis non causas mille doloris habet?

¶Dolus græca dictio est: nam δόλος. ου. ὁ. et δόλιος. ου. ὁ. dolosus dicitur. Est autem dolus ois calliditas: fallacia: machinatio ad circumueniendum: fallendum: et decipiendum alterum adhibita: vt habet. l. j. ff. de dolo.
Dolus est executio astutie: qua excogitate fuerũt vie non bone ad exequendum aliquem finẽ bonũ: vel malum. bea. Tho. secunda secunde. q. lv. arti. iiij.
Dolus ꝓprie accipit tantũ in malo: sed abusiue etiã in bono. ex. b. Tho. scda scde. vbi supra.

Dolus principaliter fit in verbis secunduz bea. Thomã ibidẽ. Fraus vo proprie in factis. Quare Ouid. lib. pmo Metamorphoseos vtrunq; vno versu compræhendit dicens. In quorũ subiere locum fraudesq; doliq;.
Dolus a dolando id est minuẽdo dicitur de quo verbo supra in dolor diximus. Dolum qui nunc in malã tantũ partẽ accipitur: hoc est: ꝑ fraude siue machinatione ad fallẽdũ aliquem: veteres etiam in bonã partẽ accipiebant pro solertia ac calliditate: que præsertim aduersus hostes: siue latrones adhibetur. Quare nunc dolũ malũ dicimus: quoniam bonus etiam dolus a veteribus dicebatur. Labeo. Dolum maluz dicimus esse omnem calliditatẽ: fallaciam: machinationẽ ad circumueniẽdũ: fallendũ: decipiendũve alterum adhibitam. Vlpianus. Non fuit autẽ contẽtus prætor dolum dicere: sed adiecit: malũ: quoniam veteres etiam dolum bonuz dicebãt: et pro solertia hoc nomẽ accipiebant: maxime si aduersus hostẽ: latronemve machinaretur. Hinc dolones virge siue conti in quibus tanq̃ in vaginis latent pugiones. Dicti a fallendo: q̃ decipiant ferro: quum ligni speciem pre se ferant. Verg. Sæuosq; ferũt in bella dolones.
¶Dominium vel dominatio græce δεσποτεία. ας. ἡ. et δεσπόζω dominor: et δεσπότης. ου. dñs dicitur. Est autem dominiũ ius habendi: possidendi: fruendi: et vtẽdi: ac disponendi de aliqua re pro libito voluntatis: vel secundum aliquem determinatum modũ: a quadã superioritate vel authoritate diffinitum.
Dominus a domo domas dicit: et is proprie dicitur qui domus imperium habet: et cui oĩs familia paret: ex quo factũ est: vt dominus et seru' relatiua sint: et domini appellatio ad oẽs eos ꝑpagata sit: qui alicuius rei ꝓprietatem habent: etiam si vsufructus alienus sit. Item dominus dicitur is cui populi subsunt Verg. Romanos rerum dominos gentemq; togatam.
¶Domus græ. οἰκία. ας. ἡ. et οἰκιακός. οῦ. ὁ. domesticus dicit. Est aũt dom' quotidiana societas secundũ Aristo. lib. primo Politicorum.
Domus græcũ videtur. Illi enim δῶμα. ατος. τὸ. tectum appellant.
Domus proprie est ædificium ad habitandũ factum: quod ex tecto et pariete constat. Ponitur tamẽ pro quocunq; habitaculo. Vnde etiam nidos auium domos dicimus. Verg. Antiquasq; domos auium cum stirpibus imis Eruit. Dom' facit genitiuo domi vel domus. Quando domi locum significat: vt domi ero. Quando domus significat ipsum corpus vel ædificium: vt tectum domus corruit.
¶Donatio græ. δωρεά. ας. ἡ. et δῶρον. ου. τὸ. donum dicitur. Est autẽ donatio rei licite nullo iure cogẽte: mera liberalitate facta collatio secũdũ Hostien.
Donatio dicitur quasi dono datio: vt habet. ff. de dona. causa mortis. l. Senatus. §. j.
¶Donum aliqui volunt græcum esse δῶρον. ου. τὸ. Et est datio irredibilis secũdum Arist. lib. iiij. Topicorum.

Donũ quomodo differat a munere: et præmio vide infra in Munus.
De hac materia vide infra in Munus.
¶Donaria nõ sunt loca in quibus dona reponũtur: vt quidam putant male sentientes: sed sunt ipsa dona que dijs offeruntur: sacrasq; mensas et aras ornant. Macrobius. Ornamẽta vo sunt Clypei: corone. et huiusmodi donaria.
¶Dormitio græce κοίμησις. εως. ἡ. et κοιμάομαι dormio dicitur. Quid autem dormitio sit vide infra in Somnus.
¶Dos græce φερνή. ῆς. ἡ. Et est donatio facta a patre mulieri vel ab extraneo: vel facta a muliere ipsi viro ꝑ onerib' matrimonij sustinẽdis secundum Canonistas. Gof. et Ho. in. c. Raynucius. de testa.
Dos non solum ea dicitur que marito ab vxore datur: vnde bona dotalia dicũtur. Sed etiam q̃cquid alicui datũ est a natura: vel ab hominibus. vnde dotes animi dicimus: prudẽtiã: iustitiã: cæterasq; virtutes. Itẽ dotes corporis vires: pulchritudinem: bonã valitudinẽ: et alia huiusmodi.
Dicitur autem dos a do das.
¶Dubitatio græce ἀπορία. ας. ἡ. et ἀπορέω dubito dicit. Est autem dubitatio: iudicio deficiẽte acceptio vtriusq; partis cum formidine: et ad neutram partem determinatio.
¶Dubiũ græ. ἀμφίβολον. ου. τὸ. et ἀμφιβάλλω dubito dicit. Est aũt dubiũ motus indifferẽs in vtrãq; partem contradictionis secundũ Isido. lib. Ethymologiarum.
Dubium est æqualitas rationum contrariarũ secundum Philosophum.
Dubius a de et habeo cõponitur: quasi dehabẽs: hoc est non intelligẽs: vnde fit dubito: et subdubito: id est aliquantulũ dubito: et subdubius aliquantulum dubius: et dubitatio et dubietas quo veteres vtebantur.
¶Duellum græ. μονομαχία. ας. ἡ. et μονόμαχος. ου. ὁ. gladiator dicitur. Est autẽ duellum pugna duorum: pro ꝓbatione virtutis: ita vt qui vicerit probasse dicatur: et nõ vicerit defecisse in probatione putetur. Et dicitur duellum quasi duorum bellum: potestq; μονομαχία dici singularis pugna.
¶Dulcedo græce γλυκύτης. ητος. ἡ. et γλυκύς. έος. ὁ. dulcis dicitur. Est autẽ dulcedo proprie in corporalibus. s. sapor reficiens: quietans: et delectans gustum. Sed metaphoricos dulcedo animi est etiam in spiritualibus. b. Tho. iij. sen. di. xxxiiij. q. j. ar. v.
Dulce et dulcedo veniunt a verbo delicio: qd est elicio: q̃ dulcia maxime nos alliciant. Gustus enĩ qui est sensus ex omnibus maxime voluptarius dulcedine maxime mouetur. Item dulciculus diminutiuum.
¶Dulia greca dictio est. δουλεία. ας. ἡ. seruitus dicitur. et δοῦλος. ου. ὁ. seruus. Est autem dulia honor et seruitus debita creaturæ. Latria vo est honor et seruitus debita soli deo. Ideo differũt specie. ex. b. Tho. secũda secũde. q. ciij. ar. iij.
¶Duricies græ. σκληρότης. ητος. ἡ. et σκληρός. οῦ. ὁ. durus dicitur. Est autem durũ quod hoc

dit in seipsum secundũ superficiem secundum Aristotelem lib.iiij.Meteororũ.

Durum proprie est solidũ ac firmũ:cuius cõtrarium est molle.Per metaphoram autẽ durũ aliquãdo ꝓ aspero ⁊ nocẽti ponitur.Vergiliꝰ.Aut durum tinee genus. Idem. Quid iuuenis magnum cui versatim ossibus ignem durus amor. Inde duricies hoc est firmitas:soliditas: asperitas ⁊ crudelitasq;. Et durare patienter ferre. Vergilius.Durate ⁊ vosmet rebus seruate secũdis. A durum fit durities ⁊ duritia in eodẽ significato:sic et duritas a duritudo. Teste Gelio lib.xix.no.at.Cato. Qui illius imprudentiam: qui norit duritudinem.

EBrietas græce μέθη.ης.ἡ. ⁊ μέθυσος.ου.ὁ. ebrius ⁊ μεθύω inebrio dicitur. Est autem ebrietas appetitus bibẽdi vltra mensuram:ex quo prouenit rationis priuatio. Ebrietas est ꝑ quã mẽti quædã sui obliuio generatur ex superfluorũ potuum indulgẽtia secũdum Isidorum lib.Ethymologiarum.

Ebrietas est priuatio vsus intellectus facta ad aliquod tempus ex immoderato potu vini: vel cuiuscunq; alterius rei potabilis.

Ebrius ⁊ ebriosus sic differunt:ꝙ ebrius est q̃ nimio potu est alienatus mente:ebriosus qui sepe fit ebrius. Ita ebrietas ⁊ ebriositas. Or ebrietas fit ex causa:ebriositas fit ex moribꝰ. Ab ebrius fit inebrio:⁊ eius passiuum inebrior:⁊ ebriose aduerbium id est ad ebrij similitudinem. Et ebriolo verbũ dicebãt antiqui. Laberius. Ebriolati mentem hilariam arripiunt.

Prouer. ¶ Prouerbiorũ cap.xx.

Luxuriosa res vinũ:⁊ tumultuosa ebrietas. Quicunq; his delectatur non erit sapiens.

¶ Idem cap.xxj.

Qui diligit epulas in egestate erit. Qui amat vinũ ⁊ pinguia nõ ditabitur. ¶ Idẽ cap.xxiij.

Noli esse in conuiuijs potatorũ:nec in comessationibus eorum qui carnes ad vescendũ conferunt. Quia vacãtes potibꝰ ⁊ dantes symbola cõsumentur. ¶ Ibidem

Nonne his qui commorantur in vino:et student calicibus epotandis veh. Ne ĩtuearis vinũ quãdo flauescit:quũ splenduerit in vitro color eius. Ingreditur blande:et in nouissimo mordebit vt coluber:et sicut regulus venena diffundet. Oculi tui videbunt extranea: vt cor tuum loquetur peruersa:et eris sicut dormiẽs in medio maris: et quasi sopitus gubernator amisso clauo:⁊ dices. Verberauerunt me:sed condolui: traxerũt me et ego non sensi. Quando euigilabo:et rursus vina reperiam. ¶ Ecclesiastici ca.xix.

Eccli. Operarius ebriosus non locupletabitur.

¶ Ibidem.

Vinum et mulieres apostatare faciunt sapientes:et arguunt sensatos. ¶ Idẽ cap.xxxj.

Ne cõprimaris in conuiuio vino.

¶ Ibidem.

Quam sufficiens est homini erudito vinũ exiguum? et in dormiendo non laborabis ab illo:⁊ nõ senties dolorem ¶ Ibidem

Diligentes in vino noli prouocare:multos enim exterminauit vinum. Ignis probat ferrum durum:sic vinum corda superborum arguet ĩ ebrietate potatum. ¶ Ibidem

Vinum in iucunditatem creatum est:et non in ebrietatem ab initio. ¶ Ibidem

Exultatio anime et cordis vinum moderate potatum. Sanitas est anime et corpori sobrius potus. ¶ Ibidem

Vinum multum potatum irritationem:et iram: ⁊ ruinas multas facit. ¶ Ibidem.

Amaritudo anime vinum multum potatum.

¶ Ibidem.

Ebrietatis animositas imprudẽtis offensio: minorans virtutem:⁊ faciens vulnera.

¶ Ecclesiastici.c.xxxj.

In conuiuio vini non arguas proximũ:et nõ despicias eũ in iucunditate illius. Verba ĩproperij nõ dicas illi:⁊ non premas illum in repetendo.

Esaias ¶ Esaias cap.v.

Væh qui consurgitis mane ad ebrietatẽ sectandam et potandũ vsq; ad vesperã:vt vino æstuetis. ¶ Ibidem.

Veh qui potentes estis ad bibendũ vinũ:et viri fortes ad miscendã ebrietatem.

¶ Idem cap.xxviij.

Verũ hi quoq; præ vino nescierunt:⁊ pre ebrietate errauerunt. ¶ Osee cap.iiij. Oseas

Fornicatio ⁊ vinũ ⁊ ebrietas auferunt cor.

Paulus ¶ Paulus ad Ephesios cap.iiij.

Nolite inebriari vino in quo est luxuria.

Aug. ¶ August.ad sacras virgines.

Ebrietas est flagitiorũ oĩum mater: culparũq; materia:radix criminũ:origo vitiorum:turbatio capitis:subuersio sensus:tẽpestas lingue: ꝓcella corporis:naufragiũ castitatis:amissio tꝑis:insania volũtaria:ignominiosus lãguor: turpitudo morũ: dedecus vite:honestatis infamia:anime corruptela. ¶ Ibidem.

Ebrietas in vtroq; sexu cuncta mala appetit:⁊ nephanda ꝓmittit. Et vt ait Apostolus. Regna cœlestia appetentibꝰ denegat.

¶ Augu.ad sacras virgines.

Quisquis ĩmoderatus cõuiuioq; medius amissis modestie frenis insana fuerit ebrietate prostratus:auersus respicit stãtes:quos integros videre nequit:aut sermone longo superflua verba emittit:⁊ vana dicta cõponit. Male clamans et bene sibi sonans. ¶ Ibidem.

Ebriꝰ vultu deiecto supinus accũbit:⁊ sui oĩno nescius spectaculũ se cõuiuio ꝑbet:⁊ dum nihil cõsequatur sanũ. Nullo alio cogẽte ꝑter vinum cordis sui arcana patefacit:⁊ amicorum sibi cõmissa secreta in medium prodit.

¶ Ibidem.

Assumit inter pocula iniusta certamina:⁊ nullis existentibus causis asperã excitat rixã: quia interponendo verba vana aliorũ sana dicta non patitur audire. Sed in contumeliã erigitur conuiuarum:⁊ proximorũ crimina. ¶ Ibidem.

Vinum potatum moderate est medicamentum: plus iusto sumptum venenum esse cognoscitur. Iucunditati non ebrietati creata est vini materia. ¶ Ibidem.

Per violẽtiã plurimi plurimeq; a sancto pioq; proposito excidere:⁊ sui obliti amissis honoribus ignobiles remanserunt:⁊ sedibus paternis profugi viam vt sumpserũt finierunt.

¶ Ibidem.

Innumerabiles iugũ damnationis diu recusantes vinolentia in alienum redegit arbitriũ. Alexander oĩm victor vino victus est:infiniti vero nimio vino ĩpellente iniusta impiaq; homicidia cõmiserunt. ꝙplurime vrbes diu obsessæ nec ꝑ apte custodibꝰ somno vinoq; sepultis ab hostibꝰ patefacte sunt:⁊ incendijs cõcremate. ¶ Ibidẽ.

In ebrijs non ratio vlla:nõ vllum vite gerendæ consilium:nec vlla artium:nec gestorum aut lectionũ memoria:aut industrie prouidentia est.

¶ Ibidem.

Sobrietas in fœminis ad terram deponit aspectum:ebrietas autem amisso pudore inuerecundos erigit vultus. ¶ Ibidẽ.

Sobrietas cum summa trepidatione ⁊ silentio irreprehensibile emittit verbum. Ebrietas vero impuderatum facit fœminæ ⁊ sermonem ⁊ vultum. ¶ Ibidem.

Sobrietas est mentis ⁊ sensus membrorum omnium corporisq; tutela: castitatis pudicitieq; munimentum:pudori proxima:amicitie pacisq; serua:honestatiq; semper coniuncta:criminumq; ⁊ vitiorũ oĩm profuga. ¶ Ibidem.

Sobrietas est recti iudicij tenax memorie recordationisq; inseparabilis sapientia:secretorũ custos:arcani velamen:lectionũ ⁊ doctrine capax: studiorũ ⁊ artiũ bonarum disciplina pariter:et magistra ingeniorũ:⁊ capiẽdarũ pedissequa:bone fame semꝑ auida:salubria atq; vtilia creãs: virtutis singulare auxilium:cuncta cũ ratione disponens:in congregatione honestorũ semper

August. ingerens. ¶ Aug.epistola.cxl.

Valde turpe est:vt quẽ non vincit homo: vincat libido. Et obruatur vino:qui non vincitur ferro.

¶ Aug.in sermone.

Ebrietas est blandus demon:dulce venenũ:suaue peccatũ:quã qui habet seipsũ nõ habet:quã qui facit:peccatum non facit:sed ipse totus est peccatũ. ¶ Idẽ lib.de pœni.

Ebriosus quũ absorbet vinũ:absorbetur a vino: abominatur a deo:despicitur ab angelis:deridetur ab hominibus:destituitur a virtutibus:confunditur a demonibus:conculcatur ab oĩbus.

¶ Ibidem.

Ebriosus confundit naturam:amittit gratiam: perdit gloriam:incurrit damnationem æternã.

¶ Idẽ super Gene.li.v.

Ebrietas decepit quẽ Sodoma nõ decepit. Vritur ille flammis mulierũ:quẽ sulphurea flãma

Hiero. non vrebat. ¶ Hierony.ad Oceanũ.

Noe ad vnius hore ebrietatẽ nudauit fœmoralia sua:quæ ꝑ sexcentos annos contexerat.

¶ Idem ad Titum.

In vino luxuria est:⁊ vbicunq; saturitas ⁊ ebrietas ibi libido dominatur. ¶ Idẽ epl'a.xxxvij.

Ventrẽ distentũ mero ⁊ cibo sequitur voluptas genitaliũ. ¶ Idẽ epl'a.xxxiij.ad Eustochiũ.

Vinum ⁊ adolescentia: duplex incendium voluptatis. Quid oleum flamme adijcimus?

¶ Idẽ epistola.lxxxiij.exponens illud. Non oportet epm esse vinolentum.

Vinolentia scurrarũ est. Venter eniz mero æstuans cito despumat in libidinẽ. In vino enim est luxuria:in luxuria est voluptas:in voluptate impudicitia. Qui enim luxuriatur viuens mortuus est. Qui aũt inebriatur ⁊ mortuus ⁊ sepultus.

¶ Jo.Chryso.sup Matthæũ. Joannes chryso.

Nihil est ita demoni amicum:sicut ebrietas ⁊ lasciuia:que est mater omnium vitiorum. Ante omnia autem vetetur a clericis:que omnium peccatorum radix ac nutrix est.

¶ Isidorus de summo bono lib.j. Isidorus

Gule saturitas nimia:aciem mentis obtundit: ingeniumq; euertere facit.

¶ Bernardus de sex alis Seraphim. Bernar

Ebrietas est parens litiũ ⁊ furoris:mater petulantiæ:deformitatis magistra. Hanc qui habet peccatũ nõ facit:sed ipse peccatũ est. Ebrietas est dæmon blandus:venenum dulce: rabies voluntaria:illecebra voluptatis:⁊ pudoris iniuria quam nullus nouerit christianus.

¶ Boetius lib.de scholastica disciplina. Boetius

Comessationibus ⁊ ebrietatibus species dotata ꝑmutatim cũ predicta tanꝙ causa ad causatum genus gaudet sustineri. Coitum enim facit ebrietas relatiue:necnon ⁊ cætera vitiorũ genera. Vinum autẽ modice sumptũ acuit ingeniũ:⁊ intellectui videtur afferre acumen. Non modice aũt sumptum rationẽ perturbat:intellectũ hebetat:memoriã eneruat:obliuionẽ immitit:errorẽ infundit:ignauiam producit. Vbi est ebrietas ibi dominatur fortuna:vbi fortuna ibi nulla sapientia:sed insipientia peruagatur.

¶ Origenes homelia.xxxvij. Origen.

Sobrietas omnium virtutum mater est. Sic ecõtrario ebrietas omnium vitiorum origo.

¶ Innocentius de misericordia hominis. Innocentius.

Quid turpius ebrioso? Cui fœtor in ore:tremor in corpore:qui promit stulta:prodit occulta:cui mens alienatur:facies transformatur?

¶ Sene.ad Lucil.epl'a.lxxxiiij. Seneca.

Quemadmodũ iniusto dolia ipsa rumpuntur:⁊ omne quod in imo iacet:in summam partem vis caloris eiectat:sic vino exæstuante:quicquid in imo iacet abditum effertur:⁊ prodit in medium. Onerati mero quemadmodum non continent cibum vino redundante:ita secretum quod suũ est:⁊ alienum pariter effundunt.

¶ Ibidem.

Audi quẽadmodum zenon vir maximus colligat virum bonum non futurum ebrium. Ebrio nemo secretum sermonem committat. Vir ergo bonus ebrius non erit; quemadmodum

:opposita interrogatione simul derideatur attē de. Dormienti nemo secretum committit. Viro autem bono committit. Vir ergo bonus nō dormit. ¶Ibidem.
Interim si hoc colligere vis: virum bonum non debere ebriū fieri: cur simile agis dic: q̄ turpe sit plus sibi ingerere q̄ capiat: ⁊ stomachi sui nō nosse mensuram. q̄ multa ebrij faciunt: quibus sobrij erubescunt. Nihil aliud esse ebrietatem q̄ voluntariā insaniam. Extende in plures dies illum ebrij habitum: nunquid de fure dubitabis? Nunc quoq3 non est minor: sed breuior.
¶Ibidem.
Refert Alexandri Macedonij exemplū: q̄ Clitum charissimū3 sibi ac fidelissimū inter epulas transfodit: ⁊ intellecto facinore mori voluit. Cogita q̄s clades ediderit publica ebrietas. Hęc acerrimas gentes, bellicosasq3 hostibus tradidit. Hæc multorū annorum pertinacia bello defensa mœnia patefecit. Hæc contumacissimos ⁊ iugum recusantes in alienum redegit arbitrium. Inuictos enim acie mero domuit.
¶Ibidem.
Alexandrū cuius mō feci mentionē: tot itinera: tot plia: tot hyemes: perq3 victa plia temporu3 locorūq3 difficultates transierat: tot flumina ex ignoto cadentia: tot maria tutū dimiserūt. Intēperantia bibēdi: ⁊ ille herculaneus ac fatalis scyphus submersit. Dic ergo quare sapiens nō debeat ebrius fieri. Deformitatē rerum ⁊ inopportunitatem ostende rebus non verbis: qd̄ facillimum est. ¶Idē ad Lucil. epl'a. lxxxv.
Certe detegit omne vitiū ebrietas: ⁊ incēdit vbi possedit animum nimia vis vini: quicquid male latebat detegit: vel emergit. Non facit ebrietas vitia: sed protrahit. Tunc impudicus morbum profitetur: ac publicat. Tunc petulans non linguam: non manum continet: crescit insolenti superbia: crudelitas sæuo: malignitas liuido: omne vitium crassatur ⁊ prodit.
¶Ibidem.
Adijce illum ignorātiæ sui: dubia ⁊ parū explanata verba: incertos oculos: gradum errantem. Vertiginem capitis: tecta ipsa mobilia: velut aliquo turbine circumagente totam domum: stomachi tormenta: quu3 efferuescit merū: ac viscera ipsa distendit. Tunc tamen vtrunq3 tolerabile est dum illi vis sua est: quod cum somno vitiatur: quæ ebrietas fuit: crudelitas facta est.
¶Ibidem.
Quæ gloria est capere multum: quum enim penes te palma fuerit: ⁊ superstes toti conuiuio fueris: quū omnes viceris virtute magnifica: et nemo vini tam capax fuerit: vinceris a dolio.
Seneca. ¶Seneca ad Lucil. epistola. lxxxv.
Ebrietates continue animos in furorem adducunt: Nam quum sæpe apud se non sunt consuetudine insanię durata vitia: vitio concepta etiā sine valent. Vinolentiam enim vinolentia sequitur. ¶Ibidem.
Certe diruit omne vitiū ebrietas: ⁊ incendit ⁊ detegit: obstantem malis conatibus verecundiam remouet. ¶Idem in prouerbijs.
Absentem lædit: qui litigat cum ebrio.
Laertij diogen. ¶Laer. diog. de vita ⁊ morib⁹ philosophorū.
Anacharsis illud dictum memoratur vitē vuas tris ferre: primam voluptatis: secundā ebrietatis: tertiam mœroris. ¶Ibidem.
Rogatus Anacharsis quo pacto q̄s Abstemius fieret. Si turpes inquit ebriosorum motus sibi ante oculos ponat. ¶Ibidem.
Ab adolescente conuiua Anacharsis passus cōtumeliam: Adolescens inquit. Si modo quum iuuenis es vinum nō fers: quādo senueris aquā feres. ¶Macrobius lib. j. sup Sō. sci.
Macro. Comes ebrietatis obliuio est: opinio: his ortus est memoriæ defectus.
¶Macro. saturnaliū lib. vij.
Nam sicut in precipiti stantem: vel leuis tactus impellit: ita vino vel infusum: vel aspersum: paruus quoq3 dolor incitat in furorem.
¶Ibidem.
Quis enim ambigit eū qui diuerso vino vtitur: in repentinam ruere ebrietatem. Nec dū hoc potus copia postulante. Qui autem fiunt crebro ebrij: cito senescunt. Alij ante tēpus competentis ætatis: vel caluicio: vł canicie insigniunt: quę non nisi inopia caloris eueniunt.
Valeri maxi. ¶Valeri. max. lib. ij. titulo de īstitutis antiq̄s. Vini vsus Romanis fœminis ignotus fuit: ne s. in aliquod dedecus prolaberentur. Quia primus a libero patre intemperantię gradus ad inconcessam venerem esse consueuit. Quæcunq3 enim fœmina vini vsum immoderate appetit: ⁊ virtutibus ianuam claudit: ⁊ delictis apperit.
Lucius apulei⁹. ¶Lucius Apuleius floridorū lib. iij.
Sapientis viri super mensam celebre dictū est. Pria inquit cratera ad sitim ptinet. Secūda ad hylaritatē. Tertia ad voluptatē. Quarta ad insaniā. ¶Arist. lib. v. politicorum.
Aristo. Non de facili pōt inuadi qui est sobrius. Sed qui est ebrius: nec qui est vigil: sed qui est dormiens. ¶Idem. lib. vij. Politi.
Iuuenes maxime ab ebrietate custodire op3.
¶Idē lib. viij. politi.
Ebrietas homines impetuosos facit.
Menan. ¶Menander.
καλὸν τὸ νήφειν ἢ τὸ πολλὰ κραιπαλᾶν. i.
Pulchrum sobrium esse: vel multa crapulari.
¶Ibidē.
ὁ πολὺς ἄκρατος μικρὰ μαγράζει φρονεῖν. i.
Multum merū paucs cogit sapere.
Plautus ¶Plautus in pseudulo.
Magnum hoc vitium inest vino: pedes captat patrum: luctator dolosus est.
Terenti⁹. ¶Terentius in Eunucho.
Sine cerere ⁊ libero friget venus.
Vergi. ¶Vergi. in paruo tractatu de vino ⁊ venere.
Nec veneris nec tu vini capiaris amore:
Vno nanq3 modo vina venusq3 nocent.
Vt venus eneruat vires: sic copia vini
Detenuat gressus: debilitatq3 pedes.
Multos cæcus amor cogit secreta fateri:
Arcanum demens detegit ebrietas.
Bellū sæpe petit ferus exitiale cupido.
Sæpe manus itidē Bacchus ad arma vocat.

Denique quum mentes hominū furiarit vterq3:
Et pudor: ⁊ probitas: ⁊ metus omnis abest.
Compedibus venerem vinclis astringe lyeum:
Nec te muneribus lædat vterq3 suis.
Vina sitim sedant: natis Venus alma creandis.
Sed fines horum transilijsse nocet.
¶Ouidius metamor. li. vij. fa. xxiiij.
Necnon ⁊ carmina vino.
Ingenium faciente canunt.
¶Idem lib. metamorpho. xij. fa. iiij.
Et ebrietas geminata libidine surgit.
¶Ibidem.
Vina dabant animos.
Vinoq3 leuant curasq3 sitimq3. ¶Ibidem.
¶Idem de amoribus lib. j. Elegia. vj.
Nox ⁊ amor vinūq3 nihil moderabile suadent.
Ista pudore vacat: liber amorq3 metu.
¶Idem lib. j. de arte amandi.
Vina parant animos: faciuntq3 caloribus aptos
Cura fugit: multo diluiturq3 mero.
Tunc veniunt risus: tunc pauper cornua sumit.
Tunc dolor ⁊ curæ rugaq3 frontis abit.
Tunc aperit mentes æuo rarissima nostro
Simplicitas: artes excutiente deo.
Proper. ¶Propertius lib. ij. elegia vlti.
Vino forma perit: vino corrumpitur ætas:
Vino sæpe suum: nescit amica virum.
Tibull⁹. ¶Tibullus lib. j. elegia. ij.
Adde meru3: vinoq3 nouos compesce dolores.
Horati⁹. Occupet vt fessi lumina victa sopor.
¶Horatius carminum lib. j. ode. xviij.
Siccis omnia nam dura deus proposuit: neq3
Mordaces aliter diffugiūt sollicitudines.
Quis post vina grauem militiam increpat?
Quis nō te poti⁹, Bacche pr̄: teq3 decēs Venus
At ne quis modici transiliat munera liberi
Centaurea monet cum lapythis, rixa sup̄ mero
Debellata. ¶Horatius car. lib. j. ode. xxvij.
Natis in vsum letitiæ scyphis
Pugnare thraciū est: tollite barbarum
Morem verecundumq3 Bacchum.
Sanguineis prohibite rixis.
¶Idē car. lib. ij. ode. xj.
Dissipat Euhius.
Curas edaces. ¶Ibidē car. lib. iij. ode. xxj.
Narratur ⁊ prisci catonis
Sæpe mero caluisse virtus:
Tu lene tormentum ingenio amoues
Plærunq3 duro: tu sapientium
Curas: ⁊ arcanum iocoso
Consilium retegis lyeo
Tu spem reducis mentibus anxijs
Viresq3: ⁊ addis cornua pauperi
Post te nec iratos trementi
Regum apices: neq3 arma militum.
¶Idem sermonū lib. j. satyra. iiij.
Verax aperit præcordia liber.
¶Idem epistolarum lib. j. epi. v.
Quid non ebrietas designat? operta recludit:
Spes iubet esse ratas: ad prelia trudit inermē.
Sollicitis animis onus eximit: ac docet artes.
Fœcundi calices quē non fecere disertum.
¶Idem epistolarū lib. j. epi. [illegible]

Laudibus arguitur vini vinosus Homerus.
Ennius ipse pater nunq̄ nisi potus ad arma.
Prosilijt dicenda.
Iuuena. ¶Iuuenalis satyra. vj.
Quid enim venus ebria curat?
Inguinis ⁊ capitis quę sint discrimina nescit.
¶Idem satyra. xv.
Adde q̄ ⁊ facilis victoria de madidis: ⁊
Blesis atq3 mero titubantibus.

Ecclesia græca dictio est ἐκκλησία. ἀπὸ τοῦ ἐ. Est autē ecclesia vniuersalis collectio fidelium.
Parali pomenō. ¶Paralipomenō scdi. ca. vj.
Ad hoc facta est domus tua: vt respicias orationem serui tui: ⁊ obsecrationē eius domine deus meus: ⁊ audias pces quas fundit famulus tu⁹ corā te: vt aperias oculos tuos super domum istā diebus ac noctibus: super locum in quo pollicitus es: vt inuocet nomen tuū ⁊ exaudires orationē quā seruus tu⁹ orat in eo. Exaudi preces famuli tui.
Esaias. ¶Esaias. lvj.
Domus mea domus oratiōis vocabitur: vos autem fecistis illam speluncam latronum.
Ioānes ¶Ioannes in euangelio cap. viij.
Nolite facere domum patris mei domum negociationis. ¶Augu. de fide ad Petrum.
August. Ecclesia est quædam forma iusticiæ. i. cōmune ius omnium. In cōmune orat: in cōmune operatur: in cōmune tentatur: sine ecclesiæ catholicæ societate: nec alicui baptismus prodesse potest: nec opera misericordiæ: nisi forte vt minus torqueatur. ¶Augu. super Matthæum.
Adhuc habet ecclesia quod crescat: donec illud impleatur: dominabitur a mari vsq3 ad mare.
¶Idē lib. ij. de ciuitate dei capi. viij.
Quia populi ad ecclesiam confluunt casta celebritate honestaq3 vtriusq3 sexus discretione: vt audiant q̄ bene hic viuere debent. ¶Ibidē.
Nihil eis turpe: aut flagitiosum spectandū imitandūq3 proponatur: vbi dei veri: aut præcepta insinuantur: aut miracula narrant: aut dicta laudantur: aut beneficia postulantur.
Hiero. ¶Hieronymus epl'a. lxxxviij.
Alij edificent ecclesias: vestiant parietes: colūnarū moles aduehāt: earūq3 deaurēt: capita pretioso ornatu ⁊ gēmis deaurata: distinguant altaria. Sed tibi aliud sit propositū scz christū vestire in pauperibus: pascere in esurientibus: visitare in languentibus: suscipere in eis qui tecto indigent: maxime domesticis fidei.
¶Hierony. ad Euandru3 presbyterum.
Non altera romanæ vrbis ecclesia: altera totius orbis existimanda est. Et gallia: ⁊ Britannia: et Persis: ⁊ oriens: ⁊ India: ⁊ omnes barbarę nationes: vnum christum adorant: vnam obseruāt regulam veritatis. Si authoritas queritur: orbis maior est vrbe. Vbicunq3 fuerit episcopus: siue regio: eiusdem meriti est: eiusdem sacerdotij: potentiæ: diuitiarū: ⁊ potestatis. ⁊ paupertatis humilitas: vel sublimiorem vel inferiorem episcopum non facit. Ceterū omnes apostolo[illegible]

Celare cadus de regno celo[illegible]

rum successores sunt.

Grego. ¶ Gregorius super ezechielem: & habetur de pœni. dist. ij. ca. quum sanctam.

Quum sanctam ecclesiam dominus suscipit in gradibus eius dignoscitur: quia eius gloria per illius incrementa declaratur. Quantum enim sancta ecclesia ascendendo proficit: tantum deus hominibus ex eius virtute innotescit.

¶ Idem li. ix. mora. super illud Iob. Qui facit arcturum.

Quid inquit arcturi nomine qui in cœli arce constitutus septem stellarum radijs fulget: nisi vniuersalis ecclesia exprimitur. Arcturus inquit semper versatur: et nunquam mergitur: sic ecclesia persecutiões tolerat: sed sine defectu perdurat.

¶ Idem moralium lib. xxix. super illud Iob. Aut girum arcturi.

Est inquit in arcturo quod consideratius possumus intueri: in septem quidem stellis voluitur: & modo quidem tres ad summa eleuat: atque ad ima quattuor inclinat: modo quattuor superius erigit: & tres inferius premit. Sic sancta ecclesia modo cum infidelibus trinitatis notitiam: modo vero fidelibus quattuor virtutes quasi rotatu prædicationis status sui speciem quodammodo immutat. ¶ Gregorius in registro.

Sicut ecclesia proprias res amittere non debet: ita rapacitatis ardore alienas inuadere non debet. ¶ Idem in epistola ad Iesanum.

Arca cessante diluuio in monte requieuit: quia vitæ huius corruptione cessante: quum malorum operum fructus transierint: in cœlesti patria sancta ecclesia velut in excelso monte requiescit.

¶ Idem in homelia super Ezechielem.

Sancta ecclesia duas vitas habet: vnam qua merces colligitur: aliam in qua iam de receptis muneribus gaudet: atque in vtraque vita offert sacrificium: hic videlicet sacrificium compunctionis: illic sacrificium laudis.

Joannes chrysost. ¶ Joannes chryso. super illud Matthæi. xxij. Congregauerunt bonos & malos.

Ecclesia media est inter cœlum: quod est locus tantum bonorum: & infernum: qui est locus tantum malorum. Ipsa vero ecclesia media est: quia indifferenter bonos & malos colligit: quod figuratum est in arca Noe: vbi animalia mitia simul erant cum animalibus immitibus.

Bernar. ¶ Bernardus in apologetico.

O vanitas vanitatum: sed non vanior quam insanior fulget ecclesia in parietibus: & eget in pauperibus: suos lapides auro induit: & suos filios nudos deserit: de sumptibus egenorum seruitur oculis diuitum. ¶ Idem super cantica.

O humilitas: & sublimitas: et tabernaculum cedar et sanctuarium dei & terrenum habitaculum & cœleste palatium: & domus lutea: et aula regia: et corpus mortis: & templum lucis: et despectio denique superbis: & sponsa Christi.

¶ Idem super cant.

Sponsa id est ecclesia Christi nil sibi gloriosius putat quam Christi portare opprobrium.

¶ Hugo de. xij. abusionibus.

Vndecima abusio est dissolutio in choro. ¶ Ibidem.

Duodecima abusio est irreuerentia circa altare.

Cassio. ¶ Cassiodorus super psal. j.

Nouit ecclesia beneficia domini triumphare de suis cladibus ingrauata. Persecutionibus siquidem proficit. Afflictione semper augetur. Sanguine martyrum irrigatur. Tristitia magis erigitur: angustia dilatatur: fletibus pascitur: ieiunijs reficitur: & inde potius crescit: vnde mundus deficit. ¶ Ibidem.

Ad ecclesiam bona spiritualia peruenerunt: & fidei insuperabile fundamentum: spei certissimum præmium: & suaue vinculum charitatis. Quarum rerum nunc tenet imagines: & in futuro est perenniter possessura virtutes.

¶ Idem super psal. xxx.

Ecclesia enim magis incipit esse huberrima: quum ad finem sæculi erit perducta. Tunc enim passionibus electorum cito implebitur numerus bonorum.

Raban. ¶ Rabanus super Matthæum.

Differentia est inter synagogam & ecclesiam. Synagoga est congregatio: ecclesia vocatio. Possunt autem irrationabilia congregari: vocari autem nequaquam. Et ideo visum est doctoribus nominare ecclesiam.

Tibullus ¶ Tibullus libro. ij.

Discedat ab aris.
Cui tulit hesterna gaudia nocte venus.

Dantes ¶ Dantes florentinus.

Quando iudi se dio me transcoloro
Non ti marauigliar: che dicendo io
Vedra transcolorar tuti costoro.
Quelli chusurpa in terra il loco mio:
Il loco mio: il loco mio che vaca
Nela presentia del figliol de dio.
Facto han del cimitero vna cloaca
Del sangue e della puza: vndel peruerso.
Che cadde de quha su lagiu si placa.

¶ Edacitas græce πολυφαγία. ας. ἡ. & πολυφάγος. ου. ὁ. edax dicitur. Significat autem edacitas ingluuiem quandam: edax manduconem: et voracem significat: et consumptorem. Veteres mandones a mandendo: & manducos et manducones a manducando. Item edones ab edendo: & phagones a phago quod est edo: vt de vtroque apud Plautum legitur. Sane notandum quod manduci effigies inter cæteras ridiculas et formidolosas imagines ire solebat in antiquorum pompa: magnis maxillis: lateque dehiscens: ingentem dentibus sonitum faciens. Plautus. Quid si ad ludos me pro manduco locem? Ab edo præterea fit peredo: quod est vehementer edo: vnde peredia venit ipsa comessatio: sicut bibesia ipsa bibitio. Inde etiam prandium: quasi peredium. Ab edo pariter edulium fit quod græce ἔδεσμα. ατος. τό. et est quicquid ad edendum paratur præter panem. Item edulis quod manducari potest. Horatius. Vinea submittit capreas non semper edulis.

¶ Educatio græce ἀνατροφή. ῆς. ἡ. dicitur. Venitque ab educo quod modo tertiæ: modo primæ est coniugationis: & significat nutrio: proueho. vnde liberorum eductio: vel educatio dicitur. Terenti.

Eduxi a paruulo: habui: amaui pro meo. Nonnunquam educere est extraducere: & extrahere. Vergi. Hoc dicens eduxit corpore telum. Aliquando ponitur pro eligere. Vergili. Aramque sepulchri congerere arboribus: cœloque educere certant.

¶ Effigies grece ἐκμαγεῖον. ου. τό. dicitur. Estque effigies signum ad viuam alterius similitudinem: vel ad veritatis imaginem factum: tam in picturis: quam in sculpturis. Diciturque ab effingo quod est ad alterius formam fingo: & quales volo fingendo repræsento. Quintilianus. Nam mihi videtur Marcus Tullius: quum se totum ad imitationem grecorum contulisset effinxisse vim Demosthenis: copiam Platonis: iucunditatem Isocratis. Hinc etiam effigio: quod est ad effigiem formo.

¶ Egestas græce ἀκτημοσύνη. ης. ἡ. et ἀκτήμων. ονος. ὁ. ἡ. egens et inops dicitur. Est autem proprie egens cui desunt necessaria ad viuendum. Inde venit egeo verbum & indigeo: et egenus id est pauper: et egestas. i. paupertas. Egestas tamen vt quidem volunt: sic differt a paupertate: quod egestas est quando ad vitam necessaria desunt. Paupertas vero quando licet non adsunt opes: tamen necessaria suppetunt. Tibullus. Me mea paupertas vitę traducat inertidum meus exiguo luceat igne focus. De hac materia videre potes multa infra in paupertas.

¶ Elatio græce ἔπαρσις. εως. ἡ. dicitur. Est autem elatio ab effero: quod est proueho & extollo. Quin etiam cadauera dicuntur efferri. Terentius. Interea effertur funus. non quod domo efferrentur: id est extra domum ferrentur: vt aliqui: et falso putant: sed quia pompa humeris clarorum virorum feretro suppositis: quod nunc fieri videmus: ferretur. Hinc est quod antiqui mortuos non modo elatos: sed etiam superbos dicebant. Plautus. Faciam ego hodie te superbum: nisi hinc abis. Efferre nonnunquam est extra ferre. Aliquando erigere: & eleuare. Vergil. Ostendit dextram insurgens entellus: & alte Extulit.

Electio græce αἵρεσις. εως. ἡ. et αἱρετίζω eligo dicitur. Est autem electio appetitus consiliatiuus eorum quorum in nobis est: & operari: & non operari: et ita operari: & non ita operari: & eorum in quibus est: propter quod non tamen vnum: & determinatum: vt in Geometria secundum Aristotelem lib. magnorum moralium.

Electio est consulta affectatio eorum quæ in nobis sunt secundum Aristo. lib. iij. æthicorum.

Electio est quid voluntarium: cuius consultatio antecessit secundum Aristotelem ibidem.

Electio etiam est alicuius personæ idonæ ad dignitatem vel fraternam societatem: seruata forma canonica facta vocatio secundum Ho. Venitque a lego: vnde etiam deligo eiusdem significationis: et delectus: vt delectus militum. Sunt tamen qui velint eligere: & deligere ita differre: quod eligere sit magis idoneum ad rem gerendam secernere. Diligere vero ad nostrum emolumentum: vel illius qui eligitur dignitatem. Vt imperator delegit milites ad rem gerendam idoneos: et colonus delegit taurum procreandæ soboli: vel agriculturæ meliorem. Vnde dicimus agere vel habere delectum. Sunt qui ab eligo elegantem dictum velint: hoc est cultum: ornatum: politum: vnde elegantia: id est cultus & ornatus. Hinc etiam eligibilis de quo infra.

Paulus ¶ Paulus ad timotheum primæ cap. iij.

Si quis episcopatum desiderat bonum opus desiderat. ¶ Idem ad titum capi. j.

Oportet enim episcopum sine crimine esse: sicut dei dispensatorem: non superbum: non iracundum: non vinolentum: non percussorem: non turpis lucri cupidum: sed hospitalem: benignum: sobrium: iustum: sanctum: continentem: amplectentem eum qui secundum doctrinam est: fidelem sermonem: vt potens sit exhortari in doctrina sana.

Augusti. ¶ Augu. super illud Iacobi. ij. Nolite in personarum acceptione habere fidem domini nostri.

Quis ferat si quis diuitem eligat ad sedem honoris ecclesiæ: contempto paupere instructiore et sanctiore?

Hieron. ¶ Hieronymus ex lib. numerorum: & habetur. viij. q. j. Si ergo.

Si ergo tantus ille ac talis Moyses non permittitur iudicio suo de eligendo populi principe: de constituendo successore: quis erit qui audeat: vel ex plæbe quæ sæpe clamoribus: aut gratia: aut precio fortasse excitata moueri solet: vel ex ipsis etiam sacerdotibus quis erit qui idoneum ad hoc se iudicet: nisi hoc si cui oranti & petenti a domino reueletur. Sicut et deus dicit ad Moysen. Assume ad temetipsum Iesum filium Naue hominem qui habet spiritum dei in semetipso et impones manus tuas super eum: & statuas eum coram Eleazaro sacerdote: et præcepta dei dato in conspectu totius synagogæ & præcipe de ipso coram eis: & dabis claritatem tuam super illum: vt audiant eum filij israel.

¶ Hieronymus super Esaiam lib. iij.

Non statim multitudinis acquiescamus iudicio: sed electi in principatu nouerimus miseriam nostram: et humiliemur sub potenti manu dei: quia dominus superbis resistens: humilibus dat gratiam. ¶ Ibidem lib. xij.

Non sum medicus: & in domo mea non est panis: neque vestimentum: nolite me constituere principem. Sicut in ordinationibus malorum princeps est peccatorum: qui tales constituit: sic in ordinatione sanctorum princeps est eorum iustitię: qui bonos eligit.

¶ Idem super epistola ad titum prima: & habetur. viij. q. j. Moyses.

Moyses amicus dei: cui facie ad faciem locutus est deus: potuit vtique successores principatus filios suos facere: et posteris propriam relinquere dignitatem: sed extraneus de alia tribu eligitur Iesus: id est Iosue: vt sciremus principatum in populo non sanguini deferendum esse: sed vitæ. At nunc cernimus plurimos hanc rem beneficio facere: vt non quærant eos in ecclesias columnas erigere: quo plus cognoscant eccle-

siæ prodesse: sed quos vel ipsi amant: vel quorū sunt obsequijs deliniti: vel pro quibus maiorum quispiam rogauerit: et vt deteriora taceam: qui vt clerici fierent muneribus impetrant.

¶Idem contra iouinianum.

Queritur cur non ioānes electus est virgo scilz vt esset caput ecclesiæ: respondetur: ætati delatum est: quia Petrus senior erat: ne adhuc adolescens: et pene puer progressæ ætatis hominibus præferretur. ¶Idem in epistola ad oceanū. Res pene contra naturā est: vt sine peccato aliquis sit: sed talis eligatur: cuius comparatione cæteri grex dicantur.

Leo pa. ¶Leo papa in sermone: et habetur distin. lxj. capi. miramur.

Si in quibuslibet ecclesiæ gradibus prouidenter scienterqz curandū est: vt in domo domini nihil inordinatū sit: nihilqz præposterum: quanto magis elaborandū est: vt electione eius qui supra omnes gradus constituitur: non erretur. Nam totius familiæ domini status et ordo nutabit: si quod requiritur in corpore: non inuenitur in capite. ¶Ibidem.

Sicut enim boni operis sibi comparat fructus: qui tenet in eligendo sacerdote iudiciū: ita graui semetipsum afficit damnatione: qui ad suæ dignitatis collegium sublimat indignum.

¶Ibidem.

Valde iniquum est et absurdum: quod imperiti magistris: noui antiqs: rudes præferant eruditis.

Cassiod. ¶Cassiodorus lib. epistolarum.

Necesse est prudentissimū eligere: qui possit contra subtilissimos disputare: et in conuentu doctorum sic agere: ne susceptam causam tot eruditi possint ingenia superare. Magna res est contra artifices loqui: et apud illos aliquid agere: qui se putant omnia præuidere.

¶Idem lib. iij. epistolarum.

Necessarium probatur esse reipub. personas dignitatibus aptas eligere: vt cui institia cōmittitur malis moribus non grauetur. Alioquin inefficax est ab bene exigere: quod a nō scitur nō habere. Et confidenter quæritur quod inesse sentitur. ¶Origenes super leuitico.

Origenes (continuatio)

Requiritur in ordinādo sacerdote et præsentia populi: vt sciant omnes et certi sint: quia qui ex omni ppō est præstantior: qui doctior: q in omni virtute eminentior: ille eligitur ad sacerdotiū: et hoc astante populo: ne aliqua postmodū retractio cuiq: ne quis scrupulus resideret.

¶Idem super illud numeri. xxvij. Prouideat dominus spiritum omnis carnis.

Discant electorū principes successores sibi non eos q consanguinitate generis iuncti sunt: neqz qui carnis propinquitate sociantur testamento signare: neqz hæreditariū tradere ecclesiæ principatum: sed referre ad iudicium dei: et non eligere illum quem humanus affectus cōmendat: sed totum dei iudicio de successoris electione permittere. ¶Ibidem.

Nulla hæc populi acclamatio: nulla propinquitatis acclamatio: propinquis agrorum et prædiorum relinquatur hæreditas: gubernatio autem populi illi tradatur: quez deus eligit qui scilicet in se habet spiritū dei. i. in quo sit claritas legis et scientiæ: vt possint eum audire filij israel.

¶Elementū grece στοιχεῖον. ου. τὸ. et στοιχειακος. ου. ὁ. elementalis dicitur. Est autez elementū in quo aliquid diuiditur in existens: vt materia: vt syllabæ. a. et b. fm Aristo. lib. vij. metaphysicæ.

Elementa dicta sunt ab alendo.

2. sen. dist. 9. cap. 33. de mirifico elemosyna.



Ex b. tho. secunda secundæ. q. xxxij. arti. ij. et iij. sen. di. xv.

Versus.

Visito: poto: cibo: redimo: tego: colligo: condo:
Consule: castiga: solare: remitte: fer: ora.

Eleemosyna græca dictio est: ἐλεημοσύνη. ης. ἡ. et ἐλεήμων. ονος. ὁ. misericors dicitur. Est autem eleemosyna opus: in quo datur aliquid indigenti ex compassione propter deum fm Theologos. iiij. sen. di. xv. et. b. Tho. ij da secunde. q. xxxij. ar. j. Diciturqz ab ἔλεος. ἐέους. τὸ. quod est misericordia. ¶Thobias capi. iiij. Ex substantia tua fac eleemosynam: et noli auertere faciem tuam ab vllo paupere. Ita enim fiet vt nec a te auertatur facies domini. Quomodo potueris ita esto misericors. ¶Ibidem. Si multum tibi fuerit abundanter tribue.

Thobias

Si exiguum tibi fuerit: etiam exiguum libenter impartiri stude. Præmiū enim bonum tibi thesaurizas in die necessitatis: quoniam eleemosyna ab omni peccato et a morte liberat: et non patietur aiam ire in tenebras. Fiducia magna erit coram summo deo eleemosyna omnibus facientibus eam. ¶Idem capi. xij.

Bona est oratio cum ieiunio et elemosyna: magis q̄ thesauros auri recondere: qm eleemosyna a morte liberat: et ipsa est que purgat peccatum et facit inuenire vitam æternam.

¶Idem capi. xiij.

Qui tollit ab amico suo misericordiam: timorez dñi derelinquit. ¶Dauid psalmo. xl.

Dauid.

Beatus qui intelligit super egenum et pauperem: in die mala liberabit eum dominus.

¶Prouerbiorum capi. iij.

Honora dominū de tua substantia: et de primitijs omniū frugū tuarum da pauperibus: et implebuntur horrea tua saturitate: et vino torcularia redundabunt. ¶Prouerbiorū capi. xij.

Prouer.

Qui negligit damnum propter amicum: iniustus est. ¶Idem capi. xiiij.

Qui despicit proximū suum peccat: qui autē miseretur pauperi beatus erit. ¶Ibidem.

Qui calūniatur egentem exprobrat factori eius: honorat autem eum qui miseretur pauperis.

¶Idem capi. xix.

Fœneratur dño qui miseretur pauperis: et vicissitudinem suam reddet ei. ¶Idē ca. xxj.

Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis: et ipse clamabit et non exaudietur.

¶Idem capi. xxij.

Qui pronus est ad misericordiam benedicetur: de panibus enim suis dedit pauperi.

¶Idem cap. xxviij.

q̄ reliquit domos aut agros optimos: sed debet q̄ templū accipit. q̄ si rex p̄mpserit seruel hāc et tuens q̄ deo sic obsequia q̄ sunt dei cōsilia grādes et ypocrisis deo sēpiternā et vi. tes. sunt labia q̄. i. b. mysti. loq̄.

lex vetus vi. lege nouā abrogatur bis.
Vi. titlz istū q̄ p̄. fn exitu isra. bis.
3. sen. dis. 37. 1. 2. 98. i. lex vet. fuit data
dist. 38. alex. in. 2. enoua. 49.
2. habeo.
3. data angelos.
4. Huic dari solipto indeos.
5. nō cēg hoīes obligabat
ad cōfud cap.
ibiz g. exhoni. g. ē. ce. lxier. nulli
gētiū p angelos rebus in dē. iz
gsit. p gētē nō obstabat lege
6. gucūcuer data tpre moisi.
12. 99. i. lege veteri gtinebat
multa pcepta.
2. igtinc. pcepta moralia.
3. Cerimonia.
4. Et iudicialia.
5. nō ē ad dicta.
6. Huic inducēr ad obsq. pcepto
tpale p missiōes ꝯdonationēs.
parad. (pncēs ve. tes. cōmedant
12. 100. i. cōia pcepta mouēt pncm adlegē nē.
2. si de ostib. adibi xtianz.
3. cia reducūt ad io. pcepta decalogi.
vide supra decalogi. ibi.
ii. guc dist. 12. nō iustificabat.
12. 101. i. nō pcepit cerimō gsistit in
ptinēt ad culturā dī.
2. si fuit alia.
3. dimisit cerimonia.
4. cerimonie vete. legis iui. sūt sctā.
sacrā: sacrū: 6 obseruantias.
12. 102. i. nec cerimoniā hūt cāg.
2. 6 figure et vmbraz.
3. nō cerimoniaz. lang.
4. cap. 8 ad sacra ptinēt
5. sacrū.
6 obseruantiaz. cerimonialiuz.
12. 104. i. nō nec. iudicialiū gsistit in hac ti
dimissa ad q̄ ptinēt.
2. figura. 2ds.
3. nō tenet ppetuo obli
4. distingue.
12. 106. lex vet. quē circa pncipes loquitur
2. Quia ad pplm quē vd.
3. Quia pncipes
4. Quia ad pstās domesticos.
12. 107. i. cerimonie lege nō fuerūt catholicis
2. nō habēt. Vnde ē iustificandi ex lege
3. cessauerūt. in ē aduentu.
4. legalia post passionē nō pnt sine pcō
mortali obseruari.
4. sen. di. 1. sacra de. lege.

Qui dat pauperi nō indigebit. Qui despicit deprecantem sustinebit pœnuriam.

¶ Ecclesiastici capi.iij.

Ignem ardentem extinguit aqua: ꝛ eleemosyna resistit peccato: ꝛ deus prospector est eius: qui reddit gratiam. ¶ Idem cap.iiij.

Filij eleemosynā pauperis ne defraudes: ꝛ oculos tuos ne transuertas a paupere. ¶ Idem capitulo.iiij.

Animam esurientē ne despexeris: ꝛ non exasperes pauperem inopia tua. ¶ Idem capitulo.vij.

Exorare ꝛ facere eleemosynam ne despicias: ne dicas, in multitudine munerum meorum respiciet deus: ꝛ offerente me deo altissimo munera mea suscipiet. ¶ Ibidem.

Pauperi porrige manum tuam: vt perficiatur propitiatio et benedictio tua: gradiatur in conspectu omnis viuentis: et mortuo non prohibeas gratiam. ¶ Idem capi.xiiij.

Ante mortem benefac amico tuo: ꝛ secundū vires tuas exporrigens da pauperi. ¶ Idem capi.xxix.

Qui facit misericordiā fœneratur proximo suo et qui preualet manu: mandata seruat.

¶ Idem capi.xxxv.

Qui facit misericordiam offert sacrificium.

Daniel. ¶ Daniel capi.iiij.

Peccata tua eleemosynis redime: ꝛ iniquitates tuas misericordijs pauperum: forsitan ignoscet deus delictis tuis. ¶ Esaias cap.lviij.

Esaias. Si videris nudum cooperi eum: et carnem tuam ne despexeris. ¶ Mattheus cap.j.

Matth. Gratis accepistis: gratis date. ¶ Idem capi.v.

Thesaurizate vobis thesauros in cœlo. ¶ Idem capitulo.vj.

Quum facis eleemosynam noli tuba canere. ¶ Idem capi.xix.

Si vis perfectus esse vade et vende omnia quæ habes: ꝛ da pauperibus: et habebis thesaurum in cœlo: ꝛ veni sequere me. ¶ Idem capi.xxv.

Venite bñdicti patris mei possidete paratū vobis regnum ab origine mundi: esuriui enim: et dedistis mihi manducare. ¶ Lucas ca.xj.

Lucas. Date eleemosynam: ꝛ omnia munda sunt vobis. ¶ Idem capi.xij.

Vendite que possidetis: ꝛ date eleemosynā: facite vobis sacculos qui non veterascunt: thesaurum non deficientem in cœlis: quo fur non appropiat: neqꝫ tinea corrumpit. Ubi enim thesaurus vester est ibi ꝛ cor vestrum erit.

¶ Idem capi.xiiij.

Quum facis prandium: aut cœnam: noli vocare amicos tuos: neqꝫ fratres tuos: neqꝫ cognatos: neqꝫ vicinos: neqꝫ diuites: ne forte ꝛ ipsi te reinuitent: ꝛ fiat tibi retributio: sed quum facis conuiuium voca pauperes: debiles: claudos: et cecos: ꝛ beatus eris: quia non habent retribuere tibi. Retribuetur enim tibi in resurrectione iustorum. ¶ Idem capi.xvj.

Facite amicos de mamona iniquitatis: vt quum defeceritis recipiāt vos in æterna tabernacula.

¶ Ibidem.

Qui obturat aurem suam: ad clamorem pauperis ꝛ ipse clamabit ꝛ non exaudietur.

¶ Joannes capi.iij. *Joannes*

Non diligamus verbo neqꝫ lingua: sed opere: et veritate. ¶ Ibidem.

Qui habuerit substantiam huius mundi: ꝛ viderit fratrem suum necessitatem habere: ꝛ clauserit viscera sua ab eo: quomodo charitas dei manet in illo? ¶ Ibidem.

Debemus enim animas pro fratribus ponere.

¶ Idem capi.xiij.

Hoc mandatum do vobis: vt diligatis inuicem.

¶ Paulus.j.ad corinthios cap.xiij. *Paulus.*

Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas: charitatē autem non habeam: nihil mihi prodest. ¶ Augu.super psal.ciij. *Augusti.*

Valde male dirigit: is qui bene audit: et male operatur: si potes dare da: si non potes: affabilē te fac: coronat deus intus bonitatem: vbi non inuenit facultatem: nemo dicat non habeo: charitas non de sacculo erogatur.

¶ Idem de verbis dñi sermone.xxv.

Dicit tibi Christus: da mihi ex eo quod dedi tibi: de meo quero: da ꝛ redde: habuisti me largitorem: fac me debitorem: habeam te fœneratorem: tēporalia mihi das: æterna tibi restituam: teipsum tibi reddam: quādo te mihi reddidero.

¶ Idem de verbis domini sermo.xxx.

Si vis facere eleemosynam a te incipe: quomodo enim misericors est alteri: qui crudelis est sibi? Unde scriptū est: Miserere animæ tue: mendicat ante te anima tua. Redi ad conscientiam tuam quicūqꝫ male viuis: ꝛ ibi inuenies animā tuam. Mendicantem inuenis: pauperem inuenis: erumnosum.

¶ Augustinus de verbis domini.

De iustis laboribꝰ facite eleemosynas: non enim corrupturi estis iudicem Christum: vt non vos audiat: cum pauperibus quibus tollitis. Nolite velle eleemosynas facere de fœnore et vsuris: fidelibus dico quibus corpus Christi erogamus. ¶ Idem.

Vtantur diuites cōsuetudine infirmitatis sue: sed doleant aliter se non posse. Melius enim facerent si aliter possent. Si ergo non extollitur pauper de mēdicitate: tu quare extolleris de infirmitate. Utere cibis electis et preciosis sicut consueuisti: qui aliter non potes: quia si consuetudinem mutas: egrotas: conceditur tibi: vtere necessarijs: da pauperibus superflua: vtere preciosis: da pauperibus vilia.

¶ Idem de sermone domini.

Beati illi qui subueniunt miseris: quoniam eis rependitur: vt per misericordem dominū de miseria liberētur. Nam idipsum videtur iustum: vt qui a potētiore iuuari vult adiuuet inferiorē in quo est ipse potentior.

¶ Idem in sermone de eleemosyna.

Talis debet esse mīa quæ suscipiatur: non quæ repellatur: quæ peccata purget: non quæ animam grauet: de bono: de iusto labore: de ꝓpria

facultate: nō de pauperis egestate.

¶ Idē in sermone de diuite.

Eleemosyna mūdat peccata: ꝛ ipsa interpellat pro nobis ad dominum: quia quicquid pauperibus dederimus: ipsum integre possidebimus.

¶ Idem de vera innocentia.

Multa nos in facultatibus superflua habere ꝓbabimur: si necessaria sola teneamus: nam vana querentibus nihil sufficit: ꝛ alienorum quodam modo retentor est: qui quod dandum est pauperibus inutiliter retinet.

¶ Idem in sermone de verbis domini: ꝛ habetur.di.xlv.ca.Due.

Due sunt eleemosyne: vna cordis: alia pecuniæ: eleemosyna cordis est dimittere ei a quo lesus es. Nā dare aliquid indigenti: aliquando queris ꝛ non habes: indulgere peccanti: quantū volueris redundat tibi. Eleemosyna cordis multo maior est: quam eleemosyna corporis: charitatis eleemosyna sine substātia terrena sufficit. illa vero quæ corporaliter datur: si sine benigno corde tribuitur oīno nō sufficit. ¶ Augu.in Enchyridio: ꝛ habetur de pœni.di.iij.cap.Qui vult. *August.*

Qui vult ordinate dare eleemosynam: a seipso debet incipere: ꝛ eā sibi primo dare: est enī eleemosyna opus misericordie verissime: de qua dictum est Miserere anime tue placens deo: propter hoc renascimur: vt deo placeamus.

¶ Idē in Enchyridio.

Multa sunt genera eleemosynarū: que quū facimus adiuuamur: vt nobis dimittant peccata: sed ea nihil est maius: quam quū ex corde dimittimꝰ peccata. ¶ Idē in tractatu de misericordia dei.

Eleemosyna est secūdus baptismus. Quis enim est sine peccato? Nā sicut aqua extinguit ignem: ita eleemosyna extinguit peccatum. In horreis nostris habemus fiduciā: quas flāmas nostras vnus panis extinguat? ꝛ ante fores gehennæ stat misericordia: ꝛ non permittit aliquē in carcerem mitti. ¶ Ibidē.

Perfecta misericordia est: vt ante occurrat esurientibus: quam roget aliquando mendicus. Nō enim perfecta pietas est: que precibus extorquetur.

¶ Hieronymus super Malachiam.

Si quā fames: ꝛ pœnuria: ꝛ rerum oīm egestas: opprimit mundū: sciamus hoc ex ira dei descendere qui in pauperibus: si non suscipiāt eleemosynā: fraudari legitur: ꝛ sua possessione priuari.

¶ Idē in epistola ad Nepotianū.

Sunt qui pauperibus tribuūt parū: vt amplius accipiāt: ꝛ sub pretextu eleemosyne querūt diuitias: quæ magis venatio appellanda est: quam eleemosyna: sic bestie: sic aues capiunt: ꝛ pisces. Modica enim in hamo esca ponitur: vt pleni in eo sacculi ꝓtrahant. Melius est autem nō habere quod tribuā: quam impudēter petere quod recōciliādo dat. ¶ Ibidē.

Non memini me legisse mala morte mortuum: qui libenter opera charitatis exercuit: habet enim multos intercessores: ꝛ impossibile est multorum preces non exaudiri.

¶ Idem super illud Ecclesiastici.xij. Da misericordi: ꝛ ne suscipias peccatorem.

Qui indigenti eleemosynam tribuit: nec pro delicto spernit: misericordiā vere facit. Natura enim respicienda est: non persona. Qui enim dat indigenti peccatori: non quia peccator est: sed quia homo est: non peccatorem: sed iustum nutrit.

¶ Hiero.ad Demetriaden virginē. *Hiero.*

Mensulam tuā pauperes ꝛ peregrini nouerint: tu cum illis Christū conuiuā noueris.

¶ Idem ad Nepotianū.

Legi relegi plegi: nunquam vidi hominem pium mala morte perire. ¶ Idem: ꝛ habetur.xij.q.ij. Gloria episcopi. ꝓ. Amico.

Amico rapere quippiam: furtum est. Ecclesiam fraudare sacrilegiū est. Accepisse pauperibus erogandū: ꝛ esurientibus plurimis illud reseruare: vel cautū vel timidum est: aut quod apertissimi sceleris exinde aliquid subtrahere omnium predonē crudelitatē superat.

¶ Ambro.de officijs: ꝛ habetur distin.lxxxvj.Pasce. *Ambro.*

Pasce fame morientem: quisquis enim pascendo hominē seruare poteris: si non paueris fame occidisti. ¶ Idē libro de officijs.

Beatus plane de cuius domo nunquam vacuo sinu pauper exiuit. Neqꝫ enim quisquam magis beatus: quam qui intelligit super pauperis necessitatem: et infirmi atqꝫ inopis erumnam.

¶ Idem super Lucam: ꝛ habetur distin.lxxxvj.In singulis.

Non publicanus: non miles excipitur: nō agricola: vel vrbanus: diues: ꝛ pauper oēs in commune admonentur: vt conferāt non habenti. Misericordia enim plenitudo virtutū est: ꝛ ideo oībus ꝓposita perfecte fama virtutis: ne vestimētis alimētisqꝫ suis parcant: misericordiæ tamen ipsius ꝓ possibilitate conditionis humane mensura seruetur: vt non sibi vnusquisqꝫ totum eripiat. Sed quod habet cum paupere partiatur. *Greg.*

¶ Gregorius moralium lib.xij.

Eleemosyna superbi diuitis: cum redimere nō valet: quā perpetrata simul rapina pauperis ante dei oculos ascendere nō permittit.

¶ Idem lib.xix.mora.

Qui indigenti proximo exteriorem substantiam prebet: sed vitam suā a nequitia non custodit: rē suam deo tribuit: ꝛ se peccato. Hoc quod minus est obtulit authori: ꝛ hoc quod maius est seruauit iniquitati.

¶ Idem Siagrio episcopo: ꝛ habetur.j. q.j.cap.Non est putanda.

Non est putanda eleemosyna: si pauperibus dispensetur: quod ex illicitis rebus acquiritur: quia qui hac intentione mala accipit: vt bene dispenset: grauatur etiam potius quam iuuetur.

¶ Idē in registro.

Quicquid tribuitur pauperi: si subtili consideratione pensetur: nō est donum sed mutuum: quia quod datur multiplicato sine dubio fructu recipitur. ¶ Gregorius in pastorali.

Tot pœnæ quotidie diuites perimunt: quot morientium pauperum apud se subsidia abscondunt: nam quum quelibet necessaria indigentibus ministramus sua illis reddimus: non nostra largimur.

Joannes chryso.

¶Io. Chrysostomus super Matthēū sermone .ix. & hr̄ de pœ. di. j. c. Medicamētū.
Medicamētū fortius qđ maxime operat̄ in pœnitentia: hoc est: sicut in p̄ceptis medicinæ medicamentū quidem multas herbas accipit: vnā autem dominatissimam: sic & in pœnitentia dominatior ista hærba: & potentior est: & vniuersū ipsa efficit. Audi enim quid dicit scriptura diuina: date eleemosynā: & omnia mūda sunt vobis.

¶Idē sup Matthēū sermone .ix.
Eleemosyna amica dei consistit: & semp ei propinqua est. Pro quibuscūq; voluerit facile munus gratię impetrat: vincula peccatorū ipsa dissoluit: fugat tenebras: extinguit ignem: huic cū multa fiducia portæ cœli aperiunt̄.

Leo.

¶Leo papa super illud. Date inquit: & dabitur vobis.
Da quod accipias: sere quod metas: sparge qđ colligas: Quis non habeas nisi quod acceperis: non potes tamen non habere quod dederis. Infidelis autem & iniquus est: etiam si quid qđ æstimas diligendum non vult habere perpetuum.

Petrus reuēnas

¶Petrus rauennas in quodā sermone.
Manus pauperis est gazophilacium Christi: & quicquid pauper accipit Christus acceptat. Da ergo pauperi terram: vt accipias regnū: da micam: vt accipias totū: da pauperi: vt detur tibi: quia quicquid pauperi dederis tu habebis; qđ pauperi non dederis: habebit alter.

Plato.

¶Plato in Thimęo.
Bonos viros decet esse communes.

Martia.

¶Martialis lib. v.
Callidus effracta nummos fur auferet arca.
Prosternet patrios impia flamma lares.
Debitor vsuram pariter sortemq; negabit.
Non reddet sterilis semina iacta seges.
Dispensatorem fallax spoliabit amica.
Mercibus extructas obruet vnda rates.
Extra fortunā est: quicquid donatur amicis.
Quas dederis solas semper habebis opes.

¶De hac materia habes supra in amor proximi: & Charitas.

¶Elenchus greca dictio est ἔλεγχος. ου. ὁ. & ἐλέγχω arguo dicitur. Est autem elenchus sillogismus ad contradicendum. i. ad redarguendū falsam propositionem secundū beatū Tho. super lib. iiij. Metaphysicę lec. vj. fi.

¶Eligibilis grece αἱρετός. ου. ὁ. & αἱρέομαι eligo dr̄. Est autē eligibile qđ in deliberando ceteris pretulimus scdm Aristotelē li. iij. æthicorū.

Loquētia gre. λογιότης. ητος. ἡ. & λόγιος. ου. ὁ. eloquens dicit̄ a loquor q; descendūt. Est aūt loqui verba proferre: Differt q; a dicendo: quoniam dicere est eleganter & facunde loqui. Quintilian⁹. Nā mihi ne dicere quidē videt̄: nisi q̄ disposite: ornate: & copiose dicit. Loquor aūt a loco descendit. Is enim qui loquit̄ suo loco quodq; verbū sciens ponit. Nā qui primo incipit fari: & vocabula: & reliqua verba dicit: anteq̄ suo loco ea ponere possit. Talemq; Chrysippus affirmat non loqui: sed vt loqui. Quapropter vt hominis imago non est homo: sic in coruis: cornicibus: pueris primitus fari incipientibus: verba non esse verba: proloqui non dicantur. Aloquor quod est dico quod est propriū oratoris fit eloquēs: qui dicendi ratione prouectus est: & eloquentia dictio ex omni parte perfecta: & eloquenter aduerbium: hoc est facunde. Et eloquiū quod mō sermonem: modo eloquentiam significat.

Iuuena.

¶Iuuenalis.
Eloquiū & famam Demosthenis & Cicerōis incipit optare.

Claudianus.

¶Claudianus.
Eloquio dulces quondam solatus amicos.

Hiero.

¶Hiero. in epistola ad Paulinum presbyterum: & in prologo bibliæ.
Ad Titum liuiū lacteo eloquentiæ fonte manātem de vltimis hispanię galliarumq; finibus quosdā venisse nobiles legimus: & quos ad contemplationē sui Roma non traxerat: vnius hominis fama pduxit.

Grego.

Grego. lib. vj. mor.
Ille bene loquendi facundiam percipit qui sinū cordis per recte viuendi studia extendit: nec loquentem conscientia præpedit: quum vita linguam antecedit.

Isidor⁹.

¶Isidorus lib. de summo bono.
Sæpe reperitur simplicitas veridica: & falsitas cōposita: que hominē suis erroribus illicit: & p linguæ ornamenta laqueos dulces aspergit.

¶Idem lib. iij. de summo bono.
Antiqui forensem eloquentiā caninam linguā nuncupabant: eo q̄ causidici in certaminibus causarū omissis quæ aguntveluti alterutrū sese lacerant: iurgiaq; causarū ad iniurias suas cōmutant.

Cassio.

¶Cassiodorus super ps. lxxiij.
Eloquens est ille qui scit parua submisse: media tēperate: magna granditer dicere: qui scit inuenire præclare: enunciare magnifice: disponere aperte: & fucare varijs.

Lactan.

¶Lactantius fir. li. vj. diuina. institu.
Nā carmem cōpositū & oratio cū suauitate decipiens capit mentes: & quo voluerit impellit. Inde hoīes litterati: quum ad religionē dei accesserint: ab aliquo imperito doctore fundati min⁹ credunt. Assueti enim dulcibus & politis: siue orationibus: siue carminibus: diuinarū litterarū simplicē cōmunemq; sermonē p sordido aspernantur. Id enī querūt quod sensum demulceat. Persuadet autē quicquid suaue est: & animo penitus dum delectat insidet. Num igitur deus: et mentis: & vocis: & lingue artifex diserte loqui nō potest? immo vero summa prouidentia carere fuco voluit ea: que diuina sunt vt omnes intelligerent quæ ipse omnibus loquebatur.

Seneca

¶Seneca epistola .xxxij.
Nihil ordinatum est quod precipitat: & pperat. Neque stillare illū volo q̄ currere: nec extēdat aures: nec obruat. Illa quoq; inopia & exilitas: minus intentum auditorem habet: tedio interrupte tarditatis: facilius tn̄ insidet quod expectatur: q̄ quod preteruolat: tandem discipulis: homines præcepta dicunt: non traditur quod fugit. Remedia nō prosunt nisi vbi immorentur.

¶Ibidem.
Quis medicus egrotos in transitu curat? nec vllam quidem voluptatem habet talis verborum ruentiū strepitus quēadmodū procliue currentiū: nō vbi visū est gradus sistit̄: sz incitato corporis pondere serpit: ac longius q̄ voluit effertur. Sic ista dicendi celeritas in sua potestate est: nec satis decora philosophię quæ ponere debet verba: non proijcere: & pedetentim procedere: perennis vnda sit: non torrens. Circūspiciat se sermo noster & æstimet: & præbeat æstimādū: proferatur malo q̄ profluat.

¶Idem declamationū lib. x. in procemio.
Magna dr̄ esse eloquētia q̄ in initijs placeat.

¶Idem de consolatione ad Paulinum.
Potest quidē eloquentia q̄ parua sunt approbare p magnis. Rursū magna attenuare & ad minima deducere.

Aristo.

¶Aristo. lib. j. rhætorices.
Rhetorica docet vera & iusta psuadere: & cōtraria horū fugere.

Plato.

¶Plato lib. de rep.
Ornamentum maximū reip. eloquētia philosophorū.

Cicero.

¶Cicero in plogo rhetoricorū veterū.
Me quidē diu cogitantē ratio ipsa in hanc potissimam sentētiā ducit: vt existimā sapientiam sine eloquētia parū prodesse ciuitatib⁹: eloquētiā vo sine sapientia nimiū obesse plerūq;: prodesse nunq̄. Quare si quis omissis rectissimis atq; honestissimis studijs rationis & officij consumit oēm operā in exercitatione dicēdi: is inutilis sibi: perniciosus ciuis patrię alitur. Qui vo ita se armat eloquentia: vt nō oppugnare cōmoda patriæ: verū propugnare possit is mihi vir et suis & publicis rationibus vtilissimus atq; amicissimus ciuis fore videtur. Ac si volumus hui⁹ rei quæ vocatur eloquentia: siue artis: siue studij: siue exercitationis cuiusdā: siue facultatis a natura profecte cōsiderare principiū: reperiemus id ex honestissimis causis natū atq; optimis rationibus perfectum.

¶Cicero in procemio rhetoricorū nouorū.
Non enim parum fructus habet copia dicendi: & cōmoditas orationis: si recta intelligētia & diffinita animi moderatione gubernetur.

¶Idem lib. ij. de natura deorum.
Iam vo domina rerū: vt vos soletis dicere: eloquēdi vis q̄ est preclara: q̄q; diuina? que primū efficit: vt ea que ignoramus dicere: eloquendi vis que est docere possim⁹: deinde hac coarctamur: hac persuademus: hac consolamur afflictos: deducimus perterritos a timore: hac gestientes cōprimim⁹: hac cupiditates iracundiasq; restringimus: hæc nos iuris: legū: vrbium societate deuinxit: hæc a vita immani & fera segregauit.

¶Idē lib. ij. de finibus bonorū & malorum.
Omnē vim loquendi Aristoteles in duas tributā esse partes dicere: rhetoricā palmæ: dialeticā pugno similē esse dicebat: q̄ latius loquerentur rhetores: dyaletici aūt cōpressius.

¶Idem in oratione pro Archia.
Hæc studia adolescētiam agunt: senectutē oblectāt: secundas res ornant: aduersis solatiū & refugiū p̄stant. Domi delectāt: foris nō impediūt: pnoctant nobiscū: peregrinantur & rusticantur.

Aulus gellius

¶Aulus gellius lib. xviij. dicebat Publius.
Comes facundus in via est pro vehiculo.

Valeri⁹ maxim⁹.

¶Valerius maxi. lib. viij.
Potentiā eloquētiæ plurimum valere animaduertimus.

Ouidi⁹.

¶Ouidius meta. lib. xiij.
Et quid facundia possit.
Tūc patuit: fortisq; viri tulit arma disertus.

¶Ouidius de ponto lib. iij. elegia. iiij.
Non opus est magnis placido lectore poetis.
Quemlibet inuitū difficilēq; tenent.

¶Idem tristium lib. iij. Elegia vltima.
Vtq; viret semper laurus: nec frōte caduca:
Carpitur: eternū sic habet illa decus.

Iuuena.

¶Iuuenalis satyra .x.
Nocitura toga: nocitura petuntur
Militia: & torrens dicendi copia multis:
Et sua mortifera est facūdia.

¶Ibidē.
Eloquiū aut famā demosthenis: aut Ciceronis
Incipit optare: & totis quinquatribus optat
Quisquis adhuc vno partē colit asse mineruam
Quē sequitur custos angustæ vernacula capsę.
Eloquio sed vterq; perit orator: vtrūq;.
Largus & exundās leto dedit ingenij fons.
Ingenio manus & ceruix cęsa: nec vnq̄
Saguine causidici maduerūt rostra pusilli.

¶De hac materia habes supra vbi cōcio.

¶Emancipatio est relaxatio patrię potestatis corā iudice cōpetente: voluntate patris & volūtate filij cōcurrente. Dicta ex eo q̄ extra manū i. potestatem patris ponitur filius. Sane sciendo: q̄ Manceps is est qui aliqđ a populo emit: conducitve: q̄ manu sublata significat se authorē emptiōis esse. Qui idem præs dr̄: q̄ tā debet præstare populo quod promisit: q̄ is qui pro eo præs factus est. Et emptio mancupi: que solennitate quadā fiebat abhibitis nō minus quinq; testibus romanis ciuibus puberibus & alio eiusmodi cōditionis: q̄ librā æneā teneret. Emptor ita dicebat. Hoc ego ex iure Quiritū meum esse aio: hoc qđ emptū est: hoc ere æneaq; libra: dein de librā ere percutiebat: idq; es dabat ei: a quo rē emptā accipiebat: & hæc mācipatio vocabat̄. Hinc seruus: equus: ouis: bos: aliaq; hmōi mancipia dicunt̄: q̄ manu capiātur: siue mācupi emptione acq̄rant̄: & mācipare quasi manu capere: a quo emancipare hoc est manumittere & liberare. Emancipati aūt duobus modis intelligunt̄: aut hi qui ex patris iure exeūt: aut qui aliorum fiunt domini. Qui emancipat emancipator dr̄. Aliquando tamen ecōtrario emācipatus p dedito: & veluti in mancipiū ascripto. Cicero. Ita senectus nimis honesta est: si seipsam defendit: si ius suū retinet: si nemini emancipata est: si vsq; ad vltimum spiritum dominatur in suos.

¶Emendatio grece ἐπανόρθωσις. ιος. ἡ. dicitur. Venitq; a menda: quod errorem significat: vnde mendosum librum plenum erroribus dicimus. Erit itaq; emendatio a mēdis: hoc est erroribus emūdatio. De hac materia vide supra ī correctio

¶Eminentia græce ἐξοχή. ῆς. ἡ. & ἔξοχος. ου. ὁ. ἡ. eminens dicitur. Descenditq; ab emineo: qđ est supersto: quasi extra alios hoc est præ alijs ma-

neo. Hinc aduerbium eminenter: hoc est alte: et præmineo præsum: ante sto: q̄si ante alios emineo: a quo præeminentia dicitur.

¶ Embryo græca dictio est ἔμβρυον. ου. τό. apud latinos masculini generis: est quod in vtero matris viuit: anteq̄ lineamēta suæ speci accipiat: τ cōponit ex ἐν quod est intus: τ βρύω germino.

¶ Emptio græce ἀγορασία. ιας. ἡ. et ἀγοράζω emo dicitur. Unde emptitius adiectiuū. Emptitiæ res dicuntur: quæ emptæ sunt: τ emptitius miles mercenarius.

¶ Enchiridion græca dictio est ἐγχειρίδιον significatq; aliquādo gladiolum. Interdū libellū qui haberi frequēter in manibus debeat: vtpote vtilis: τ componitur ex ἐν præpositione τ χειρίδιον quod est diminutiuum a manu deductū q̄ χείρ. ρός. ἡ. dicitur.

¶ Enthymema græca dictio est ἐνθύμημα. ατος. τό. τ ἐνθύμιον. ου. τό. caute excogitatum dicitur. Est autem enthymema sillogismus ex icotibus τ signis ſm Aristo. lib. j. priorum.

Enthymema est sillogis. ex probabilibus τ signis ſm Aristo. lib. j. rhætoricorū.

Enthymema est sillogismus detrūcatus, p̄cedēs ex præcognito ſm. b. Tho. super li. posteriorum. col. ij. Sicut enim sillogismus est oratio in qua quibusdā positis τ cōcessis: per ea necesse est aliud euenire. Si vero fuerit imperfectus: hoc est ex duobus assumptis: alterū desit Enthymema dicitur. Ut oīs homo est aīal: ergo homo est substātia. Ideo Iuuenalis dixit. Aut curtum sermone rotato torqueat enthymema.

¶ Epicia græca dictio est ἐπιείκεια. ας. ἡ. Et est bōa animositas: τ est idē qd̄ securitas. Ideo est pars potentialis fortitudinis ſm bea. Tho. secūda secūdæ. q. cxxviij. arti. j.

¶ Episcopatus nomen est operis: non honoris ſm bea. Tho. secunda secundæ. q. clxxxv. arti. j.

¶ Episcopus cōponitur ex ἐπὶ quod significat in: τ σκοπιά. ας. i. specula τ σκοπός. οῦ. ὁ. quod est speculator. Itaq; potest inspectator interpretari. Inde ep̄atus quæ est ipsa dignitas. Et episcopiū locus vbi ep̄s cōmoratur. De hac materia vide infra vbi Prælatus.

¶ Eremus sine. h. τ cum penultima accentuata, p̄nunciari d;: licet quadā corrupta consuetudine a mētis in p̄ncipio aspiret: τ penultima p̄nūciet breui. Diciturq; a grecis ἔρημος. ου. ὁ. qd̄ ē solitudo. Et ita ἐρημίτης. ου. ὁ. eremita. i. solitarius.

¶ Ergastulum dici potest locus laboris vel taberna vel officina: venitq; ab ἐργάζομαι qd̄ est operor. Iuuenalis. Nēpe in lucanos τ tusca ergastula mittas.

Ergastulus vero in masculino genere pro ipso operario sumitur. Plinius lib. xviij. nat. hist. Quæ imperator ergastulorū dixit: hoc est operariorum.

Errare est aliud p̄ alio putare vel falsum pro vero putare ſm Aug. Unde error qui græ. πλάνη. ης. ἡ. τ πλανάομαι erro dicitur. Errare proprie est vagari. Uer. Recens a vulnere Dido Errabat silua ī magna. Sed quoniā pecudes errādo; hoc est vagādo pascuntur. Errare aliquādo pro pasci ponit. Uerg. Mile meæ siculis errāt in mōtibus agnæ. Itē quia vagādo sæpe a recta via deflectit. Errare aliquādo pro peccare τ delinquere accipimus a quo fit error: qd̄ modo delictum significat. Et erratū τ vagatio ipsa proprie erratio dicit. Differt autem sic error ab erratione: vt error sit animi: erratio pedum. Teren. Sane hac multo propius ibis: τ minor est erratio. Differunt præterea error: nescientia τ ignorātia sic: quod nescientia simplicē negationē scientiæ importat. Ignorātia vero quādoq; significat scientiæ priuationē: et tūc ignorātia est carētia scientiæ: quā quis natus est habere. Hoc enim est de ratione cuiuslibet priuationis. Quādoq; autē ignorātia est aliquid sciētiæ cōtrariū: quæ dicit ignorātia peruersæ dispositionis: puta quum quis habet habitū falsorum principiorum: τ falsarū opinionum. Ex quibus impeditur a sciētia veritatis. Error autē est approbatio falsorū p̄ veris: vnde approbare falso p̄ veris addit actum quendā super ignorantia. Potest esse ignorātia: sine hoc: q̄ aliquis de ignotis sententiā ferat: τ tunc ignorans est: τ nō errans. Sed quādo iam falsam sentētiā fert de his quæ nescit: tūc proprie dicitur errare. ex beato Tho. in quæstionibus de malo. q. iij. arti. iij.

Errones (vt Ulpianus inquit) dicuntur serui: qui non quidem fugiunt: sed frequenter sine causa vagātur τ temporibus in res nugatorias cōsumptis serius ad dominum redeunt.

Eccle. ¶ Ecclesiastes cap. xij.

Cuncta quæ fiunt adducet deus in iudicium p̄ omni errato: siue bonum: siue malum sit.

August. ¶ Augu. τ habet di. xxxviij. q̄uis.

Quisquis se existimat scire quod nescit: pro vero quippe approbat falsum: qd̄ erroris est proprium.

¶ Idem in epistola ad Marcellam.

Interest inquantum τ in quibus rebus erretur: τ q̄ facile se quis corrigat: vel quanta pertinacia suum defendere conetur errorem.

¶ Ibidem.

Nimis peruerse seipsum amat: qui τ alios vult errare: vt error suus lateat. Quanto enim melius τ vtilius vbi ipse errauit: alij nō errant quorum ammoniti errore careant. Uos qui me multum diligitis si talem me asseritis: vt nūq̄ in scriptis meis errasse dicatis: frustra laboratis: non bonam causam suscepistis. Facile in ea meipso iudice supe ramini: quoniam non mihi placet quum a charissimis meis talis existimor: qualis non sum: profecto non me: sed pro me aliū sub meo nomine diligunt: si nō quod sum: sed quod non sum diligunt.

¶ Ibidem.

Non enim placet sententia Tullij maximi authoris Romani eloquij: qui nullum vnq̄ verbū inquit quod reuocare vellet emisit: quæ q̄dē laus q̄uis preclarissima videatur: tamen credibilior de nimium fatuo q̄ de sapiente perfecto. Sed si in bonā partē accipiat: vt quēpiam talē fuisse credamus: qui quū sapiēter oīa loqueret nullū vnq̄ verbum quod reuocare vellet emisit: hoc potius de hominibus dei: q̄ a spiritu sctō locuti sūt: q̄ de illo quē sic Cicero laudat: saluberrima pietate credendū est. Ab hac ergo excellentia tam longe absum vt si nullum verbum quod reuocare velim protulero: fatuo sum q̄ sapiēti similior. Illius quippe scripta summa sunt authoritate dignissima: qui nullum verbū quidem reuocare vellet: sed quod reuocare deberet emisit. Non mihi igitur Tulliana illa blandit: sed angit me plane illa Horatiana sentētia: Nescit vox missa reuerti.

¶ Idē lib. de vnico baptismo.

O q̄ detestandus est error hominū: qui clarorū virorū quedā non recte facta laudabiliter se imitari putant: a quorum virtutibus alieni sunt.

Ambro. ¶ Ambrosius in lib. de Chain τ Abel.

Nihil grauius q̄ errantē a deo deseri: vt se reuocare nō possit.

Grego. ¶ Gregorius lib. viij. moraliū.

Nonnulli dū plus exquirunt contēplando: q̄ capiunt: vsq; ad puersa dogmata erūpūt: τ dū veritatis discipuli esse negligunt: humiliter magistri eorū fiunt.

Origen. ¶ Origenes in epistola apologetici sic se excusans.

Quidā eorum q̄ libenter habēt criminari proximos suos: ascribunt nobis τ doctrinæ nostræ crimē blasphemiæ: qd̄ a nobis nunq̄ audierunt: dicunt enī patrē malitiæ τ pditionis eorū qui de regno eijciunt. i. diabolū me dicere esse saluandū: quod nec aliquis quidem mente captus: τ manifeste insaniens dicere potest. Sed nihil mihi mirū videtur. Si adulteret doctrina mea ab inimicis: τ corruptiōe corrūpatur: quali corrupta est epistola Pauli apostoli. Nam quidā sub nomine eius falsam epistolā conscripserūt vt turbarent Thessalonicenses: quasi instaret dies domini τ seducerent eos.

Beda. ¶ Beda super Esdram.

Multis q̄ in pace ecclesiæ negligenter vixerāt subito errasse: τ in flagitia aliqua cecidisse profuit: dum post casum pœnitēdo erecti vigilantius domino seruire cœperūt: τ qui pigri ac desides innocentia stare videbantur: per accidentem sibi ruinam ammoniti sunt: solertius erga sui custodiā contra omnes antiqui hostis insidias accingi: ita vt nec propriam vitam curando offenderant: postmodum etiam supernæ salutis: cum sua erectione curam gerant.

Seneca. ¶ Seneca epistola. xlij.

Ex eo error noster apparet: quod ea sola putamus emi pro quibus pecuniā soluimus: ea gratuita vocamus: pro quibus nosipsos impendimus: quæ emere nolemus: si domus nostra pro illa esset dāda: adeo nihil est cuiq; se vilius.

¶ Ibidem.

Bonus animus nūq̄ erranti obsequiū accōmodat.

Frācisc. petrar. ¶ Frācischus Pe. de vita solitaria lib. j. ca. j.

Hoc vnū modo dixerim alte radicatos errores nō facile verbis extirpari.

Aristo. ¶ Arist. lib. j. de cœlo τ mundo.

Paruus error in principio: maximus in fine.

Cicero. ¶ Cicero lib. primo de diuinatione.

Omnibus in rebus temeritas in assentiēdo: errorq; turpis est.

¶ Idē lib. ij. de diui.

Nonnūq̄ etiam errorē creat similitudo.

¶ Idē lib. j. de fi. bo. τ ma.

Sed quot hoīes: tot sententiæ. Falli possumus.

¶ Erubescentia græce ἐρυθρασία. ιας. ἡ. et ἐρυθριάω erubesco dicitur. Est autem erubescētia timor in cōuitij expectatiōe scdm Io. Dama. lib. ij. ca. xv. Et scdm eundē hæc est optima passio. Differunt erubescentia τ verecundia: q̄ erubescētia est de turpi fiēdo: verecūdia ē de turpi facto secundū. b. Tho. prima scdæ. q. xlj. ar. iiij. Dicitur autē erubescētia a rubeo τ rubesco: quæ a rubeus deducunt: hinc erubesco: rubefacio: et rubefio notæ significationis: τ rubor: τ rubedo.

Eruditio græce παιδεία. ας. ἡ. τ παιδεύω erudio dicitur. Et enī rudus siue raudus p̄prie dicit res rudis aspera τ imperfecta. Ideo hominē imperitū rudem nominamus: a quo fit erudio qd̄ est doceo: instruo: et eruditio: doctrina: τ erudite aduerbium docte. Ita τ ruditas imperitia: τ obtusitas ingenij: τ rudis īpolitus: a quo rudiculus diminutiuū. Sane rudis etiā erat virga qua emeriti gladiatores donabātur. Iuuenalis. Ergo sibi dabit ipse rudem. i. libertatem τ finē pugnandi. Præterea nouum rudus est materia pauimenti: hoc est saxa de nouo contusa: seu testæ fractæ ad pauimentum faciendū: τ rudus vetus materia veterum pauimentorum: τ diruptorum ædificiorum quæ lapidibus et testis cōfractis: calceq; ac harena constat. Plinius. Complanatæ veteri rudere erant viæ.

Menander. ¶ Menander.

ἀναφαίρετον κτῆμ' ἐστὶ παιδεία βροτοῖς. id est

Inseparabilis possessio est eruditio mortalibus.

¶ Idem.

ἅπαντας ὑπαιδευσίς ἡμέρους ποιεῖ. id est

Omnes eruditio mansuetos facit. ¶ Idem.

βραβεῖον ἀρετῆς ἐστιν εὐπαιδευσία. id est

Brauium virtutis est bona institutio. ¶ Idē.

βλέπων γέγονα δεινὸς εἰς τὰ τῶν ἄλλων κακά. i.

Inspiciens eruditus sum in aliorum mala.

¶ Idem.

γράμματα μαθεῖν δεῖ: καὶ μαθόντα νοῦν ἔχειν. i.

Litteras discere oportet: τ discentē mentem habere. ¶ Idem.

διπλοῦν ὁρῶσιν οἱ μαθόντες γράμματα. id est

Duplex vident: q̄ didicerunt litteras. ¶ Idē.

βακτηρία γάρ ἐστι παιδεία βίου. id est

Sustentaculū enī est eruditio vitæ. ¶ Idē.

κάλλιστον ἐστὶ κτῆμα παιδεία βροτοῖς. id est

Pulcherrima est possessio eruditio mortalibus.

¶ Idem.

καὶ τοῖς ἀγροίκοις ἐστὶ παιδείας λόγος. id est

Et inter agrestes est eruditionis sermo.

¶ Idem.

καλὸν δὲ καὶ γέροντι μανθάνειν σοφά. id est

Pulchrū est etiā seni discere vehemēter ¶ Idē

τιμὴ πέφυκε πᾶσι παιδεία βροτοῖς. id est

Honor est omnibus eruditio mortalibus.

¶ Idem.

ὁ γράμματ' εἰδὼς καὶ περισσὸν νοῦν ἔχει. id est

Qui litteras nouit: et egregiam mentē habet.

¶ Idem.

ὁ σοφὸς ἐν αὑτῷ περιφέρει τὴν οὐσίαν. id est Sapiens in seipso circũfert substantiam.

Idem.

ὁ μὴ δαρεὶς ἄνθρωπος οὐ παιδεύεται. id est Non percussus homo non eruditur.

Idem.

ὁ γραμμάτων ἄπειρος οὐ βλέπει βλέπων. i. Litterarum expers non inspicit aspiciens.

Idem.

ὡς οὐδὲν ἡ μάθησις ἂν μὴ νοῦς παρῇ. id est Quã nihil disciplina nisi mens adsit.

Erumna græce μέριμνα. ης. ἡ. & μεριμνάω sollicitus sum dicitur. Est autem erumna ægritudo laboriosa secundum Ciceronem lib. iiij. Tus. quæst. Venitq; erũna: vt aliqui volunt: ab eruo: quod est extraho. vnde eructo: & eructatio. Qm̃ erumna quę est miseria: mœror: calamitas: animã eruere videatur. Inde erumosus mœstus: miser: calamitosus: deducitur. De hac materia vide infra in tribulatio.

Essentia græce οὐσία. ας. ἡ. et est illud cuius actus est esse secundum. b. Tho. prima parte. q. xxxix. ar. ij. venitq; a sum substantiuo verbo: ita dicto quia substat: nec alio indiget. In ipsuz verbũ cætera resoluuntur: vt lego id est sum qui lego: vel sum legẽs: tu amabas id ẽ tu eras amãs: vel tu eras qui amabas: & ita cætera. Esse qñ noĩatr sumit: qle est apud Persiũ viuere & scire. Nostrũ illud viuere triste. Et alibi idẽ. Scire tuũ nihil est nisi te scire hoc sciat alter. idem est cum essentia: vnde essentiale: qd ipsius essentię est: & essentialiter aduerbium: quo nonnulli vtũtur secũdum essentiam.

Esuries græce λιμός. οῦ. ὁ. & λιμώττω famesco. Et est appetitus calidi & sicci secũdum Aristotelem lib. ij. de anima. Dicitur autem ab edo quod est comedo dictuz ab ἔδω quod est vescor: illius supinum esum a quo esito frequentatiuũ. Et esurio: quod est cupio edere Quintilianus. Pater filios esurit. Hinc esuries edẽdi auiditas: & minus est q̃ fames: quę ex defectu annonæ prouenit.

Euagatio mẽtis est filia acidiæ: cuius filię sex sũt. s. malitia: rãcor: pusillanimitas: desperatio: torpor: & euagatio mentis secũdũ bea. Tho. secunda secundę. q. xxxv. arti. iiij. De quibus omnibus vide supra in arbore accidię vbi describuntur. Quia propter tedium boni operis euagat varia cogitando: vt ipsum tedium euitet: et hæc inducit ad multiloquium: et facit instabilem. Venitq; a vagus. Vagi enim proprie dicuntur: qui sine negocio modo huc modo illuc inutiliter discurrunt: dicti quasi vacui: hoc est q̃ sine negocijs agantur: hinc vagari dicitur inutiliter peragrare. Vagor græ. πλανάομαι & vagus πλανήτης. ου. ὁ. dicitur.

Euangelium dictio græca est εὐαγγέλιον. ου. τὸ. et est bona annũciatio: nam εὖ bene: & ἀγγέλλω nuncio dicitur.

Eubulia græca dictio est εὐβουλία. ας. ἡ. Et est rectitudo cõsilij dicta ab εὖ quod est bene: & βουλεύω consulo. Quare eubulia est virtus bene consiliatiua. vel sic. Eubulia est firma cogitatio eorũ quę sunt opportuna ad finẽ tpe cõgruo: nec nimis tarde: nec nimis velociter: & alijs circumstantijs adiunctis scdm bea. Tho. scda scdę. q. lj. ar. j. & scda scdę. q. xlviij. cap. fi. Eubulia est pars potentialis prudentæ.

Eucharistia græca dictio est εὐχαριστία. ας. ἡ. et est idem quod bona gratia: ab εὖ qd est bene: & χάρις ιτος. ἡ. gratia. Sapientię cap. xvj. Angelorũ esca nutriuisti populũ tuũ. Paulus ad Corinthios pme cap. xj. Quicũq; mãducauerit panem: & biberit calicez dñi indigne reus erit corporis & sanguinis dñi.

Paulus ibidem.

Probet aũt seipsm hõ: & sic de pane illo edat: & de calice bibat: qui eñ mãducat & bibit ĩdigne: iudiciũ sibi mãducat & bibit non diiudicãs corpus dñi.

Augu. sup Joannẽ sermone. xxvj.

Bucella dñica nõ fuit venenũ iudę: sed quũ accepit: in eũ inimicus intrauit: nõ q: malũ accepelrit: sed bonũ malus male accepit. Ibidẽ. Qui non manet in Christo: & in quo Christus non manet: non mãducat eius carnẽ: nec bibit eius sanguinẽ. Sz tãtę rei sacramẽtũ ad iudiciũ sibi mãducat & bibit. Idẽ sup Joannẽ homel. viij. Dñs primo distribuerat Iudę q̃ cæteris aplis sacramentum corporis & sanguinis sui. Deinde dñs post bucellã intinctã & porrectã suũ exprimit traditorẽ. Idẽ lib. ij. confessionũ. Cibus sum grãdiũ: cresce & mãducabis me. Nec tu me mutabis in te: sicut cibũ carnis tuę: sed tu mutaberis in me.

Idem in sermone de sacramẽto altaris.

Iteratur quotidie hęc oblatio: licet Christus semel passus sit: q: quotidie peccamus pctis: sine quibus mortalis infirmitas viuere nõ põt: & ideo q: quotidie labimur: christus pro nobis mystice immolatur. Ibidem. Eucharistia est oblatio benedicta: p quã benedicimur. Ascripta: per quã oẽs ĩ cœlo ascribimur. Rata: p quã ĩ visceribus Christi censemur. Rationalis: p quã a bestiali sensu exuimur. Acceptabilis: vt qui nobis displicemus: per eam acceptabiles eius vnico filio simus.

Idem de doctrina christiana.

Quotidie eucharistię cõmunionẽ pcipere: nec laudo: nec vitupero: oĩbus tñ diebus dñicis sumẽdã hortor: si tñ mens sine affectu peccãdi sit. Nã habentẽ adhuc volũtatẽ peccandi: grauari magis dico eucharistię pceptione q̃ purificari: et ideo q̃uis peccato quis mordeat: peccãdi tñ de cætero non habeat voluntatẽ: & cõmunicaturus satisfaciat lachrymis: & orationibus: & cõfidẽs de domini miseratione: qui cõfessione peccati: pie peccata donare consueuit: accedat ad eucharistiam ĩterpidus & securus. Sed hoc de illo: quẽ capitalia & mortalia peccata nõ grauant. Nam quem peccata vel crimina post baptismum grauant: hortor prius publica pœnitentia satisfacere: & ita sacerdotis iudicio reconciliatũ cõmunicatione sociare: si vult nõ ad iudiciũ: sed ad condonationem eucharistiam percipere: sed & secreta satisfactione solui mortalia crimina: nõ negamus.

Idẽ de ecclesiasticis dogmatibus.

Hoc sacramentũ non immerito consecrantis: sz in verbo efficitur creatoris. Nec bonorũ dispensatorũ meritis ampliatus: nec malorũ attenuat.

Idẽ ad Januariũ lib. j.

Peccata si non tanta sunt: vt excõmunicãdus quis q̃ videatur: nõ se debet a quotidiana medicina dominici corporis separare. Ibidem. Faciat vnusquisq; quod secũdũ suam fidẽ credit pie esse faciendum. Ibidem. Ille non audet honorãdo sumere: & ille non audet honorando vllum diem pretermittere: contemptũ solũ non vult cibus iste.

Augu. sup Joan. homel. lxxxviij. sup illud prouer. xxiij. Qñ sederis vt comedas cũ principe diligenter attẽde quę posita sunt ante faciem tuam.

De mensa sacratissima altaris dñi: vbi corpus & sanguis Christi apponet. In qua mensa sedere est humiliter accedere. Ibidem. Accedens eñ debet esse plenus sctimonia & immaculatus.

Idẽ lib. responsionũ ad Januarium: et habetur de con. di. ij. Liquido.

Liquido apparet qñ primo acceperũt discipuli corpus & sanguinẽ dñi: nõ eos accepisse ieiunos: nũquid tñ pptterea calũniandũ est vniuersę ecclesię: q̃ a ieiunis semp accipit? Ex hoc placuit spiritui sctõ: vt in honore tanti sacramenti: pus in os christiani dñicũ corpus intraret: q̃ cæteri cibi. Nã ideo p vniuersum orbẽ mos iste seruatur. Neq; eñ q: post cibos dñs dedit: pptterea prãsi aut cœnati fratres: ad illud sacramentum accipiẽdũ cõuenire debent: aut sicut faciebant: quos apostolus redarguit & emẽdat: mẽsis suis ista miscere. Nanq; saluator quo vehementius commẽdaret mysterij illius altitudinẽ vltimum hoc voluit infigere cordibus & memorie discipulorũ a quibus erat ad passionem digressurus: & ideo non pcepit: quo deinceps ordine sumeret: vt aplis p quos ecclesias dispositurus erat seruaret hunc locũ. Nã si hoc ille monuisset: vt post cibos alios semp reciperet: credo q̃ eũ morẽ nemo mutasset.

Hierony. sup Lucã.

Biberũt ex eo oẽs: ebrietas fœlix: satietas salutaris: q̃ quãto copiosius sumit: tanto sobrietatẽ sumẽtibus donare dignat: & Judas bibit sed nõ saturat: sed sitim extinguit ignis æterni: q: indigne sitiuit mysteria Christi. Ibidem. Accepit Jesus panẽ & benedicẽs fregit tradẽs & figurãs corpus suũ in panẽ: qd est ecclesia pñs: qd accipit in fide: benedicit in nũero: frãgitur in passionibus: datur in exẽplis: sumit in doctrinis: formãs sanguinẽ suũ in calicẽ vino & aqua commixtũ: vt alio purgaremur a culpis: alio redimeremur a pœnis: sanguine nãq; agni seruat domus a pcussione angeli: & aqua maris rubri extinguũtur ĩimici: q̃ sunt mysteria ecclię Christi.

Ambro. in ser. de Eucharistia.

Quãta eñ cordis cõtritione: & lachrymarũ fonte: quãta reuerẽtia & tremore: quãta corporis castitate atq; animi puritate istud diuinũ & cœleste mysteriũ est celebrãdũ dñe deus: vbi caro tua in veritate sumitur: vbi sanguis tuus in veritate bibitur: vbi summis ima: hũanis diuina iungunt: vbi adest sctõrũ psentia & angelorũ: vbi tu es sacerdos: & sacrificiũ mirabiliter & ineffabiliter. Quis digne hoc potest celebrare mysteriũ: nisi tu deus omnipotens offerentẽ feceris dignũ.

Idẽ: & habet de con. di. ij. Omnia.

Oia q̃cũq; voluit dñs fecit in cœlo & ĩ terra: et quia voluit sic factũ est. Ita licet figura panis & vini in altari videat: nihil tñ aliud q̃ caro Christi: & sanguis post cõsecrationẽ credẽda. Vñ ipsa veritas ad discipulos. Hec (inquit) caro mea est p mũdi vita: & mirabilius dicã: nõ alia plane q̃ que nata est de Maria virgine: & passa fuit ĩ cruce: & resurrexit de sepulchro. Hec inquã ipa ẽ: & ideo Christi est caro: q̃ p mũdi vita adhuc hodie offert: & quũ digne pcipit: vita vtriq; æterna ĩ nobis reparatur. Idẽ de sacramentis lib. iij.

Si tantũ valuit sermo Helię: vt ignẽ de cœlo deponeret: non valebit sermo Christi: vt species elemẽtorũ mutet? de totius mũdi opibus legisti: quia ipe dixit & facta sunt: ipe mãdauit & creata sunt. Sermo igit christi q̃ potuit ex nihilo facere: qd nõ erat: non potest ea que sunt mutare in illud qd non sunt? Nõ eñ minus est nouas rebus dare formas: q̃ mutare naturas.

Ibidem.

Liquet q: pter nature ordinẽ virgo generauit: et hoc quod cõficimus corpus ex virgine est. Quid quæris nature ordinẽ in christi corpore? quum pter naturam sit ipse partus ex virgine.

Idem de sacramentis.

Verba euangelistę sunt vsq; ad accipite. Siue corpus: siue sanguinez: inde sunt verba Christi: accipite & bibite ex eo oẽs: & inde singula: q̃ pridie inquit q̃ pateret in sanctis manibus suis: accepit panẽ. Anteq̃ cõsecretur: panis est: vbi võ verba Christi accesserunt corpus Christi est. Deniq; audi dicẽtẽ. Accipite & edite ex eo oẽs: hoc est corpus meũ: & ante verba Christi. Calix vini et aquę est plenus: vbi verba Christi operata fuerunt: sanguis efficitur: qui plæbẽ redemit.

Ibidem.

Si quotienscũq; effunditur sanguis in remissionẽ pctõrũ: funditus debeo illũ semper accipere: vt semp mihi peccata dimittantur: qui semper pecco: semper habere debeo medicinam.

Ibidem.

Qui vulnus habet medicinã reqrit: vulnus est: q: sub pctõ sumus: medicina est: cœleste & venerabile sacramentũ. Ibidem. Ne veluti quidem horror esset cruoris: sed maneret gratia redemptionis: ideo ĩ similitudine q̃dem accipis sacramentũ: sed verę naturę gratiã virtutẽq; consequeris.

Idem de viduis lib. j.

Vide q̃d agas sacerdos: ne febrienti manu Christi corpus attingas: prius curare: vt possis ministrare. Gregorius Dyalogorũ lib. iiij. Quis fideliũ dubiũ habere possit in ipsa ĩmolationis hora ad sacerdotis vocem cœlos aperiri? In illo christi mysterio angelorũ choros sum

…ils ima sociari: terrena cœlestibus iungi: vnū quid ex visibilibus atq; inuisibilibus fieri.
¶Idē lib.iiij.
Hæc nanq; singularis victima ab æterno interitu aīas soluit: q̄ illā nobis mortē vnigeniti reparat: qui licet surgens a mortuis iā non morit: et mors illi vltra nō dominabit: tñ in seipso imortaliter atq; incorruptibiliter viuens: pro nobis iterum in hoc mysterio sacre oblationis immolatur. Eius quippe ibi corp⁹ sumitur: ei⁹ caro in salutē ppl'i patit: eius sanguis nō iam ī manus infideliū: sed in ora fidelium funditur. Hic ergo pensemus: quale sit pro nobis istud sacrificiū: quod per absolutionē nostrā vnigeniti filij passionem semper imitatur. ¶Joannes
Joānes. chryso. Chryso. in homelia de perditione Judę.
Sicut cibus corporalis: quū ventrem inuenit a diuersis humoribus occupatū: amplius lædit: magis nocet: nullū præstat auxiliū: ita est cibus spiritualis: si aliquē reperit malignitate pollutū; magis eū perdet: nō suo: sed accipiētis vitio.
¶Isidorus de summo bono lib.j.
Qui scelerate viuūt in ecclesia: & cōmunicare nō desinūt: putātes se tali cōmunione mūdari: discant: nihil ad emendationē proficere sibi.
Innocē. ¶Innocentius de sacramentis.
Per crucis mysteriū eripit nos a potestate peccati. Per eucharistię sacramētū eripit nos a voluntate peccandi. Nam eucharistia si digne sumatur a malo liberat: in bono cōfirmat: venialia delet: mortalia cauet.
Remigi⁹ ¶Remigius super illud Matthæi. Væh illi per quē filius hominis tradetur.
Veh tradentibus Christū ad crucifigendū. Sed veh cū maligna conscientia sub sacramēto sumētibus illū: & si nō tradant iudęis ad crucifigendum: tradunt tamen ipsum membris inimici ad sumendum.
¶Eufortuniū cōpositum videtur ex græco & latino: quę est dura cōpositio: Teste Quintiliano: ex εὖ.i.& fortuna. Et est quū aliqd magnū bonū euenit secūdum Arist. lib.ij. phisycorum.
¶Eugnomosina græca dictio est. Nam εὖ bene et γνωμή.ης.ἡ. sententia: consilium dicitur. & est pars potētialis iustitię. Quę quid sit vide infra in arbore iustitię.
¶Eusebia græca dictio est εὐσέβεια.ας.ἡ. pietas & religio dicitur. Et est pars potentialis iustitię: quę quid sit: vide infra in arbore iustitię.
¶Eustochia græca dictio est εὐστοχία.ας.ἡ. venitq; ex εὖ: & στοχάζομαι quod est coniecto. Vñ et στόχασμος.ου.ὁ. coniectura. Est autem eustochia pars prudētię bene piectās oīa: sicut solertia mediū scdm.b.Tho.scda scdę.q.xlviij.
¶Eutrapelia græca dictio est εὐτραπελία.ας.ἡ. & εὐτράπελος.ου.ὁ. comis & facetus dicit. Est autē Eutrapelia idē quod bona cōuersio: & est virtus pars modestię: qua ludicra vl' iocosa ad quandā animi quietē: vel ad solatiū conuertunt secūdum.b.Tho.scda scdę.q.clxviij. Tribus tamen obseruatis: primo vt non quæratur solatiū in verbis: vel operationibus turpibus: vel nociuis.
Cicero. ¶Unde Cicero lib.j.offi.ait.
Vnum genus iocandi est liberale: petulans: flagitiosum: obscœnū. Secūdo ne totaliter animę grauitas resoluatur: de quo Ambro. lib. j. offi. Caueamus ne dū relaxare animū volumus: soluamus oēm armoniam: quasi cōcentum quendā bonorū operū. Tertiū vt cōgruat personę tēpori loco secūdum alias circunstantias. Eutrapelia est comitas & medietas Bomolchię et agræcię secūdum Arist. lib. magnorū moraliū.
Eutrapelos greci vocāt a corporis dexteritate. Nā proprie eutrapeli apud eos dicunt: q̄ facilitate quadā morū prediti sunt hoc est lepidi: elegantes: in latino nomen non habent.
Exactio ab exigo verbo venit qd græ. εἰσπράσσω dicit: q̄ iter multa quę habēt significata aliqñ significat debitū peto. Martialis. Exigis a nobis operam sine fine petitā. Vñ exigere pecuniā quę nobis debet: & exactores vocant qui pecuniā exigunt: et exactio actus ipse exigendi. Nomen exactę pecunię: vult Vlpianus: non modo ad solutionem referēdam: sed etiam ad delegationē putat: hoc est quum pecuniam quę nobis debetur alteri assignamus. Tunc enim exacta a nobis dicitur: si ille nondum soluerit. Exigere etiam est extorquere: inuestigare: agere constituere. Vergilius. Decreuitq; mori: tempus secum ipsa modumq; exigit.
Paulus. ¶Paulus ad romanos cap.xiij.
Reddite ergo omnibus debita: cui tributū: tributū: cui vectigal: vectigal: cui timorē: timorē: cui honorem: honorem.
Grego. ¶Gregorius in moralibus.
Exigimus quod debetur nostro corpori: sed nō impendimus quod subiectorū debetur cordi.
Joānes chryso. ¶Joānes Chrys. sup Matthæū.
Non gaudent martyres qñ ex illis pecunijs honorantur in quibus pauperes plorant.
Isido. ¶Isido. de summo bono lib.iij.
Magnū scelus est rē pauperū prestare diuitibus: & de sumptibus inopū acquirere fauores potentū. Arenti terrę aquam tollere: & flumina quę non indigent irrigare.
Petrus rauen. ¶Petrus Rauennas in epistola.
Ministerialium siquidem tanta est multitudo quanta est locustarum: vt istis residentibus alij succedant: quod ex parte fuerit deuoratum: alij deuorent exitialiter et consumant: impleturq; eis illud propheticum. Residuum erucæ comedit locusta: residuum locustæ comedit brucus: residuum bruci comedit erugo. Pauper enim veretur aperire malitiam exactorum: ne grauiora moliantur in eū: et fiant posteriora hominis peiora prioribus.
¶Exhalatio græce ἀναθυμίασις.εως.ἡ. & ἀναθυμιάζω exhalo et vaporo dicitur. & est substantia calida et sicca a terra vel terreo vi solis educta: de qua supra vide in Comætes: et in arbore corporis. Dicitur autem ab exhalo: quod est expiro: vnde exhalatio expiratio est. Vergilius. Vt regem æquæuum crudeli vulnere vidi vitam exhalantem.

¶Examinatio grece βασανισμός.ου.ὁ. & βασανίζω examino dicit. Venitq; ab examen quod ē filū qd in trutina regit. Vñ examino vbū: qd est scrutor: inuestigo: exquiro: exploro. Quare examinatio exquisitio est. Examen præterea significat apum: vesparū: crabronū: & huiusmodi cōgregationem. q̄ hęc ita vniantur: vt simul videātur ligata.
¶Exanimatio grece ἐξετασμός.ου.ὁ. & θυμός.ου.ὁ. exanimatus dicitur. Est aūt exanimatio metus subsequēs & quasi comes pauoris scdm Cicero. li. tus. quæstionū.
¶Excaecatio grece ἐκτύφλωσις.εως.ἡ. & ἐκτυφλόω excæco dicit: & est effectus diuinæ reprobationis secundū beatū Tho. prima secundę.q. lxxix.ar.iij. Differunt aūt aggrauatio: excæcatio: & obduratio secundum diuersos effectus gratiæ.s. in visu: auditu: & effectu: vt bea. Tho. ibidem ar.iij.
Excęcatio & obduratio important duo.s. metū animi adhærentis malo: & auersi a deo: & subtractionē gratiæ secundū.b.Tho. ibidē.
¶Excandescentia grece ὀργιλότης.ητος.ἡ. dicitur. Et est ira nascens & modo desistens secundum Cice. lib.iiij. Tus. quest. Et q̄ excandesco significat irascor tractū est a ferro ignito qd candet. Ita hominē ira inflammatū dicimus excandescere: hinc excandefactus preter modum iratus. Et excandefacio irrito: inflammo.
De hac materia vide infra in ira.
¶Excogitatio grece ἐξεύρησις.εως.ἡ. & ἐξευρίσκω excogito dicitur: & est cōfiguratio vl' cōformatio cogitationis ad exprimendū exterius: cōceptum interius. Differunt aūt excogitare & cogitare: q: cogitare est animo vel mente rimari. Excogitare est cogitando inuenire.
Excommunicatio grece ἀφορισμός.ου.ὁ. & ἀφορίζω excōmunico dicit. Est autē excōmunicatio cēsura a canone: vel a iudice ecclesiastico prolata: priuās cōmunione sacramentorū: & qñq; hominū secundū Paulū super rubrica eiusdem tituli.
Paulus. ¶Paulus ad corinthios primę.cap.v.
Ego iam iudicaui tradere huiusmodi hominem in interitum carnis: vt spiritus saluus sit in die domini Jesu Christi.
August. ¶Aug. sup Matthęum: & habet.xj. q.iij. Ridiculum.
Ridiculum est: vt eū dicamus qui vinculis peccatorum suorum ligatus est: propter hoc solū quod episcopus dicitur habere huiusmodi potestatem: vt soluti ab eo: soluti sint in cęlo: & ligati in terris: ligati sint in cœlo: sit ergo irreprehensibilis: qui alterum ligat: aut soluit.
¶Idem sup Joannē: & habet.xj.q.iij. Nihil.
Nihil sic debet formidare Christianus: q̄ separari a corpore Christi. Si eū separatur a corpore Christi: nō est membrū eius. Si nō est mēbrū ei⁹ nō vegetat spiritū eius. Quisquis aūt inqt apostolus spiritum dei non habet: hic non est eius.
¶Idem super ps.xxviij. & habetur.xj. q.iij. Custodi.
Custodi intus innocentiam tuā: vbi nemo opprimit causam tuam: preualebit in te falsum testimonium: sed apud homines: nunquid apud deū valebit? vbi causa tua dicenda est: quando deus erit iudex: alius testis q̄ conscientia non erit: inter iustum iudicem: & conscientiam tuam: noli timere nisi causam tuam.
¶Idē sup ps.xxxvij: & habet ibidē. Et si.
Et si ad tempus damnaris ab homine: & si dixerit sententiam proconsulis in Cyprianum: aliud est sella terrena: aliud est tribunal cœleste. Ab inferiori accipiat sententiā: a superiore coronā.
Augu. ¶Aug. super ps.cj. & habetur ibidem. Qui iustus.
Qui iustus est: & iniuste maledicitur: premium illi redditur.
¶Idem de verbis apostoli sermōe.lxviij. & habetur.xj.q.iij. Omnis christianus.
Omnis christianus dilectissimi qui a sacerdotibus excōmunicatur Sathanę traditur: quomō? q: extra ecclesiam diabolus est: sicut in ecclesia Christus: ac per hoc quasi diabolo traditur: qui ab ecclesiastica communione remouet. Unde illos quos tūc apostolus sathanæ esse traditos prædicat excommunicatos a se eē demonstrat.
¶Idē in epistola ad Vincentium: & habet xxiij.q.vij. Quemadmodum.
Quemadmodū membrū si præcidatur ab hominis viui corpore: non potest tenere spiritū vitæ: sic homo si preciditur de Christi iusti corpore: nullo mō pōt tenere spiritum iustitiæ: etiam si figuram mēbri teneat quam sumpsit a corpore.
¶Idē: & habetur.xxiiij.q.iij. Corripiant.
Corripiantur itaq; a prepositis suis subditi correctionibus de charitate venientibus pro culparum diuersitate: diuersis vel minoribus: vel amplioribus: quia & ipsa quæ damnatio nominatur quam facit episcopale iudicium: qua pœna nulla maior in ecclesia est: potest si deus voluerit in correptionem saluberrimā cedere atq; proficere. Neq; enim scimus quid cōtingat sequēti die aut ante finem vitæ huius de aliquo tali desperandum est: aut contradici deo potest: ne respiciat & det pœnam: & accepto sacrificio spiritus contribulati: cordisq; contriti a reatu q̄uis iustæ damnationis absoluat damnatum: quem ipse non dānat: pastoris tamen necessitas habet: ne per plures serpant dira contagia: separare ab ouibus sanis morbidā: ab illo cui nihil est īpossibile ipsa: forsitan separatione sanandā. Nescientes eū quis pertineat ad prædestinatorū numerū quis non pertineat: sic affici debemus charitatis affectu: vt oēs velimus saluos fieri.
¶Idē in sermone de quadragesima.
Nos a communione quenq̄ prohibere nō possumus: q̄uis prohibitio hęc nondum sit mortalis: sed medicinalis: nisi aut sponte confessum: aut in aliquo siue sæculari siue ecclesiastico iudicio nominatum atq; commotum.
Hiero. ¶Hiero. & habet.xxiiij.q.iij. Resecandæ.
Resecādę sunt putridæ carnes: & scabiosę oues a caulis repellendæ: ne tota domus massa: corpus: & pecora ardeant; corrumpantur: putre

scant: intereãt. Arrius in Alexandria vna scintilla fuit: sed quoniã non statim oppressus est: ꝑ totum orbez eius flãma populata est.

Hiero. ¶ Hiero. super Mattheum: ꝛ habetur xj. q. iij. Quomodo.

Quomodo sacerdos mundũ leprosum nõ facit: sic ep̃s vel presbyter non alligat eos qui insontes sunt: nec soluit noxios: sed ꝓ officio suo cuz peccatorum varietates audierit: scit qui ligandus sit: qui soluendus.

¶ Idẽ lib. iudiciũ: ꝛ habet̃. xj. q. iij. Audi.

Audi deniqz apostolũ dicentez de eo qui peccauerat: tradidi inqt huiusmodi hominem sathanę in interitũ carnis vt saluus fiat sp̃us. Uides ergo: quia ꝛ mõ non soluz per apostolos suos tradidit deus delinquẽtes in manus inimicorũ: sed etiam per eos qui ecclesię præsident: ꝛ potestatem habent: non solum soluendi sed etiam ligãdi. Traduntur aũt peccatores in interitum carnis: quum pro delictis suis a christi corpore separantur: ꝛ vt mihi videtur: dupliciter etiã nunc traduntur homines de ecclesia in potestatẽ diaboli hoc modo: quo superius diximus: quum delictum eius manifestum fit ecclesię: ꝛ de ecclesia ꝑ sacerdotẽ pellitur: vt notatus ab omnibus erubescat: ꝛ cõuerso eueniat ei illud quod sequitur: vt spiritus saluus fiat in die dñi nostri Jesu Christi. Alio vero mõ qui traditus est zabulo: quum peccatum eius non esset manifestum hominibus. Deus autem qui videt in abscondito ꝑspiciens eius mentẽ ꝛ animuz eius vitijs ac passionibus seruientem: ꝛ in corde eius non se diligi: sed aut auaritiam: aut libidinem: aut iactantiam vel alia huiusmodi istum talẽ dominus tradidit sathanę: quomodo tradidit eum sathanę discedit a mente eius: ꝛ auertit se ꝛ refugit a cogitationibus eius malis ꝛ desiderijs indignis: ꝛ reliquit domum cordis eius vacuam.

Grego. ¶ Grego. ꝛ habetur. xj. q. iij. Sententia.

Sentẽtia pastoris siue iusta: siue iniusta fuerit timenda est.

Joannes chryso. ¶ Jo. Chrysostomus in epistola ad Hebreos: ꝛ habetur. xj. q. iij. Nemo.

Nemo contemnat ecclesiastica vincula: non enim homo est qui ligat: sed Christus qui hãc potestatem dedit: ꝛ dominos fecit hoĩes tãti honoris.

Isidor⁹. ¶ Isido. ꝛ habet̃. xj. q. iij. Cũ excõmunicato.

Cũ excommunicato neqz orare neqz loqui: nisi que ad eandẽ excommunicationẽ pertinent: nec vesci licet. Si quis enĩ cũ eo aut palam: aut absconse locutus fuerit: statim cum eo excommunicationis contrahet pœnam.

Origeñ. ¶ Origenes sup Leuiticũ Homelia. xlviij.

Interdũ fit vt aliquis nõ recto iudicio eorũ qui p̃sunt ecclesię depellat̃ ꝛ foras mittat̃: sed non exit ante: hoc est: si non ita egerit: vt mereretur exire: nihil leditur in eo ꝙ non recto iudicio ab hominibus videtur expulsus: ꝛ ita fit vt interdũ ille qui foras mittitur intus sit: ꝛ ille foris sit: q̃ intus retineri videt̃.

Bede ¶ Beda sup Matthęũ: ꝛ habetur. xj. q. j. Quicunqz.

Quicunqz ab vnitate fidei vel societatis Petri apostoli quolibet modo semetipsos segregauerint: tales nec vinculis peccatorum absolui: nec ianuam possunt regni cœlestis ingredi.

Xcusatio grece ἀπολογία. ας. ἡ. ꝛ ἀπολογέομαι excuso dicit̃. Est autem ꝓprie excusatio obiecti criminis dilutio: ꝛ venit ab excuso: quod est quasi ex causa detraho. Huius diminutiuũ est excusatiuncula: hinc etiaz excusabile excusatione dignum.

David. ¶ Dauid p̃s. cl.

Non declines cor meum in verba malitiæ: ad excusandas excusationes in peccatis.

August. ¶ Aug. de charitate sermone. iiij.

Cœpisti nõ defendere peccatũ tuũ: iam inchoasti iustitiam: perficietur autem in te: quando nihil aliud facere delectabit.

¶ Augustinus in epistola ad Publicolã.

Absit vt id qđ propter bonum ac licitum facim⁹ si ex hoc preter nostram voluntatem quicq̃ mali acciderit nobis imputetur.

Hiero. ¶ Hieronymus super Hieremiã.

Prona est ad excusationẽ sui humana peruersitas vt quicq̃d merito sustinet immerito sustinere videatur.

Grego. ¶ Gregorius li. x. moraliũ.

Fit plerunqz: vt dum iniqui correcta in se mala defendere nequeunt: ex verecundia peiores fiant: ꝛ sic in sua defensione superbiant: vt quædam vitia contra vitam corripientis exquirant: ꝛ eo se criminosos nõ existimẽt: si crimina alijs imponant: qui quũ vera inuenire nequeant: fingunt: vt ipsi quoqz habeant qđ non impari iustitia increpare videantur.

¶ Gregorius lib. xxij. moralium.

Usitatum generis humani vitiũ est: libendo peccatum cõmittere: ꝛ commissum negando abscondere: ꝛ conuictum defendendo excusare.

¶ Gregorius ibidem.

Peccatum peccato addit: qui culpę quam facit patrocinia defensionis adiungit.

¶ Gregorius in pastorali.

Quidam dicere nonnunq̃ solent: concessis vtimur: aliena non quęrimus/ ꝛ si digna misericordię retributione non agimus: nulla tamen peruersa perpetramus: quum tamen diuitem post hanc vitam vltrix gehenna susceperit: non quia aliquid illicituz gessit: sed quia immoderato vsu totum se illicitis tradidit. ¶ Greg. in registro.

Quę potest esse pastoris excusatio: si lup⁹ oues comedit: ꝛ pastor nescit.

Bernar. ¶ Bernardus super Cantica sermone. xj.

Noli iudicare proximum: sed magis excusa. Excusa intentionem: si opus non potes/ puta ignorantiam: puta surreptionem/ puta casum. Q; si omnem omnino dissimulationẽ rei certitudo recusat/ suade nihilominus tibi: ꝛ dicito apud temetipsuz/ vehemẽs fuit tẽtatio/ quid de me illa fecisset: si sic accepisset i me similiter potestatẽ.

¶ Bernardus de. xij. gradibus humilitatis.

In quacũqz hoĩum versaris frequẽtia/ caue alienę cõuersatiõis eẽ aut curiosus explorator/ aut temerarius iudex/ ꝛ si pperam actũ q̃d deprehẽdes nec sic iudices proximũ: magis aũt excusa.

¶ Bernardus ibidem.

Quum superbo imputatur culpa: crescit nõ amputatur: q: quum argutus fuerit: cor eius declinat ad excusanda peccata. Multis aũt modis fiũt excusatiões in peccatis. aut enĩ dicit. Qui se excusat nõ feci: feciqz: sed bene feci: aut si male: nõ multũ male: nõ mala intentione. Si autem de illo conuincitur: sicut Adam ꝛ Eua aliena suasione excusare se nititur.

Cassio. ¶ Cassiodorus super illud p̃s. Ad excusandas excusationes in peccatis.

Hoc enĩ maximũ vitiũ est: quo laborat humanitas: vt post peccatũ suum maxime ad excusationis cõfugium: quasi pœnitudinis se confessiõe prosternat: quod facinus inter summa peccata cõstat numeratũ esse: q: inde nascit̃: vnde ad pœnitentiã reus tardius venire videatur.

Prosper ¶ Prosper de vita contemplatiua.

Superbus vult credi se cõstantem: prodigus liberalem: auarus diligẽtem: temerarius fortem: inhuman⁹ parcũ: ignauus quietũ: timidus cautum.

Seneca. ¶ Seneca epistola. lx.

Nemo se auarũ intelligit esse: nemo cupidũ: cæci tamen ducẽ quærunt: nos sine duce erram⁹: dicimus: nõ ego ambitiosus sum: sed nemo Romę aliter potest viuere: nõ ego sũptuosus suz: sed vrbs ipsa magnas impensas exigit. Non est meũ vitiũ: ꝙ iracundus sum adolescẽtia hoc facit: Nos quidẽ decipimus nõ extrinsecus est malũ nostrũ/ intra nos est/ in viscerib⁹ ipsis sedet/ ꝛ ideo difficulter ad sanitatem venimus/ q: nos ægrotare nescimus. ¶ Seneca ibidem.

Intellige tua esse vitia quæ putas rerũ. Quædam enim locis ꝛ temporibus ascribimus/ at illa quocunqz transierimus secutura sunt.

Glosa. ¶ Glosa Ecclesiastici. v.

Ne dicas te ex infirmitate carnis tuę peccare: tanq̃ reflectẽs culpã in authorem. Hoc est enim declinare cor in verba malitię: ad excusandas excusationes in peccatis.

¶ Glosa super p̃s. xiiij.

Maximũ est vitiũ excusationis. Nam quasi cornu cõtra deuz erigit: q̃ per aliquos peccata sua nititur excusare: vt per diabolũ: vel per aliquos suasores: vel per necessitatem stellarum.

¶ Glo. super p̃s. lxx.

Malum est peccare: peius est perseuerare: perniciosius est defendere: seu in deũ culpam refundere.

Cicero. ¶ Cicero lib. officiorum.

Utendũ est etiã excusatiõe aduersus eos quos inuitus offendas quantũcunqz possis: id qđ feceris necesse fuerit: nec aliter potueris facere.

¶ Cicero rhetoricorum veterum lib. ij.

Uoluntario facinori nulla est excusatio imprudentiæ.

Terẽti⁹. ¶ Terentius comœdia. vj.

Nam qui post factam iniuriam se expurgat parum sibi prosit.

¶ Executio græ. πλήρωσις. ιος. ἡ. ꝛ πληρόω exequor ꝛ perficio. Executor proprie is dicit̃ qui rẽ iudicatã ducit ad effectũ: venitqz ab exequor: qđ est persequor: ꝛ absoluo. Apuleius. Neqz enim in tenebris: sed in propatulo iussa domini exequebar. hinc exequiæ de quibus infra.

¶ Execratio græce κατάρα. ας. ἡ. ꝛ καταράομαι execror dicit̃. Et est malorũ depræcatio. Ab execror quod proprie est mala depræcor: fit execrabile: deprecabile: euitandum. Deducuntur autẽ hæc omnia a sacrum.

¶ Exequiæ græce κτερίσματα. τὰ ꝛ κτέρεα funus dicitur. Sunt autem exequię ipsa funeris celebratio dũ corpus effert̃. Dictę ꝙ. s. in funere exequimur: a quo exequari: quod est in exequijs conuiuari ꝛ epulari. Uarro. In ipsum propter ius liberti semitracti exequãtur. Differunt autẽ sic ab inferijs ꝙ exequiæ sunt dum cadauer effertur. Inferię postq̃ sepultum est: ꝛ sunt sacra mortuorũ quæ inferijs fiebãt. Dicunt̃ etiã parẽtalia. Nã parẽtare est sacra mortuis facere: dicta ꝙ ita pareãt mortuis: qui ita viuẽtes iusserant fieri: vel ꝙ filij parentibus hoc prestent.

¶ Exemplar græ. ἀρχέτυπος. ου. ὁ dicit̃. Et est id ad cuius imitationem fit aliquid ex intentione agentis s̃m beatum Tho. in quęstionibus de veritate. q. viij. arti. viij.

Xemplum grece παράδειγμα. ατος. τό. dicitur. Et est alicui⁹ facti vel dicti preteriti cũ certi authoris noĩe propositio s̃m ciceronẽ lib. ij. rhæto. Exemplum est: non vt totũ ad totũ: neqz vt pars ad totũ: neqz vt totuz ad partem: sed vt pars ad partem: simile ad simile: qñ vtraqz sub eodẽ gñe sunt: sz vnum altero magis perspicuuz s̃m Ciceronem lib. primo rhætoricorum.

Exempluz est quod aut sequamur aut vitem⁹. Exemplar aũt est ex quo aliud simile faciamus. Exemplũ est res quæ nobis imitanda proponitur: vtputa in Catone: qui ne turpiter seruiret mortem sibi consciuit. Itaqz exemplar est ipse Cato a quo sumitur exemplũ. Illud contentũ: hoc continens. Exemplũ igit̃ incorporale est. Exemplar v̊o plerũqz corporale. Nõnunq̃ exẽplũ pro exemplari ponit̃. Ouidius loqñs de libro Metamorphoseos ait. Pluribus exemplis scripta fuisse reor. exemplis dicit pro exemplaribus: quum eius operis vnuz sit exemplum.

¶ Matthæus cap. v.

Non potest ciuitas abscondi supra mõtem posita: neqz accendũt lucernã ꝛ ponunt eã sub modio: sed super candelabrũ: vt luceat omnibus q̃ in domo sunt. Sic luceat lux vestra corã omnib⁹ vt videãt opa vestra bona: ꝛ glorificẽt patrẽ vestrũ q̃ in cœlis est. ¶ Paulus ad cho. j. c. ix.

Castigo corpus meũ ꝛ in seruitutẽ redigo ne forte quũ alijs p̃dicauerim ipse reprobus efficiar.

¶ Paulus ad philippen. ca. iiij.

Modestia vestra nota sit omnibus hominibus.

¶ Paulus ad Titũ capi. ij.

In omnibus teipsum præbe exemplum bonorum operũ/ in doctrina/ in integritate/ grauitate/ verbũ sanũ irreprehensibile/ vt is qui ex aduerso est vereatur nihil habens malũ dicere de nobis. ¶ Paulus aposto. primæ. cap. xij.

Charissimi obsecro vos tanq̃ aduenas ꝛ peregrinos abstinere vos a carnalibus desiderijs quæ militãt aduersus animã: cõuersationem vestrã

ut. dat. rr. 2a. p. li. 2. ẽ. 2. debũs ẽnto.
fo. 41. 1/105. 2a/201. 1/242. 4/

Inter gẽtes habẽtes bonã: vt in eo qđ detractãt
de vobis tanꝙ de malefactorib⁹ ex bonis operi
bus vos cõsiderãtes glorificent deũ in die visi-
tationis. ¶Aug. in lib. de ciuitate dei:
ꝛ habet. xxiij. q. v. non est.
castigã. Nõ est innocẽtiæ parcẽdo sinere: vt in malũ gra
uius incidat: ptinet ergo ad innocẽtis officium
nõ solũ nemini malum inferre: verũ ꝛ cohibere a
peccato: vel punire peccatũ: vt aut ipse qui pri⁹
odio habetur corrigat experimẽto: aut alij ter-
reantur exemplo.
¶Aug. ad Casulanũ: ꝛ habet di. ix. Sana.
Sana quippe ratio etiã exemplis anteponẽda
ratio est: cuius quidã exẽpla concordant: sed illa q̃ tã
tum digniora sunt imitatione: quãtũ excellẽtio-
ra pietate. ¶Augu. in sermone de cõ-
muni vita clericorũ: ꝛ habet. xij. q. j. Nolo vt.
Nolo vt aliquis de vobis inueniat male viuendi
occasionẽ: prouidemus eñ bona: vt ait apostol⁹
nõ solũ corã deo: sed etiã corã omnibus hoĩbus
propter nos cõsciẽtia nr̃a nobis necessaria est:
ppter vos fama nostra nõ polluit: sed pollere
debet in vobis. Due res sunt cõscientia ꝛ fama:
cõscientia necessaria est tibi: fama proximo tuo.
Qui cõfidens cõscientia negligit famam crude-
lis est. ¶Augu. in lib. de pastoribus.
Qui in conspectu populi male viuit: quantuꝫ in
illo est eũ a quo attẽditur occidit. ¶Ibidẽ.
Omnis qui male viuit in cõspectu eorum quib⁹
præpositus est: quantũ in ipso est occidit: ꝛ for-
te qui imitatur moritur: qui nõ imitatur viuit:
tamẽ qũtũ ad illũ pertinet ambo occidunt.
¶Augu. lib. de ouibus.
Non tantũ curemus habere bonã cõscientiam:
sed qũtũ potest nostra infirmitas: quantũ vigi-
lãtia fragilitatis humanæ curemus nihil etiã fa
cere qđ veniat ĩ malã suspicionẽ infirmo fratri.
Hiero. ¶Hiero. episto. ix.
Qui in christũ credimus christi sectemur exem-
pla. ¶Hiero: ꝛ habet. xxiiij. q. iij. Resecãdæ.
Resecandæ sunt putridæ carnes: scabiosa ouis
a caulis repellẽda. Uide supra in excõicatio.
¶Hiero. ꝛ habet. viij. q. j. qualis.
Qualis enim erit ædificatio discipuli: si intelli-
gat magistro se esse maiorẽ: vnde nõ solũ episco
pi: presbyteri: ꝛ diacones debẽt magnopere pre
uidere: vt cunctũ populum cui president cõuer
satione ꝛ sermone preeant: verumetiã inferior
gradus: exorcistę: lectores: custodes ædiũ: acoly
ti: ꝛ omnes omnino, qui domui dei deseruiunt: ꝛ
quia vehementer ecclesiã dei destruit: meliores
laicos esse ꝙ clericos.
¶Hiero. in episto. ad heliodorum.
Domus episcopi ꝛ cõuersatio quasi in speculo
posita magistra est publicæ disciplinæ: quicqđ
fecerit id sibi omnes faciendũ putant.
¶Hiero. in epl̃a ꝛ est in glo. j. Timothei. iij.
ignorãtia Sãcta rusticitas solũ sibi prodest: ꝛ quantũ ædi
ficat exemplo et vitæ merito ecclesiã christi no-
cet si destruentibus nõ resistat. Innocẽs absqꝫ
sermone cõuersatio quãtũ exemplo prodest tã
tũ silentio nocet. Nã latratu canum: ꝛ baculo pa
storum deterrenda est rabies luporum.

¶Ambrosius super Beati immaculati. Ambro.
Est institum bonis vt castũ pudicus: prudentem Iusti.
sapiẽs: misericos liberalẽ affectu pio diligat: et
virtutes suas ĩ alijs amet. In plerisqꝫ iusti aspe
ctus iã monitio correptionis est: perfectioribus
letitia est.
¶Greg. Januario epõ: ꝛ hr̃. ij. q. vij. paul⁹. Grego.
Paulus dicit: seniorẽ ne increpaueris. Sed hæc senectus
eius regula tunc est obseruanda: quũ culpa se-
nioris suo exemplo nõ trahit ad interituꝫ corda
iuniorũ: vbi aũt senior iuuenibus exemplũ ad in
teritũ prebet: ibi districta increpatiõe feriẽdus
est. Nã scriptũ est: laqueus iuuenũ omnes vos.
ꝛ rursus maledictus puer centum annorum.
¶Grego. Joanni episcopo constatinopoli
tano: ꝛ hr̃ di. xxij. Cõstãtinopolitana.
Ego etiã minores meos quos ab illicitis prohi corrẽ.
beo cũ bono imitari paratus sum: stultus enim
est q̃ se in eo primum existimat: vt bona quæ vi-
derit discere contẽnat.
¶Grego. lib. j. moralium.
Quũ maiores voluptati deseruiũt: nimirũ mino
ribus lasciuię frena laxantur.
¶Idẽ mora. lib. ix.
Bona quæ facere ipsi negligimus: hec ad corre
ctionẽ nobis deus ab alijs fieri demõstrat: vt q̃
preceptũ nõ attendimus saltẽ exemplis excite
mur: atqꝫ in appetitu rectitudinis: nil sibi mens
nostra difficile existimet: qđ perfecte peragi ab
alijs videt. ¶Grego. lib. x. moralium.
Nullũ ego cõsiliũ melius arbitror: ꝙ si exemplo
tuo fratrẽ docere studeas q̃ oporteat fieri: pro-
uocãs eũ ad meliora: ꝛ cõsulens ei: neqꝫ v̄bo: ne
qꝫ lingua: sꝫ opere ꝛ veritate.
¶Grego. lib. xix. moralium.
Quid est ꝙ omnipotens deus ꝛ v̄tutes suas ta-
ceri voluit: ꝛ tñ ab his q̃ illuminati sunt quasi in
uitus indicat: nisi ꝙ seruis suis exemplũ dedit
vt ipsi virtutes suas occultari desiderẽt: ꝛ tamẽ
vt alij eorum exemplo proficiãt: prodant inuiti fa
cta sua occultandã seipsos custodiũt. Sed dum
pdunt inuiti bona ad proximos extra trãsmit-
tãt: occultent igit studio: sed necessitate publi-
cent ꝛ eorum occultatio sit custodia, ppria: eorum pu
blicatio sit vtilitas aliena.
¶Grego. lib. xxiiij. moralium.
Uolãtia animalia seuicissim feriũt alis suis. Or
sanctorum mẽtes in eo ꝙ supna appetũt: cõsiderã
tes inuicẽ alternis v̄tutib⁹ excitant. Ala eñ sua
me percussit: q̃ exẽplo sanctitatis me ad melius
ascẽdit: ꝛ ala meũ vicinum aĩal ferio: si qñ alteri
opus bonũ quod imitat ostẽdo.
¶Grego. mora. lib. xxx.
Qui plenissime intelligere appetit qualis sit: ta
les debet aspicere qualis nõ est: vt in bonorum for
ma metiat: quãtũ ipse de subiecto difformis est.
Justorum eñ species q̃si quedã forma nobis imi-
tanda proponitur. Lectio hæc bonorum vita.
¶Grego. in lib. mora. sup illud Job. xxx.
Si quãdo ridebã ad eos nõ credebãt.
Dũ nos quasi licenter lætos aspiciũt subditi ipsi
ad illicita resoluunt. ¶Idem li. j. dialogorum.
Sunt nõnulli quos ad amorem cœlestis patriæ

Exemplum. malum. ... coll. ... stondalũ. sacerdos. 2a/
chriso. / orone 4a. aduer. Iudeos. pa. xi. /
fo. 69. 4/72. 1. 874. 2/147. 3. 9. eãgti ci9/ 199. 4. 2/
ggo. 3. mo. c. 14/. 7

plus exempla: ꝙ predicamenta succendunt.
¶Gregorius in pastorali.
Plærũqꝫ contingit: vt qui negligenter de se ma
la opinari pmittant: p semetipsos nulla quidẽ
vnꝙ faciãt: sed tamen per eos qui se imitati fue
rint multiplicius delinquunt.
¶Gregorius in pastorali.
fama. Qui bona occulte faciunt ꝛ cum quibusdam fa-
ctis publice mala de se opinari permittunt: quũ
seipsos recte virtute viuificant: alios in se per
exempla male æstimatiõis occidunt: ꝛ quum sa
lubris vini potũ sorbeãt: pestiferi veneni poculũ
alijs infundunt. ¶Gregorius in pastorali.
Nemo amplius in ecclesia nocet ꝙ qui peruer-
se agens nomen vel ordinem sanctitatis habet.
Delinquentem namqꝫ hunc redarguere nullus
presumit: ꝛ in exemplis culpa vehementi⁹ exten
ditur: quando pro reuerentia ordinis peccator
honorat. ¶Grego. in fine pasto. de seipso.
Dum monstrare qualis debet esse pastor inuigi
lo: pulchrũ depinxi hoĩem pictor fœdus.
¶Gregorius super Ezechiel. homel. v.
Qui in occulto bene viuit: sed alieno profectu
minime proficit: carbo est: qui vero in imitatio-
ne sanctitatis positus lumen rectitudinis ex se
multis demõstrat: lampas est: qr ꝛ sibi ardet et
alijs lucet. ¶Gregorius homelia. xxv.
Perpendo Petrum: considero latronẽ: aspicio
zacheum: ꝛ nihil in illis aliũd video: nisi ante ocu
los nostros posita spei ꝛ pœnitentię exempla.
¶Gregorius in homelia super euangeliũ.
Quum clericũ videmus ammonẽdus est: quate
clerici nus sic viuat: vt exemplũ vite sæcularibus præ-
beat: ne si quid in illo repræhendit ex eius offi-
cio: ipsa religionis nostræ æstimatio grauetur.
Joannes ¶Joannes chrysostomus: ꝛ habetur distin.
chrysost. xlj. capi. Multi sacerdotes.
sacerdos Ideoqꝫ malus sacerdos de sacerdotio suo cri-
men acquirit non dignitatẽ: in iudicio enim tuo
sedes: si quidem bene vixeris: et bene docueris:
populum instruis si bene docueris: ꝛ male vixe
ris tui solus condẽnator eris. Nam bene viuen-
do ꝛ bene docendo populũ instruis quomodo vi
uere debeat: bene autem docendo ꝛ male viuen
do deum instruis: quõ te debeat condemnare.
Isidorus ¶Isidor⁹ de summo bono li. j. parte. ij. c. xj.
Qui sanctum virum imitatur: quasi exemplũ ali
quod intuetur: seseqꝫ in illo quasi speculo pro-
spicit: vt adijciat quod deesse virtutis agnoscit.
Minus enim seipsum homo ex seipso conside-
rat: sed dum alterũ intendit: id quod minus est
virtutis addidit. fo. 34. 4/
¶Isidorus in fino. soliloquiorũ lib. j. capi. x.
Aspice ex alio tormento quod timeas: respice
in alieno exitio quod pauescas: euita foueam in
qua alium videris cecidisse coram te: pericula
aliena in te pertimesce: q̃ verbis doces exẽplis
ostende. ¶Isidor⁹ soliloquiorũ lib. ij. capi. iij.
Uita malos: caue iniquos: si fueris socius con-
uersationis eris ꝛ virtutis: similis simili cõiungi
solet: vitam cum malis ducere periculosum est:
et cum his q̃ praue voluntatis sunt sociari.
¶Isidorus de summo bono lib. ij.

Maioris est culpę manifeste ꝙ occulte peccare:
dupliciter enim reus est qui aperte delinquit:
quia agit: ꝛ docet. ¶Bernardus in sermone. Bernar. de malo.
Non tibi videtur grauiorẽ Christ⁹ sustinere per xpscã.
secutionem: qui suggestiõe maligna exẽplo per a pastore.
niciosos scandali occasione ab eo peruertit aĩas
quas redemit: ꝙ a iudeo q̃ sanguinẽ suum fudit.
¶Bernardus in sermone. lvj.
Sermo quidẽ viuus ꝛ efficax exemplũ operis
est: plurimũ faciens suasibilẽ: tunc quum inten-
dimus quod dicitur: dum monstratur scibile qđ
suadetur. ¶Bernardus in epistola. lxxij.
Pulcherrimus ordo est ꝛ saluberrimus: vt onus
quod portandũ imponis: tu portes prior: et ex
te discas qualiter oporteat alijs moderari.
¶Leo papa in sermone de ieiunio. Leo pa.
Ualidiora sunt exempla ꝙ verba: ꝛ plenius ope
re docetur: ꝙ voce.
¶Hugo de claustro animę lib. iij. Hugo.
Sic luceat lux vestra coram hoĩbus: ꝛ ex hoc au
tem fit: quũ apparet mĩa in affectu: benignitas
in vultu: humilitas in habitu: modestia in coha-
bitatione: patientia in tribulatione.
¶Cassiodorus lib. j. epl̃arũ epistola. xxxviij.
Illi prudentiores sunt semper habiti: qui multo
rum hoĩm cõuersationibus probantur eruditi.
¶Cassiodorus lib. v. epistolarum. Cassiod.
Claras eñ suas maculas reddũt: si illi ad quos
multi respiciunt aliqua reprehẽsione sordescũt:
alioquin expedit non videri ꝙ cunctorũ irrisio-
ne signari. Omnes ergo qui grauiorum celsa pe
timus vitiorum humilia deferamus: sit in nobis
frons libera: vt aliorum possimus emẽdare pec corrẽ.
cata: equat crimen omne quod inquinat: ꝛ ideo
dissimilis ab accusato debet esse qui iudicat.
¶Cassiodorus lib. v. epistola. xliiij.
Instructus redditur animus in futuris: quãdo
præteritorum cõmouetur exemplis.
¶Cassiodorus lib. x. epistola. xiij.
Res minor ad potioris currit exemplũ: ꝛ alieni
facti iure iudicem sustinet: qui peccatis præstat
exempla. ¶Cassiodor⁹ lib. xij. epistola. iij.
Nemo amplius acquirit: ꝙ qui se bona cõuersa Lactãti⁹
tione tractauerit. ¶Lactantius firmianus
lib. iij. diui. institutionũ aduersus gentes.
Qui docent tantum nec faciunt: ipsi preceptis
suis detrahunt. Bonum est autẽ recta ꝛ honesta
precipere: sed nisi ꝛ facias mendaciũ est: ꝛ incõ-
gruens atqꝫ ineptũ non in pectore: sꝫ in labris
habere bonitatẽ. Qui nimium parcus est discit
aqua ꝛ polenta vitã posse tolerari. Qui odit vxo
rem huic enumerantur cælibatus bona habenti
malos liberos: orbitas prædicat: aduersus im-
pios parẽtes nullũ vinculũ esse naturę: litteræ
licet paucæ sint: varie tñ collocatę innumerabi-
lia verba conficiũt: non eñ fas aut eum q̃ scelera
tus in vita fœliciter effungere qđ meretur: aut
eum q̃ ob iustitiã miserrim⁹ fuerit sua mercede
fraudari. ¶Innocẽtius papa: Innocẽ.
et habetur distin. xx. De quibus causis.
Sanctorũ exempla perspicaciter recordamini.
¶Seneca ad lucillium epistola. xiij. Seneca.
Id agamus: vt meliorẽ vitam sequamur: ꝙ vul-

gus non vt contrariam: alioquin quos emendare volumus fugamus a nobis et auertimus. Illud quoq; efficimus vt nihil imitari velint nostri: dum timent ne imitanda sint oĩa. Hoc primum ph̄ia promittit sc̄dm omnẽ humanitatem et congregationem: a qua professione dissimilitudo nos separabit. Videamus ne ista per quæ admirationem parere volum⁹ ridiculosa ⁊ odiosa sint. ¶Seneca epistola.xxv.

Seneca. Prodest sine dubio custodem sibi imposuisse: et habere quem respicias: hoc quidem longe magnificentius sic viuere: tanq̃ sub alicuius boni viri ac præsentis oculis: quum iam profeceris tantum: vt sit tibi etiã tui reuerentia: ⁊ donec te eũ feceris cum quo peccare non audeas.

¶Seneca in prouerbijs.

Dignus tibi sis: coram te peccare pudeat: discipulus est prioris posterior dies: ex vitio alteri⁹ sapiens emendat suum. Optimu; est maiorum sequi vestigia: si recte præcesserint.

¶Seneca in prouerbijs.

Bonum est in malum alieno fugienda tueri.

¶Seneca de sententijs oratorum.

Si bene egeris: ipse tibi personę authoritatem dabis: viri boni est scire pati nec facere iniuriã. Author malus bonam rem turpem facit.

¶Seneca lib. declarationum.

Filius quid imitandum sit docetur exemplo.

¶Seneca tragœdia.vj.

Ferre quam sortem patienter omnes
Nemo recusat. ¶Aristo. lib.j. pœtriæ.

Aristo. Exemplis vtimur in docendo: vt facilius intelligatur quod dicitur.

¶Aristoteles lib.j. priorum.

Exempla non ponimus: quia ita sint: sed vt sentiant addiscentes.

¶Aristoteles lib.ij. de cœlo ⁊ mundo.

Opposita iuxta se posita magis elucescunt.

¶Aristoteles lib.ix. æthicorum.

Accipere virtutes virtuosorum beatissima est vita.

¶Aristoteles lib.ix. æthicorum.

In oĩbus oportet imitari meliores: vel quod melius est. ¶Aristoteles lib.x. æthicorum.

Magis mouent exempla q̃ verba. ¶Ibidem.

In actionibus humanis minus creditur sermonibus q̃ operibus. ¶Aristoteles ibidem.

Quando sermones dissonant in operibus sensibiliter: tunc contemnuntur.

¶Aristoteles lib.vij. politicorum.

Iuuenes sunt custodiendi: vt nec dicant: nec audiant malum: vel turpe aliquod: quia ex dicere et audire aliquid turpium de facili fit facere aliquod turpe. ¶Laertius Diogenes de vita ⁊ moribus philosophorum.

Laerti⁹ diogeñ. Interrogatus Solon qualis debet esse populi rector respondit: populi rector prius se q̃ populum rectificare debet. Alioquin erit velut q̃ vmbram curuam rectificare conatur prius q̃ virga curua vmbrã faciens recta fiat.

¶Laerti⁹ dioge. de vita et moribus ph̄orum.

Per viam publicã ne ambules. i. ne multorũ sequaris errores Pythagoras dicebat. ¶Ibidẽ.

Quum Vergilio ab imperitis obijceretur: q̃ alienos versus suo operi inserebat: respondit: magnorum virorũ est clauam extorquere de manu Herculis. ¶Plutarch⁹ in apophthegmatib⁹.

Plutar. Alexander adhuc puer quum ⁊ leuitatis corporis ⁊ pedum velocitate plurimum valeret: hortatus a patre: vt in olympiacis ludis stadium curreret: ait: facerẽ id quidem: si cum regibus mihi certamen futurum esset. ¶Idem.

Præterea quum Alexander res gestas legeret: collachrymauit: dixitq; ad amicos: is quum hac esset ætate Darium vicit: mihi vero in hanc vsq; diem gestum est nihil.

¶Macrobius saturnalium lib.vj.

Macrobius. Considerandũ hunc esse fructum legendi: emulari ea quæ in alijs probes: et quę maxime inter aliorum dicta mireris in aliquem vsum tuum opportuna deriuatione conuertere: quod et nostri tam inter se q̃ ex græcis: et græcorum excellentes inter se sæpe fecerunt.

¶Idem saturnaliũ lib.vij.

Plæbeia ingenia magis exemplis: q̃ ratione capiuntur. ¶Cicero lib. officiorum.

Cicero. Plerũq; autem præceptis parentum imbuti ad eorum consuetudinem moreq; deducimur.

¶Idem rhetoricorum lib.ij.

Exemplum vitiosum est: si aut falsum est: vt reprehendatur aut si improbum: vt non sit imitandum: aut maius: aut minus q̃ res postulat.

¶Cicero rhetoricorũ nouorum lib.iiij.

Hoc ipsum maximum artificium est in arte sua posse alienis exemplis vti. ¶Cicero ibidẽ.

Nam rerum omnium imperiti qui vniuscuiusq; rei de rebus ante gestis exẽpla petere non possunt: hi per imprudentiam facillime deducuntur in fraudes. At hi qui sciunt quid alijs acciderit facile ex eorum euentis suis possunt rationibus prouidere. ¶Valerius maximus libro.ij. titu. de insti. antiquis.

Valeri⁹ maxim⁹. Maiores natu in conuiuijs ad tibias egregia superiorum opera carmine comprehensa pangebant: quo ad ea imitanda virtutem iuuenũ alacriorem redderent. Quid hoc splẽdidius? quid hoc vtilius certamine? Pubertas canis suu; decus reddebat: defuncta viriu; cursu ætas ingredientes actu osam vitam fauoris nutrimẽtis prosequebatur. ¶Ibidem.

Spectãdi ↄsuetudo etiã imitãdi licentiã sumit.

¶Quint⁹ curtius de gestis Alexandri lib.vj.

Q. curt. Liberior est inter mutuas querelas dolor.

¶Lucius apuleius de deo socratis.

Lucius apuleius. Quin nos quoq; socratis exemplo ⁊ cõmemoratione erigimur. ¶Plautus in pseudulo.

Plautus. Probum esse patrem oportet qui gnatum suum esse probiorem q̃ ipsius est postulat.

¶Plautus in pseudulo.

Id ne tu mireris si patrizet filius?

¶Claudianus.

Claudianus. Scilicet in vulgus manent exempla regentum.

¶Ouidius de ponto lib.iij. elegia.ij.

Ouidius. Dum feriunt vnum non vnum fulmina terrent:
Iunctaq; percusso turba pauere solet
Quumq; dedit paries venturę signa ruinæ
Sollicito vacuus fit locus ille metu.

Quis non e timidis ægri contagia vitat?
Vicinum metuens ne trahat inde malum.
Sic agitur censura: ⁊ sic exempla parantur.
Quum videas: alios quod mouet: ipse facit.

¶Horatius carminum lib.iij. ode.v.

Horati⁹. Hoc cauerat mens prouida reguli
Dissentientis conditionibus
Fœdis: ⁊ exemplo trahentis
Perniciem veniens in æuum:
Si non periret immiserabilis.
Captiua pubes.

¶Horatius sermonũ lib.j. satyra prima.

Paruula na; exẽplo est magni formica laboris.
Ore trahit quodcunq; põt: atq; addit aceruo
Quem struit: haud ignara ac nõ incauta futuri.

¶Iuuenalis satyra.xiiij.

Iuuena. Plurima sunt fuscine ⁊ fama digna sinistra
Et nitidis maculam ac rugam figentia rebus:
Quæ mõstrant ipsis pueris tradũtq; parẽtes:
Sed dãnosa senem iuuat alea: ludit ⁊ hæres
Bullatus: paruoq; eadem mouet arma fritillo.

¶Ibidem.

Expectas vt non sit adultera large
Filia: quæ nunq̃ maternos dicere mœchos
Tam cito: nec tanto poterit contexere cursu:
Vt non terdecies respiret: conscia matri
Virgo fuit: cæras nunc hac dictante pusillas
Implet: ⁊ ad mœchos dat eisdẽ ferre cynedis.
Sic natura iubet. Velocius ⁊ citius nos
Corrũpiunt vitiorum exempla domestica.

¶Ibidem.

Sed reliquos fugiẽda patrum vestigia ducunt:
Et monstrata diu veteris trahit orbita culpę.
Abstineas igitur damnis huiusce: etenim vel
Vna potẽs ratio est: ne crimina nostra sequant̃
Ex nobis geniti: quoniam dociles imitandis
Turpibus ac prauis omnes sumus: ⁊ catilinam
Quocunq; in populo videas: quocũq; sub axe.
Sed nec brutus erit: bruti nec auunculus vsq̃.

¶Ibidem.

Nil dictu fœdum: visuq; hęc limina tangat.
Intra q̃ puer est: procul hinc: ꝓcul inde puellæ
Lenonum: ⁊ cantus pernoctantis parasiti.

¶Ibidem.

Maxima debetur puero reuerentia: si quid
Turpe paras: ne tu pueri contempseris annos.
Sed peccaturo obsistat tibi filius infans.
Nam si quid dignum censoris fecerit ira:
Quãdoquidẽ ⁊ similẽ tibi se non corpore tantũ:
Nec vultu dederit morum quoq; filius: ⁊ quum
Omnia deterius tua per vestigia peccet:
Corripies nimirum ⁊ castigabis acerbo
Clamore: aut post hęc tabulas mutare parabis.
Vnde tibi frontem libertatemq; parabis:
Quum facias peiora senex: vacuumq; cerebro
Iampridem caput hoc ventosa cucurbita q̃rat.

¶Iuuenalis satyra.xiiij.

Hospite venturo cessabit nemo tuorum.
Verre pauimentũ: et nitidas ostẽde columnas:
Arida cum tota descendat aranea tela.
Hic lauet argentum: vasa aspera tergeat alter.
Vox dñi fremit instantis: virgamq; tenentis
Ergo miser trepidas ne stercore fœda canino
Atria displiceant oculis venientis amici:
Ne perfusa luto sit porticus: ⁊ tamen vno
Semodio scobis hæc emendat seruulus vnus.
Illud non agitas: vt sanctam filius omni
Aspiciat sine labe domum: vitioq; carentem.
Gratum est q̃ patriæ ciuem populoq; dedisti:
Si facis vt patrię sit idoneus: vtilis agris:
Vtilis ⁊ bellorum et rebus pacis agendis.
Plurimũ enim intererit: quibus artibus: et quibus hunc tu
Moribus instituas. Serpente ciconia pullos
Nutrit: ⁊ inuenta per deuia rura lacerta.
Illi eadem sumptis quærunt animalia pennis.
Vultur iumẽto ⁊ canibus: crucibusq; relictis.
Ad fœtus properat: partẽq; cadaueris affert:
Hic est ergo cibus magni quoq; vulturis: et se
Pascẽtis: propria quũ iam facit arbore nidos.
Sz leporẽ aut capreã famulę iouis: ⁊ generosę
In saltu venantur aues: nunc præda cubili
Ponitur: inde autem quum se matura leuabit
Progenies: stimulante fame: festinat ad illam
Quam primum prædam rupto gustauerat ouo.

¶Ibidem.

Aedificator erat Centronius: ⁊ modo curuo
Littore caietæ: summa nunc tyburis arce
Nunc prænestinis in montibus alta parabat
Culmina villarum: græcis longeq; petitis
Marmoribus: vincẽs fortunæ ac herculis ædẽ
Vt spado vincebat capitolia nostra Posides
Dum sic ergo habitat centroni⁹ imminuit rem
Fregit opes: nec parua tamen mensura relictæ
Partis erat: totam hanc turbauit filius amens:
Dum meliore nouas attollit marmore villas.

¶Exemptio græce ἀνευθυνία.ας.ἡ. ⁊ ἀνεύθυνος.ου.ὁ.ἡ. exemptus dicitur: et is est qui non subest iurisdictiõi ordinarij. Diciturq; ab eximo quod est aufero excipio. Differunt autem eximo ⁊ eripio: vt placet Põponio iurisconsulto: q̃ eripere est de manibus auferre per raptũ. Eximere vero quoquo modo auferre. Itaq; erit eximendi verbum generale: vt puta. Si quis non raperet aliquem: sed more faceret: quo minus in iudiciu; veniret vt actiõis dies exiret: vel res tẽpore amitteretur: videtur exemisse: Quis corpus non exemerit. Hinc eximium dicitur: excellens: egregium: tractũ ab eo quod in sacrificijs optimum pecus de grege eximebatur: vel quod primum erat ratum: et eximij porci dicebantur maiores: qui ad sacrificandũ electi erant: sicut egregię oues dicebantur e grege electæ. vnde egregium dicimus excellens: ⁊ eximie ⁊ egregie aduerbialiter: ⁊ ab eximo exemptio dicitur.

¶Exercitatio græce ἄσκησις.εως.ἡ. ⁊ ἀσκέω exerceo dicitur. venitq; ab arceo: quod est premo fatigo: quasi extra arceo. Exercere proprie fatigare est. Terentius. I sane ego te exercebo hodie: vt dignus es silicernium. Aliquando exercere ponitur pro agitare: commouere. Pro insequi: pro laborare: colere: a cuius frequentatiuo exercito fit exercitium: et exercitatio: ⁊ exercitus: fatigatus participi aliter: ⁊ exercitus nomẽ hoc est militum multitudo: quod exercendo fit melior.

vb·doc·pe·2ª·p·li·2·c·ii· 4ª·p·li·4·c·24º/
vb·ep·c·43·bnoz/opuz· 4·p·4·li·c·18·§·1·dic enode·8·
c 44·virtutū·/

consuetū· ociositas pigritia q. pētia· spēs. vide ave 4· 4 cap· hepatie· pūcte circa ṗilia bellū prinz: bi attēpti hūiliz.

Exercitiū græce γυμνασία.ας.ἡ. dicit: ꝛ est vite humanæ cōseruatio: caloris naturalis lima: excitatio dormiētis naturæ: virtutū corroboratio: superfluitatū cōsumptio: ocio inimicū: tēporis lucrū: iuuentutis debitū: ꝛ senectutis gaudiū. Ille ergo solus ab exercitio abstineat: qui sanitatis bnficio vult carere ꝑm Fulgētiū. ¶Prouer. ca. xij.

Prouer. Qui operatur terram suam satiabitur panibus: qui autem sectatur ocium stultissimus est.

Eccl's. ¶Ecclesiastes capi. ix.

Quodcunqꝫ facere potest manus tua instanter operare: quia nec opus: nec ratio: nec sapientia: nec scientia erunt apud inferos quo tu properas.

fo·189·i/243·i/

Hieronī. ¶Hieronymus in sermone.

Non facile capit a diabolo qui bono vacat exercitio.

Bernar. ¶Bernardus ad fratres.

3·6·2· sermo de baptis/ ... vim q. tresfcete ... 4º··

Rusticus duros habet neruos: lacertos fortes: exercitatio hoc facit: siue cum corpore molescit: voluntas facit vsum: vsus exercitiū: exercitium vires subministrat.

¶Bernardus in sermone natiuitatis dñi.

Credo igitur primo oĩm ponitur: sicut Paulus
apostolus ad Hebræos scribens dicit. Credere
enim primo omniũ accedentes ad deũ oportet:
q: est: ꝛ credentibus remunerator sit. Sed ꝛ pro
pheta dicit: Nisi creditis nõ intellgitis. Vt ergo
intelligentia auditu patefiat teste: prio omniz
te credere profiteris: q: nec mare q̃s ingredit:
ꝛ liquido a pfundo sese cõmittit elemẽto: nisi se
prius credat posse saluari: nec agricola semina
sulcis obruit ꝛ fruges spargit in terram: nisi cre
diderit venturos imbres: affuturũ quoq; solis
teporem: q̃bus terra confota segetes: multipli
cata fruge, producat: ac ventis spirantibus nutri
at: Nihil deniq; est: qđ in vita geri possit: si non
credulitas ante pcesserit. Quid igit mirũ si acce
dentes ad deũ credere nos prio omniũ profite
mur: quũ sine hoc nec ipsa exigi possit vita com
munis? Hoc aũt iccirco in principijs pmittimus: q:
pagani nobis obiicere solent: q̃ religio nostra
q: rationibus deficit: in sola persuasione consi
stat: ꝛ ideo ostendimus nec agi nec stare aliquid
posse: nisi pcesserit ius credẽdi. Deniq; matri
monia contrahuntur q: credit successura poste
ritas: ꝛ pueri discendis artibus traduntur: quia
magistrorũ in discipulos trãsfundẽda creditur
disciplina: ꝛ imperij insignia vnus suscipit: dum
credit sibi populos ꝛ vrbes armatũ etiã exerci
tũ pariturũ. Quid si hęc singula nisi prius credi
derit futura nullus aggreditur: q̃o non multo
magis ad agnitionem dei credendo ꝓueniatur?

¶Hieronym⁹ epistola prima.

Valde alienus a fide est qui regnum Christi dũ
cit aliquando finiendum.

¶Hiero. epistola. v.

Est aũt fides ꝛt diffinit apostol⁹ Paulus, substã
tia rerũ quas speramus: ꝛ index rerũ q̃s nõ
videmus. Credere ꝛ videre quis nõ debet: q ea
q̃ deus pmisit potẽs sit vt promissa sunt facilli
me ꝓuenire. Hęc nobis inuisibilia aũ oculos po
nit: ad hãc ingressi ꝛ diaboli ꝛ potestatum huius
mundi: ꝛ harũ tenebrarũ vniuersa deserimus: ꝛ
deo cũ fiducia ꝓximamus. Credere em ꝛ spera
re necesse est q̃ de⁹ iussit. Quũq; ea q̃ dia
bolus inserunt abnegamus fidẽ spes sequitur.

¶Hieronymus epistola. ix.

Qui in Christũ credim⁹ Christi sectemur exem
pla. ¶Hieronymus epistola. ix.

Frustra nobis in eo applaudim⁹: cuius mãdata
nõ facimus. ¶Ambrosius sup Marcũ: ꝛ Ambro
habetur. xxiij. q. j. c. Non turbatur.

Ergo nõ turbat hęc nauis in qua ꝓuidentia na
uigat: absit perfidia: fides ꝛsuperat. Quẽadmo
dũ em turbari poterat cui ꝑerat is in quo firmã

mentũ ecclesiæ est. Illic ergo turbatio vbi modi
ca fides: ibi securitas vbi perfecta dilectio. De
niq; ꝛ si alijs imperatur: vt laxent rhetia sua: so
li tamen Petro dicitur duc in altũ: hoc est in pro
fundũ disputationum. Quid em tã altum q̃ al
titudine diuitiarũ videre. i. scire dei filiũ ꝛ profes
sionẽ diuine generatiõis assumere: quã licz mẽs
nequeat humana plene rationis inuestigatione
cõprehendere: fidei tamẽ plenitudo cõplectet.

¶Ambro. lib. de virginitate.

O thesauris omnibus opulentior fides: o virtu
tibus corporeis omnibus fides fortior: medicis
omnibus saluatior.

¶Ambrosius lib. de trinitate.

Auferargumentavbi fides querit: in ipsis gym
nasijs suis tã dialectica taceat: piscatoribus cre
ditur non dialecticis.

¶Ambrosius super Beati, immaculati.

Lito fides inexercitata lãguescit ꝛ crebris ocio
sa tentatur incõmodis. Remissas excubias calli
dus insidiator irrumpit: assuetũ aũt bello vipe
rũ hesterna fraus instruit: ꝛ gloriose puebit pal
ma victoriæ: par ergo fidei corruptelæ materia
est.

¶Ambrosius lib. de Elham tabel.

Fides est radix omnium virtutũ: ꝛ quod sup hoc
fundamentum ædificaueris: hoc solum ad ope
ris tui fructus ꝛ virtutis proficit mercedem.

¶Ambrosius lib. j. officiorum.

Quis fideles putat quos vel pecunia vel adu
latione obligatos sibi crediderit.

¶Ambrosius lib. j. officiorum.

Viquet etiã in bello fidem et iustitiã obseruari
oportere. Fundamentũ em iustitiæ est fides.

¶Idem lib. iij.

Vnusquisq; nihil pmittat inhonestuz: at si pro
miserit tolerabilius est promissum nõ facere: q̃
facere quod turpe est. ¶Gregorius Theo
dorico ꝛ Theoderoberto regibus francoruz: ꝛ ha
betur prima. q. j. Ferẽ simoniaca.

In sacerdotibus fides sit eligẽda cũ vita. Si em
vita deest: fides meritum non habet: beato Jaco
bo attestante qui ait. Fides sine operibus mor
tua est. ¶Gzego. in homelia ascẽsionis
super illud Marci. Qui vo non crediderit con
demnabitur.

Forsitasse vnusquisq; apud se dicat. Ego iam cre
didi: saluus ero. Verũ dicit si fidem operibus te
net. Vera etem fides est: quæ in hoc qđ vbis mo
ribus nõ cõtradicit. Hinc est enim qđ de quibus
dã falsis fidelibus Paulus dicit. Qui confitenẽ
se nosse deũ: factis aũt negãt. Hinc Joãnes ait.
Qui dicit se nosse deũ: ꝛ mandata eius nõ custo
dit: mendax est. ¶Gzego. homelia. xxvj.
Diuina operatio si ratione cõprehenditur nõ est
admirabilis: nec fides hz meritũ vbi humana ra
tio ꝓbet experimentum.

¶Idem homelia. xxviij.

Tunc enim veraciter fideles sumus: si quod ver
bis promittimus operibus adimplemus.

¶Gzego. super Ezechielem.

Nisi prius fides teneatur: nullaten⁹ ad spiritua
lẽ amoꝛ attingit. Nõ em charitas fidẽ sed fides
charitatem præcedit. Nemo pōt amare qđ nõ cre
didit: sicut nec sperare.

¶Joannes chrysosto. super illud Odat. xij.

Volumus a te signa videre.

Sicut semper discere: signũ est nunq̃ posse ꝓfi
cere: sic testimoniũ semp quęrere: signũ est nũq̃
velle credere.

¶Joan. chrysosto. sup illud Matthæi. xiij.

Inuenta autẽ vna preciosa margarita.

Vna est veritas ꝛ nõ partita: sicut qui margaritã
habet ipse nouit quãtum dines est: ꝛ tamẽ mul
tis potest esse nõ cognitus: ita ꝛ qui fidei verita
tẽ detinẽt: nosciũt q̃ diuites sunt. Infideles autẽ
thesaurũ nesciẽtes hũc diuitias nostras ignorãt.

¶Joannes chrysostomus ibidem.

Similis est natura infidelitatis terræ harenose:
q: quãtũcunq; pluuiã susciperet nõ fructifica
ret. ¶Joan. chrysosto. sup illud Odat. xx.

Et illi magis clamabant.

Talis est natura fidei: quãto magis vetatur: tan
to magis accenditur. Virtus fidei in periculis se
cura est: in securitate pclitatur. Quid em aliud
sic laxat vigorẽ fidei: sicut longa tranquillitas.

¶Joan. chrysosto. sup Matthæum. xxv.

Fides lãpas est: q: sicut lãpas illuminat domus
ita fides aiam

¶Jdẽ super illud symbolũ

Credo in deum.

Fides religionis catholicæ lumẽ est aĩe: ostiũ vi
tæ: fundamentum salutis eternæ.

¶Isidorus in sinonymis lib. ij. ꝛ habet Isidor⁹,
xxij. q. iiij. in malis.

In malis promissis rescinde fidem: in turpi voto
muta decretuz: quod incaute vouisti ne facias.
Impia est promissio q̃ scelere adimplet.

¶Bernardus super cãtica sermone. xxv.

Doꝛs fidei est separatio charitatis: credis in xp̃m
fac christi opera: vt viuat fides tua. Fidem tuam
dilectio animi ꝛ actio probet. Nõ incruet terre
nũ opus quẽ fides cœlestium exigit.

¶Idem super cantica.

Quid nõ inueniat fides? Attingit inaccessa: de
prehendit ignota: cõprehendit immẽsa: apprę
hendit nouissima: ipsam denique eternitatẽ suo il
lo vastissimo sinu quodã modo circũcludit.

¶Ibidem.

Dicam⁹ fidẽ vitẽ: virtutes palmites: botrũ op⁹:
denotionẽ vinũ. ¶Idem sermone. xij.

Non fidei: sed perfidiæ: nõ cõfidẽtiæ: sed diffidẽ
tię est in semetipso habere fiduciã.

¶Bernardus ibidem.

Infidelis est⁹: qui nec sibi credit: nec in se spe
rat: factus sibi tanq̃vas perdituz: sed sic perdẽs
aiam suã: vt in vitã æternã custodiat eam.

¶Bernardus sermone. lxvij.

Trãsgredit em fides rationis fines: humanę na
turę vsum: experientię terminos.

¶Idem de. xij. gradibus humilitatis

Fides aliquãdo recipit: qđ ratio nõ ꝓsumit:
qualis sit cuiusq; fides tribulatio ꝓbat.

¶Leo papa: ꝛ habet dist. xj. hoc vestræ.

Hoc vestræ indicimus charitati: vt ab apostoli
cis institutis nullo vlteri⁹ recedatis excessu: q:
multũ post hoc esse nõ poterit: si quisq̃ apostoli
cas regulas, ĩ aliquo crediderit eẽ negligẽdas.

Boetius. ¶Boetius lib. de trinitate.
Eruditi ẽ hoĩs vnũquodq3 vt ipm ẽ: ita de eo fidẽ
Seneca. caperet tẽtare. ¶Sene. ad Lucil. epi. lxxxix.
Fides sanctissimũ humani pectoris bonum est.
Nulla necessitate ad fallendũ cogit: nullo corrũ
pitur pmio. Ure inquit: cede: occide: nõ prodã.
Sz quo magis secreta quęret dolor: hæc illa altius
condet. ¶Seneca in prouerbijs.
Fidẽ nemo vnquam perdit: nisi qui nõ habet.
¶Seneca tragœdia. vj.
Nõ intrat vnquam regiũ limen fides.
¶Idẽ tragœdia. viij.
Precio parata: vincitur precio fides.
¶Seneca tragœdia. x.
Teneris in annis haud satis clara est fides.
¶Idem tragœdia. x.
Nam rara fides: vbi iam melior fortuna ruit.
Cõmẽta. ¶Commentator sup. iij. physicorũ.
Fides vulgi fortior est: quam fides philosophorũ.
Cicero. ¶Cicero lib. j. rhætoricorum veterũ.
Animus sine fide stabilis amicis eẽ nõ potest.
¶Cicero lib. j. officiorum.
Fundamentum iusticie est fides dictorũ conuen
torũq3 cõstãtia & veritas. ¶Cice. li. j. officiorũ.
Nec promissa seruanda ea quæ sunt his quibus
promisit inutilia: nec si plus ea noceãt illi cui p
miseris quam prosint. ¶Ibidem.
Nã illis pmissis stãdũ nõ esse quis nõ videt? q coactus quis
metu: aut deceptus dolo pmiserit. ¶Ibidẽ.
Nec enim vlla res vehementius rẽpu. cõtinet: quam fi
des: quæ nulla esse põt: nisi erit necessaria solutio
rerũ creditarũ. ¶Cicero lib. de amicitia.
Sed nihil stabile quod est infidũ. ¶Ibidẽ.
In vita tyrannorũ nulla fides.
¶Idem lib. ij. de diuinatione.
Deiotarus vetat expectare fortunã: dũ prestet fi
Sallust. des. ¶Sallustius in iugurtha.
Expertus sum parũ fidei miseris esse.
¶Quint. Curti. de gestis Alexãdri lib. viij.
Quint. curtius. Fides stabile & æternũ facit imperiũ.
¶Paulus orosius de ormesta lib. iij.
Paulus orosius. In magna malorũ multitudine difficillima dictis
fides. ¶Lucianus.
Lucian. οὐκ ἔστι κακῶς κεχρημένον ἄνδρα.
τοῖς ἰδίοις εἶναι πιστὸν ἐν ἀλλοτρίοις. id est
Non est male vtentem virum.
Proprijs esse fidum in alienis.
Plaut. ¶Plautus in duobus captiuis.
Fac fidelis sis fideli: caue fidem fluxam geras.
Terenti. ¶Terentius in andria.
Nulla in re est cuiquam hominum fides?
Vergili. ¶Vergilius lib. iiij. æneidos.
Nusquam tuta fides. ¶Lucan. li. j. pharsaliæ.
Nulla fides regni socijs: omnisq3 potestas.
Impatiens cõsortis erit. ¶Idẽ lib. ij.
Cum fato conuersa fides. ¶Lucan. lib. ix.
Nulla fides vnquam miseros elegit amicos.
Lucan. ¶Lucanus lib. x.
Nulla fides pietasq3 viris qui castra sequuntur
Venalesq3 manus ibi fas vbi maxima merces.
Ouidi. ¶Ouidius metamorpho. li. xv. fabu. xxviij.
Fides rebus tamen est addẽda probatis:
¶Ouidius in epla Helenæ ad Paridem.
Tarda solet magnis rebus inesse fides.
¶Ouidius epla Acontij ad Cidippen.
Non boue mactato cœlestia numina gaudent:
Sed quæ pstanda est: & sine teste fide. ¶Ibidem.
Promittes votũ: scit te promittere falso.
Iurabis? scit te fallere posse deos.
¶Ouidius lib. j. de arte amandi.
Quos credis fidos: effuge Tutus eris.
Cognatũ fratrẽq3 caue: fidũq3 sodalẽ.
Præbebit veros: hec tibi turba metus.
Ouidius lib. iij. de arte amandi.
Prona venit cupidis in sua vota fides.
¶Ouidius tristiũ lib. iij. elegia. x.
Vix equidẽ credar: sed quum sint premia falsi:
Nulla: ratã debet testis habere fidem.
¶Ouidius fastorũ lib. iij.
Tarda venit dictis difficilisq3 fides.
¶Propertius lib. iij. elegia. vij.
Non est certa fides: quã nõ iniuria versat.
¶Propertius lib. iij. elegia. xix. Proper.
Contineant nobis omnia prima fidem.
¶Tibullus lib. j. elegia. ix. Tibull.
Tu mihi iurabas nullo tibi diuitis auri
Põdere nõ gẽmis: vendere velle fidem.
¶Horatius sermonũ lib. ij. epistola. ij. Horat.
Multa fidem promissa leuant.
¶Dãtes paradisi cap. xxiiij. Dantes.
Sopra la fede ogne virtu si funda. ¶Ibidẽ.
Sel mundo se reuolse al Christianesimo
Dixi io senza miraculi: questuno
E tal che gli altri nõ sonno il cẽtesimo. ¶Ibidẽ.
Et io respondo. Icredo in vno idio
Solo & æterno che tutol ciel moue
Non moto cum amore & cum disio.
Et a tal creder non ho io pur proue
Phisice & metaphisice ma dalmi
Anco la verita che quinci pioue
Per moise: per propheti: & per psalmi:
Per leuãgelio: & per voi che scriuesti
Poi che lardente spirto ve fe almi.
Credo in tre persone eterne & queste
Credo vna essenza si vna e si trina
Che offera coniuncto sono & este.
¶Frãciscus petrarcha cãtilena. xix. stãtia. iij. Franci. petrar.
I mi fido in collui chel mundo rege.
¶Fran. petrarcha triũpho amoris cap. iiij.
Lei & ogni mio bene: ogni speranza
Perdere elessi: per non perder fede.
¶Franci. petrarcha triumpho fame ca. ij.
Bite superbi o miseri christiani
Consumando lun laltro: & nõ vi caglia
Chel sepulchro de christo e in man de cani
¶Fidentia græce θράσος. εος. τό. & θρασύς. εος.
ὁ. temerarius dr. Est aũt fidẽtia p quã magnis &
honestis rebus multũ ipse animus in se fiducię cũ
certa spe collocauit sm Ciceronẽ in rhetoricis.
vnde aũt dicat vide supra in fides.
¶Fiducia grece παρρησία. ας. ἡ. & παρρησιάζω
audacter loquor dr. Est aũt fiducia spes futuri
auxilij cõcepta ex dictis aliorũ: vel ex his quæ sunt
in se vel in alio sm bea. Tho. scda scdæ. q. cxxix.
arti. vj. & dicitur a fide.
Fiducia seu cõfidentia dicit motũ irascibilis in

æstimatũ non excedere facultatem. Et circa bo
na est spes: sz circa mala est audacia sm b. Tho.
iij. sen. dist. xxix. q. j. arti. iij.
Fiducia est oim bonorũ. Magnanimitas est ma
gnorũ sm eũdẽ. iij. sen. di. xxxiij. q. iij. arti. iiij. Fi
ducia vnde veniat: vide supra in fides.
¶Figura græce τύπος. ου. ὁ. & τυπόω figuro dici
tur. Est autem figura forma quanti sm. b. Tho.
prima parte. q. vij. arti. j.
Figura dat terminationem quanti. Forma vero
dat esse specificũ artificato. Sũt tamẽ idem vel
propinque. ex beato Tho. contra gen. iij. c. co. fi.
Figura a findo: de quo supra in fictio. Sunt et
figuræ quas græci σχήματα dicũt quasi cultus
et ornamenta orationis. hinc schemata lexeos
et schemata dianoeas: hoc est figurę verborũ & fi
gurę sententiarũ: & figuro verbum & figuratim.
vnde oratio figurata et figurate. i. per figuram.
¶Figmentũ grece πλάσμα. ατος. τό. Est autez
idem quod fictio: de quo supra in fictio.
Filius grę. υἱεύς. εος. vel υἱός. ου. ὁ.
& υἱότης. ητος. ἡ. filiatio dr: appel
lationeq3 filiorũ: vt iurisconsulti
sentiũt: etiã filię cõtinent: Et non
ecõtrario filiũ ἀπὸ τοῦ φίλου hoc
est ab amore dictũ volunt: quod oim
constãtissimus amor sit parentum in filios.
Homer. ¶Homerus in β odissee.
παῦροι γάρ τοι παῖδες ὁμοῖοι πατρὶ πέλονται,
οἱ πλέονες κακίους, παῦροι δέ τε πατρὸς
ἀρείους. i.
Pauci certe filij similes parentibus sunt.
Plures peiores: pauci autem patre meliores.
¶Homerus in δ odissee.
πολλὰ γὰρ ἄλγε' ἔχει πατρὸς παῖς οἰχομένοιο. i.
Multos certe dolores sustinet patre filius ab
sente. ¶Phocylides.
Phocylides. μὴ μὲν ἐπ' ἄρσενι παιδὶ τρέφειν πλοκαμῖδας
χαίτην. μὴ κορυφὴν πλέξῃς μήθ' ἅμματα λοξὰ
κορύμβων.
ἄρσεσιν οὐκ ἐπέοικε κομᾶν. χλιδαὶ δὲ γυναιξί.
παιδὸς δ' εὐμόρφου φρουρεῖν νεοτήσιον ὥρην.
πολλοὶ γὰρ λυσσῶσι πρὸς ἄρσενα μῖξιν ἔρωτος.
id est
Neq3 in masculo filio nutrias crinium iubam:
Neq3 verticẽ capitis implices: neq3 vincula obli
qua corymborum.
Masculuz non decet coma: mollicies conuenit
mulieribus.
Filij pulchri custodias iuuenilem florem:
Multi enim rabiescunt in masculam mixtionem
Hesiod. amoris. ¶Hesiodus.
μουνογενὴς δὲ πάϊς σώζοι πατρώιον οἶκον. i.
Unicus autem filius seruet paternaz domum.
Euripe. ¶Euripedes in medæa.
δοῦλοι γὰρ ἄνδρα κἂν θρασύσπλαγχνός τις ᾖ,
ὅταν ξυνειδῇ μητρὸς ἢ πατρὸς κακά.
Redigit enim in seruitutem virum & si audacis
simus quis sit.
Quando conscius sit matris vel patris malorũ.
Periander. ¶Periander.
υἱοὺς παίδευε. hoc est
Filios erudi. ¶Cleobulus. Cleobulus.
τοὺς τεκόντας ὑπομονῇ νίκα. hoc est
Parentes patientia vince. ¶Pittacus. Pittac.
ὅπερ αὐτὸς τοῖς γονεῦσι δράσεις,
τὰ αὐτὰ προσδέχου παθεῖν καὶ αὐτός. id est
Que ipse erga tuos parentes feceris
Eadem expecta pati & tu. ¶Idem.
μὴ ἔριζε γονεῦσι, κἂν δίκαια λέγῃς. i.
Noli cõtẽdere cũ parẽtibus: & si iusta dicas. ¶Idẽ.
γονέας αἰδοῦ. hoc est
Parentes venerare.
De hac materia vide infra in parentes.
¶Firmamẽtũ grece στερέωμα. ατος. τό. & στερεόω
firmo dicit: & cœlũ stellatũ & suprema sphæra
sm Aristotelẽ: non autẽ sm astrologos moder
nos. ex b. Tho. prima parte. q. lxviij. arti. j. ij. & iij.
Firmus hoc est stabilis: cõstans: a ferẽdo dicit:
quod constãter oĩa ferat: vñ firmitas: de qua infra:
hoc est stabilitas: cõstãtia: que & firmitudo dicit.
et firmiter aduerbium stabiliter: incõcusse: & fir
mo verbũ: quod est sisto: stabilio: vnde firmator fir
matrix firmatio: hinc affirmatio: de qua supra:
affirmatiuũ: offirmo quod ẽ firmo. Infirmo quod
est debilito: & infirmus debilis: & infirmitas debili
tas: refirmo rursus firmo: cõfirmo approbo: cõfir
mator: & cõfirmatrix: & cõfirmatio: & cõfirmatiuũ.
¶Firmitas græce στερεότης. ητος. ἡ. & στερεόω fir
mo dicitur. Est aũt firmitas virtus faciens per
manentiam in opere: cõstantia vero in pposito.
bea. Tho. iij. sen. di. xxxiij. q. iij. arti. iij.
¶Fiscus est bursa cæsaris vel principis. xvj. q.
vij. maiores. Proprie tñ significat folliculũ quo
testes tegunt: ponit interdũ pro sacculo in quo
pecunię publicæ recondũtur: vnde fiscum aliqñ
pro ærario accipimus: a quo fiscalis deducitur.
¶Flagellum græce μάστιξ. γος. ἡ. et μαστιγόω fla
gello dicitur. Flagellũ significat nõnunquam ramo
rum seu virgarũ summitatẽ. Ver. in geor. Ne ve
flagella summa petas. eo quod crebro ventorũ fla
tu agitet. estq3 flagellũ diminutiuũ de flagrũ.
Dicitur vero flagellum etiam qr caro eo pcussa
conflagrare: hoc est ardere videatur. Horatius.
Nec scutica dignum horribili insectere flagello.
¶Foelicitas græce εὐδαιμονία. ας. ἡ. et εὐδαί
μων. ονος. ὁ. ἡ. fœlix dr. Est aũt fœlicitas quędã
opatio aię p virtutẽ perfectã sm Aristo. li. j. æthi.
Fœlicitas est quod vitam sufficientẽ: optabilez:
ac nullius indigã pręstat sm eundẽ ibidem.
Fœlicitas est virtus in vita perfecta sm Aristo
telem lib. ma. mora.
Fœlicitas est virtutis opatio: vt vsus quidẽ pfe
ctus sm Aristotelẽ lib. vij. politicorũ.
Fœlicitas est opatio quædã sm virtutẽ pfectã
operantẽ exterioribus bonis sm Aristo. viij. æthi.
Fœlicitas est vel forma scda cũ virtute: vel p se
sufficiẽtia vitę: vel vita tuta: & iucundissima: vel
possessionũ facultas: & corporis vires cum facti
ua cõseruatiua: amplificatiua: horum virtute sm
Aristotelem lib. j. rheto. ¶Menander. Menander.
δίκαιον μὲν πράττοντα μεμνῆσθαι θεοῦ. i.
Iustũ est fœliciter agẽtẽ recordari dei. ¶Idẽ.
κατ' ἰδίαν φρόνησιν οὐδεὶς εὐτυχεῖ. i.
Iuxta ppriã sniãm nullus fœlix est. ¶Idez

κοινον δὲ καλὸν ἐστὶ χρησὸσ εὐτυχῶν .i.
Cōmune autē bonum est bonus fœlix. ¶Idez.
ὀυκ ἐσιν ὅστισ πάντ' ἀνὴρ εὐδαιμονεῖ.i.
Non est qui in oībus vir fœlix sit. ¶Idem.
πολλοὶ μὲν εὐτυχοῦσιν.ου. φρονοῦσι δὲ.i.
Multi quidē fœliciter agūt: non sapiunt ꝗuis.
¶Idem.
τὸν εὐτυχοῦντα καὶ φρονεῖν νομίζομεν.i.
Fœliciter agentē: ꝛ sapere putam⁹. ¶Idem.
τῷ γὰρ καλῶσ πράσσοντι πᾶσα γῆ πατρίσ.i.
Bene eñ agenti oīs terra: patria. ¶Idem.
τῶν εὐτυχούντων πάντεσ εἰσὶ συγγενεῖσ. id est
Fœlicium oēs sunt affines. ¶Idem.
ὡσ εὐκόλωσ πίπτουσιν αἱ λαμπραὶ τύχαι.i.
Quā facile cadūt splēdide fortunæ.

Lucian⁹

¶Lucianus.
θεοῦ μὲν ἐκτὸσ. οὐδεὶσ εὐτυχεῖ βροτόσ.id est
Deo quidē sine nullus fortunatus est mortalis.
De hac materia vide infra in prosperitas.

¶Fœmina θηλύα.ασ.ἡ. vel θῆλυσ.οσ.ἡ. dicitur.
Mulier autem quæ dicitur fœmina a fœminis mollicie: vt quidam putant: vel a fœtu: vt credibilius est. A fœmina fit fœmineū: ꝛ fœmininū: ꝛ diminutiuū fœmelle. Et effœmineo verbū: quod in muliebrem molliciem: atq; lasciuiam conuerto: cuius passiuū est effœminor. vñ effœminat⁹ mollis: lasciuus. ꝛ effœminatio mollicies et lascivia. Et effœminate: hoc est molliter et lasciuie. De hac materia vide infra in mulier.

¶Fœnus τόκοσ.ου.ὁ. ꝛ τοκίζω. fœnero. Est autem vsura. Sz differūt: q2 vsura est lucrū de capitali acceptū: fœn⁹ vero est lucrū de vsura. vel sic. Fœnus ex solo ipso est. Naz dicit̃ naturalis fructus terre. Ouidi⁹. Quæ tibi cum multo fœnore reddat ager. Et inde ad vsurā transfert̃: quasi pecunia per se fructum ꝑducat sicut terra. Ita et fœnum fœtū terre dicimus: ꝛ fœnus fœtum pecunie. A fœnore diminutiuū fit fœnusculū et fœnero verbum: quod est pecunias: siue aliam rem ad fœnus mutuo: ꝛ cum accusatiuo iungit̃. Mar. hæc sapit. hec oēs fœnerat vna deos. hui⁹ passiuū est fœneror: vñ res fœnerata dicitur ad vsurā tradita. A fœnero fœnerator q̄ apud græcos danista dicit̃: ꝛ fœneraticius: vñ pecunia fœneraticia q̄ ex vsuris est collecta: hinc ꝛ fœnū dicitur ꝙ herbe eedem manētes quotānis nouas pariant. De hac materia vide infra in vsura.

¶Fomes græce ῥιπή.ησ.ἡ. dicit̃. Et est languor naturæ: qui carnis cōcupiscentia appellat̃: vt habetur. xv. q. j. ¶. vt itaq;. Fomes est concupiscentia habitualis: que puenit ex hoc ꝙ ratio non habet virtutem totaliter inferiores vires refrenandi s̄m b. Tho. in quest. dispu. de ma. q. iiij. ar. vj. Fomes a fouendo hoc est nutriēdo ignem. Est enim fomes assula ex arbore excussa dum cæditur. Item quæcunq; materia sicca: in qua facile ignis inflāmatur. Vergi. Suscepitq; ignem foliis: atq; arida circū Nutrimēta dedit rap. q3 in fo. si. per metaphorā aūt fomitē appellam⁹ quicquid accēdit nos: atq; excitat ad aliq̄d agendū. Belli⁹ fomitē eē quedā dicēs ꝛ icitabulū igenij virtutisq; si mens ꝛ corpus hoīe viuo flagraret

Forma græ. μορφή.ῆσ.ἡ. et μόρφωσισ formatio dicitur. Est autem forma que dat esse specificuz artificiatum. Quomodo autem differat a figura: vide supra in figura.

¶Formido grece δειλία.ασ.ἡ. ꝛ δειλόσ.οῦ.ὁ. formidolosus vt timid⁹ dr. Est aūt formido virt⁹ medio mō se habens circa timores ꝛ audacias propter bonum s̄m Aristotelē lib. iij. æthicorum. Formido est met⁹ permanēs s̄m Ciceronē lib. tuscu. quest. Dicitur autem formido a fero fers: et est metus qui vehementius in mouēdo vt ab se abeat foras fertur: hinc formido verbum. i. timeo: ꝛ formidabile timendum: et formidolosus qui formidat. Terentius. Num formidolosus es mi homo? ꝛ formidolose. i. cū timore. Apophoreta vero que sunt munera quæ dari solebant in saturnalibus: quem morem quoq; hodie seruamus mense decēbri non a fero: sed a phero greco: ꝙ ab his quos salutabant referuntur. nam ἀποφέρειν modo auferre mō referre significat. hinc Mart. nouissimum sui operis librum apophoreta inscripsit: hoc est munera saturnaliorū.

Fornicatio grece πορνεία.ασ.ἡ. et πορνεῖον.ου.τό. lupanar dicitur. Est autez fornicatio oīs illicitus coitus: vt habet̃. xxxij. q. ij. c. meretrices. ¶. Qui ergo proprie tū est inordinat⁹ concubitus naturalis: quo solutus solutaz naturali vsu cognoscit: solutus inquā quolibet vinculo: coniugij: cōsanguinitatis: affinitatꝫ: ordinis: religiōis seu voti. Fornicatio: vt habet̃. xxxvj. q. j. ca. lex illa. licet videatur esse genus cuiuslibet illiciti coitus: qui sit extra vxorem legitimam: tamen specialiter intelligitur in vsu viduarum: vel meretricum: vel concubinarum. Fornicatio dicitur a fornice. i. ab arcu triumphali vbi rome fiebat fornicatio: ꝛ proprie est soluti cum soluta s̄m b. Tho. iiij. sen. distin. xlj. arti. iiij. Fornix dicitur vt nōnulli putant a furno: furnū vero veteres dixere quasi furuum: ꝛ furuum nigrum vel obscurum dicebant. Suntq; fornices loca in arcuum similitudinē ædificata subobscura. Inde fornicor: quod est meretricor: qm̄ meretrices in fornicibus habitare consueuerunt. Inde fornicator ꝛ fornicatio deducūtur: hoc est meretricator ꝛ meretricatio. De hac materia habes infra vbi luxuria. ¶Exodi capi. xxij.

Exodi

Si seduxerit quis virginē necdū desposatā: dormieritq; cum ea: dotabit eaz: ꝛ habebit eam vxorem. Si pater virginis dare noluerit: reddet pecuniam iuxta modum dotis: quam virgines dare consueuerunt. ¶Deuteronomij capi. xxij.

Deute.

Si inuenerit vir puellam virginem quæ non habet sponsum: ꝛ apprehendēs cōcubuerit cū illa: et res ad iudiciū venerit: dabit q̄ dormiuit cū ea pr̄i puelle q̄nquaginta siclos argenti: ꝛ habebit eam vxorē: q2 humiliauit illā. Nō poterit dimittere eā cūctis dieb⁹ vite sue. ¶Thobias ca. iiij.

Thobias

Attende tibi fili mi ab omni fornicatione.
¶Prouerbiorum capi. xxx.
Tria sunt isatiabilia: ꝛ quartū quod nunq̄ dicit sufficit. Infernus: ꝛ os vulue: ꝛ terra quæ nunq̄

satiatur aqua. Ignis vero nunq̄ dicit sufficit.

Eccli.

¶Ecclesiastici capi. xix.
Qui se iungit fornicarijs erit neq̄.

Paulus.

¶Paulus prime ad corinthios capi. vj.
Nolite errare: neq; fornicarij: neq; idolis seruiētes. Neq; adulteri: neq; molles: neq; masculorꝫ concubitores: neq; fures: neq; auari: neq; ebriosi: neq; maledici: neq; rapaces: regnuz dei possidebunt. ¶Paulus ibidem.
Fugite fornicationē. Omne eniz peccatū quodcunq; fecerit homo extra corpus est. Qui autez fornicator in corpus suum peccat.
¶Paulus ad ephesios capi. v.
Fornicatio autez et oīs immūdicia: aut auaritia nec noīetur in vobis: sicut decet sctōs. ¶Ibidē.
Hoc eniz scitote intelligētes: ꝙ oīs fornicator: aut immūdus: aut auar⁹: qḋ est idolorū seruitus non habebit hereditatē in regno Christi ꝛ dei.
¶Paulus ad tessalonicenses capi. iiij.
Hæc est volūtas dei sanctificatio vestra: vt abstineatis vos a fornicatione: vt sciat vnusquisq; vestrum vas suum possidere in sanctificatione: et honore: non in passione desiderij: sicut ꝛ gentes que ignorant deum.

Augusti.

¶Augustinus de conflictu vitiorum ꝛ virtutū et habetur. xxvij. q. j. Nubēdi. ¶. fornicatio.
Fornicatio autem nulli impune conceditur.
¶Augustinus super exodum: et habetur. xxxij. q. iiij. meretrices.
Oīs mœchia etiā fornicatio dicit̃ in scripturis: sed vtrum oīs fornicatio mœchia dici possit in eisdem scripturis non mihi interim occurrit locutionis exēplū: sz si oīs fornicatio etiā mœchia dici nō pōt: vbi sit in decalogo ꝓhibita illa fornicatio: quaz faciunt q̄ vxores non habēt cū fœminis: q̄ viros non habēt: an inueniri possit ignoro.

Furtū

Sed si furti noīe bene intelligit̃ oīs illicita vsurpatio rei alienæ: non eñ rapinā ꝓmisit: qui furtum ꝓhibuit: sed vtiq; a parte totum intelligere voluit: quicquid illicite rerum proximi aufert̃: profecto noīe mœchiæ oīs illicitus cōcubitus atq; illorum membrorū non legitim⁹ vsus prohibitus debet intelligi. ¶Aug. de verbis dñi.
Nihil est iniqui⁹: ꝙ causa fornicationis vxorē dimittere: si ipse cōuincit̃ fornicari. Occurret eñ illud in quo alterū iudicas teipsum cōdemnas.

Hieroñ.

¶Hieronymus. ep̄la ad titum: et habetur. xxiij. q. vj. capi. fur autem. ¶. quomodo.
In fornicatiōe non iccirco diuersa sit fornicatio: si mulier sit pulchra: aut deformis: ancilla: aut ingenua: paupercula: aut opulenta: sed qualiscūq; illa fuerit vna est fornicatio.
¶Idem habetur. xxxij. q. j. c. dixit.
Dixit dñs in euangelio: quicūq; dimiserit vxorem: nisi ob fornicationē: ꝛ aliaz duxerit mœchatur: ꝛ q̄ dimissam duxerit mœchat̃. Sola fornicatio est que vxoris vincit affectum: immo q̄ illam vnam carnem in aliam diuiserit: ꝛ se fornicatiōe a marito separauerit: non debet teneri ne virum quoq; sub maledicto faciat: dicente scriptura. Qui tenet adulteram: stultus ꝛ impius est: vbicunq; igitur fornicatio est: vel fornicationis suspicio libere vxor dimittitur. Et quia poterat accidere: vt aliquis calūniam faceret innocenti: et ob secundā copulam nuptialē veteri copulæ crimen impingeret: sic priorem dimittere iubetur vxorem: vt prima viuente secundā non habeat.
¶Hieronymus: ꝛ habet̃. xxxj. q. ij. c. sicut non.
Sicut non oīs congregatio hereticorū Christi ecclesia dici potest: nec caput eorum Christ⁹ est: sic non omne matrimoniū quo nō viro suo scd̄m præcepta Christi vxor iungitur rite coniugium appellari potest: sed magis adulterium.
¶Hieronym⁹: ꝛ habet̃. xxxij. q. iiij. ca. in eo.
In eo fornicator maioris criminis est: quia tollit membra christi: ꝛ facit ea mēbra meretricis: erunt quippe duo in carne vna: q̄ non est fidelis nec credit in christo mēbra sua facit membra meretricis. Ecōtrario infidelis in fornicatiōe sua: vtrum violet vel ædificet templa idolo nescio.
¶Hieronymus ad Damasum papam.
Cōsiderandū pueris est: vt casti ꝛ pudici permaneant: ꝛ frequētius ad ecclesias sciant cōuenire debere: q2 frequētius sunt armādi: q̄bus adhuc propter etatē minus stabilē pugna diaboli futura sit grauior. Obseruāda illis oīa cum timore: ꝛ ante oēs cauendū a fornicatiōe: que initium ad idolatriā habet: ꝛ necesse est: vt vtrūq; nouerit: qui secut⁹ est alterū. ¶Ambro. de fuga seculi.

Ambro.

Deus sine peccato est: q̄ non fecit pctm̄: hō autē ad imaginē dei est. Fugite ergo fornicationez: persequuntur eñ nos illecebre peccatorū. Persequitur libido: sz tu fuge tanq̄ furiosam dñam: que si te cōprehenderit: nec de die: nec de nocte te requiescere sinet. Exagitat: vrit: incidit.
¶Isidorus: ꝛ habetur. xxxij. q. vij. non solum.
Non solum de cōmissa fornicatione peccatū regnat in hoīe: sed si adhuc delectatur: atq; animū teneat: proculdubio regnat. Fornicatio carnis adulterium est: fornicatio animi idolorū est seruitus. Est autez spūalis fornicatio qua dñs ait. Qui viderit mulierē ad cōcupiscendū eam: iam mœchatus est in corde suo. Oīs immūda pollutio fornicatio dicit̃. Quāuis quisq; diuersa turpidinis voluntate prostituatur. Ex delectatiōe enim fornicādi varia gignuntur flagitia: quibus regnum dei clauditur: vt homo a deo separetur: inter cetera septem vitia: vitium fornicationis maximum scelus est. Quia per carnis immunditiam templum dei violatur.
¶Isidorus de summo bono lib. ij. ca. xxxix.

Isidorus

Cui impulsu demonū mens ad delectationem fornicatiōis impellit̃ diuini iudicij metus eterna tormenta incendij: ante oculos præponantur: quia omnis pœna grauioris supplicij formidine superatur. Sicut enim clauus clauum expellit: ita sæpe recordatio ardoris gehennæ ardorē excludit luxuriæ. ¶Seneca tragœdia. iiij.

Seneca.

Vincit sanctos dira libido.
¶Laertius diogenes de vita ꝛ moribus philosophorum.

Laerti⁹ diogeñ.

Quum quidam stolidus audiente pythagora diceret malle se cum mulieribus esse ꝙ cum philosophis cōuersari. Et sues inquit pythagoras libentius in cœno: ꝙ in aqua versant̃. De hac materia vide infra in luxuria.

Fortitudo



Fortitudo. 22. 139. Ethi. iij. 34. Scheta q̄nta. 30.

Fortitudo greçe ἀνδρεία. a. ον. ἡ. τ ἀνδρεῖος. ον. ὁ. fortis τ virilis dicit. Eſt aūt fortitudo aggreſſio terribiliuꝫ: vbi mors imminet ꝓpter bonū cōmune ſaluandū ſm Ari. lib. iij. æthicoꝝ.

Fortitudo eſt virtus q̄ animum ſup periculi metū ſagit nihilq; niſi turpia timet: tolerat fortiter vel aduerſa vel proſpera. præſtat aūt fortitudo magnanimitatē: fiduciam: ſecuritatē: magnificentiā: conſtantiā: tolerantiam: firmitatem ſcōm Macrobiū.

Fortitudo ē ſcięcia ꝓferendarū: vel affectio animi in patiendo ac perferēdo: ſummę legi parēs ſine timore ſcōm Cice. li. iiij. Tuſ. queſtionū.

Fortitudo eſt animi affectio legi ſummę in ꝓpe tiendis rebus obtemperans. Ut ibidem.

Fortitudo eſt ꝓbata: vt dicunt maiores ſcientia rerum tolerandarū: z non tolerandarum: nō excedēs modum per immoderatā audaciā: nec deficiens per pœnæ inſenſibilitatē ſcōm Aulū gelliū lib. xiiij. noctium Atticarum.

Fortitudo ē q̄ gratia rei publicę ſe exponit: z nō cædit neq; fugit periculis excreſcētibus ſcōm b. Tho. opuſculo de regimine principū.

Fortitudo ē firmitas animi in ſuſtinendis: z repellendis his: in quibus maxime eſt difficile firmitatem habere ꝓpter bonum virtutis. b. Tho. ſcōa ſcōæ queſtio. cxxiij. art. ij.

Fortitudo eſt virtus moderatiua timoris z audaciæ propter bonū reipublicę. b. Tho. ſup epiſtolā ad Hebr. xj. ꝑin.

Fortitudo z magnanimitas cōueniunt in modo z forma: z differunt in materia. b. Tho. iij. ſen. di. xxxiij. q. iij. ar. iij.

Fortitudo firmat cōtra mala. Magnanimitas ē in perſecutione bonorum. b. Tho. ſe cunda ſcōę q. cxxix. art. v.

Fortitudo moderatur timorem: patientia z perſeuerantia triſtitiā: manſuetudo iram. b. Tho. ſecunda ſecundæ. q. cxxxvj. art. iij.

Fortis ꝓprie eſt qui animum habet infractum: vel q̄ validis viribus prædit⁹ eſt. Dicit aūt a ferē: do: q̄ æquo aīo ferat aduerſa. A fortis fit fortiter aduerbium: z fortifico pro fortē facio. Plaut⁹. Fortifica animum. Et forteſco pro fortis fio. Lucretius. Creſcit animus: z forteſcunt vires. Hinc etiam forticulus diminutiuum.

Deutero. Viriliter agite: z cōfortamini. Nolite timere.

Auguſt. Auguſtinus epla ad Hieronymum.

Qui vēra virtute fortis ē: nec temere audet: nec inconſulte timet.

Hierony. ſup Eſaiam.

Hiero. Fortitudo atq; cōſtantia via regia eſt a qua declinat ad dexteram qui temerarius eſt z ꝓtinax: ad ſiniſtram qui formidoloſus eſt z pauidus.

Hieronymus ſuper Joel.

Juſti z fortis viri ē nec aduerſis frāgi: nec ꝓſperis ſubleuari: ſed in vtroq; eſſe moderatus.

Ambro. Ambroſius lib. j. officiorū: z habet xxiij. q. iij. Fortitudo.

Fortitudo q̄ bello tuetur a barbaris patriā: vel domi defendit infirmos: vel a latronib⁹ ſocios: plena iuſtitia eſt.

Ambro. li. j. de officijs.

Non mediocris animi eſt fortitudo: q̄ ſola defendit ornamenta virtutū omniū: z iuſtitiam cuſtodit: z q̄ inexpiabili bello aduerſus oīa vitia decertat: inuicta ad labores: fortis ad pericula: rigida aduerſus voluptates: vt auaritiā effuget: tanq̄ labem quandam: quæ virtutē effœminat.

Ambroſius lib. j. de officijs.

In duobus generibus fortitudo ſpectatur animi. Primo vt exteriora corporis ꝓ minimis habeat: z quaſi ſuperflua deſpicienda magis: q̄ expetenda ducat. Secundo vt ea que ſumma ſunt: omneſq; res in quib⁹ eſt honeſtas præclara animi intentione vſq; ad effectum proſequatur.

Ambro. ſup Beati immaculati.

Fortis ꝓpriam contumeliā nō dolet: ſed aliena peccata: z in ſua iniuria lapſum alterius ingemiſcens: cauſam ſe fuiſſe deplorat lædētis erroꝝ. Nā ſi iuſtus ſum z afflictio ꝓpter charitatem: ꝓpter eccliæ damnū: ꝓpter corporis detrimentū.

Ambroſius in epla ad Simplicianum.

Stultus vt luna mutatur. Sapiēs eīn nō metu frāgitur: nō poteſtate mutatur: nō extollitur proſperis: non triſtibus mergitur: vbi eīn ſapiētia: vbi virtus eſt: ibi conſtantia z fortitudo. Sapiēs ergo idem eſt animo: nō minuitur: non augetur rerū mutationibus: nec vt paruulus fluctuat: vt circunferatur omni vento doctrinæ: ſed manet perfectus in Chriſto: fundatus charitate: radicatus fide.

Brego. li. v. moraliū.

Fortitudo non niſi in aduerſitate oſtendit. Cāto enim quiſq; in fortitudine potiſſime ſe demonſtrat: quanto aliena mala robuſtius tolerat. Nā minus in ſe conualuit: quē aliena iniquitas ſternit. Qui in eo quod ferre non valet puſillanimitatis ſue gladio confoſſus iacet.

Brego. pacifico.

Gregorius lib. v. moraliū.

Fortitudo deſtruitur: niſi per conſilium fulciat: quia quo plus ſe poſſe conſpicit: eo virtus ſine moderatiōe rationis deterius in præceps ruit.

Gregorius li. viij. moraliū.

Juſtorū fortitudo eſt: carnem vincere: ꝓpriis voluptatibus contraire: delectationē vitæ ꝓſentis extinguere: huius mundi aſpera ꝑ æternis præmijs amare: proſperitatis blandimenta cōtemnere: aduerſitatis metū ī corde ſuperare.

Ibidem.

Reꝓborum fortitudo eſt tranſitoria ſine ceſſatione diligere: contra flagella cōditoris inſenſibiliter perdurare: ab amoꝛe rerū tēporaliū nec ex aduerſitate quieſcere: ad inanem gloriam etiam cum vitę detrimento peruenire: malitiæ augmenta exquirere: bonorum vitam non ſoluꝫ verbis ac moꝛibus: ſed etiaꝫ gladiis impugnare: in ſemetipſis ſpem ponere: iniquitatem quotidie ſine vllo deſiderij defectu perpetrare.

Gregorius ibidem.

Nonnunq̄ culpa fortium occaſio virtutis fit: et virtus infirmoꝝ occaſio peccati. Sicut influēte aqua paulatim conſumit terra: ſic leniter ſurripiente vitio: mens etiam fortis abſoꝛbetur.

Gregorius in quadam homelia.

Fortes facti sunt sancti: carnem domant: virtutibus coruscant: spiritū roborāt: terrena despiciunt: cœlestia appetunt: occidi possunt: flecti autem nequeūt: nec sustinere falsa: per infirmitatē metuūt: nec læsi vnq̄ a veritate conticescūt.

¶Gregorius sup Ezechielē homelia.xxj.

Sancti quorū vita in ꝓsperitate ⁊ aduersitate fortiter stat: lapidibus quadris comparant. Lapis em̄ quadrus æqualiter stat in quocunq3 fuerit latere versus. Quisquis igitur in ꝓsperitate non extollitur: in aduersitate non frangit: suasionibus ad mala non trahitur: vituperationib⁹ a bono ope nō reuocatur: lapis quadrus est: qui quasi ex omni latere statum habet: qui casum in qualibet mutatione non habet.

Bernar. ¶Bernardus li. de Cōsideratione.

Fortitudinis mater est prudentia. Non em̄ fortitudo est sed temeritas: quibus ausis non paret prudentia. ¶Bernardus ibidem.

Bonus circuitus est: si iustitia querit: prudētia inuenit: fortitudo vendicat: tēperantia possidet: vt sit iustitia in affectu: prudētia in itellectu: fortitudo in effectu: temperantia in vsu.

Hugo. ¶Hugo de claustro animę li.iij.

Sunt quidā qui corpore fortes sunt: debiles autem animo. Parcunt sibi seipsos amantes. Sequunt ocium: vacāt fabulis. Tales accusant de furto: rapina: ⁊ mēdatio. Sunt em̄ fures: qui cōmuni necessitati subtrahunt: qđ cōe fecerūt: quū renunciarēt mūdo: seipsos abnegantes. Sunt raptores corā deo: q2 eo vidente: q̄ nouit occulta cordiū: cōi vitę qđ sciunt: aut qđ possunt violenter auferūt. Sunt mēdaces corā deo ⁊ hominibus: q2 qđ nouerūt reddere possunt: s3 nolūt. Sic igit corā fratribus suis fures: coram deo raptores: corā deo ⁊ hoīb⁹ mendaces sunt.

Cassio. ¶Cassiodorus sup ps.j. Beatus vir.

Vir vocatur a viribus: quia nescit ī aduersis tolerando deficere: aut in prosperis aliqua elatione se iactare: sed animo stabili defixus ⁊ cœlestium rerum contemplatione firmatus manet semper impauidus.

Boeti⁹. ¶Boetius de consolatione li.iij. metro.v.

Quis se volet esse potentem
Animos domet ille feroces.
Nec victa libidine colla
Fœdis submittat habenis.
Etenim licet indica longe
Tellus tua iura tremiscat:
Et seruiat vltima Thyle:
Tamen atras pellere curas:
Miserasq3 fugare querelas
Non posse: potentia non est.

¶Idē de con.li.iiij.

Vir sapiens moleste fert: quotiens prelio in fortitudine adducitur: vt virum fortē non decet indignari: quotiens bellicus increpuerit tumult⁹. Vtriq3 huic gulæ propagandæ: illi vero confirmandę scientię difficultas ipsa materia est: ex quo ⁊ virtus vocatur: quod suis viribus nitens non superatur aduersis.

Lactan. ¶Lactantius fir.li.j. diui. Institutionum.

Ille solus vir fortis debet iudicari: q̄ tēperās ē: moderatus: ⁊ iustus. ¶Idē lib.ij.

Timiditas in sapiente esse non debet.

Seneca. ¶Seneca ad Lucilliū epistola.ij.

Primuz argumentū compositæ mētis existimo: posse consistere: ⁊ secū morari.

¶Seneca epistola.xxij. ad Lucil.

Turpe est cedere oneri: lustrare cū officio quod semp recepisti. Nō est vir fortis ⁊ strenu⁹: q̄ laborē fugit. ¶Seneca ad Lucil. epl'a.xxv. de Catone qui se occidit.

Vltima illa nocte Platonis librum legit. s. Cato posito ad caput gladio. Duo hic in rebus extremis perspexerat: alterum vt vellet mori: alterū vt posset. ¶Ibidem.

Stricto gladio ait ad fortunā. Nihil egisti: ⁊ impressit mortiferum corpori vulnus.

¶Seneca ad Lucil. epl'a.xxxvij.

Fortis ⁊ cōpositus animus est: qui nec ablatum quicq̄ sibi sentit: nec abiectū: sed in eodē habitu est quocūq3 res cedūt: siue geruntur: vulgaria bona supra res suas eminent: siue aliqđ ex istis: vel omnia casus excusserit minor nō fit.

¶Idē epistola.lviij.

Fortes quidē ⁊ paratissimi fundere sanguinem suum: alienū videre non possunt. Alij gladiuz facilius recipiunt: q̄ vident.

¶Seneca ad Lu. epl'a.lxviij.

Sic dolores: molestias: iniurias: virt⁹ sua magnitudine elidit atq3 opprimit. ¶Sene. ibidē.

Quæris an omne bonum optabile sit. Si bonū ē inquis fortiter torqueri: ⁊ magno aīo vti: ⁊ patiēter ægrotare: sequitur vt ista optabilia sint. Distingue. Tormenta a me abesse vellē: sed si sustinenda fuerint vt me in illis fortiter: honeste: animoseq3 gerā optabo. Velim non incidere in bellum: sed si incido: ⁊ vulnera: ⁊ famē: ⁊ oīa quę bellorū necessitas affert: vt generose ferā optabo. Itaq3 nō incommoda optabilia sunt: sed virtus qua perferuntur incommoda. Pati tormēta nō optabile est: sed fortiter pati.

¶Seneca ad Lucil. epl'a.lxx.

Non quia difficilia sunt: multa nō audemus: sed q2 nō audemus: difficilia sunt.

¶Seneca ad Lucil. epl'a.lxxiij.

Non miruz est in tranquillitate nō cōcuti. Id mirare ibi extolli aliquez: vbi oēs deprimuntur: ibi stare: vbi omnes iacent. Sapienti viro nihil mali potest euenire. Stat rectus sub quolibet pondere: nulla illum res minorem facit. Nihil illi eorum quę ferenda sunt displicet. Nā quicquid cadere in hominem pōt in se cecidisse nō queritur.

¶Seneca ad Lucil. epl'a.lxxiij.

Fortitudo nō est incōsulta temeritas: nec periculorū amor: nec formidabiliū appetitus: sed est scientia distinguendi qđ sit maluz: ⁊ quid nō sit. Diligētissima est in tutelis fortitudo: ⁊ patientissima est eorū quibus falsa species malorum est.

¶Seneca epl'a.lxxix.

Quemadmodū hostis est perniciosior fugientibus: sic omne fortuitum incommodū magis instat cedenti q̄ aduerso. Parata tibi est pax: si in aliquo certamine debellata fortuna est: corpus conualitudo tenet: non animum.

¶Seneca epistola.lxxxix.

Fortitudo cōtemptrix timendorum est.

¶Seneca episto.xciij.

Cogitāda ergo sunt omnia: ⁊ animus aduersus ea quæ possunt euenire firmandus. Exilia: tormenta: morbum: bella: naufragia ꝑmeditare.

¶Seneca episto.cxv.

Fortitudo est munimentum humanę imbecillitatis inexpugnabile: quod qui circundedit sibi securus in hac vitę obsidione perdurat.

¶Seneca in hercule furente tragœdia.j.

Alte virtus animosa cadit. ¶Ibidem.

Prona est timori semper in peius fides.

¶Seneca tragœdia.iij.

Sed flecte mētem: pectus antiquum aduoca: victasq3 magno pectore erumnas doma. Resistere tātis in malis vinci malum est.

¶Seneca tragœdia.v.

Haud est virile terga fortunę dare.

¶Seneca tragœdia.vj.

Iuuenile est vitiū regere nō posse impetū.

¶Seneca ibidem.

Audax virago nō tulit retro gradū.

¶Seneca tragœdia.vij.

Fortuna fortes metuit: ignauos premit.

Aristo. ¶Aristoteles lib.ij. poetriæ.

Locū mediū optimū dicimus in bello: q2 fortes tenent locū mediū inter locū timidorū: ⁊ audacū. ¶Aristote. lib. magnorū moraliū.j.

Si aliquē valde facias impauidū q̄ deos non timeat: nō fortis: sed insanus est. Fortis ergo erit nō qui timet omnia: neq3 q̄ nihil mensurat timores: sed qui auget fortitudinē.

¶Aristoteles ibidem.

Si quis nō timet timitiua: aut aliquid qđ supra hominē terribilium est: nō fortis est: sed insan⁹.

¶Aristoteles ibidem.

Non vtiq3 absq3 passione ⁊ metu fit fortitudo.

Plutar. ¶Plutarchus in apophthegmatibus.

Caius Marius quū vtroq3 in crure varices pateretur: solutus crus medico execandum præbuit: neq3 vllo emisso suspirio: nec cōtractis superciliis sectionē ptulit. At quū medicus trāsitū faceret ad aliud crus noluit: inquiēs curationē eo dolore dignā non esse.

Macro. ¶Macrobius lib.vj. Saturnalium.

Nam tropheū ferre a forti viro pulchrū est: si autē vincaris: vinci a tali nullū est probrum.

Cicero. ¶M.T. Cicero lib. officiorum.

Itaq3 probe diffinitur a stoicis fortitudo: quuz eā esse virtutē dicunt pugnantē pro æquitate.

¶M.T. Cicero lib. officiorū.

Verum animus paratus ad periculū: si sua cupiditate nō vtilitate cōmuni impellet: audacię potius q̄ fortitudinis nomen habet.

¶M.T. Cicero ibidem.

Fortes ⁊ magnanimi sunt habendi non q̄ faciūt: sed q̄ propulsant iniuriā. Vera aūt sapiēsq3 animi magnitudo honestū illud qđ maxime natura sequit in factis positū: nō in gloria iudicat. Principē esse mauult: q̄ videri. ¶Idem.

Non est cōsentaneū: qui metu nō frangit: eū frāgi cupiditate. Nec qui se victū a labore prestiterit vici a voluptate. Quāobrē ⁊ hęc vitāda sunt: ⁊ pecuniæ est fugienda cupiditas. ¶Idem.

Fortis v̄o animi ⁊ cōstantis est: nō pert urbari in rebus asperis. ¶Idem.

Nam vt aduersas res: sic secundas immoderate ferre leuitatis est. Pręclara est in omī vita equabilitas: ⁊ idē semper vultus: eadēq3 frons. ¶Idem.

Quod em̄ viriliter magnoq3 animo fit: id dignū viro: ⁊ decorū videt. Quod cōtra fit id vt turpe est: sic indecorum. Quare pertinet quidē ad omnē honestatē: hoc quod dico decorū: ⁊ ita pertinet: vt nō recōdita quadā ratione cernatur: sed sit in promptu. ¶Idem.

Sequamur id quod acutū: ⁊ ꝑspicax natura est: ⁊ id quod ad hominū societatem accōmodatum ⁊ id quod vehemens ac forte. ¶Idem.

Nil aūt est q̄ tā deceat: q̄ in omni re gerenda cōsilioq3 capiendo seruare constantiam.

¶Marcus Tul. Cicero lib.ij. Tusculanarum questionum.

Appellata enim est ex viro virtus: viri aūtē propria maxime est fortitudo. Cui⁹ munera duo maxima sunt: mortis dolorisq3 cōtemptio. Vtendū est igitur si virtutis cōpotes: vel poti⁹ si viri volum⁹ esse: qm̄ a viris virtus nomen est mutuata.

¶M. Tul. Cicero lib.ij. Tuscu. questio.

Caue turpe quicq̄ languidū: nō virile: obseruētur species honestę animo. Zenoni præponatur Eleates qui perpessus est omnia potius q̄ conscios delendę tyrannidis indicaret. De Anaxarco Democrito cogitet: qui quum in manus Cypri Nicocratis regis incidisset: nullū genus supplicij depcatus est: neq3 recusauit. Calanus indus indoctus ac Barbarus in radicibus Caucasi natus sua voluntate viuus cōbustus est. Nos si pes condoluit: si dens (sed fac totū dolere corpus) ferre nō possumus. Opinio est enim quædā effœminata ac leuis: nec in dolore magis q̄ eadē in voluptate: qua quum liquescimus fluimusq3 mollitia apis aculeum sine clamore ferre nō possumus. At v̄o. C. Marius rusticanus vir sed plane vir: quum secaretur: vt supra dixi: principio vetuit se alligari: nec quisq̄ ante Marium solutus dicitur esse sectus. Cur ego postea alij? valuit authoritas. Vides ne igitur esse opinionis nō naturę malū: ⁊ tamen fuisse acrē morsum doloris idē Marius ostendit: crus enim alterū nō ꝑbuit. Ita ⁊ tulit dolorē vt vir: ⁊ vt homo maiorē ferre: sine causa necessaria noluit: totū igit in eo est vt tibi imperes.

¶M. Tul. Cice. li.ij. Tuscula. questio.

Si gemitus in dolore ad cōfirmandum animum valebit vtemur. Sin gemitus erit ille lamentabilis: si imbecillis: si abiectus: si flebilis: ei q̄ se dederit vix eū virū dixerim. Qui quidē gemitus si leuationis aliquid afferret: tamen viderem⁹ qđ esset fortis ⁊ animosi viri. Quum v̄o nihil imminuatur doloris: cur frustra turpes esse volumus. Quid est enim fletu muliebri viro turpius.

¶Ibidem.

Ad ferendum igitur dolorem placide ⁊ sedate plurimum proficit toto pectore: vt dicitur: cogi

tare: ꝙ id honestum sit. Sumus enim natura: vt ante dixi (dicēdū est enim sæpius) studiosissimi appetētissimiqʒ honestatis: cuius si quasi luminē aliquod aspexerim⁹. Nihil est: quod vteo potiamur: non parati simus: ꝛ ferre ꝛ perpeti.

¶ M. Tul. Cice. lib. ij. tuscu. questio.

Nam si oīa fugiēde turpitudinis: adipiscēdæqʒ honestatis causa faciem⁹: nō modo stimulos doloris: sʒ etiā fulmina fortunæ cōtēnam⁹ licebit.

¶ M. Tul. Cice. lib. iij. Tuscu. quæstio.

Præterea necesse est ꝗ sit fortis: eundē esse magni animi: inuictū: qui inuictus sit: eū humanas res despicere: atqʒ infra se positas arbitrari. Despicere aūt nemo potest eas res propter ꝗs ægritudine affici pōt nisi fortis. Ex quo efficiť fortē virū ægritudine nunꝙ affici. Oēs aūt sapientes fortes. ¶ Ibidem.

Ergo is quisquis est qui moderatione ꝛ cōstantia polleat: quietus animo est: sibiqʒ ipsi placatus: vt ne tabescat molestijs: nec frangať timore: nec scienter quid appetēs ardeat desiderio: nec alacritate futili gestiēs deliquescat. Is est sapiēs quē querim⁹. Is est beatus cui nihil humanarū rerū aut intolerabile ad demittendum animum: aut nimis lætabile ad efferendum videri potest. ¶ M. Tul. Cice. li. iiij. tuscu ꝗstio.

An fortitudo: nisi insanire cœperit: impet⁹ suos nō habet? Quid Herculē: quē in cœlū ista ipsa quam vos iracundiā esse vultis sustulit: fortitudo: iratum ne censes conflixisse cū Erymantheo apro: aut leone Nemeo? An etiā Theseus Maratoni thauri cornua deprehendit iratus? Vide ne fortitudo minime sit rabiosa: sitqʒ iracundia tota leuitas: neqʒ eīm est vlla fortitudo quæ rationis expers est. Contemnende sunt humanæ res: negligenda mors est: patibiles ꝛ labores et dolores putandi.

¶ Mar. Tul. Cicero ibidem.

Fortitudo est igiť animi affectio legi summæ in perpetiendis rebus obtemperans: vel cōseruatio stabilis iudicij in eis rebus ꝗ formidolosę videnť subeūdis ꝛ repellendis: vel scientia rerum formidolosarū cōtrariarūqʒ: aut omnino negligendarū. Cōseruans earū rerū stabile iudicium vel breuius: vt Chrysipus (nā superiores diffinitiones erant spheri hoīs imprimis bene diffiniētis: vt putāt stoici. Sunt eīm omnino omnes fere similes. Sed declarāt cōis notiōes: alia magis alia) Quōmodo igiť Chrysippus? Fortitudo est inquit scientia perferendarū: vel affectio animi in patiendo ac perferēdo summę legi parens sine timore.

¶ M. Tul. Cicero lib. vlti. tuscu. ꝗstio.

An lacedemonij philippo minitāti per litteras se omnia ꝗ conarentur prohibiturum quæsiuerūt: num se esset etiā mori prohibiturus? Vir is quē querimus nō multo facilius tali animo reperietur: ꝙ ciuitas vniuersa? Quid ad hāc fortitudinē de qua loquimur temperātia adiūcta? que sit moderatrix omniū cōmotionū. Quid potest ad beate viuendum deesse ei quem fortitudo ab egritudine ꝛ a metu vindicet? Temperantia tum a libidine auocet: tum insolenti alacritate gestire nō sinat. Hoc efficere virtutē ostenderem: nisi superioribus diebus essent explicata.

¶ M. Tul. Cicero li. vlti. tuscu. quæstio.

Dolor esse videtur acerrimus virtuti aduersarius. Is ardētis faces intētat. Is fortitudinem animi: magnitudinē: patientiā: se debilitaturū minať. Huic igitur succūbet virtus. Huic beata sapientis ꝛ constantis viri vita cedet: ꝙ turpe. O dij boni: pueri spartiatæ nō ingemiscūt verberū dolore laniati. Adolescentiū greges lacedemone vidimus ipsi incredibili cōtentione certātes pugnis: calcibus: vnguibus: morsu: deniqʒ vt exanimarenť priusꝙ se victos faterētur. Quæ barbaria: India: vastior: aut agrestior? In ea tū gente primū ij ꝗ sapientes habenť nudi ætatē agūt. Et caucasi niues: hyemalemqʒ vim perferunt sine dolore. Quiqʒ ad flammā se applicuerint: sine gemitu aduruntur. Mulieres vo indie: quūʒ est cuiusqʒ earū vir mortuus: in certamen iudiciūqʒ veniunt ꝙ plurimum ille dilexerit: plures enim singulis solent esse nuptæ. Quæ est victrix ea læta prosequentibus suis vna cum viro rogo imponitur. Illa victa mœsta discedit. Nunꝙ naturam mos vinceret. Est enim ea semper inuicta: sed nos vmbris: delitijs: ocio: languore: desidia animum infecimus: opinionibus maloqʒ more delinitum molliuimus.

¶ M. Tul. Cice. lib. Paradoxorum.

Quomodo igitur ꝛ cui tandem hic libero imperabit: qui non potest suis cupiditatibus imperare? Refrenet primum libidines: spernat voluptates: iracundiam teneat: coerceat auaritiam: ꝛ ceteras animi labes repellat. Tūc incipiet alijs imperare: quum ipse improbissimis dominis dedecori aut turpitudini parere desierit. Dū quidem his obediet: non modo imperator: sed liber omnino habendus non erit.

¶ Macus Tullius Cicero de oratore libro. ij.

Magna laus ꝛ admirabilis videri solet: tulisse sapienter casus aduersos: nō fractum esse fortuna: retinuisse in rebus asperis dignitatem.

¶ Idem rhetoricorum nouo. lib. iij.

Res magnas ꝛ excelsas sequi: ꝛ appetere oportet: si fortitudinis partibus vtemur.

¶ Ibidem.

Fortitudini fortuna quoqʒ adiumēto esse solet.

¶ Cicero lib. iij. de finibus bonorum et malorum.

Is qui magno sit animo: atqʒ forti omnia que cadere in hominē possunt despicit: ꝛ ꝓ nihilo putat. ¶ Sallustius in Catilinario. Sallust.

Necessitudo etiā timidos fortes facit.

¶ Sallustius in iugurtha.

Ego naturam vnam: ꝛ cōmunem omnium existimo: sed fortissimū quēqʒ generosum esse.

¶ Sallustius in iugurtha.

Is clarus est qui prælio strēnuus est: ꝛ bonus consilio quorum alterum ex prudentia timorem: alterum ex audacia temeritatem consequi plærunqʒ solet.

¶ Sallustius in iugurtha.

Secundis rebus feroces sumus.

Aulus gellius. ¶ Aulus gellius in principio libri secundi Noctium atticarum.

Inter labores voluntarios: ꝛ exercitia corporis ad fortuitas patientiæ vices firmamentum id quoqʒ accepimus Socratem facere insueuisse. Stare solitus Socrates diciť ꝑtinaci statu perdius: atqʒ ꝑnox a summo lucis ortu ad solē alterū oriētē incōniuens: īmobilis: ijsdē in vestigijs ꝛ ore atqʒ oculis eundē in locum directis: cogitabundus: tanꝙ quodā secessu mentis: atqʒ animi facto a corpore.

¶ Aulus Gellius li. ij. Noctium Atticarū. capite. x.

Sicinium dentatū qui tribunus plebis: Sp. Tarpeio Au. Thermo consulibus: scriptum est in libro annalium: plus ꝙ credi debeat: strenuum bellatorem fuisse: nomenqʒ ei factum ob ingentem fortitudinem: appellatumqʒ esse Achillem Romanū. Is pugnasse in hostem diciť centū ꝛ xx. prælijs. Cicatricem auersam nullā: aduersas quinqʒ ꝛ quadraginta tulisse. Coronis esse donatum aureis octo. Obsidionali vna: muralib⁹ tribus. Ciuicis. xiiij. Torquibus trib⁹ ꝛ. lxxx. Armilis plus centū. lx. Hastis duo de viginti. Phaleris item donatus est. Quinquies viciesqʒ populi militaria habuit multijuga: in his prouocatoria plæraqʒ. Triumphauit cum imperatorib⁹ nis triumphos nouem.

¶ Aulus Gel. li. ij. capite. v. noc. attica.

Fortitudo aūt non ea est: ꝗ contra naturā monstri vice nititur: vltraqʒ modū eius egrediť: aut stupore animi: aut immanitate: aut quadā misera ꝛ necessaria in perpetiendis doloribus exercitatione: qualē fuisse accepimus Pherū quendam in ludo Cæsaris gladiatorem qui quūʒ vulnera eius a medicis execabantur: ridere solit⁹ fuit. Sed ea vera ꝛ proba fortitudo est: quā maiores nostri scientiam esse dixerunt: ꝛ rerū tolerandarū ꝛ non tolerandarū. Per qđ apparet eē quędam intolerabilia: quibus fortes viri: aut obeundis abhorreant: aut sustinendis.

Valeri⁹ maxi. ¶ Valerius maximus li. ij.

Eneruos animos odisse virtus solet.

¶ Valerius maximus li. iij.

Magnum fortitudinis exemplū antiquitas affert. ¶ Idem.

Capi ergo virtus nescit: patientia dedec⁹ ignorat fortunę succumbere oī fato tristius ducit: noua ꝛ speciosa genera interitus excogitat: si quisꝙ interierit: qui sic extinguiť. ¶ Idem.

Vetusto Macedoniæ more regi Alexandro nobilissimi pueri præsto erant sacrificanti: e quib⁹ vnus thuribulo arrepto aū ipm astitit: in cuius brachio carbo ardens delapsus est: quo ꝛ si ita vtereť: vt adusti corporis eius odor ad circunstantium nares perueniret: tū ꝛ dolorē silentio pressit: ꝛ brachium immobile tenuit: ne sacrificium Alexandri: aut cōcusso thuribulo: aut edito gemitu regias aures aspergeret. Rex quoqʒ patientia pueri delectatus hoc certius ꝑseuerantiæ experimentū sumere voluit: consueto eīm sacrificauit diutius: nec hac re eū ꝓposito reppulit. Si huic miraculo Darius inseruisset oculos: scisset ꝙ eius stirpis milites vinci non possent: cuius infirmam ætatem tanto robore præditaʒ animaduertisset. ¶ Idem.

Non est eiusdē ꝛ capere aliquos velle ꝛ timere. Fortiter se gerere in aduersis rebus quid aliud est: ꝙ seuientem fortunā in adiutoriū sui pudore victā conuertere?

¶ Valerius maxi. lib. iiij.

Multo eīm multoqʒ seipm ꝙ hostem superare operosius est: nec aduersa propera festinatiōe fugientē: nec scda effuso gaudio apprehēdentē.

¶ Valerius maxi. lib. v. titulo de parentib⁹ ꝗ obitum filiorū forti animo tulerunt.

Ne Anaxagoras quidē supprimendus est: audita nāqʒ morte filij: nihil inquit mihi inexpectatum: aut nouum nuncias. Ego enim illū ex me natum sciebam esse mortalem.

¶ Valerius maximus lib. vj.

Dux Romanę pudicitię Lucretia: cuius virilis animus maligno errore fortunę muliebre corpus sortitus est a Tarquinii superbi regis filio per vim stuprū pati coacta: quū grauissimis verbis iniuriā suā in cōsilio necessariorū deplorasset: ferro se quod veste tectum attulerat interemit: causamqʒ tam animoso interitu consulare pro regio permutando populo Romano præbuit. ¶ Q. Curtius de gestis Alexādri li. v. Quint⁹ curtius.

Multa exilia patent fugienti: patria est vbicumqʒ vir fortis sedem sibi elegerit.

¶ Quintus Curti⁹ de gestis Alexādri li. vj.

Canis timidus væhementius latrat ꝙ mordet.

¶ Ibidem.

Altissima queqʒ flumina minimo sono labi videmus. ¶ Juli⁹ Celsus de gestis Cesaris li. vj. Julius celsus.

Nemo est tam fortis: quin rei nouitate perturbetur. ¶ Menander. Menander.

ἀνδρὸς τὰ προσπίπτοντα γενναίως φέρειν. i.

Viri est accidentia generose ferre.

¶ Plautus in Asinaria. Plautus

Hem⁹ ista virtus est: qū vsui est ꝗ malum fert fortiter: fortiter malū qui patitur: idē post patitur bonum. ¶ Vergilius Aeneidos lib. ij. Vergili⁹

Moriamur ꝛ in media arma ruamus.
Vna salus victis nullam sperare salutem.

¶ Vergilius Aeneidos li. ij.

Quondā etiā victis redit in pręcordia virtus.

¶ Vergili⁹ Aeneidos li. vj.

Tu ne cede malis: sed contra audentior ito:
Quā tua te fortuna sinet. ¶ Ibidem.
Nūc animis opus Aenea: nūc pectore firmo.

¶ Vergilius Aeneidos li. ix.

Est hic est animus lucis contemptor: ꝛ istum
Qui vita bene credat emi quo tendis honorem.

¶ Lucanus pharsaliæ lib. vij. Lucan⁹.

Fortissimus ille est.
Qui prompt⁹ metuenda pati: si cominus instēt
Et differre potest.

¶ Ouidius Metamorphoseos li. iiij. fa. x. Ouidi⁹.

In audaces non est audacia tuta

¶ Idem lib. x. Fabula. xj.

Audentes deus ipse iuuat.

¶ Ouidius tristium tertio elegia. ij.

Suffecitqʒ malis animus: nam corpus ab illo

[illegible]

Accepit vires: vixq; ferenda tulit.

Martia. ¶Martialis lib. j. epigrāmaton de Mutio.
Dum peteret regem decepta satellite dextra.
Iniecit sacris se peritura focis.
Sed tam sæua pius miracula nō tulit hostis:
Et raptam flāmis iussit abire manum.
Urere quā poterat contempto Mutius igne
Hanc spectare manū Porsena nō potuit.
Maior decepte fama est: ꝛ gloria dextrę.
Si non errasset fecerat illa minus.

¶Martialis lib. epigrāmaton de Porcia.
Coniugis audisset fatum quum Porcia Bruti.
Et subtracta sibi quę reret arma dolor:
Nondū scitis ait mortem non posse vagari:
Credideram satis hoc vos docuisse patrem.
Dixit: ꝛ ardentes auido bibit ore fauillas.
I nunc: ꝛ ferrum turba molesta nega.

Horati⁹. ¶Horati⁹ Carminū lib. ij. Ode. iij.
Aequā memento rebus in asperis
Seruare mentē: non secus in bonis.
Ab insolenti temperatam
Letitia moriture Deli.

¶Horatius eplarum lib. iiij. epla. ij.
Q si
Frigida curarū fomenta relinquere posses.
Quo te celestis sapientia duceret: ires.
Hoc opus: hoc studiū parui properem⁹: ꝛ ampli
Si patrię volumus: si nobis viuere chari.

¶Horatius sermonū lib. ij. Satyra. ij.
Uiuite fortes:
Fortiaq; aduersis opponite pectora rebus.

Dantes. ¶Dātes Florētinus inferni cant. xvij.
Inanci a bon segnor fa serue forte.

¶Idem purgatorij cant. v.
Sta comme torre ferma che non crolla
Gia mai lacima per soffiare de venti.

FOrtuna græ. τύχη. ἡ. ὁ. τυχηρός. οῦ. ὁ. fortunatus dicit. Est aūt fortuna causa ꝑ accidens in agentibus a ꝓposito: sempꝛ et frequenter: in his quę ꝓpter hoc fiūt secundum Aristotelē li. ij. physicorū. Uel sic. Fortuna ē causa ꝑ accidēs: vt in paucioribus ꝑter intentionē: in his q̄ sunt ꝓpter finem: ꝛ a proposito secūdum. b. Tho. li. xj. metaphysicæ. lec. viij. fi.

Fortuna q̄d aliud est? q̄d fors? quid casus? quid euēt⁹? nisi quū sic aliq̄d cecidit: sic euenit: vt vel nō cadere atq; euenire: vel alit cadere atq; euenire potuerit ſm Ciceronē lib. ij. de diuinatiōe. Fortuna dr a fero fers: ꝙ temere ꝛ sine rōne ferat. Est eñ fortuna accidentiū rerū subit⁹: atq; inopinatus euētus. hæc eadē fors dicitur. Terē. O fortuna o fors fortuna: vt nūq̄ es ꝑpetuo bona. Aliud (ait Donat⁹) est fortuna: ꝛ aliud fors fortuna. Fortuna dicta est incerta res. Fors fortuna euētus fortunę bonus. Nam fors fortuna est: cuius diē festum colunt: q̄ in arte reliqua viuunt: huius ædes trās tyberim erat. Sane fortuna vocabulū mediū est: sed quū fortunā solā dicim⁹ intelligim⁹ fœlicitatē: vnde fortunatos fœlices notamus. Infortunatos vo infœlices: et infortuniū malam fortunā. Fortunare est prosperare: ꝛ bonis augere. Cicero. Tibi patrimoniū dij fortunēt. hinc fortunę dicuntur diuitiæ: et fortunatim aduerbiū: prospere: ac fœliciter. Plautus. Fortunatim oīa succedāt. Fortunatę etiā Insulę sunt ī mari Athlātico vltra gorgodas: sic dictę ad fructuū hubertate.

Fortuna ꝛ casus sic differunt: ꝙ casus in plus est ꝙ fortuna: q2 oē quod ē a fortuna est a casu: sed nō conuertitur.

Casus nō solū est in hoib⁹ qui volūtarie agunt: sed etiā in alijs aīalibus: sicut ꝙ equus casu venit: qñ salutē adeptus est: licet causa salutis nō venerit. In his q̄ simpliciter fiūt causa alicuius extrinseci: tūc dicim⁹ ꝙ fiunt a casu. Sed a fortuna dicim⁹ illa fieri tm̄ de numero eorū q̄ fiunt a casu: quęcunq; accidūt in habentibus ꝓpositū. Quare infans ꝛ bestia nihil agit a fortuna. Ex Aristotele lib. ij. physicorum.

¶Aug. de ciuitate dei lib. iiij. cap. xviij. Augu.
Quomodo ergo dea fortuna aliqñ bona est: aliquando mala? an forte qñ mala est: dea non est. Sed in malignū demonē repente cōuertitur.

¶Boetius lib. j. de cōsolatiōe metro ꝑmo. Boeti⁹.
Dū lenibus malefida bonis fortuna faueret:
Pœne caput tristis: miserat hora meū.
Nunc quia fallacem mutauit nubila vultū:
Protrahit ingratas impia vita moras.
Quid me fœlicem totiens iactastis amici?
Qui cecidit: stabili non erat ille gradu.

¶Boetius lib. j. de Cōsolatione prosa. iiij.
At vo hic etiā nostris malis cumulus accedit: ꝙ æstimatio plurimorū: nō rerū merita: sed fortunę spectat euentū: eaq; tantū iudicat esse prouisa: q̄ fœlicitas cōmēdauerit. Quo fit: vt æstimatio bona prima oīm deserat infœlices. Qui nūc populi rumores? ꝙ dissonę multiplicesq; sententię? piget reminisci. Hoc tm̄ dixerim ego vltimā esse aduersę fortunę sarcinā: ꝙ dum miseris aliquod crimē affigitur: quę perferunt meruisse creduntur. ¶Boeti⁹ lib. j. metro. v.
Cur tantas lubrica versat
Fortuna vices? premit insontes
Debita sceleri noxia pœna.
At peruersi resident celso
Mores solio: sanctaq; calcāt.
Iniusta vice colla nocētes.
Latet obscuris condita virtus.
Clara tenebris: iustusq; tulit
Crimen inqui.
Nil periuria: nil nocet ipsis
Fraus mendacij compta colore.
Sed quum libuit viribus vti:
Quos innumeri metuunt populi:
Summos gaudet subdere reges.

¶Idē lib. j. ꝓsa. vj. dicente philosophia.
Hāccine īquit mūdū temerarijs agi: fortuitisq; casibus putas? an nullū credis ei inesse regimē rōnis? At q̄ inquā nullo æstimauerim mō: vt fortuita temeritate: tā certa moueant. Uerū operi suo ꝯditorē præsidere deū scio. Nec vnq̄ fuerit dies: q̄ me ab hac sentētię veritate depellat.

¶Ibidem.

Postremo æquo aīo toleres oportet quicquid intra fortunæ aream geritur: quum semel iugo eius colla submiseris. Q si manendi abeundiq; scribere legem velis ei quam tu tibi dominā sponte elegisti: nonne tu iniuriosus fueris? et impatientia sortem tuam exacerbabis quā permutare non possis?

¶Boetius de Cōsola. li. ij. prosa prima.
Si ventis vela committeres: non quo voluntas peteret: sed quo flatus pelleret promoueris. Si aruis semina crederes: feraces inter se annos sterilesq; pensares. Fortunę te regendum dedisti: dominæ moribus oportet obtemperes: Tu vero voluentis rotæ impetum retinere conaris. At omnium mortalium stolidissime si manere incipit: fors esse desistit.

¶Idē li. ij. metro. j. de fortuna ait.
Hæc quū superba verterit vices dextra
Aestuantis more fertur Euripi.
Dudum tremendos sæua proterit reges.
Humilēq; victi subleuat fallax vultū.
Non illa miseros audit: aut curat fletus
Ultroq; gemitus dura quos fecit ridet.
Sicq; illa ludit: sic suas probat vires:
Magnumq; suis monstrat ostentum:
Si quis visatur vna stratus: ac fœlix hora.

¶Boetius de Consolatiōe lib. ij. prosa. ij.
Hæc nostra vis est: hunc continuū ludū ludim⁹: Rotam volubili orbe versamus. Infima summis: summa infimis mutare gaudemus. Ascende si placet: sed ea lege: ne vti: quum ludicri mei ratio poscet: descendere iniuriam putes. An tu mores ignorabas meos

¶Boetius de Cōsola. lib. ij. prosa. iij.
An tu in hac vitę scænā: nūc primū subitus hospesq; venisti? Ullam ne humanis rebus inesse cōstantiā reris? quū sæpe ipm hoīem velox ora dissoluat. Nam ꝛ si rara est fortuitis manendi fides: vltimus tm̄ vitę dies mors quędā fortunę ē etiā manentis. Quid ergo referre putas? tu ne illā moriēdo deseras. Ante illa fugiēdo deserat.

¶Idem lib. ij. prosa. viij.
Etenī plus reor hominibus aduersam ꝙ prosperā ꝓdesse fortunā. Illa enim semꝑ specie fœlicitatis: quū videtur blanda: mentit. Hęc semꝑ vera est: quum se instabilem mutatione demonstrat. Illa fallit: hęc instruit. Illa mendaciū specie bonorum mentes fruentium ligat: hęc cognitione fragilis fœlicitatis absoluit. Itaq; illam videas ventosam: fluentem: suiq; semper ignaram. Hanc sobriam: succinctamq; : ꝛ ipsius aduersitatis exercitatione prudentem.

¶Boetius de Cōsola. lib. vltimo metro. j.
Sic q̄ permissis fluitare videtur habenis:
Sors patitur frenos ipsaq; lege meat.

Seneca. ¶Seneca ad Lucilliū epla. viij.
Munera ista quę fortunę putatis: insidiæ sunt.

¶Seneca ad Lucilliū epla. xv.
Initia in nostra potestate sunt: de euentu fortuna iudicat.

¶Idem epla. lxxix.
Omnem fortunę licentiā in oculis habe; tanq̄ quicquid potest facere factum sit.

¶Idem epistola. xciij.
Quid est quod nō fortuna cōuoluat: ꝛ florentissimo detrahat? quodq; non eo magis aggrediatur: ꝛ quatiat: quo speciosius fulget? Quid illi arduū: quidve difficile est? ¶Ibidem.
Nihil priuatim: nihil publice stabile est. Tam vrbium: ꝙ hominum fata voluuntur.

¶Seneca epistola. ciij.
Quid aūt stultius: ꝙ mirari vllo die factū: quod omni die potest fieri?

¶Seneca in Hercule furente Tragœdia. j.
Iniqua raro maximis virtutibus
Fortuna parcit: nemo se tuto diu
Periculis offerre tam crebris potest.
Quem sępe transit: casus aliquādo inuenit.

¶Seneca ibidem.
O fortuna viris inuida fortibus:
Quā non æqua bonis præmia diuidis?

¶Seneca in Tantalo. Tragœdia. ij.
Habere regnū casus est: virtus dare. ¶Ibidē.
Una permutat breuis hora summis.

¶Seneca in Tantalo Tragœdia. ij.
Nemo confidat nimium secundis.
Nemo desperet meliora lapsis:
Miscet hæc illis: prohibetq; clotho
Stare fortunā: rotat omne fatum:
Nemo tam diuos habuit fauentes:
Crastinum vt posset sibi polliceri. ¶Ibidē.
Res deus nostras celeri citatas
Turbine versat. ¶Seneca. Tragœdia. iiij.
Res humanas ordine nullo fortuna regit: spargitq; manu munera cæca: peiora fouens.

¶Seneca Tragœdia. vj.
Nec turpe puta quicq̄d miseros fortuna iubet.

¶Ibidem.
Moderata durant: quoq; fortuna altius
Euexit: ac leuauit humanas opes.
Hoc se magis supprimere fœlicem decet.

¶Ibidem.
Misero datur quodcunq; fortunæ datur.

¶Seneca Tragœdia. vij.
Fortuna fortes metuit: ignauos premit.

¶Ibidem.
Rapida fortuna ac leuis ꝑcepsq; : regno eripuit: ꝛ exilio dedit. ¶Seneca ibidem.
Regnorū magnis fallax fortuna bonis: In præcipiti dubioq; nimis excelsa loco. Nunq̄ placidā sceptra quietē: Alia ex alijs cura fatigat. Uexatq; animos noua tēpestas: Ut precipites regum casus fortuna rotat. Metui cupiūt: metuiq; timent: Nō nox illis alma recessus præbet tutos: Nō curarū somnus domitor pectora soluit.

¶Seneca Tragœdia. viij.
Quicquid in altum fortuna tulit: ruitura leuat.

¶Ibidem.
Cæca est temeritas quę petit casum ducem.

¶Aristoteles lib. ij. physicorū. Aristo.
Fortuna nō est: nisi in agentib⁹ a proposito: ꝛ a voluntate. ¶Aristoteles ibidem.
Casus est solum in animalibus irrationalibus ꝛ in rebus inanimatis. vñ dicit ꝙ casu tripoda cecidit ꝛ stetit. ¶Aristoteles lib. vij. æthicorū.
Fortuna superexcellens impedit fœlicitatem.

Fortuna.

¶Aristoteles lib.viij.æthicorum.
Quāto maior est fortūa:tāto minus est secura.
¶Aristoteles lib.de bona fortuna.
Sine exterioribus bonis:quorū domina est fortuna nō contingit fœlicem esse.
¶Aristo.lib.de bona fortuna.
Ubi plurim⁹ intellectus ꝛ ratio:ibi minima fortuna.
Laer. diogen. ¶La.Diogenes de vi.ꝛ mo.phorū.
Interrogatus Chilo quid est fortuna: ait ignarus medicus:multos enim excecat.
Cicero. ¶Cicero li.de amicitia.
Non solum ipsa fortuna cæca:sed etiā eos plerunqꝫ cæcos efficit:quos complexa est.
¶Cicero lib.ij.de na.de.
Fortuna amica varietati constantiam respuit.
¶Cicero lib.iij.de na.de.
Fortunam nemo ab incōstantia ꝛ temeritate seiunget. ¶Cicero in Paradoxis.
Cui spes oīs:ꝛ ratio:ꝛ cogitatio pendet ex fortuna:huic nihil certi esse potest.
¶Cicero lib.j.de diuinatione.
Sic enim se profecto res habet:vt nunq̄ perfecte veritatem casus imitemur.
¶Cicero lib.ij.de diuinatione.
Nihil enī est tam contrarium ratione:ꝛ constantiæ q̄ fortuna. ¶Ibidem.
Geminorū formas esse similes:vitā atqꝫ fortunam plerunqꝫ disparē videmus.
¶Cicero Rhetoricorū veterū lib.ij.
Nam fortunā quidē ꝛ laudare stulticia:ꝛ vituperare superbia est.
¶Idem Rhetoricorū nouorū lib.ij.
Fortunam insanam esse:ꝛ cæcam:ꝛ brutam phibent philosophi: saxiqꝫ instar globosi dicūt eē volubilem.
¶Idem Rhetoricorū nouorū lib.iij.
Et nō multum potest obesse fortuna:qui sibi firmius in virtute q̄ in casu præsidiū collocauit.
¶Ibidem.
Nam si quis spei non multum collocarit in casu: quid est q̄ ei magnopere casus obesse possit?
¶Ibidem.
Q⁹ si in eos plurimum fortuna potest:qui suas rationes omnes in casu collocarūt non sunt oīa committenda fortunę:ne magnam in nos nimis habeat dominationem.

Sallusti. ¶Sallustius in Catilinario.
Fortūa in omni re dominatur:eas res cunctas ex libidie magis q̄ exvero:celebrat obscuratqꝫ.
¶Sallustius in Iughurta.
Humanarum rerum pleraqꝫ fortuna regit.
¶Ibidem.
Grauis est casus e regno in seruitiū.
¶Ibidem.
Quippe res humanę ita se habent: in victoria vel ignauis gloriari licet. Res aduersę etiā bonos detrectant. ¶Sallustius ibidem.
Res humanę fluxæ ꝛ mutabiles sunt.
Valeri maxi. ¶Ualerius maxi.lib.iiij.
Dominiū rerū collabi solet:bona mens pfert diuitijs bonæ mētis vsurpatio nullū tristioris fortunę recipit incursum. ¶Ualerius maxi.lib.v.
Mortalium negocia fortuna versat.

¶Ualerius maximus lib.vj.
Nemo nimiæ fortunæ credere debet.
¶Ualerius maximus lib.ix.
Humanæ autem vitæ conditionē pręcipue primus ꝛ vltimus dies continet:quia plurimum interest quibus auspicijs inchoet:ꝛ quo fine claudatur. Ideoqꝫ demū eum fœlicē iudicamus:cui ꝛ accipere lucem prospere:ꝛ reddere placide cōtingit. Medij temporis cursus:prout fortuna gubernaculum rexit:modo aspero:mō tranquillo motu peragitur:ipse semp minor:dum ꝛ cupide votis extenditur:ꝛ fere sine ratione consumitur. Nanqꝫ si eo bene vti velis etiam paruū amplissimum efficies numerum annorum multitudine operum superando. Enimuero nimio studio retinendum bonum.
Quintus curtius. ¶Q.Curtius de gestis alexandri lib.iij.
Etiam naturam plerūqꝫ fortuna corrumpit.
¶Q.Curtius ibidem.
Hoīes quū se pmiscuere fortunę etiā naturā dediscūt. ¶Q.Curti⁹ de gestis Alexādri li.iiij.
Fragilitatis humanę nimia in psperis obliuio est. ¶Q.Curti⁹ de gestis Alexandri li.vij.
Uersabilis est. ¶Ibidem.
Fortunā tuam pressis manibus tene:lubrica est nec inuita teneri pōt. ¶Idē lib.viij.
Cōtra obsequia fortunę nō satis cauta mortalitas est. ¶Ibidem.
Quis neget eximiā quoqꝫ gloriā sæpi⁹ fortunę q̄ virtutis esse beneficium. ¶Ibidem.
Fortuna rebus famā pręciumqꝫ constituit:ꝛ militiæ probrū plerūqꝫ vertit in gloriam.
Lucius apuleius. ¶L.Apuleius de asino aureo lib.j.
Ne tu fortunarū lubricas ambages ꝛ instabiles incursiōes ꝛ reciprocasvicissitudines ignoras?
Julius celsus. ¶Julius Celsus de gestis Cesaris li.iiij.
Non est sæpius fortuna tentanda.
¶Idem lib.vj.
Multū tum in omnibus rebus:tum in re militari potest fortuna. ¶Idem.
Sic ꝛ ad subeundum periculum:ꝛ ad vitandum multum fortuna valet.
¶Julius Celsus lib.vij.
Fortunę credendum est:ꝛ ad vtrāqꝫ rem se illi offerendum. ¶Idem lib.x.
Fortuna plerūqꝫ eos quos plurimis beneficijs ornauit ad duriorē casum reseruat:superiorum ipsorū dissimilis. ¶Menander.
Menander. ἄνθρωπος ὢν μέμνησο τῆς κοινῆς τύχης.i.
Homo existens recordare communis fortunę.
¶Idem.
Δοὺς τῇ τύχῃ τὸ μικρὸν ἐκλήψῃ μέγα.i.
Si dederis fortunę paruū aliquid: accipies magnum. ¶Ibidem.
θεῷ μάχεσθαι δεινόν ἐστι καὶ τύχῃ.i.
Deo pugnare graue est ꝛ fortunę.
οἷς μὲν δίδωσι, οἷς δ' ἀφαιρεῖται τύχη.i.
Aliquibus quidē dat:aliquibus aūt aufert fortuna. ¶Idem.
πᾶσι γὰρ εὐφρονοῦσι συμμαχεῖ τύχη.i.
Oībus qdē bn̄ sapiētib⁹ auxiliat̄ fortūa. ¶Idem.
ῥέγχει παρούσης τῆς τύχης τὰ πράγματα.i.
Stertūt pꝛęsente fortuna negocia. ¶Idem.

Fortuna.
στρέφει δὲ πάντα τὸν βίον μικρὰ τύχη.i.
Permutat aūt oīa q̄ sunt in vita parua fortuna.
τύχης τὰ θνητὰ πράγματ' οὐκ εὐβουλίας.i.
Fortunę mortalia negocia nō ꝯsilij. ¶Idem.
ταὐτόματον ἡμῶν καλλίω βουλεύεται.i.
Casus nobis meli⁹ cōsulit. ¶Idem.
τὰ θνητὰ πάντα μεταβολὰς πολλὰς ἔχει.id est
Mortalia omnia mutationes multas habent.
¶Idem
χειμὼν μεταβάλλει ῥᾳδίως εἰς εὐβουλίαν.i.
Tempestas mutat̄ facile in serenitatē. ¶Idē.
ὡς ποικίλον πρᾶγμ' ἐστὶ καὶ πλάνον τύχη.i.
Quā varia res est:ꝛ erratilis fortuna.
Ex.j.epi grāmatō. ¶Ex primo Epigrāmaton.
οὐκ ἐθέλουσα τύχη σε προὔταγεν· ἀλλ' ἵνα δείξῃ ὥς ὅτι καὶ μέχρι σοῦ πάντα ποιεῖν δύναται.i.
Non propitia fortuna te pmouit:sed vt ostendat etiam in te omnia facere potest.
Lucian⁹. ¶Lucianus.
μὴ πταίων φίλος εἶ θνητοῖς. φίλος εἶ μακάρεσσι.
καὶ σευ ῥηϊδίως ἔκλυον εὐξαμένου.
ἢν πταίσῃς, οὐδεὶς ἔτι σοι φίλος. ἀλλ' ἅμα πάντα
ἐχθρὰ τύχης τροπαῖς συμμεταβαλλόμενα.
hoc est.
Nō errās:amic⁹ es mortalib⁹:amicus es beatis
Et te facile exaudiuerunt precantem.
Si erraueris:null⁹ ampli⁹ tibi amic⁹:sed simul oīa inimica:fortunęqꝫ momentis cōmutata.
Sophocles. ¶Sophocles in Aiace.
τῆς ἀναγκαίας τύχης
οὐκ ἔστιν οὐδὲν μεῖζον ἀνθρώποις κακόν.i.
Immutabili fortuna
Nullum est peius hominibus malum.
Palladas. ¶Pallades.
οὐ λόγον, οὐ νόμον οἶδε τύχη μερόπων
δὲ τιραμμεῖ.
τοῖς ἰδίοις ἀλόγως ῥεύμασι συρομένη.
κἄλλον τοῖς ἀδίκοισι ῥέπει, μισεῖ δὲ δικαίους.
ὥς ἐπιδεικνυμένη τὴν ἄλογον δύναμιν. h̄ est
Nō ratione: non legē nouit fortuna: hominibus aūt imperat proprijs sine ratione fluxib⁹ tracta.
Magis iniustis fauet:odit aūt iustos
Ueluti ostendens temerariā potentiā.
Plautus. ¶Plautus in duob⁹ captiuis.
Sꝫ vidē fortuna hūana frangit artatqꝫ:vt lubet
Me q̄ liber fuerā seruū fecit:ex summo infimū
Qui iperare isueuerā:nūc alteri⁹ impio obseqr.
¶Plautus in cistellaria.
Immundas fortunas equū est squalorē sequi.
¶Plautus in pseudulo.
Profecto hoc sic erit:centū doctoꝝ hoīm ꝯsilia hęc deuincit dea fortuna:atqꝫ hoc verū ē: pinde vt q̄sqꝫ fortuna vtit̄:ita præcellet:atqꝫ exinde sapere oēs dicim⁹:bene vbi q̄d discim⁹ cōsiliū accidisse:hominē cautū eē esse declaram⁹:stultū aūt cui vertit male. Stulti aūt sum⁹ frustraqꝫ scim⁹: vt q̄d in rem sit possim⁹ noscere:certa mittimus dum incerta petim⁹:atqꝫ hoc venit in labore:atqꝫ in dolore:vt mors obrepat interim.
Terenti⁹. ¶Terentius comœdia.v.
O fors fortuna:vt nūq̄ perpetuo es bona.

¶Uergilius in buc.
Sors oia versat ¶Uergili⁹ l.ij.Aeneidos.
Nec si me miserum fortuna Sinonem
Finxit:vanū etiā mendacēqꝫ improba finget.
¶Uergili⁹ Aeneidos lib.ij.
Aspirat primo fortuna labori. ¶Idē lib.iij.
Uiuite fœlices quib⁹ est fortuna peracta
Iam sua [illegible]
¶Uergilius Aeneidos lib.x.
Et q̄cūqꝫ viā dederit fortuna sequmur. ¶Ibidē.
Audentes fortuna iuuat.
¶Uergilius Aeneidos lib.x.
Multa dies variusqꝫ labor mutabilis æui
Rettulit in melius:multos alterna reuisens
Lusit:ꝛ insolido rursus fortuna locauit.
¶Uergilius lib.xij.Aeneidos.
Forsan miseros meliora sequant̄. ¶Ibidē.
Quo deus:ꝛ quo dura vocat fortuna sequamur.
¶Uergilius ibidem.
Sors ꝛ virtus miscētur in vnum.
¶Uergi.in paruo tractatu de Fortuna.
Fortuna potens:tantum [illegible]
Iuris atrox quę vendicas [illegible]
Euertisqꝫ bonos:erigis improbos:
Nec seruare potes muneri⁹ fidem.
Fortuna immeritos auget honorib⁹
Fortuna innocuos cladibus afficit.
Iustos illa viros pauperie grauat
Indignos eadem diuitijs beat.
Hæc aufert iuuenes:ꝛ retinet senes.
Iniusto arbitrio tempora diuidens:
Qō dignis adimit trāsit ad impios:
Nec discrimē habet rectaqꝫ iudicat:
Inconstās:fragilis:perfida:lubrica:
Nec quos clarificat pꝑetuo fouet.
Nec quos deserit pꝑetuo premit.
¶Ennius in septimo. Ennius.
Fortibus est fortuna viris data.
¶Ennius in octauo.
Multa dies in bello conficit vnus
Et rursus multę fortunę forte recumbunt.
Haud quenq̄ semp fortuna secuta est.
¶Actius in Telepho. Actius.
Nam si a me regnum fortuna atqꝫ opes
Eripere quiuit:ꝛ virtutem nequiuit.
¶Lucanus lib.ij.phar. Lucan⁹.
Sors incerta vagatur
Fertqꝫ refertqꝫ vices:ꝛ habēt mortalia casum.
¶Lucanus lib.iij.phar.
Neqꝫ enī iam sufficit vlla
Pręcipiti fortuna viro.
¶Lucanus ibidem.
Seruat multos fortuna nocentes.
¶Idem lib.viij.phar.
Longi pœnas fortuna fauoris
Exigit a misero.
¶Ouidi⁹ metamorpho.li.vij.fabula.xxvj. Ouidius
Flebile principiū melior fortuna secuta est.
¶Idem lib xiij.fabula.iiij.
Tanta homines rerum inconstantia versat.
¶Ouidius metamorpho.libro.xv. fabula.iiij.
Nil equidam durare diu sub imagine eadem.

Crediderim: sic ad ferrum venistis ab auro
Secula: sic totiens versa est fortuna locorū.
Ouidi⁹ metamorpho. li. xv. fabula. xlij.
Omnia verti
Cernim⁹: atq; alias assumere robora gentes:
Concidere has: sic magna fuit censuq; virisq;
Perq; decē potuit tantū dare sanguinis ānos:
Nūc hūilis veteres tantūmodo Troia ruinas.
Et pro diuitijs tumulos ostendit auorū.
Clara fuit spartē: magne viguere Micænę.
Necnon & cecropis: necnō amphionis arces:
Vile solum sparte est: altæ cecidere Micænę
Oedipodionię quid sunt nisi noīa Thebæ?
Quid pandionię restant nisi nomē Athenę?
¶ Ouidius tristium lib. ij.
Quū cœpit quassata domus subsidere partes:
In proclinatas omne recumbit onus.
Cunctaq; fortuna rimā faciente dehiscunt:
Ipsa suo & quondā pondere tracta ruunt.
¶ Ouidius ibidem.
Scilicet in superis etiā fortuna luenda est:
Nec veniā læso numine casus habet.
¶ Ouidius tristiū lib. v. elegia. ix.
Vilia qui quondā miseris alimēta negarat:
Nunc mēdicato pascit ille cibo.
Passibus ambiguis fortuna volubilis errat:
Et manet in nullo certa tenaxq; loco
Sz modo leta manet: vultus mō sumit acerbos:
Et tantū constās in leuitate sua est.
Nos quoq; floruim⁹: sed flos fuit ille caducus:
Flāmaq; de stipula nostra breuisq; fuit.
¶ Ouidius de pōto lib. iiij. elegia. iij.
Hæc dea nō stabili ꝙ sit leuis orbe fatet:
Que summū dubio sub pede semꝑ habet.
Quolibet est folio: & quauis incertior aura:
Par illi leuitas perfide facta tua est.
Omnia sunt hoīm tenui pendentia filo:
Et subito casu q̄ valuere ruunt.
Diuitis audita est cui nō opulētia Cresi:
Nempe tamen vitā captus ab hoste tulit.
Ille syracusia modo formidatus in vrbe.
Vix humili durā reppulit arte famē.
Quid fuerat Magno maius? tū ipe rogauit
Summissa fugiens voce clientis opem.
Cuiq; viro totus terrarum paruit orbis:
Indigus est factus omnibus ille magis.
Ille Iugurthino clarus Cymbroq; triumpho:
Quo victrix totiens consule Roma fuit:
In cœno Marius iacuit: cannaq; palustri:
Pertulit & tanto multa pudenda viro.
Ludit in humanis diuina potentia rebus.
Et certā præsens vix habet hora fidem.
¶ Idem.
Casus in euentu est.
¶ Ouidius epl'a Briseidis ad Achillem.
An miseros tristis fortuna tenaciter vrget?
¶ Ouidius.
Nempe dat & quodcūq; lubet fortuna rapitq;:
Hirrus & est subito qui modo Cresus erat.
¶ Ouidius lib. iij. de arte amandi.
Dum licet: & spirant flamina nauis eat.
Tibullus — Tibullus lib. j. Elegia. v.
Versatur celeri sors leuis orbe rota.

¶ Martialis li. iiij. Epigrā. de puero glacie occiso. — Martia.
Quid non sæua sibi voluit fortuna licere?
¶ Horatius carminū lib. j. Ode. xxxiiij. — Horati.
Valet ima summis
Mutare: & insignem attenuat deus:
Obscura promens: hinc apicem rapax
Fortuna cum stridore acuto
Sustulit: hic posuisse gaudet.
¶ Horati⁹ carminū lib. iij. Ode. xxix.
Fortuna sæuo læta negocio: &
Ludum insolentē ludere pertinax
Trāsmutat incertos honores:
Nunc mihi nunc alij benigna.
Laudo manentē: si celeres quatit
Pennas resigno quę dedit: & mea
Virtute me inuoluo: probamq;
Pauperiē sine dote quæro.
¶ Iuuenalis satyra. iij.
Ex humili magna ad fastigia rerum — Iuuena.
Extollit: quotiens voluit fortuna iocari
¶ Idem satyra. vij.
Si fortuna volet: fies de rhetore consul:
Si volet hec eadē fies de consule rhetor.
Ventidius q̄d em? quid Tullius? an ne aliud ꝙ
Sydus: & occulti miranda potentia fati?
Seruis regna dabūt: captiuis fata triūphos.
Fœlix ille tū: coruo quoq; rarior albo.
¶ Iuuenalis Satyra. x.
Turba tremens sequit fortunā: vt semꝑ: & odit
Damnatos.
¶ Iuuenalis Satyra. xiij.
Victrix fortunę sapientia.
¶ Ausonius. — Auson⁹.
Fama est fictilibus cœnasse Agathoclea regē:
Atq; abacum samio sæpe onerasse luto.
¶ Et paulopost.
Fortunam reuerēter habe: quicunq; repente
Diues ab exili progrediere loco.
¶ Frā. petrarcha cātilena. viij. stantia. vij. — Frācisc. petrar.
Rade volte aduien challalte imprese.
Fortuna in uriosa non contrasti:
Cha glaninnosi facti mal saccorda.
¶ Fran. Petrarcha Triūpho Famæ.
Che puocho val contra fortuna scudo.
¶ Forum est exercendarū litiū locus: & dicit iudiciale forū a ferēdo/quia illuc causę ferātur. Et est forū venale a ferēdo: quia venalia illuc ferūtur. Et est forum boarium in quo boues vendūtur. forum holitorium: in quo hærbę venduntur: quod erat antiquum macellum. Forum piscariū in quo pisces veneunt. Forum cupedinis in quo venduntur cupedia. Cupes em̄ & cupedia antiqui lautiores cibos nominabant. Unde cupidinarij dicti sunt oēs q̄ esculenta vendūt: ab eo q̄d alimenta rebus cupidinis præbeant. Dicit etiā forū locus in quo cū populo agitur: conciones habent: lites tractantur: ꝙ ibi iudicia feruntur: vnde & forenses dicuntur: q̄ in foro versant. Et circūforanei qui circa forū spatiant vēditantes aliq̄d: aut emētes: aut sciscitātes: aut tp̄s inaniter terentes. Fori etiam masculino genere & pluraliter tantū: sunt tabulata nauium: ab eo ꝙ in-

cessus ferant. Si quidē per eos nautæ discurrūt. Verg. Laxatq; foros. Cicero. Alij ꝑ foros cursitent. Significāt & fori pluraliter tantū loca erecta: vt ex his spectet. Et foruli sunt armariola in quibus libri reponuntur. Iuuenalis. Hic libros dabit: hic forulos.
Frater grę. ἀδελφός. ου. ὁ. & ἀδελφικός. ου. ὁ. fraternus dicit. Dicitur aūt frater quasi fere alter. sm Au. Gelliū lib. xij. noc. at. ex sentētia. P. Nigidij. Sallustius in Iugurtha. Quis autē amicior ꝙ frater fratri? aut quem alienum fidū inuenies si tuus hostis fueris? hinc fratria fratris vxor: fraterculus diminutiuum: & fratrueles duorum fratrum filij. vide. 8.
Sapien. ¶ Sapientiæ capi. x.
Per irā homicidij fraternitas deperijt.
Paulus. ¶ Paulus ad hebreos capi. xiij.
Charitas fraternitatis maneat in vobis.
Augusti. ¶ Augu. & habet. xxiij. q. v. Immolans.
Qui effundit sanguinē & qui fraudē facit: necessario fratres sunt. pñal
¶ Aug. lib. j. de vnico baptismo: & habetur distin. lvj. cap. sponsus.
Ismael vt separaret a populo dei nō obfuit mater ancilla: sed obfuit fraterna discordia: nec profuit potestas vxoris: cu⁹ magis filius erat: q: ꝑ ipsius iura cōiugalis & in ancilla seminat⁹ erat: & ex ancilla susceptus est.
Joānes chrysost. ¶ Ioan. chrysosto. sup Matthæum.
Pro se orare necessitas cogit: pro alijs autē charitas fraternitatis hortatur: dulcior aūt aū deū est oratio: nō quā necessitas transmittit: sed quā charitas fraternitatis cōmendat.
Raban⁹. ¶ Rabanus super Matthæum.
Vera fraternitas est quę fratrē venerat deuotū: corripit dissolutū: quę presenti obsequit: absentē nō rodit: sano applaudit: infirmū nō deserit: placatū nō prouocat: iratū vt maiorē metuit.
In colla. patrum. ¶ In collationib⁹ patrū & abbatis ioseph.
Hęc est vera fraternitas quę nullis casibus scinditur quā nō solū dissociare: vel delere: locorum vel tēporū internalla nō præualēt: sed nec mors quidē ipsa diuellit. ¶ Ibidē.
Hæc est vera & indirupta fraternitas q̄ gemina amicorū perfectione: ac virtute cōcrescit: cuius semel initū fœdus nec desideriorū varietas: nec cōtentiosa dirumpet cōtrarietas volūtatum.
¶ Ibidem.
Nihil prodest: si moribus ac proposito dissidētes vna habitatione iungantur: nec obest parili virtute fundatis ꝑ locoꝝ internalla disiūgi. Apud deū nāq; morū cohabitatio: nō locorū vnitas fratres habitatione cōiungit. Nec pōt vnq̄ pacis integritas custodiri: vbi voluntatū diuersitas innititur. ¶ Ibidem.
Huius primū fundamentum est substantiā mūdialem in contemptu habere. Iniustuz em̄ atq; impium est: si post abrenunciatā mundi & omniū quæ in eo sunt vanitatē preciosissime dilectioni fratris supellex vilissima quę superfluit prefera tur. Secundum est: vt vnusquisq; ita suas resecet voluntates: ne se sapientē atq; consultū esse indicans: suis malit ꝙ fratris diffinitionib⁹ obedire. Tertiū est: vt sciat omnia etiā q̄ vtilia: ac necessaria æstimat: postponenda bono charitatis & pacis. Quartū est: vt credat: nec iustis nec iniustis de causis penitus irascēdū. Quintū vt aduersus se iracundiā fratris: etiā sine ratione conceptā: eo modo quo suā: curare desideret: sciens equaliter sibi perniciosam alterius esse tristiciā ac si aduersus aliū ipse moueatur: nisi eam quātū in se est de fratris etiā mente depulerit.
¶ Sallustius in iugurtha. — Sallust.
Quis est amicior ꝙ frater fratri? aut quē alienū fidum inuenies: si tu his hostis fueris?
Horatius epistolarū lib. j. elegia. iij. — Horati⁹
At vos.
Seu calidus sanguis: seu rerū inscitia vexat.
Indomita ceruice feros: vbicunq; locorū
Viuitis: indigni fraternū rumpere fœdus.
Fraus grææ ἀπάτη. ης. ἡ. & ἀπατηλός. ου. ὁ. fraudosus & fallax dicit. Est aūt fraus executio iniustitiæ in factis sm. b. Tho. secda secdę. q. lv. arti. v.
Fraus nō pōt esse sine dolo: sz bñ dol⁹ sine fraude. Ideo fraudi inest dolus sicut species generi. ex bea. Tho. ¶ Ibidem.
Fraus dicitur a ferendo: & est deceptio quæ alicui infertur: fraus pro periculo quādoq; ponit. Vergilius. Quis deus in fraudē: quę dira potētia nr̄a egit. Inde frando as. & frandor passiuū: & defraudo q̄d est fructū minuo: vel ꝑ fraudē aliquid decerpo. Teren. Suū defraudans geniū cōparsit miser. ¶ David psalmo. xxx. — David.
Erubescāt impij: & deducant in infernum: muta fiant labia dolosa.
¶ Ecclesiastici cap. xix. — Eccli.
Est qui nequiter humiliat se: & interiora ei⁹ plena sunt dolo. ¶ Hieremias cap. vj. — Hierem.
A ꝓpheta vsq; ad sacerdotē: cuncti faciunt dolum. ¶ Augusti. de diffinitionibus. — August.
Fallacia est per quā motibus deceptoris veritas palliata: vel odiū alterius: vel ꝓpriū cōmodū intendit. ¶ Augu. iij. confessionum.
Sunt qui seducunt per philosophiā: magno: blādo: & honesto noīe colorātes: & fucantes errores suos. ¶ Hiero. in epi. ad Rusticū monachū. — Hiero.
Iudas de apostolatus fastigio in proditiōis tartarū labit: nec familiaritate cōi: nec intentione buccellæ: nec obsequij gratia frangit: ne hominē tradat quē filium dei nouerit.
¶ Ambro. sup illud Mat. xxvj. Et osculatus est eum. — Ambro.
Instrumēto pacis mortem irrogat. Seruus dominū: discipulus magistrum sic prodit: quasi inquit per instrumētū pacis perimis ipsam pacē: de osculo machinaris ipsam proditionem.
¶ Ambro. lib. de virginibus.
Venena nō dant: nisi melle circūlita: & vitia non decipiunt: nisi sub specie vmbraq; virtutum.
¶ Grego. sup illō Iob. Cōuerebar omnia opera mea. — Grego.
Duo timēda sūt in bonis opib⁹; desidia: & fraus.

¶ Gregorius lib. ix. moralium.
Sciendū quoqꝫ est ꝙ trib⁹ modis fraus ipsa cō mittit: qꝛ ꝑ hāc proculdubio aut tacta cordis hu mani grā: aut fauoris aura: aut res q̄libet ex terior desiderat.
¶ Grego. ibidem.
Solus in dei opere fraudē nō facit: qui quuꝫ ad studia bone actionis inuigilat: nec ad corpora lis rei premia: nec ad laudis verba: nec ad huma ni iudicij grām anhelat. ¶ Greg. in morali.
Dolosus aduersarius ferire simul nitit: ꝛ aper te seuiēs ꝛ insidiose latēs. Ut dū occulto sagitta metuit: minus aū faciē hasta timeat: vel dū aū fa ciē hastæ resistit: nequaꝙ̄ ex occulto veniēs sa gitta videat.
Isidor⁹. ¶ Isidorus sententiaruꝫ lib. ij. ꝛ habet xxij. q. v. ca. quacunqꝫ.
Quacūqꝫ arte verborū quis iuret: deus tamen q̄ conscientiæ testis ita hoc accipit: sicut ille cui iuratur intelligit. Dupliciter aūt reus fit: qui et nomē dei in vanū assumit: ꝛ proximū dolo capit.
¶ Isidorus in Sinonymis.
Dolus est quū aliud agit: ꝛ aliud simulat: calli dus est q̄ exitū virtutis dolo: ac fraude imitat.
Origen. ¶ Origenes sup episto. ad Ro. lib. iiij.
Dolus est quū aliud quis lingua loquit: aliud vo lutat in corde qd crimē: nescio si vel nudos quos qꝫ ꝛ electos relinquat: sꝫ puto ꝙ ali⁹ plus: alius minus: nemo tn̄ sic ad hoc ꝑfecte liber: nisi ille de quo dicit q̄ peccatū nō fecit: nec inuētus est dolus in ore ei⁹.
Bernar. ¶ Bernar. sup cantica.
Diuturna fraudatio studiorū est nutrix suspitio nū fomes: impatientiæ fax: nouerca amoris: de sperationis mater.
Cassiod. ¶ Cassiodorus lib. v. epistolaruꝫ.
Insperatū bonū est: si is ad quē deceptionis per tinet periculū: sibi gratiæ procuret augmentū. Ius enim exigit sagittas fraudis redire in dolo sum verticē sagittantis.
Seneca. ¶ Sene. in puerb.
Fraus est accipere qd nō possis red de re. Repel li se homines facilius: ꝙ̄ decipi ferunt.
¶ Seneca tragœdia.
Fraus sublimi regnat in aula.
Cicero. ¶ Cice. lib. iij. de natu. deo.
Malitia est versuta: ꝛ falax ratio nocendi.
¶ Cicero officiorū lib. j.
Quū duobus modis fiat iniuria: aut vi: aut frau de. Fraus q̄si vulpeculæ: vis leonis videt: vtrū qꝫ vero ab homine alienissimum. Totius aūt in iusticie nulla est capitalior: ꝙ̄ eorū: qui quū ma xime fallūt: id agūt: vt boni videantur.
¶ Cicero lib. de amicitia.
Maxima culpa est in eo qui ꝛ veritatē aspernat ꝛ in fraudem obsequio impellitur.
Laerti⁹ dioge. ¶ L. Diogenes de vita ꝛ moribus ph̄orum.
Magis amicorū inuidiā: ꝙ̄ inimicoꝝ insidias ca uere debem⁹. Illud eīn aptū: hoc cœlatū est ma lū: nocendiqꝫ fraus q̄ nō speratur potentior est.
Vergi. ¶ Verg. lib. vj. æneidos loquēs de inferno.
Hic quibus inuisi fratres dū vita manebat.
Pulsatusve parēs: ꝛ fraus innexa clienti.
Aut qui diuitijs soli incubuere repertis:
Nec partē posuere suis: que maxima turba est.
Ouid⁹. ¶ Ouidius de arte amādi lib. j.
Tuta frequensqꝫ via est per amici fallere nomē
Tuta frequensqꝫ licet sit via crimē habet.
¶ Ouidius lib. iij. artis.
Reddite depositum: pietas sua fœdera seruet.
Fraus absit vacuas cedis habete manus.
Catull⁹. ¶ Catullus.
Nec fata impia fallaciū hoīm celicolis placent.
Franci. petrar. ¶ Frāciscus patrarcha triūpho amoris.
Che se prehende dilecto di far frode
Non se de lamentar saltrui linganna.
¶ Frōs græce μέτωπον. ου. τό. dicit. Et est pars faciei q̄ sub sincipite posita inter ipsum: ꝛ ocu los est ꝓm Aristo. lib. j. de animalib⁹. Diciturqꝫ a ferendo qd indicia animi præ se ferat. Est eīn tristitiæ hilaritatis: clementiæ: seueritatis: indi cium. Varro tamen illā partē potius vult a fo raminibus oculorū dici. Huius cōpositū bifrōs quod geminā frontē habet: ꝛ frōtosus quo non nulli pro impudente vtuntur. Et est frons fron dis noti significati: similiter a ferendo dicta: qm̄ frondes arboruꝫ huc ꝛ illuc vento ferantur: frō des proprie tantum arboꝝ sunt: herbarū vo ar borū ꝛ florum tā frōdes ꝙ̄ folia.
¶ Frugalitas grece λιτότης. ητος. ἡ. ꝛ λιτός. ου. ὁ. frugalis dicit. Est aūt frugalitas virtus quæ motus animi regit: ꝛ sedat moderatāqꝫ in omni re nouit seruare cōstantiā. Suntqꝫ frugi homi nes: quos greci χρησίμους dicunt: qui in omni re motus animi moderantur.
Frugalitas virtus est media inter prodigalitatē ꝛ auaritiā: quū nec nimis parce reb⁹ vtimur: nec nimis luxuriose. Est igit moderata parsimonia cibi ꝛ potus. Hinc frugaliter aduerbium: tēpe rate modeste. Dicuntur aūt hec omnia a frux no minatiuo pro fuge. Varro. Frux: legumen: triti cum. Hinc frugi indeclinabile nomen. Suntqꝫ frugi: de quibus supra. Hinc etiā frumentū: qua si frugamentum: ꝛ fruor: quasi ex vsu frugū dele ctationē capio. Unde fruitio. De qua infra.
¶ Fruitio græ. ἀπόλαυσις. εως. ἡ. ꝛ ἀπολαύω fru or dicit. Fruor ꝛ vtor ita differunt: ꝙ fruitio per tinere videt ad amorē vel delectationē: quā ali quis habet de vltimo expectato: quod est finis: ꝓm beatum Tho. prima secunde. q. xj. articu. j. Uti vo si cum homine iungatur conuersari est. Si vo cum alijs iungitur est vsuꝫ habere. Mar tialis. Utere lactucis ꝛ mollibus vtere maluis. Hinc vsus fit quod interdum significationem vtendi habet. Interdum consuetudinem: con uersationem: aliquando pro opus est. Hinc vtili tas pro qua nonnunꝙ̄ vsum ponimus: ꝛ vtiliter aduerbium. Item apud iurisconsultos vsufruct⁹ dicitur: quum res aliqua non nostra est: sed per inde ex ea fructum: atqꝫ vtilitatem capimus: ac si nostra esset: diffiniturqꝫ ab Ulpiano: vt infra in dictione vsufructus.
¶ Fucatio a fucus venit. Fucus vero græce φῦ κος. ου. τό. ꝛ φυκιόω fuco dicitur. Et est spēs fi ctionis ad mentiendum pulchritudinem. Ideo semper est peccatum. Sed non est mortale nisi

fiat ad lasciuiam vel contemptū dei. Tamen li cet occultare turpitudinem causatam ex infir mitate: vel ex alia causa accidentali. ex. b. Tho. secūda secūde. q. clxix. art. ij. Deberet scribi per ph. apud nos quum græca dictio sit: licet con suescat a nonnullis per f. scribi.
¶ Fundamentū græce θεμέλιον. ου. τό. dicitur: ꝛ venit a funduꝫ di. quod proprie est vniuscuiusqꝫ rei: quæ aliquid in se liquoris contineat: vel ad continendum facta: vt dolij: nauis: aluei: flumi nis: lacus: maris. Hinc aduerbiuꝫ funditus: hoc est a fundo. Et profundus quod proprie imum significat: vt profundū mare dictum: ꝙ porro ha beat fundum. Aliquando etiam pro alto. Vergi. Terras cœlumqꝫ profundum. Quippe ferant rapidi secum. profunde: profunditas: profundis simus: ꝛ profundissime hinc sunt.
¶ Furor græce ὀργή. ης. ἡ. vel χόλος. ου. ὁ. dicit. Et est ira accensa: non differens re ab ira: sed se cundū magis et minus. b. Tho. super ꝑs. xxxvj. colūna. vj. ¶ Quid sit furtum.
Furtum græce κλοπή. ης. ἡ. et κλέπτης. ου. ὁ. fur dicit. Et est occulta acceptio rei alienæ ꝓm b. Tho. secūda secunde. q. lxvj. arti. iij. Furtum est minus gra ue ꝙ̄ rapina dupliciter. Primo quia inuoluntariū: per vim est maius ꝙ̄ per ignorantiā. Secū do: quia rapina est in re ꝛ in persona. Furtū ve ro in re tm̄ ꝓm. b. Tho. ibidem arti. ix.
Furtum ꝓm legistas. ff. de furtis. l. prima. Est contractio rei aliene mobilis ꝛ corporalis frau dulosa inuito domino lucri faciendi gratia: siue ipsius rei: siue vsu rei: siue possessionis. Differt autem fur ab abigeo: quia fur generale nomen est: abigeus speciale. Quid autem abigeus siue abactor sit: vide supra in abactor. dicitur autem furtum a fur: fur vero a furuum: quod veteres atrum dicebant: vnde furio fuligo. Furtum præ terea interdum significat adulteriuꝫ. Ouidius. Hæc tibi nempe patrem furta dedere iouem. ꝙ adulteria sicuti ꝛ latrocinia furtim hoc est clam soleant perpetrari.
Exodi. ¶ Exodi capitulo. ij.
Non furtum facies.
¶ Exodi capi. xxj.
Qui furatus fuerit hominem ꝛ vendiderit eum conuictus noxæ morte moriatur.
Leuitici. ¶ Leuitici capi. xix.
Non facietis furtum.
Deute. ¶ Deuteronomij capi. v.
Thobias. Furtumqꝫ non facies. ¶ Thobias ca. ij.
Non licet nobis aut edere ex furto aliquid aut
Esaias. contingere. ¶ Esaias capi. xxxiij.
Veh qui predaris: nonne ꝛ ipse prædaberis?
Paulus. ¶ Paulus ad ephesios capi. iiij.
Nolite locum dare diabolo. Qui furabatur iam non furetur: magis autē laboret operādo mani bus suis quod bonū est vt habeat vnde tribuat necessitatem patienti.
Augusti. ¶ Augustinus in sermone de. x. plagis
Nemo habet iniustum lucrum sine iusto damno: verbi gratia: qui furatur acquirit vestē: sed per dit fidem: vbi lucrum ibi damnū: lucrum in arca: damnum in cōscientia. ¶ Hiero. ꝛ habetur xij. q. ij. ca. Gloria episcopi. ꝟ. Amico. Hieron.
Amico rapere quippiā furtum est: ecclesiā frau dare sacrilegum est: accepisse pauperibus ero gandum: ꝛ esurientibus plurimis illud reserua re: vel cautum vel timidū est: aut qd apertissimi sceleris exinde aliquid subtrahere oīm predo num crudelitatem superat.
¶ Seneca ad lucillium epistola. lxxvj. Seneca.
Nulli vero etiam cui rapina cessit fœliciter: gau dium recte durauit in posterum.
¶ Seneca in prouerbijs.
Alienum nobis: nostrum plus alijs placet.
¶ Ibidem.
Alienū æs homini ingenuo acerba est seruit⁹.
¶ Aristo. lib. ij. rhetoricorum. Aristo.
Omnis fur malignus est.
¶ Cicero officiorum lib. iij. ca. v. Cicero.
Detrahere aliquid alteri: et alterius incōmodo suum cōmodum augere: magis est contra natu ram: ꝙ̄ mors: ꝙ̄ dolor ꝛ cætera que possunt cor pori accidere. ¶ Idem lib. iij.
Si vnusquisqꝫ rapit ad se cōmodum alienum: ꝛ distrahit que potest emolumenti sui gratia: so cietas ꝛ cōmunitas hominū euertitur.
¶ Sallustius in iugurtha. Sallusti.
Oportunitas etiam mediocres viros spe præ de transuersos agit.
¶ Julius celsus de gestis Cesaris. Julius celsus.
Ex pecunie cupiditate factiōes dissensionesqꝫ nascuntur. Nam et prede cupiditas multos lon gius euocat. ¶ Phocylides. Phocyli.
φώρων μὴ δέξῃ κλοπίμην ἀνδρῶν παρα θήκην ἀμφότεροι κλῶπες καὶ ὁ δεξάμε νος καὶ ὁ κλέψας. i.
A furibus ne suscipias furtiuꝫ viris depositū: Ambo enim fures: ꝛ qui recipit: et qui furatus est. ¶ Plautus in penulo. Plautus.
Male partum: male disperit.
¶ Catullus in epithalamio. Catull⁹.
Nocte latent fures. ¶ Iuuenalis satyra. iij. Iuuena.
Me nemo ministro
Fur erit.
¶ Futurum græce μέλλον. οντος. τό. dicitur. Et est quod nondum aduenit: quum aduentu rum sit. ¶ Actuum apostolorū ca. j. Actuum aplorū.
Non est vestrū nosse tempora vel momenta que pater posuit in sua potestate: sed accipietis vir tutem superuenietis spiritussancti in vos: ꝛ eri tis mihi testes in hierusalē: ꝛ in omni iudea: ꝛ sa maria: ꝛ vsqꝫ ad vltimum terre.
¶ Menander. Menan.
θνητὸς πεφυκὼς τοὐπίσω πειρῶ βλέπειν. i.
Mortalis nat⁹ in futuꝝ conare īspicere. ¶ Idē.
μέμνησο δ' ἐκάστῳ τοῦθ' ὅπερ μέλλει παθεῖν. id est
Imminet autem vnicuiqꝫ hoc quod debet pati.
¶ Idem.
μὴ μοι γένοιθ' ἃ βούλομ' ἀλλ' ἃ συμφέρει. i.
Ne mihi fiant q̄ volo: sed q̄ cōducant. ¶ Idē.
οὐδεὶς τὸ μέλλον ἀσφαλῶς βουλεύεται. i.
Nullus de futuro tuto deliberat.

Gaudium græce χάρα. ασ. ἡ. vel χάρμα. ατοσ. τὸ. vel χαρμονή. ησ. ἡ. dicit: τ καίρω gaudeo. Et est gaudiũ passio cõcupiscibilis pueniẽs ex perfectiõis appetite cõiunctiõe ẜm interiorem apprehensionem sensus vel intellectus ẜm. b. Tho. iiij. senten. distin. xlix. q. iij. arti. j. Uel sic. Gaudium est affectio animi alicuius presentis boni opinione concepta a quo gaudeo verbum. Sunt qui velint gaudium a verbo greco deduci: illi enim γαυρον superbum dicunt. Differunt autem sic gaudeo τ lætor: ꝙ lætari est extrinsecus: gaudere vero intrinsecus. Quare proprie lætus is dicitur qui hilaritatem quam intus habet: etiam vultu ostendit.

Gaudere τ gratulari differunt: vt placet Donato super Terẽtio: quia gaudemus nobis: gratulamur alijs: vel gaudemus nostris: gratulamur alienis. ¶ Prouerbiorũ capi. xv. Prouer.

Cor gaudens exhilarat faciem: mœrore animi deijcitur spiritus: animus gaudens ætatem floridam facit. Spiritus tristis exiccat ossa.

Augusti. ¶ Augustinus lib. ix. confessionũ.

Est gaudiũ quod non datur impijs: sed eis q̃ te gratis colunt: quorũ gaudium tu ipse es: τ ipsa est beata vita: gaudere te propter te: ipsa est et non est altera. ¶ Augu. super ps. lij.

Temporalib⁹ gaudent qui bona æterna non norunt desiderare. ¶ Augustin⁹ super Joannẽ.

Comparemus gaudia veritatis cum gaudio vanitatis: τ si honoremus doleamus: τ si dolemus oremus: τ si oram⁹ exaudiamur: si exaudiamur et illos lucramur.

¶ Augustin⁹ lib. de cõflictu vitiorũ τ virtutũ.

Inepta lætitia dicit: vt quid animi gaudiũ intus abscondis? Ingredere in publicũ: lætus dic aliquid foris: vnde vel tu vel proximi rideant: fac eos letos tua lætitia. ¶ Hiero. sup Esaiam. Hieron.

Animi letitia interdũ corporis dolores mitigat: quod si ad ægrotationẽ corporis accedat ægritudo animi: duplicatur infirmitas.

Grego. ¶ Gregorius lib. xij. moralium.

Dignum est itaqꝫ vt in se semper homo mœrores inueniat: qui derelicto errore gaudium in se querebat. ¶ Gregori⁹ lib. xx. moraliũ.

Sæpe a disciplinę metu resoluimus subditos: si nostro regimini hilaritatis frena relaxamus: quia dum nos quasi licẽter lætos aspiciunt: audacius ipsi ad illicita resoluuntur.

¶ Gregorius mora. lib. xxiiij.

Jubilum dicitur quando ineffabile gaudiũ mente concipitur: quod nec abscondi possit: nec sermonibus aperiri: τ tamẽ quibusdã proditur motibus: quãuis nullis proprietatibus exprimat.

¶ Gregorius mora. lib. xxviij.

Jubilatio dicitur quum cordis letitia oris efficacia non expletur: sed quibusdam modis gaudium prodit: quod ipse qui gaudet: nec regere preualet: nec explere. ¶ Ibidem.

Solet letitia arcana mentis aperire; atqꝫ aperiendo amittere: aduersa vero quum nos exterius deprimunt interius cautiores reddunt.

¶ Boetius de cõsolatiõe lib. j. metro vltimo. Boetius

Tu quoqꝫ si vis.
Lumine claro:
Cernere verum:
Tramite recto:
Carpere callem.
Gaudia pelle:
Pelle timorem:
Spemqꝫ fugato:
Nec dolor adsit:
Nubila mens est:
Uinctaqꝫ frenis:
Hæc vbi regnant.

¶ Seneca epistola. lxiij. Seneca

Dicimus nos magnũ gaudium ex illius cõsulatu quod non est gaudiũ: sed vt sæpe initium future tristitię. Gaudio enim iunctum est non desinere: nec in contrariũ verti. Omnes tendunt ad gaudium. Sed vnde stabile τ magnum consequantur ignorant. Ille ex conuiuijs τ luxuria: ille ex ambitione τ circũfusa clientum turba. Ille ex amica: alius ex studiorũ liberalium vana ostẽtatione: τ nihil sonãtibus litteris. Omnes istos oblectamenta fallacia et breuia decipiunt sicut ebrietas quę vnius horę hilarẽ insaniam longi temporis tedio pensat.

¶ Seneca in prouerbijs.

Malum alienum tuum nec feceris gaudium.

¶ Seneca in hercule furente tragœdia. j.

Dum fata sinant viuite leti.
Properat cursu vita citato:
Uolucriqꝫ die rota precipitis vertitur anni.

¶ Cassiodorus lib. iiij. epistolarum. Cassiod.

Nouum est sub amore principis custodire molestiam: quæ tam clara ꝙ rara est: qr gaudia semp animos inquietant: modus enim raro lætis rebus interuenit.

¶ Cesarius in admonitione. ij. Cesari⁹.

Simonia. Gratia si non datur gratis: vel accipitur: grã nõ est. Simoniaci autẽ gratis accipiũt. Jgitur gratiã quę maxime in ecclesiasticis ordinib⁹ opatur: nõ accipiunt. Si autẽ nõ accipiũt: nõ habent. Si autẽ nõ habẽt: nec gratis: nec nõ gratis cuiq̃ dare possunt: quid ergo datur? pfecto qd habent. Quid autẽ habẽt? spiritũ vtiq; mendacij: quomodo hoc probamus? quia si spiritus veritatis testante ipsa veritate de qua pcedit gratis accipitur: pculdubio spũs mendacij esse conuincitur: q̃ nõ gratis accipit vel dat.

Menander. ¶Menander.

καλὸν δὲ θησαύρισμα κειμ ἐμη χάρισ. i.

Pulcher autẽ Thesaurus collatũ bñficium.

¶Jdem.

χάριν λαβὼν εὔκαιρον ἔμκαιρῳ δίδου. i.

Beneficium quũ acceperis tempestiuũ ĩ tpe da.

¶Jdem.

χάριν χαρίζου καθ' ὅσομισ χύειο ὅμωσ. i.

Gratiam gratis da inquãtum potes tamen.

¶Jdem.

χάριτασ δικαίασ καὶ δίδου καὶ λάμβανε. i.

Gratias iustas & da et cape.

¶Jdem.

χάριν λαβὼν μέμνησο. καὶ δοῦσ ἐπιλάθου. i.

Gratiã quũ acceperis in memoria habe: et quũ dederis obliuiscere..

Lucian⁹. ¶Lucianus.

ὠκεῖαι χάριτεσ γλυκερώτεραι. ἢν δὲ βραδύνη

πᾶσα χάρισ κενεή. μὴ δὲ λέγοιτο χάρισ. id est

Celeres gratię dulciores. Si autẽ tardauerit

Omnis gratia vana: neq; diceretur gratia.

Ausoni⁹. ¶Ausonius ita vertit.

Gratia quę tarda est ingrata est. Gratia nãq;

Quum fieri poterat gratia grata magis.

¶Jdem aliter.

Si bene quid facias: facias cito. Nã cito factum

Gratum erit. Ingratum gratia tarda facit.

Dantes. ¶Dãtes florẽtin⁹ Purgatorij cant. ca. xviij.

El studio de ben far gratia rinuerda.

Frãcisc⁹ petrar. ¶Frãcisc⁹ Petrarcha triũpho eternitatis.

Ma tarde non fur mai gratiæ diuine:

Jn quelle spero chen me anchor farano

Alte operatione & pelegrine.

GRatitudo vel gratiarumactio: græce εὐχαριστία.ασ.ἡ. & εὐχάριστοσ gratus: & εὐχαριστέω gratias ago dicitur.

Gratiarumactio siue gratitudo: est virtus specialis reddẽs gratiam benefactori secundũ bea. Tho. secũda secundæ. q. cvj. ar. j. Gratias agere proprie est verbo ostendere nos memores esse beneficij accepti. Habere est animum ac mentem gratam habere: et inuicem gratificandi voluntatem. Referre gratiam est facto beneficium: aut iniuriam acceptam compensare. Sane notandum est q̃ dicimus habere gratiã: & gratias agere: gratias nõ gratiã: referre gratiã: nõ gratias. Et ita eruditi ac pbatissimi authores fere semper loquũtur.

Paulus. ¶Paulus ad Thessalonicenses pmę. c. v.

Semper gaudete: sine intermissione orate: in oĩbus gratias agite. Hæc est enim volũtas dei in Christo Jesu in omnibus vobis.

Augu. ¶Augustinus super illud psal. Tota die repleatur os meum laude.

Quid est tota die. i. sine ĩntermissione laudare in prosperis: quia consolaris. Jn aduersis: quia corrigis. Anteq̃ essez: quia fecisti me. Quũ essez: quia salutem dedisti: quum peccassez: quia ignouisti: quum cõuersus essem: quia adiuuisti: quũ perseuerassem: quia coronasti.

¶Augu. sup psal. Custodi animã meã quoniam sanctus sum.

Non est ista superbia elati: sed confessio non ingrati: & habere te cognosce: & nihil ex te habere: vt nec superbus sis: nec ingratus. Dic deo tuo sanctus sum: q; sanctificasti me: quia accepi: nõ quę habui: quia tu dedisti: nõ quę ego merui.

¶Augustin⁹ in epła ad Marcellinũ.

Quid melius: & animo geram⁹: & ore promam⁹: et calamo explanemus: q̃ deo gratias? Hoc nil dici breuius: nec audiri lætius: nec intelligi gratius: nec agi fructuosius potest.

¶Augustin⁹ lib. de verbis dñi ſmone. viij.

Siue nos accusemus: siue deum laudemus: semper illi gratias agere studeamus: a quo gratia gratis datur.

Ambro. ¶Ambrosius sup lucam sermone. v.

Nihil est quod dignum referre possimus pro suscepta carne in maria. Quid pro verberibus? Quid pro cruce obita? & sepultura reddemus? Licet crucem pro cruce funus pro funere. Nũquid reddimus q̃ ex ipso & ipsum: & in ipso habemus omnia? Reddamus igitur amorem pro debito: charitatem pro munere: gratiam pro sanguine: pro precio pecuniam.

Joannes chryso. ¶Joannes Chrysostomus sup Matthæũ homelia. xxv.

Optima beneficiorum custos est ipsa memoria beneficiorum: & ppetua confessio gratiarum.

¶Joannes Chrysostomus in Tractatu de Symbolo.

Admoneo vos: vt dominum semp benedicatis. Si venerint mala benedicite: & dissoluentur mala. Si prospera venerint benedicite: & perseuerabunt bona et prospera.

Bernar. ¶Bernardus super cantica.

Disce inferando gratias non esse tardus: nõ segnis. Disce ad singula dona gratias agere.

¶Jdem super cant. sermone. xiij.

Non oĩs gratiaꝝ actio accepta est deo. Nisi quę cordis pudicitia: & vera simplicitate pcedit. Pudicã sane dixero ppter eos q̃ & de malis actibus suis gloriantur: deo gratias dicere solent: quasi deus in ore ipsoꝝ lætetur.

¶Et infra.

Veram adiunxi propter hypocritas qui deũ quidem de bonis suis verbotenus gloriantes: corde retinent: qd ore præbuerunt. Jlli impie mala sua deo. Jsti dei bona fraudulẽter ĩtorquẽt sibi.

¶Bernardus ibidem.

De oĩ bono apparẽti a nobis referãtur deo laudes. Jdq; non fiat quẽadmodũ ab hypocritis: nec sola consuetudine: sicut a sæcularibus: sed nec quadam necessitate: vt iumenta ferẽdis oneribus applicantur. Sed sicut decet sanctos sinceritate fida: deuotione sollicita: hilaritate grata. Sed non dissoluta.

¶Bernardus sup cant. sermone primo.

Quotiens tentatio superatur: aut vitiū subiugatur: aut imminens periculū declinat: aut laqus insidiantis deprehendit: aut annosa ⁊ inueterata quecūqz animę passio semel ꝑfecteqz sanatur: aut multus diuqz cupita ⁊ sępius petita virtus tandem aliquando dei munere obtinetur: totiēs personare debet gratiarum actio: ⁊ vox laudis.

bñs dñe in donis tuis

Debet ad singula quęqz beneficia benedici dñe in donis tuis. Alioquin ingratus reputabitur: quū discussio venerit: qui nō potest dicere deo. Cantabiles mihi erant iustificationes tuę.

¶Bernardus ad Imericum Cancellariū.

Danti repēdi quicq̄ gratius ab accipiēte nō potest. q̄. si gratū habuerit: qđ gratis accepit. Nā spiritum gratiæ contumeliam facit: qui beneficium dantis grata mente non suscipit.

Casiodorus. ¶Casiodorus super illud. Voluntarie sacri. tibi.

puta

Voluntarie deo sacrificant qui inter angustias passionum iugiter gratias agunt.

¶Casiodorus super illud. Quoniam misericordia tua.

Jugiter sibi subuenire facit: cui collatum beneficiū ante oculos semper assistit.

¶Seneca ad Lucilliū epistola. lxxx.

Sapiens omnia examinabit secum: quantū accipit: a quo: ⁊ quādo: vbi: quēadmodū. Itaqz negamus quicq̄ scire gratiā referre: nisi sapientem.

Seneca. ¶Seneca ad Lucillium epistola. lxxxiij.

Hoc certe iustitię conuenit: suam cuiqz reddere beneficio gratiam: iniurię talionē: aut certe malā gratiam. ¶Jbidem.

Non oēs grati sciūt debere beneficiū. Pōt etiā: et imprudēs: ⁊ rudis: ⁊ vnus de turba. Ignorat autem quantum pro re debeat.

¶Jdem epistola. lxxxiij.

Sapienti notum quanti res queqz taxanda sit. Nam stultus: ⁊ si bonę voluntatis est: aut minus: q̄ debet: aut tempore: aut quo: nō debet reddit loco: aut id quod reddendum est effundit atqz abiicit. ¶Jbidem.

Nemo etiam referre gratiam scit nisi sapiens. Stultus autem quēadmodū potest refert. Scientia illi potius q̄ voluntas deest. Velle nō discitur. Sapiēs omnia inter se comparabit. Maius enim aut minus fit: cuius idem fit: tempore: loco: causa. ¶Jbidem.

Gratus sum: non vt alius mihi libentius præstet: priori irretitus exemplo: sed vt rem iucundissimam faciam. ¶Jbidem.

Credamus itaqz nihil esse grato aio honestius. Omnes, hoc vrbes: oēs etiā ex barbaris regionibus gētes conclamabūt: in omni iudicioū diuersitate referēdam bene merētib⁹ gratiā: oēs vno ore affirmabunt. In his discors turba consentiet. ¶Seneca lib. de beneficijs.

Beneficiorum memoria senescere non debet. ¶Jbidem.

Acceptum beneficium æternę memorię infigendum est. ¶Jbidem.

Gratus etiā si a seruo suo beneficium accipit: existimat: non a quo: sed quid acceperit.

Aristo. ¶Aristoteles lib. iiij. æthicorum.

Laus ⁊ gratiarū actio debet dāti: ⁊ nō accipēti.

¶Aristoteles lib. v. æthicorum.

Oportet regratiari: vel famulari ei qui gratiam facit.

¶Aristoteles lib. viij. Aethicorum.

Retributio possibilis esse debet: non condigna: vt patet de deo et parentibus: quibus nō possumus æquale reddere.

¶Aristoteles lib. ix. Aethicorum.

Magistris: dijs: ⁊ parentibus non potest reddi æquiualens.

¶Cicero libro. ij. de finibus bono rum et malorum. Cicero.

Volo ⁊ esse: ⁊ haberi gratus.

¶Cicero ibidem.

Nec enim si tuam ob causam cuiq̄ commodes beneficium illud habendum est: sed fœneratio. nec gratia deberi videtur ei: qui suam ob causaz commodauerit.

¶Cicero Rhætoricorum veterum libro. j.

Nam si his qui imprudenter lęserunt ignoscī conuenit: his qui necessario profuerunt haberi gratiam non oportet.

¶Jdem lib. ij.

Impudens est qui pro beneficio: nō gratiam: verum mercedem postulat. ¶Jbidem.

Contra autem de pecunia ratiocinari sordidus est quū de gratia referenda deliberatur.

¶Cicero in philippicis.

Cui gratia tanta referri non pōt: quāta debeť: habenda tū tanta est: quantā maximā animi capere possint.

¶Plutarchus in Apophthegmatibus. Plutarchus.

Cato senior aiebat malle ꝑ collato bñficio gratiam non recipere: q̄ pro illata iniuria suppliciū nō subire: ⁊ his semper oībus qui deliquerunt: præter q̄ sibi veniam dare.

¶Plautus in Rudente. Plautus

Addecet bene merenti beneferre gratiam.

¶Gravitas græ. βάρος. εος. Τὸ. ⁊ βαρύς. έος. ὁ. gravis dicitur. Est autem grave quod est natū ferri ad medium secundum Aristotelem lib. j. de cœlo et mundo. vidual.

Granissimum est qđ substat omnibus deorsum latis secundū Aristotelem ibidē. Et est grave per abusionē: quod nos gravat: ⁊ molestia afficit. Hinc senectus gravis: morbus gravis: dolor gravis. Quoniam qui talia ferunt: vellent tā q̄ onus grave deponere. Ita ⁊ constantem ac prudentis prædītum gravem dicimus: q̄ nec precibus: nec minis: nec alia passione moueatur a recto. Oppositum faciunt qui leues sunt. Quidi⁹. Tu lenior fortis: tunc quum sine pondere fucci. Hinc gravitas quę est firmitas: ac cōstantia animi ⁊ in vultu: moribus: verbis: rebus agendis: quedam seueritas.

¶Gubernare est rem ad debitum finem conuenienter perducere secundum hea. Tho. secunda secūde. q. cij. ar. ij. fo. 74. 3/76. 4 fo. 76. 1 late/

Gubernatio est executio prudentię secundum hea. Tho. prima secunde. q. xxij. ar. j. κυβερνᾶω grece guberno latine dicitur.

Gula. Fo. cxxv.

arti. ij.

Hortale. Quum quis delectationi ciborum ⁊ potus inhæret: paratus scilicet cōtra præcepta dei agere: vt delectationes huiusmodi consequatur.

Veniale. Quum est immoderata concupiscentia delectabilium gustus. Ita tamē ꝙ propter hoc nihil ageret præter legem dei.

Gula est inordinatus appetitus delectabilium fm gustum: ⁊ est peccatum.

arti. iiij.

Bñale habens species. v. in hoc versu subscripto contentas. Nā

- Quantū ad comestibile triplex contingit inordinatio
  - Prima quātum ad substātiā dicit nimis lautę: quū cibaria nimis pręciosa quærunt. Laute.
  - Secūda quantum ad qualitatē: quū nimis accurata cibaria queruntur. Studiose.
  - Tertia quantum ad quantitatē dicit nimis: quū maiori debito quantitas sumitur. Nimis.
- Quantū ad modū comestionis ⁊ contingit inordinatio duplex. s.
  - Prima quum nimium prævenitur tempus cibi: ⁊ dicitur Præpropere.
  - Secunda quum non seruatur debitus modus: ⁊ dicitur Ardenter.

Ex beato Thoma secunda secūde. q. cxlviij.

Capitale quia ex inordinato appetitu delectabiliū gustꝰ de ordinatꝰ homo

ar. v. ⁊. vj.

- Ex parte aīe. iiij.
  - Primo acies mētis vel rationis per fumositates ciborum: ⁊ dicitur Hebetudo sensus.
  - Secundo affectus qui deordinatur consequenter per defectum rationis: ⁊ dicitur Inepta lætitia.
  - Tertio locutio quæ deordinatur superfluis ⁊ inhonestis verbis: ⁊ dicitur Multiloquium ⁊ turpiloquium.
  - Quarto actus exterior: q̄ deordinatur per defectum rationis: cuius erat exteriora cōponere: ⁊ dicitur Jocularitas: vel scurrilitas.

  De quibus vide in Gula quid dicat Brego. Nonnulla.
- Ex parte corporis
  - Consequitur emissio quarundā superfluitatū ⁊ dicitur Versus. Immundicia.

Præpropere: Laute: Nimis: Ardēter: Studiose.

Ulla græce λαιμαργία. ας. ἡ. ⁊ λαιμάργος. ον. ὁ. gulosus ⁊ heluo: ⁊ λαιμός. οῦ. ὁ. guttur dicitur. vider./

Et est gula immoderata cibi auiditas: vel inordinatꝰ appetitꝰ cibi ⁊ potꝰ fm. b. Tho. secūda scōe. q. cxlviij. ar. j. ⁊ Albertū magnū i cōpendio suo lib. iij. capi. xx. Hinc de gulo verbum: hoc est gule trado. Plautꝰ. Postq̄ degulato patrimonio pauper est factus. Hinc gulose. i. auide. Hinc etiā ingluuies. i. ventris rapacitas.

Exodi. cap. xxxij. vidualis/

Et sedit populus manducare ⁊ bibere: ⁊ surrexerunt ludere. ex. sa. ¶Pnouer. cap. xxj.

Qui diligit epulas in egestate erit. Qui amat vinū ⁊ pinguia nō ditabit. ¶Prouer. c. xxiij.

Noli esse in conuiuijs potatorū: nec in cōmessationibus eorum qui carnes ad vescendū conferunt: q̄ vacantes potibus: ⁊ dantes symbola cō sumentur. ¶Ecclesiastes cap. vij.

Delius est ire ad domum luctus: q̄ ad domum

Ab abstinentia. Juuenalis.

Paulus.

Augustinus. coll. bi. fo. 37 ⁊ 39. ⁊

Js qui manducat nō manducantē non spernat: ⁊ qui nō manducat manducantē nō iudicet.

¶Augu. lib. de doctrina christiana: et habetur di. xlj. Quisquis.

Quisquis rebus præteruntibus restrictius vtitur: q̄ se habēt mores eorum cum quibus vivit: aut intēperās: aut superstitiosus est. Quisquis vero sic eis vtitur: vt metas cōsuetudinis bonorum inter quos versatur excedat: aut aliquid significat: aut flagitiosus est. In omnibus em̄ talibus nō vsus eorū: sed libido in culpa est. Quid igitur locis ⁊ temporibus ⁊ personis conueniat diligenter attendendū est: ne temere flagitia reprehendamus. Fieri enim potest: vt sine aliquo vitio cupidinis: vel vorācitatis pręciosissimo cibo sapiens vtatur. Insipiēs aut fœdissima gule flamma in vilissimum bolus ardescat.

¶Augu. lib. quæstionum euāgeliū: ⁊ habetur di. xij. Illa autem.

Non vsus: sed cōcupiscētia reprehendenda est.

Ecclesiastes. cap. vij. Hoc. ho. 16. Acta pa. ult. ⁊ 3. Opthes.

Non enim interest omnino quid alimentorū sumas: vt succurras necessitati corporis: dūmodo congruas in generibus alimentorū his cum quibus tibi viuendū est. Neqʒ quātum sumas interest multum: quuʒ videamus aliorum stomachuʒ citius saturari cibis: ꝛ eos cum illis ipsi paruo quo satientur ardenter: intollerabiliter: ꝛ omnino turpiter inhiare.

¶ Augu. in glo. super illud ad Roma. xiiij.

Noli propter escā destruere opus dei: omnia quidem munda sunt.

Non propter porcum: sed propter pomum mortem primus homo inuenit. Et Esau primatum suum: non propter gallinā: sed propter lenticulam perdidit.

¶ Augu. lib. de verbis domini: ꝛ habetur distin. xlj. non cogantur.

Non cogantur diuites pauperū cibis vesci. Vtātur cōsuetudine infirmitatis suę: sed doleāt aliter se nō posse sustentare: si consuetudinē mutant egrotant. Vtantur superfluis: dent inopib⁹ necessaria: vtantur preciosis: dent pauperibus vilia. ¶ Aug. lib. ix. confessionum.

Hoc me docuisti deus: quēadmodū medicamenta: sic alimenta sumpturus accedam. Sed dum ad quietem sacietatis ex indulgentiæ molestia transeo: in ipso transitu insidiatur mihi laqueus concupiscentiæ. ¶ Ibidem.

Quum salus sit causa edendi ꝛ bibendi: adiūgit se tanq̄ pedissequa piculosa iucūditas: quę plerunqʒ præire conatur: vt eius scilicet causa fiat quod salutis causa facere meditor: vel volo.

¶ Aug. lib. sermonū sermo. j.

Caro iumentū est: quod ex freno ꝛ fame domandum: q: deuia q̄ ducit hierusalē excludere conat̄.

Hiero. ¶ Heronymus epistola ad Furiam: de viduitate seruanda.

Non æthnæ ignes: non vulcania tellus: non Vesuuius ꝛ olympus tantis ardoribus æstuāt: vt iuueniles medulę vino plenæ: ꝛ dapibus inflāmatæ. ¶ Hiero. lib. ij. contra Iouinianum.

Esus carnium: ꝛ potus vini vētrisqʒ saturitas seminaria sunt libidinis.

¶ Hiero. episto. xcv.

Caro domanda: vt sessorem spiritum sanctū moderato atqʒ composito portet incessu.

¶ Hiero. epi. lxxx.

Cibus sit holusculuʒ ꝛ simila: raroqʒ pisciculi: ꝛ ne præcepta gulæ longius traham: sic semp comedas vt semp esurias: vt statim post cibū possis legere: psallere: ꝛ orare.

¶ Hiero. ad Helbiam.

O miserabiles quoruʒ palatum non nisi ad preciosos cibos excitatur.

¶ Hiero. epistola. xciiij.

Infœlices sunt qui maiorem habent famem: q̄ venrtem.

¶ Hiero. cōtra Ionianū: et habetur de conse. di. v. ne tales.

Ne tales accipiamus cibos: quos aut difficulter digerere aut comestos magno paratos: ꝛ perditos labore doleamus. Holerum: ꝛ pomorum: ac leguminum facilior apparatus est: ꝛ arte impendisqʒ coquorum nō indiget: ꝛ sine cura sustētat humanum genus moderate sumptus: quia nec auide deuoratur: quod irritamenta gulæ nō habet: ꝛ leuiore digestione decoquitur.

¶ Hiero. contra Iouinianum.

Hæc sunt sibila serpentis antiqui. His consilijs dracho de paradiso hominem expulit.

¶ Ambrosius super lucam lib. v. — Ambro.

Indecorum est homines curare de cibo: qui militant dei regno. Nouit rex quēadmodū familiam pascat: ꝛ vestiat. Et ideo dixit. Iacta cogitatum tuum in domino: ꝛ ipse te enutriet.

¶ Ambrosius in sermone de ieiunio.

Male dominæ seruitur gulę: quæ semper expetit: nunq̄ expletur. Quid enim insatiabilius ventre? Hodie suscipit: cras exiget. Quum implet⁹ fuerit disputatur de continentia: quum digesserit vale virtutibus dicitur.

¶ Idem lib. iij. de officijs.

Conuiuia extraneorum occupationes habent. Subrepunt fabulæ: ꝛ propter voluptatem pocula. ¶ Grego. moraliū lib. primo. — Grego.

Nōnulla sunt vitia quæ a conuiuijs separari aut vix: aut nunq̄ possunt. Pene omnes epulas comitatur voluptas. Nam quuʒ corpus in refectionis delectatione resoluit: cor ad inane gaudium relaxatur. Unde scriptū est. Sedit populus mādu care ꝛ bibere: ꝛ surrexerunt ludere. Pene semper epulas loquacitas sequit̄. Quūqʒ venter reficitur: lingua effrenatur. Unde diues apud inferos in lingua cruciabatur.

¶ Gregorius homelia. xj. super illud Matthæi. ij. Per aliam viam reuersi sunt in regionem suam.

A regione nostra superbiendo: inobediendo: visibilia sequēdo: cibum vetituʒ gustando: discessimus: sed ad eam necesse est: vt flendo: obediēdo visibilia contemnendo: carnis appetitus refrenando redeamus.

¶ Gregorius moralium lib. xxx.

Neqʒ ad conflictum spiritualis agonis consurgitur: si non prius in nosipsos hostis positus gulæ: scʒ appetitus edomatur.

¶ Grego. ibidem.

Incassuʒ contra exteriores hostes in campo bellum geritur: si intra ciuitatis mœnia insidiās ciuis habetur.

¶ Grego. in expositione beati Iob: ꝛ habet̄ de con. di. v. quinqʒ.

Quinqʒ modis nos vitium gulę tentat. Aliquādo nanqʒ indigentię tēpora præuenit. Aliquando tēpora nō præuenit: sed cibos lautiores quærit. Aliquando quæ sumenda sunt procurari accuratius expetit. Aliquando autē ꝛ qualitas ciborū ꝛ tēpus cōgruit: sed ipsa quantitate sumēdi mensurā refectionis excedit.

Nōnunq̄ ꝛ abiectius est quod desideratur: ꝛ tamē in ipso æstu immēsi desiderij deteri⁹ peccat.

¶ Gregorius moraliū lib. xxx.

Sic voluptas plerūqʒ sub necessitate se palliat: vt vix eam perfectus quisqʒ discernat. Nam duʒ solum debitum necessitas petit: voluptas explere desiderium suppetit. Et tanto gula securius

in præceps ruit: quanto sub honesto nomine necessitatis expellendę se contegit.

¶ Gregorius in pastorali. — Grego.

Coquorum princeps muros hierusaleʒ deiecit: quia dum venter ingluuie tenditur: virtutes animæ luxuria destruuntur.

¶ Bernardus ad abbatē Cluniaceñ. ep̄la. ij. — Bernar.

Inter prandia quantum fames dapibus: tantuʒ aures pascuntur rumoribus: quibus totus intentus modum nescias in edendo: ꝛ ibidem fercula ferculis apponuntur: ꝛ quum pro solis carnibus a quibus aliquotiens abstinetur: grandia piscium corpora apponuntur: ꝛ quum prioribus saturatus fueris: si secundos scilicet pisces attigeris: videtur tibi non gustasse pisces: tāta quippe accuratione et arte coquorū omnia apparantur: quatenus quattuor: aut quinqʒ ferculis deuoratis: priora non impediunt nouissima: nec saturitas minuit appetitum. Palatū quippe dum nouellis seducitur condimentis: paulatim dissuescit ad cognita. Postventer quidē tumescit: ꝛ oneratur: sʒ varietas tollit fastidium. ¶ Ibidē.

Quis dicere sufficit quot modis (vt de cæteris taceam) sola oua vertantur. Versantur: durantur: liquantur: quandoqʒ vertuntur: subuertuntur: diuiduntur: et nunc quidem frixa: nunc assa: nunc farsa: nunc mixtim: nunc sigillatim apponūtur. Ut quid hæc omnia? nisi vt soli fastidio consulatur? ¶ Ibidem.

Dum oculi coloribus: palatum saporibus alliciuntur: infœlix stomachus: cui nec colores lucent: nec sapores demulcent: dum omnia suscipere cogitur: oppressus magis obruitur: q̄ reficitur: ꝛ quum crebris ructibus se repletum indicet: nundum curiositas satiatur.

¶ Bernard⁹ super cant. home. xxxj. sup illud. Qui voluerit animā suam saluam facere.

Quid hic vos dicitis obseruatores ciborum: neglectores morū? Hypocras ꝛ Socrates docent animas saluas facere in hoc mundo? Christus ꝛ discipuli eius perdere? Quem vos e duobus sequi vultis magistrum? Manifestum se facit qui disputat: hoc oculis: hoc capiti: hoc stomacho nocet. ¶ Ibidem.

Legumina ventosa sunt. Caseus stomachū grauat: lac capiti nocet: potum aquæ pectus non sustinet. Quare hoc est: vt totis fluuijs: agris: hortis: et cellarijs vix inuenire possis quod comedas. Puta queso te monachū esse non medicum: non de complexione iudicandū: sed de professione. ¶ Idem epistola ad fulconem.

Quomodo ignis ꝛ aqua simul esse non possunt: sic spirituales ꝛ corporales delitiæ in eodem se non compatiuntur. Ubi crapulam ructantis inter pocula Christus senserit: vina sua dulciora super mel ꝛ fauū menti propinare dedignatur. Ubi curiosa diuersitas ciborum pascitventrem: cœlestis panis ieiunam deserit mentem.

¶ Hugo lib. de claustro animę.

Affluentiam ciborum comitari solet insolentia verborum: saturitatem ventris sequitur leuitas operis: et vanitas mentis: vnde sedit populus manducare: ꝛ bibere: et surrexerunt ludere.

¶ Idem in summa disciplinali.

Sunt qui supstitiosuʒ nimis in pparandis cibis studium adhibēt infinita frixurarū: ꝛ cōdimētorum genera excogitātes: modo calida: mō frigida: modo assa: modo elixa: mō pipere ꝛ huiusmodi saporibus condita: sm̄ consuetudinē mulierū prægnantium desiderantes.

¶ Laertius diogenes de vita ꝛ moribus philosophorum. — Laerti⁹ diogeñ.

Interrogat⁹ diogenes quæ hora esset comessationi congrua: ait habenti quod comedat hora est congrua: quum famescit: nam habenti vero: quum habere potest.

¶ Seneca ad lucillium epistola. xxij. — Seneca.

Venter præcepta non audit.

¶ Seneca ad lucillium epistola. xcix.

Multos morbos multa fercula faciunt.

¶ Cicero tusculanarum questio. lib. v. — Cicero.

Quum Dionysius tyrannus cœnasset: negauit se delectatū esse in cibo. Respōdit coquus. Minime mirum: quia condimenta deficiunt. Qui quum quęreret: quę essent illa: respondit: labor: sudor: cursus: fames: sitis. talibus enim lacedæmoniorum epulę condiuntur.

¶ Lucius apuleius de asino aureo. — Lucius apulei⁹.

Non immerito medici fidi: cibo et crapula distentos fæua ꝛ grauia somniare autumant.

¶ Lactātius firmia. lib. vj. diui. institutionū. — Lactāti⁹ firmian⁹.

Turpe est sapienti: si ventri et gulę seruiat: si vnguentis oblinitus: aut floribus coronatus incedat: quæ qui faciat vtiqʒ insipiens: et ineptus: ꝛ nihil est.

¶ Franciscus petrarcha de remedijs vtriusqʒ fortunæ. — Frācisc⁹ petrar.

Dolco. Gula sollicitor. Respōdeo. Prope id q̄dem nulla res tam villes: tam sollicitos vos habet. Terrarum tractus: cœliqʒ et maris abdita penetratis. Meditati estis rhetia: ꝛ hamos: ꝛ viscum: ꝛ laqueos: et rapaces impio parere: ꝛ prædari vobis docuistis: ad nil aliud: nisi vt gulæ satisfiat: quam non modo explendo: sed onerādo fatigatis: ꝛ angustū ventrem varia arte laxatis ac punitis obsequendo: cui aliquanto vtilior fames esset: vtilissima vero sobrietas.

¶ Franciscus petrarcha ibidem.

Gaudeo: lautis: ꝛ multiplicibus vtor cibis. Respondeo. propter crapulā multi perierunt. Qui autem abstinens est: adijciet vitam. Ipse demū professor voluptatis epicur⁹ tenueʒ victū: quasi vnicū auxiliū suæ professionis: ꝛ laudauit: et coluit. Cibus enim tenuis: ac modicus siccos: validos: et aspectu placidos: ac odore corporis: nec sibi: nec alijs molestos facit. Victus autē crapulæ madidos æstuātes: tremulos: ꝛ olentes ꝛ (vt Ciceronis vtar verbis) sudantes ꝛ ructantes facit: vt aspectu videatur: quid intersit inter frugalitatem et crapulam.

¶ Plautus in mustellaria. — Plautus

Aedes plenas esse conuiuarum: ꝛ mulierum: miserum est opus.

¶ Iuuenalis satyra prima. — Iuuena.

Sed quis feret istas.

Luxurię sordes? quāta est gula? quę sibi totos.

Ponit apros animal propter cõuiuia natum.
Pœna tamẽ presens quũ tu deponis amictus.
Turgidus: & crudum pauonẽ in balnea portas
Hinc subite mortes: atq; intestata senectus.
It noua: nec tristis per cunctas fabula cœnas.
Ducitur iratis plaudendum funus amicis.

Iuuena. ¶Iuuenalis satyra .ij.
Multos sepe vides quos sepe elusus ad ipsuz.
Creditor introitum solet expectare macelli:
Et quibus in solo viuendi causa palato est.

¶Ibidem.
Interea gustus elementa per omnia querunt:
Nunq̃ animo preciis obstantibus: interius si
Attendas: magis illa iuuant: quæ pluris emuntur. ¶Ibidem.
Bucæ
Noscenda est mensura tuæ.

¶Iuuenalis satyra .xj.
Nec cupias mullum: quum sit tibi gobio tantum
In loculis. ¶Ibidem.
Quis enim te deficiente crumena.
Et crescente gula manet exitus? ¶Ibidem.
Non præmaturi cineres: non funus acerbum
Luxuriæ: sed morte magis metuenda senectus.

Ouidi. ¶Ouidius lib. iij. artis amandi.
Carpe cibos digitis: est quidam gestus edendi:
Ora nec immunda tota perunge manu.

¶Ibidem.
Priamides helenen auide si spectet edentem
Oderit: & dicet stulta rapina mea est.

Martia. ¶Martialis lib. v. ad charopinum
Improbius nihil est hac charopine gula.

¶Martialis lib. ix. in amicos fictos.
Hunc quẽ cœna tibi: quẽ mensa parauit amicũ.
Esse putas fidæ pectus amicitiæ?
Aprũ amat: & multos: et sumen: & ostrea: non te
Tam bene si cœnem noster amicus eris.

¶Martialis libro .xij.
Non albana mihi sit comesatio tanti:.
Nec capitolline: pontificumq; dapes.
Imputet ipse deus nectar mihi: fiet acetum:
Et vaticani perfida vappa cadi.
Conuiuas alios cœnarum quere magister:
Quos capiant mensæ regna superba tuæ.

¶Horatius sermonum lib. ij. satyra .ij.
Horati. Ieiunus raro stomachus vulgaria temnit.

¶Horatius sermonum lib. ij. saty. vij.
Nempe inamarescunt epulæ sine fine petitæ.
Illusiq; pedes vitiosum ferre recusant
Corpus.

¶Horatius epistolarum libro primo
epistola .iiij.
Me pinguez & nitidum bene curata cute vises:
Si ridere voles epicuri de grege porcum.

Dantes. ¶Dantes purgatorij capi. xxiij.
Tuta sta gente che piangendo canta.
Per seguitare la gola vltra mensura:
In fame e in sete qui si rifa sancta.

Fracisc. petrar. ¶Franciscus petrarcha soneto .vij.
La gola: il somno: & lociose piume
Hano del mondo ogne vir tu sbandita.
Et e dal corso suo quasi smarrita
Nostra natura e vincta dal costume.

Habere græce ἔχειν et ἔχω habeo dicitur. Habere autez dicimus id quod libere vti vel frui possumus: quum volumus sm. b. Tho. prima parte. q. xxxviij. arti. j. per metaphorã significat occupare: tenere. Vergil. Hostis habet muros. Interdũ habitare. Idem. Que loca: quive habeant homines. Nonnunq̃ intelligere. Terentius. Habes omnez rem. Aliquãdo facere. Cicero. Quo scelere impulsus mare haberet infestum vno myoparone. eodem inquit: quo tu orbem terre. Habere rem est coire. Habere rem litigare. Bene habere incolumen esse. Male habere ægrotare. Habere iter: proficisci. Habere verba loqui. Habere rationen respicere. Item habeo cõuenire Ciceronem .i. Cicero est mihi cõueniẽd9: & sic de reliq̃s. Ab habeo fit habito frequẽtatiuũ. Vergi. Atq; humiles habitare casas. hinc etiam habitaculũ.

¶Habilitas est mediũ inter potentiã vel subiectum: & actum: seu formã sm. b. Tho. prima parte. q. xlviij. arti. iiij. Estq; habilitas aptitudo: et venit ab habilis hoc est pro viribus aptus. Vergilius. Nanq; humeris de more habilẽ suspenderat arcum venatrix. & habiliter apte: & habit9: de quo infra: quæ omnia ab habeo deducuntur.

¶Habitus est quedã animi qualitas acq̃sita ex frequẽtatis actibus: vel ex vno multũ vehemẽti: quo aĩa faciliter disponit ad aliquid faciendũ. Differt autẽ a dispositiõe: quia habit9 est de difficili mobilis a suo subiecto. Dispositio vero de facili mobilis sm Aristo. lib. prædicamentorum. Habit9 est qualitas de difficili mobilis: qua homo potest vti quum voluerit reddens operationem delectabilem. b. Tho. xij. q. xlix. arti. ij. et sic est prima species qualitatis.

Habitus: prout est prædicamentũ: importat habitudinem indumenti ad indutum. b. Tho. prima secunde. q. xlix. arti. j.

Habitus est corporũ & eorum quæ circa corpus sunt adiacentia sm Gilbertum porrectanũ lib. vj. principiorum.

Habitus est scdm quem ad aliquid nos habemus bene vel male sm. b. Tho. prima parte. q. lxxxij. arti. ij. & sic est post prædicamentum.

Habitus religionis est obseruantia regularis pertinens ad tria principalia vota: vt signũ obligationis. b. Tho. scda secundæ. q. clxxxvj. ar. vij.

¶Halo est circulus causatus ex vapore humido: existens in ære: circũdans solem: vel lunam: et huiusmodi sm beatum Thomam quolib. iij. quest. xiiij. arti. j.

¶Hereditas grece κληρονομία. ασ. ἡ. & κληρονομέω heredito dicit. Et est successio in vniuersum ius qd defunct9 habuit: vt. l. nihil. de verbo. signi.

¶Hæres grece κληρονομοσ. ου. ὁ. dicitur. Et est ille qui principalia alicuius bona percipit: non autem qui munuscula eius capit sm. b. Tho. super epistolã Pauli ad roma. viij. lec. iij. colũ. iiij.

dicuntur autem hæreditas: & hæres ab herendo: hoc est arcte insidẽdo. Nam qui heres est: heret: hoc est primus est ei cuius est hæres: licet nõnulli heredẽ dictum velint: q heres fiat: hoc est dñs bonorum que ad eum peruenerũt. Ab heres fit coheres: qui simul heres institutus est: et exheres qui extra hæreditatẽ est: et hereditate priuatur: vnde fit verbum exhæredo a quo exheredatio. Hinc etiam hereditarius: hoc est ad hereditatem pertinens: hereditarius morbus qui parentũ vitio nobis obtingit: hinc hæredipeta: qui blanditijs: muneribus: & alijs artibus subornat morituros: vt ab eis heredes instituantur. Hæreo aliquando pro dubito ponitur: quoniam qui in aliqua re dubitant: non mouentur. Cuius frequẽtatiuum hæsito: hesitatio dubitatio. Hesitabundus: valde dubius.

Haeresis græca dictio est αἵρεσισ. ιοσ. ἡ. Diciturq; ab electione: quoniã vnusquisq; eligit disciplinam: quam putat esse meliorẽ sm Hieronymũ in epistola ad galathas: et habet. xxiiij. q. iij. capi. Hæresis. Videturq; deduci ab ἐρίζω quod est innitor: et firmo latine: vel ab αἱρέομαι quod est opto: seu eligo.

Hæresis ratione pertinacie est species peccati in spiritum sanctum: scilicet impugnatio veritatis sm. b. Tho. iiij. sen. di. xiij. q. ij. ar. ij.

Hæreticus quid sit: vide infra in præsenti capitulo authoritates beatorũ augustini & hieronymi incipienes: dixit apostolus: qui in ecclesia: & hæresis græce.

Augusti. ¶Augustinus in lib. de baptismo: & habetur de con. distin. iiij. c. Non dubito.
Nõ dubito cathecuminũ catholicũ diuina charitate flagrantẽ hæretico baptizato anteponere.

¶Augustin9 in expositione ps quarti: & habetur de con. di. ij. capi. prima hæresis.
Prima hæresis in discipulis Christi: velut in duritia eius sermonis facta est: quum enim diceret: Nisi quis manducauerit carnem meam: & biberit sanguinem meum: non habebit vitam eternam. Illi vero non intelligentes dixerunt adinuicem. Durus est hic sermo. Quis eum po test manducare?

¶Augustinus: & habetur. xxiiij. q. j. Vbi sana.
Vbi sana fides non est: non potest esse iustitia: quia iustus ex fide viuit. Neq; schismatici aliq̃d sibi ex ista mercede promittãt: quia similiter vbi charitas non est: non potest esse iustitia. Dilectio enim proximi malum non operatur: quam si hæretici haberent: non dilaniarent corpus christi: quod est ecclesia catholica?

¶Augustin9: & habetur. xxiiij. q. iij. a deo.
A deo diuina prouidentia multos diuersi erroris hæreticos esse permittit: vt quum interrogant nos ea que nescimus: sic discutiamus pigritiam: & diuinas scripturas capiamus. Propterea apostolus ait: vt pbati manifestati fiant. Hi autem a deo probati sunt: qui bene possunt docere. ¶Augustin9: & habet. xxiiij. q. iij. dixit.

Dixit apostolus hæreticũ hoĩem post primã et secundã correctionẽ deuita: q subuersus est huiusmodi: et peccat in semetipso dãnat9. Sed qui sententiã suam: quãuis falsam: atq; peruersam nulla pertinaci animositate defendunt: præsertim: quam non audacia sue præsumptionis pepererint: sed a seductis: atq; in errorem lapsis parentibus acceperunt: quærũt autẽ cauta sollicitudine veritatẽ: corrigi parati: quum inuenerint: nequaq̃ sunt inter hæreticos deputandi.

¶Augustinus contra manichæos: & habetur xxiiij. q. iij. qui in ecclesia.
Qui in ecclesia Christi morbidũq; aliquid prauumq; quid sapiunt: si correcti & sanum rectumq; sapiant resistunt contumaciter: suaq; pestifera & mortifera dogmata emẽdare nolunt: sed defensare persistunt: hæretici sunt.

¶Augustinus lib. ij. contra manichæos.
Ille gladium accipit: qui nulla superiori: ac legitima potestate: vel iubente: vel cõcedente in sanguinem alicuius armatur. Porro illud hieronymi quo ecclesia negatur aliquem persequi: non ita intelligendũ est: vt generaliter ecclesia nullum persequatur: sed q nullũ iniuste persequatur. Non enim omnis persecutio culpabilis est: sed rationabiliter hereticos persequimur: sicut et xp̃s persecut9 est eos: quos de tẽplo expulit.

Hieron. ¶Hieronymus in epistola ad galathas: et habetur. xxiiij. q. iij. heresis.
Heresis græce ab electione dicitur: q scz eam sibi vnusquisq; eligat disciplinã: quam putat esse meliorẽ. Quicunq; igitur aliter scripturã intelligit: quam sensus spiritussancti flagitat: a quo scripta licet ab ecclesia non recesserit: tamen hereticus appellari potest: et de carnis operibus est eligens: quæ peiora sunt.

¶Hieronymus in esaia: & habetur de pœni. di. j. omnis iniquitas.
Omnis iniquitas: & oppressio: et iniustitia iudicium sanguinis est. Et licet gladio non occidas voluntate tamen interficis.

¶Hiero. & habet. xxiiij. q. iij. Resecandæ.
Resecãde sunt putridæ carnes: & scabiosa ouis a caulis repellẽda: ne tota domus massa: corpus et pecora ardeant: corrumpantur: putrescant: intereant. Arrius in alexandia vna scintilla fuit: sed quoniã statim oppressus non est: per totum orbem eius flamma populata est.

Ioannes chrysost. ¶Ioannes chrisosto. super Matthæum.
Sicut cauendi sunt: qui habent speciem bone vite: propter dogma nequitiæ: sic & hi qui integre fidei & doctrine sunt: & turpiter viuunt.

Bernar. ¶Bernardus super cantica.
Plus longe nocet falsus catholicus: q si verus appareat hæreticus.

Leo pa. ¶Leo papa: & habet. xxiiij. q. iij. quid autem.
Quid autem iniquius est: q impia sapere: et sapientioribus doctoribusq; non credere. Sed in hanc insipientiã cadunt quicũq; ad cognoscendam veritatẽ aliquo impediuntur obscuro: non ad propheticas voces: apostolicas litteras: euãgelicas authoritates: sed ad semetipsos recurrunt. Et ideo magistri erroris existunt: quia ve-

ritatis discipuli non fuerunt.
Innocē. ¶ Innocētiꝰ papa: ꝛ habet. xxiiij. q. j. hæretici.
Hæretici quum a fide catholica destiterint: perfectionē spūs quam acceperant amiserunt.
Hylariꝰ. ¶ Hylarius lib. ij. de trinitate.
De intelligentia hæresis: non de scriptura est: sensus ꝛ non sermo fit crimen.
Ouidiꝰ. ¶ Ouidius metamorphoseos lib. primo.
Sed immedicabile vulnus.
Ense recidendum est: ne pars syncera trahatur.
Juuena. ¶ Juuenalis.
Sicut grex totus in aruis.
Unus scabie cadit ꝛ prurigine porci:
Uuaqꝫ contacta liuorem ducit ab vua.
Dantes. ¶ Dantes inferni. c. ix.
Mæstro quali sono quelle genti
Che sepeliti dentro da quelle arche
Si fan sentire cum suspir dolenti?
Et elli a me: quei son lheresiarche:
Collor sequaci dogne secta: ꝛ molto
Piu che non credi son le tombe charche.

¶ Hebdomada græca dictio est ἑβδομάς. άδος ἡ. Et est spacium septem dierum. Nam et ἑβδόματος. ου. ὁ. septimus dicitur.

¶ Hebetudo venit ab hebeo quod græce ἀμβλύνομαι. ꝛ ἀμβλύς. εος. ὁ. hebes et obtusus dicit. Hebetudo sensus opponitur acuitati eius. Et est debilitas mentis in consideratione spiritualium: et est peccatum inquantū est voluntaria ſm. b. Tho. scda secūdę. q. viij. art. vj. Dicitur autem hebetudo ab hebeo hebes: hebeo vero dicitur ab hebes noīe: quod proprie significat obtusum ꝛ carentem acumine. Cicero. Alias hebetiora: alias acutiora videantur cornua. vnde per metaphoram habes ingeniū dicimus: sicuti etiam obtusum. Ab hebeo fit hebesco: hoc est hebetior fio: sicut hebeo significat hebes sum: et hebeto obtundo: a quo fit hebetesco: quod proprie de visu ꝛ oculis dicitur: quum oculorum acies minuitur: tolliturqꝫ: ꝛ hebetudo ipsa obtusitas mētis: ingenij: visus: ꝛ huiusmodi.

¶ Hermaphroditus is dicitur qui habet vtrūqꝫ sexum. Masculinū scilicet ꝛ fœmininū: dicitur qꝫ ab ἑρμείας. ου. ὁ. quod est mercurius: ꝛ ἀφρός. ου. ὁ. spuma id est venus: quæ ex marina spuma nata dicitur. de hoc Ouidiꝰ lib. iiij. metamor.
Mercurio puerum ꝛ diua cithereide natum.
Naiades ideis enutriuere sub antris:
Cuius erat species: in qua materqꝫ paterqꝫ
Cognosci possent: nomen quoqꝫ traxit ab illis.

¶ Hierarchia dictio græca est ἱεραρχία. ας. ἡ. Et est sacer principatus ſm. b. Dionysium capi. vj. cœlestis hierarchiæ.

¶ Hilaritas græce ἱλαρότης. ητος. ἡ. Et est gaudij: vel exultationis in facie declaratio ſm bea. Tho. iij. sen. di. xxvj. q. j. arti. iij.

¶ Hyperdulia est potissima spēs duliæ ex vnione ad deum ſm. b. Tho. scda secūdæ. q. ciij. arti. iiij. Hyperdulia est adoratio minor latria: et maior dulia: qua mater Christi adorari debet: vt mater Christi dicta ab ὑπέρ qđ est super: ꝛ dulia. Quid autem sit dulia: ꝛ vnde dicatur. Uide supra in dulia. Quid latria: vide infra in latria.

Hypocrisis græca dictio est ὑπόκρισις. εως. ἡ. et ὑποκρίνω simulo dicitur. Et est simulatio alienæ personę. Ideo semper est peccatum: ꝛ est vitium iactantię ſm. b. Tho. scda secūdæ. q. iii. arti. ij. iii

Hypocrisis potest a nobis dici dissimulatio: nam cōponitur ab ὑπό quod est sub: ꝛ κρίσις iudiciū: quasi sit iudicij subtectio: nam aliud in re: aliud in iudicio hominū se ostendit: qui hypocreseos crimine laborat. Hypocrita ὑποκριτής. οῦ. ὁ. Et dici potest simulator vel dissimulator ſm Isidorū libro ethymologiarum.
¶ Job capi. xiij.
Non veniet in conspectu dei omnis hypocrita.
¶ Job. capi. xv.
Congregatio hypocritę sterilis: ꝛ ignis deuorabit tabernacula eorum: qui munera libenter accipiunt: concepit dolorem ꝛ peperit iniquitatē: et vterus eius præpara dolos.
¶ Job capitulo. xxvij.
Quę est enim spes hypocritæ si auare rapiat: ꝛ non liberet deus animam eius? Nunquid deus audiet clamorem eius cum venerit super eum angustia? aut poterit in omnipotēte delectari: et inuocare deum omni tempore.
¶ Ecclesiastes capi. viij.
Uidi impios sepultos: qui etiam quum adhuc viuerent in loco sancto erant: et laudabantur in ciuitate: quasi iustorum operum. Sed et hoc vanitas est.
Esaias. ¶ Esaias. c. ix.
Omnis hypocrita est ꝛ nequam.
Eccli. Ecclesiastici capi. j.
Ne fueris hypocrita in conspectu hominū: ꝛ non scandalizeris in labijs tuis.
¶ Ecclesiastici capi. xix.
Est qui nequiter humiliat se: ꝛ interiora eius plena sunt dolo. Hiere. ¶ Hieremias capi. ix.
In ore suo pacem cum amico loquitur: ꝛ occulte ponit ei insidias. Nunquid super his non visitabo? dicit dñs: aut in gente huiuscemodi non vlciscetur anima mea? ¶ Mattheus. c. vj.
Quum ergo facis eleemosynam noli tuba canere ante te: sicut hypocritæ faciunt in synagogis: et in vicis vt honorificentur ab hoībus. Amen dico vobis receperunt mercedem suam.
¶ Mattheus ibidem.
Quum autē oratis nō eritis sicut hypocritę: qui amant in synagogis: ꝛ in angulis plateaꝝ stantes orare: vt videant ab hoībus. Amen dico vobis receperūt mercedē suam. ¶ Matthei. c. vij.
Attendite a falsis prophetis: qui veniūt ad vos in vestimētis ouium: intrinsecus autem sunt lupi rapaces. A fructibꝰ eorum cognoscetis eos.
Marcus. ¶ Marcus capi. xij.
Cauete a scribis qui volunt in stolis ambulare: et salutari in foro: ꝛ in primis cathedris sedere in synagogis: ꝛ primos discubitus in cœnis: qui deuorant domos viduarum sub obtentu prolixæ orationis: hi accipient prolixius iudicum.
Lucas. ¶ Lucas capitulo. vj.
Hypocrita eiice primū trabē de oculo tuo: et tūc pspicies vt educas festucā de oculo fratris tui.

utino. fe. 3ª. do. xl.

Augu. ¶ Augustinꝰ de cōmuni vita clericorū: et habetur. xij. q. j. Nolo vt aliquis.
Qui enim hypocrita: est mortuus est.
¶ Augustinus in sermone: ꝛ habetur xij. q. j. Certe ego.
Nolo habere hypocritas. Malū enī esse qs nesciat? Malū est cadere a proposito: sed peius est simulare propositum.
¶ Augustinus in sermone dñi in monte.
Quisquis appetit videri quod non est: hypocrita est. Simulat enī se iustum: nec exhibet. Quis totum fructum in laude hominum ponit.
¶ Augusti. super illud Job. xxvij. Quę est species hypocritę.
Hypocrita qui latine dicitur simulator: auarus est. Qui dum inique agens desiderat de sanctitate venerari: laudem vitæ rapit alienę.
¶ Augustinus super psal. lxiij.
Simulata æquitas non est æquitas: sed iniquitas duplex: qꝛ iniquitas est: ꝛ simulatio.
Aug. sup illud Matthæi. vij. Qui veniūt ad vos in vestimentis ouium.
Quum cœperint aliquibus tentationibus ea ipsa vel subtrahi vel negari: quæ isto velamine cōsecuti sunt vel consequi cupierunt. Tunc necesse est vt appareat vtrū sit lupus in pelle ouina: an ouis in sua.
Hiero. ¶ Hieronymus in epła ad filiā Mauritij.
Sancta magis esse ꝙ videri stude.
¶ Hieronymus sup illud Matthæi. vj.
Populus hic labijs me honorat.
Quia strepitu labiorū benedicunt dñm: ꝛ immūdi mente veritati interius contradicunt.
¶ Idem super Esaiam lib. vj.
Si castum me simulo ꝛ aliud ē in conscientia: habeo gloriam mercēnariam: sed supplicia peccatoris: ꝛ in cōparatione duorum malorum: leuius est in alium aperte peccare: ꝙ simulare ꝛ fingere sanctitatem.
Ambro. ¶ Ambrosius lib. de officijs: ꝛ habet. xj. q. iij. Si quis vo.
Ueritas ea regula est: vt nihil facias cōmēdandi tui causa: quo minor alius fiat. Neqꝫ si qđ boni operis habeas: id ad deformationē alterius: et vituperationem exerceas. Non defendas improbum: ꝛ sancta indigno committenda: non arbitreris: neqꝫ iterum arguas: ꝛ impugnes: cuiꝰ crimen non deprehenderis.
¶ Ambro. lib. ij. de Officijs.
Quales haberi volumus: ꝛ tales simus.
¶ Ambro. ī ſmone habito de dñica Abraā: et habet. xxij. q. v. Cauete.
Cauete fratres mendacia. Quia oēs qui amant mendacium filij sunt diaboli: non solū in falsis verbis: sed etiā in simulatis operibus mēdaciū est. Mēdacium nāqꝫ est se Christianū dicere et opera christi non facere. Mēdacium est episcopū: sacerdotē: vel clericum se profiteri: et cōtraria huic ordini operari.
¶ Ambrosius in sermone.
Latet plærūqꝫ sub tristi amictu lascivia: ꝛ deformis horror vili veste obtegitur: vt secreta petulantium tegantur animorum.

Grego. ¶ Gregorius lib. j. moralium.
Uæ peccatori terram ingredięti duabus vijs.
Duabus quippe vijs terram peccator ingredit: quando ꝛ dei est: quod opere exhibet: ꝛ mundi: quod per cogitationem quærit.
¶ Grego. lib. iiij. moralium.
Omnis hypocrita corpus per abstinentiam afficit. Sed tamen per amorem glorię mūdo viuit.
¶ Idem lib. viij. Moralium.
Hypocrita paratior est mori ꝙ corripi. Redargutione deterior redditur: ꝛ quasi dirę ꝑcussionis æstimat iaculum puritatis verba.
¶ Gregorius ibidem.
Simon crucem portans nequaꝙ moritur. Quia oīs hypocrita corpus quidem per abstinentiam afficit: sed tū per amorem glorię mūdo viuit.
¶ Ibidem.
Non indues vestē ex lana linoqꝫ contextā. Per lanā simplicitas: per linū subtilitas designatur. Et nimirū vestis quę ex lana linoqꝫ contexit linū interius celat: lanāqꝫ exterius demonstrat. Uestē ergo ex lino lanaqꝫ contextam induit: qui in locutione: vel actione: qua vtitur intus subtilitatem malicię cooperit: ꝛ simplicitatem foris innocentię ostendit.
¶ Gregorius lib. viij. moraliū.
Quid in cunctis suis operibꝰ hypocrita sperat? nisi reuerentiā honoris: gloriā laudis: a melioribus metui: sanctus ab omnibus vocari. Ecce quomodo adulteratur liquor balsami.
¶ Gregorius lib. xj. moralium.
Hypocritę quo exterius hominibꝰ placēt: eo se interius aspicere negligunt: totosqꝫ se ī verbis proximorū fundunt. Et sanctos se eē existimāt: quia sic se haberi ab hominibus pensant.
¶ Grego. lib. xv. moralium.
Uult hypocrita scire diuina eloquia: nec tamen facere: vult docte loqui: nec tamen viuere.
¶ Gregorius lib. xvj. moralium.
Hypocritę ante districtum iudicē excusationem de ignorātia habere nō possunt. Quia dum ante oculos hominum omnem modum sanctitatis ostentant: ipsi sibi sunt testimonium: quia bene viuere non ignorant.
¶ Gregorius lib. xvj. moralium.
Hypocritę per causas deīntētioni deseruiunt sæculi: quia per ipsa quoqꝫ quę se agere sancta ostēdunt: non cōuersationē quęrūt hominū: sed auras fauoriorum.
¶ Idem lib. xx. moralium.
Hypocrita vt sine fine crucief: viuere sine fine cōpellit: vt cuiꝰ vita hic mortua fuit in culpa: illic eiꝰ mors viuat ī pœna. Dicat ergo. Luet quę facta oīa: nec tū consumetur: qꝛ cruciatur ꝛ non extinguitur: moritur ꝛ viuit: deficit ꝛ subsistit: finitur semper ꝛ sine fine est.
¶ Greg. mora. xxiij. ꝛ hꝫ di. xlj. Sæpe se.
Sæpe sevitia īgerūt: ꝛ se esse vtutes mentiūtur: vt tenacitas parsimonia: effusio largitas: crudelitas zelus iustitię: remissio pietas velit videri.
¶ Gregorius moralium lib. xxxij.
Uitia se simulāt sæpe virtutes. Nam dissoluta remissio quasi mansuetudo: ꝛ pietas habetur effi

4. tres species hipocrisis.

fio misericordia creditur. Maloruꝫ pertinacia cōstantia dicit: timor incōpetens humilitas putatur: vocis superbia vera libertas æstimat: & pigritia quādoqꝫ quasi quietis cōtinētia attēdit: et inquietudo vigilantia nominatur.

¶ Gregorius in Registro.

Hypocrite veste despecti sunt: & corde tument: et quasi in hoc mūdo cūcta despiciunt. Et tñ ea quę mūdi sunt cūcta simul adipisci quærunt.

Joannes chryso. ¶ Joan. Chrysostomus sup Matthæum.

Herodes deuotionē ꝓmittit: sed gladiū acuit: & malitiam cordis depingit colore humilitatis. Huiꝰ ꝑsonā repręsentant hypocritæ: q̄ dū fictę deū quærunt: illum nunq̄ merētur inuenire.

¶ Joannes Chrysostomus sup Matthæū iij: Nisi abundauerit iustitia.

m Pharisæoꝝ iustitia erat in ostētatiōe operis: et nō in rectitudine intētionis: in locutione: non in opere: in corporis afflictiōe: nō in mandatorum obseruatione: in minoribus obseruātijs: relictis grauioribꝰ legis. ¶ Joannes Chrysostomus super matthęum. vij.

Nulla res sic exterminat bonū: sicut simulatio. Nā malum sub specie boni celatum: dum non cognoscitur: non cauetur.

¶ Joānes Chryso. sup Matthæū. vij.

Lupus tectus pelle ouina per vocē cognoscit: & per actū. ouis balat inclinata deorsum: lupus vlulat contra cœlum. Hoc superbiæ: illud humilitatis signū. ouis hærbam manducat: lupus carnem.

Isidorus ¶ Isidorus libro. x. æthymologiarū.

Hypocrita græco sermone in latino simulator interpretatur. Qui diuitijs malus sit bonum se esse palā ostēdit. Hypocrita eīm falsum crimiꝝ iudiciū interpretatur.

¶ Isidorus de summo bono lib. iij.

Nō semp latent hypocrite. Nam & si in principio fuit q̄dē nō pateāt: prius tñ q̄ vita eoꝝ puniat: q̄ simulate vixerint deteget. Oē syncerū permanet. Quę autem simulata sunt: diu esse non possunt.

¶ Isidorus de summo bono lib. iij.

Omnia vitia possunt a simplicioribus perpetrari. Simulatio vo & hypocrisis non cōmittuntur: nisi a male astutis per calliditatem valentibus vitia sub specie virtutis celare: modo verā scitatem abscere.

Bernar. ¶ Bernardus sup cant. sermone. lvij.

Hypocrite veniūt in vestimētis ouiū ad demendas oues: & spoliādos arietes. Hi oues sunt habitu: astutia vulpes. Actu crudelitatem lupi habent: neqꝫ est apud eos virtutes colere: sed iniqua tolerare quasi quodam virtutis intuitu.

Seneca. ¶ Seneca ad Lucillium epistola. xiij.

Illud te ammoneo ne eoꝝ more qui non proficere: sed conspici cupiunt facias aliqua quæ in habitu tuo aut genere vitæ notabilia sint. Aspernū cultum: & vitiosum caput: & negligētiorē barbam: & indictum argento odium: & cubile humi positum: et quicquid ad laudem peruersa via sequitur; enita.

¶ Seneca epistola. xiij.

Hempe propositū est secūdum naturā viuere. Hoc autē contra naturam est torquere corpus suū & fertiles odisse mūdicias: & squalore appetere: & cibis nō tantū vilibꝰ vti: sed horridis.

¶ Seneca epistola. xlij.

Multoꝝ quę imbecillia sunt latēt vitia. Justa mēta illis explicādę nequitię desunt. Sic tuto serpēs pestifera tractatur: dum riget frigore: non desunt tamē illi venena: sed torpent. Multoꝝ crudelitas: luxuria: & ambitio: vt paria pessimis audeat fauor fortune defuit.

¶ Seneca ad lucilliū epistola. lxxx.

Virtutem bona sequit fide: qui se non exornat & pingit: sed idē sine denūciatoꝛ deatur sine imperatus: at subito nihil simulatio proficit. Veritas in omnem partem eadem est.

¶ Seneca ad Lucillium epistola. lxxx.

Vis videri ab hominibꝰ an non? Nunq̄ bonę honestatis est lōga simulatio. Quid de alienis moribus: et tuis iudices: multi sunt obligādi: pauci sunt offerendi.

¶ Seneca ad Lucilliū epistola. lxxxvij.

Multo magis ad rē ptinet q̄lis tibi: q̄ q̄lis alijs videaris. ¶ Seneca ad Lucilliū epla. lxxxvij:

Nunq̄ bona fide vitia mansuescūt. Tigres & leones nūq̄ feritatē exuunt: aliquando submittūt. Et quū minime expectaueris exasperat torua tas mitigata. ¶ Seneca in puerbijs.

Malus vbi se bonū simulat: tūc est pessimus.

Aristo ¶ Aristoteles lib. viij. æthicoꝝ.

Qui fingit se amicū: & nō est: peior est eo q̄ facit falsam monetam. ¶ Licero lib. j. officioꝝ. Licero

Cōpendiaria est via ad gloriā: vt q̄lis quisq̄ haberi vult: talis sit. ¶ Licero li. de Amicitia.

Aperte eīm odisse vel amare: & magis ingenui: q̄ fröte occultare sentētiam.

¶ Licero lib. de amicitia.

Simulatio in oī re est vitiosa. Tollit eīm iudiciū veri: idq̄ adulterat: tū amicitię repugnat.

Valerius maximus ¶ Valerius maximus lib. septimo: titulo. Sapienter dicta aut facta. Valeri magi.

Socrates expedita & cōpēdiaria via eos ad gloriā peruenire dicebat: qui id agerent: vt quales videri vellent: tales etiā essent. Qua quidē prędicatione aperte monebat: vt homines ipsaꝫ potius virtutem haurirent: q̄ vmbram eius consectarentur. ¶ Laertius Diogenes de Laert. diogē. vita: et moribus philosophorum.

Nullę sunt occultiores insidiæ: q̄ hæ quę latent in simulatione officij: aut in aliquo necessitudinis nomine. Naꝫ eīm qui palā est aduersarius: facile cauendo vitare potes. Et troianus æquus iccirco fefellit quia formā Oīneruę mentitꝰ est: dicebat Diogenes philosophus. ¶ Ibidē.

Inimici pessimi sunt: frōte hylari: corde tristi.

¶ Ex primo. Epigrāmaton

Epi. epy grāmatō. μισῶ τὸν ἄνδρα τὸν διπλᾶν πεφυκότα
χρηστὸν λόγοισι. πολέμιον δὲ τοῖσ τρόποισι.
Odi virum duplicem natum
Bonū sermonibꝰ: inimicū autē moribus.

Juuenal ¶ Juuenalis satyra. ij.

Frontis nulla fides. Quis eīm nō vicus abūdat
Tristibꝰ obscenis? Castigas turpia: quū sis.

Inter graticos notissima fossa cynedos.

¶ Juuenalis ibidem.

Dunc ego fatis.
Imputo: qui morbū vultu incessuq̄ fatetur.
Horum simplicitas miserabilis: his furor ipse
Datur veniā. Sed peiores qui talia verbis
Herculis inuadunt: & de virtute locuti.
Linem agitant.

Hystoria. ¶ Historia dicitio græca est ἱστορία. ας. ἡ. ἱστορέω historiā narro dicitur. Est autem historia rerū gestaruꝫ expositio. Differtq̄ ab annalibus: qđ historia est genus: annales vo species. Sunt enim annales rerū gestarū narratiōes: & plurium annoꝝ obseruato cuiuscunq̄ ordine anni. Sicuti Diariū est. Historia quæ per singulos dies scribitur: & a græcis ἐφημερὶς. ιδος. ἡ. Juuenalis. In cuiꝰ manibus sen pinguia succina tritas Cernis; ephemeridas. Historia vo vtrūq̄ cōprehēdit ex Aulo Gellio noc. at. lib. v. cap. xviij. Gerius tamen super primo Eneidos aliter sentit & male vt reor. Præterea annales maximi dicebantur a pontificibus maximis facti: quibus data potestas erat memoriā rerum gestarum in tabulas referendi.

Homo græce ἄνθρωπος. ου. ὁ. ἡ. dicitur. Est aūt homo ratiōnale: & mortale. Diciturq̄ non ab humo: vt Varro inquit: quo niā. i. cōmune omnibus animalibus. Sed a concordia: nā ὁμόνοια. ας. ἡ. concordia est: & consensus: & ὁμονοέω qđ est cōcordo consentio. Est enim homo omniū animaliū maxime sociabilis. Quare a consortio: & concordia hominem dictus existimamus. Nam ὁμοιος. ου. ὁ. similis: & ὁμοιοτης. ητος. ἡ. similitudo; dicitur: vnde homographia similis scriptura: sine pictura. Homonymus eiusdē nominis. Homoproton similiter cadens. Verg. Sed neqꝫ currē tem: nec se cognouit euntem. Tollentemq̄ manus: saxumq̄ immane mouentem. Homoteleuton similiter desinens: quum plures dictiōes in eandem vocem terminantur. Ab homo veniunt eius diminutiua: homuntio: homunculus: & homulus qui græce ἀνθρωπάριον dicitur: & Homicida: homicidium; humanus & humanitas: de quibus infra. nider.

Genes. ¶ Genesis capi. j.

a Faciamus hominē ad imaginē & similitudinē nostram. ¶ Genesis cap. ix.

a Ad imaginē dei quippe factus est homo.

Job. ¶ Job cap. viij.

b Sicut vmbra sunt dies nostri super terram.

¶ Job cap. xiij.

b Quasi putredo consumendus sum: & quasi vestimentum quod comeditur a tinea.

¶ Job cap. xiiij.

b Homo natus de muliere breui viuens tempore repletur multis miseriis. Qui quasi flos egreditur: & conteritur & fugit velut vmbra & nunq̄ in eodē statu permanet. ¶ Job. cap. xvj.

b Ecce enim breues anni transeunt: & semitā per quā nō reuertar ambulo. ¶ Job cap. xxv.

b Homo putredo: & filius hominis vermis.

¶ Job cap. xxxiij.

b Deficiet homo nis caro simul: & homo in cinerem reuertetur. ¶ Dauid psal. viij. Dauid

a Quid est homo? q̄ memor es eius: aut filij? hominis quoniā visitas eū. Diminuisti eū paulominus ab angelis. Gloria & honore coronasti eū: & constituisti eum super opa manuum tuarū.

¶ Ibidem.

a Omnia subiecisti sub pedibus eius: oues & boues vniuersas insuper & pecora cāpi. Volucres cęli & pisces maris: qui perambulāt semitas maris. ¶ Psal. xxxviij.

b Uniuersa vanitas omnis homo viuens: verūtamen in imagine pertransit homo: sꝫ & frustra conturbatur. Thesaurizat & ignorat cui cōgreguit ea. ¶ Psal. lxxxix.

b Anni nostri sicut aranea meditabuntur: dies annoꝝ nostroꝝ in ipsis septuaginta anni. Si aūt in potentatibus octoginta anni: & amplius eoꝝ labor & dolor. ¶ Psal. cxliij.

b Homo vanitatis similis factus est: dies eius sicut vmbra prætereunt.

Prouer. ¶ Prouerbioꝝ. cap. xxvij.

b Ne gloriaris in crastinum commoraris: quid superuentura pariat dies.

¶ Prouerbioꝝ capi. xxxj.

b Fallax gratia: & vana est pulchritudo.

Eccls ¶ Ecclesiastes cap. j.

b Vanitas: vanitatum: & omnia vanitas. Quid habet amplius homo de vniuerso labore suo quo laborat sub sole? ¶ Ibidem.

b Vidi quę fiunt cuncta sub sole: & ecce vniuersa vanitas: & afflictio spiritus.

¶ Ecclesiastes cap. v.

b Sicut egressus est nudus de vtero matris suæ: sic reuertet: & nihil auferet secuꝫ de labore suo. Miserabilis prorsus infirmitas. Quomodo venit: sic reuertet. Quid ergo prodest ei qđ laborauerit inuentū? Cunctis diebus vitę suę comedit in tenebris: & in curis multis: & in erumna: & tristitia. ¶ Ecclesiastes cap. vj.

b Nonne ad vnū locū properāt omnia? Omnis labor hominis in ore eius: sed anima eius nō implebitur bonis. ¶ Ibidē cap. ix.

b Nemo est q̄ semper viuat: & qui huius rei habeat fiduciā. ¶ Ibidem.

b Nescit homo finē suū: sed sicut pisces capiūtur hamo: & aues laqueo cōprehēdunt: sic capiunt homines in tempore malo: quum eis extemplo tempus supuenerit. ¶ Ecclesiastes capi. x.

b Ignorat homo qđ ante se fuerit: & qđ posse se futurū, est: quis et poterit indicare?

¶ Ecclesiasticꝰ cap. viij.

b Memēto: quoniam omnes in corruptiōe sumꝰ. Eccli.

¶ Ecclesiasticꝰ cap. x.

b Quū eīm morietur homo: hæreditabit serpētes: & bestias: & vermes. ¶ Ecclesiasticꝰ. ca. xiiij.

b Omnis caro sicut fœnum veterascet: & sicut foliū fructificās in arbore viridi. Alia generat: & alia deficiunt: sic gnatio carnis & sanguinis: alia finitur: & alia nascitur. Omne opus corruptibile in fine deficiet: & q̄ illud operatur ibit cū illo.

titur ois homo.

¶Bernar.lib.meditationum.

Eor hois sicut molendinū volnitur velociter:et nihil respuit: sed q̄quid imponī molit. Si aūt nihil apponī:seipsum consumit. Semper est in motu nunq̄ quiescit. Sed siue dormiat:siue vigilet:somniat:t cogitat quicq̄d illi occurrit. Et sicut molendinū parenā si imponatur exterminat:pix inquinat:palea occupat. Sic cor cogitatio amara perturbat:immūda maculat:vana inquietat t fatigat:t oñ futurū nō curat gaudium nec diuinū querit auxiliū:ab amore cœlesti elōgat:t inuoluit in istis vanis. Illud recipit curio sitas:deducit cupiditas: allicit voluptas: seducit t pollut luxuria:torquet inuidia:turbat ira cundia:cruciat tristicia.

¶Bernardus de consideratiōe vilitatis humane.

Septē sunt de essentia hois: q̄ si hō cōsideraret in eternū nō peccaret. I. materia vilis: operatio turpis:exitus flebilis:stat⁹ instabilis:mors instabilis:dissolutio miserabilis:dānatio detestabilis:t cōsideratio glorie ineffabilis.

¶Idem super canti.sermone.xxx.

Donec in carne est anima:inter spinas profecto versatur:t necesse est patiatur inquietudines tētationum tribulationumq̄ aculeos. Videat q̄vigilem sollicitamq̄ esse oporteat super custodia sui:septa vndiq̄ spinis:hincinde aculeos intendentibus:vnde dicitur sicut lilium inter spinas.

¶Bernardus super canti.

Homo quū in honore esset nō intellexit. In quo honore habitabat in paradiso:t in locovoluptatis cōuersatio ei⁹:nihil molestię nec indigētię sentiebat:odoriferis stipatus malis: fulcitus floribus. Gloria t honore coronatus: t constitutus super opera manuū plasmatoris. Magis autē obūsigne diuinæ similitudinis p̄cellebat:t erat illi sors:ac societas cum plebe angelorum:t cuz omni militia cœlestis exercitus. Sed mutauit istam gloriam in similitudinem vituli comedentis fœnum.

¶Ibidem.

Den tristis t lachrymosa mutatio:vt homo paradisi cola:terræ dominus:cœli ciuis:domestic⁹ domini Sabaoth: supernorum spirituū t cœlestium virtutum cohæres:repentina se confusione inuenit: t propter infirmitatem iacentem in stabulo:t propter pecorinam similitudinem indigentem fœno:t propter indomitam feritatem alligatum p̄sepio:sicut scriptuz est. In chamo t freno maxillas eorum constringe tc.

¶Bernardus ibidem.

Vide hominē primo quattuor virtutib⁹ amictū: Quid huic deerat:quē misericordia custodiebat: veritas docebat: iustitia regebat: pax fouebat?

¶Hugo in dydaschalicon lib.j.

Coter ambit arborē:penna tegit volucrē:piscē squāma operit:lana ouē induit:pilus iumēta et feras vestit:concha testudinē excipit: ebur elephantem iacula non timere facit:nec tamen sine causa factum est:q̄ quum singula animalium

Homo.

mo inermis nascitur:t nudus. Oportuit em̄:vt illis quę sibi p̄cauere nesciunt:natura cōsuleret. Homini aūt ex hoc etiā maior experiendi occasio p̄stareturr: cum illa quę ceteris naturaliter data sunt:propria sibi ratione inueniret. Multo em̄ magis enitet nūc ratio hois hęc eadem inueniendo:q̄ habendo clarusset. Nec sine causa prouerbiū sonat. q̄ ingeniosa fames oēs excuderit artes.

¶Hugo ī summa disciplinari.

Diligenter obseruandū est:vt membra singula suū teneant officiū:vt neq̄ manus loquat: nec os audiat:nec oculus lingue officū assumat.

¶Ibidem.

Alij nauigāt brachijs incedētes:in duplici quodam monstro:vno tempore pedibus deorsum in terra ambulantes: t lacertis sursum volant in aera. ¶Innocentius de miseria humana.

Formatus est hō de luto:de puluere:t de cinere:q̄cunq̄ est vilissimo:t spurcissimo i sperma te cōceptus in fœtore luxuriæ:q̄dq̄ deterius est in labe peccati natus ad laborē:timorem:dolorem:miserrimus ad mortem Agit p̄auia quib⁹ offendit deū:offendit primū:offendit seipsum. Agit turpia quib⁹ polluit famā:polluit psonā: polluit conscientiā. Agit vana quib⁹ negligit sana:negligit vtilia:negligit necessaria.

¶Lactan.fir.lib.ij.diuinarū Institutionum.

Omnia em̄ tribus temporibus contineri necesse est:p̄terito:p̄senti:t futuro. Preteriti t origo:p̄sentis substantia: futuri dissolutio. Quæ omnia in singulis hoibus apparēt. Incipimus enī quū nascimur:t finimus quū viuim⁹: t desinimus quū interim⁹. Nā etiā tres parcas esse voluerūt poetæ. Unam quę vitam hominibus ordinet. Alteram quę contexat. Tertiā quę rumpat t finiat:quæ in hoc versiculo continentur. Clotho colū baiulat:Lachesis trahit:Atropos occat. ¶Lactantius Firmianus lib.ij. cap.j.diui.Instī.aduersus gentes.

Hoies aūt ipsos miror ad tantā cæcitatem esse deductos: vt vero ac viuo deo mortuos anteferant. Terrenos aūt in terraq̄ sepultos: ei qui fundator ipsius terræ fuit. Et tū huic ipietati hoim posset venia cōcedi. Si oīno ab ignorātia diuini nominis veniret hic error. ¶Ibidem.

At vero si qua grauis necessitas p̄sserit:tunc deū recordant. Si belli terror infremuerit. Si morborum pestifera vis incubuerit. Si alimenta frugibus lōga siccitas denegauerit. Si scena tēpestas. Si grādo ingruerit:ad deum cōfugitur:a deo petitur auxilium. Deus vt subueniat orat. Si quis in mari vento fœuiente iactat:hūc inuocat. Si quis aliqua vi afflictat:hūc potius iplorat. Si quis ad extremā mendicādi necessitatē deductus:victū ꝑcibus exposcit deū solum obtestatur:t per eius diuinū atq̄ vnicum nomē hoim sibi misericordiā querit. Nunquid igit̄ me minerunt:nisi dum in malis sunt? Post q̄ metus deseruit:t picula recesserunt:tum vero alacres ad deorū templa cōcurrunt. His libant:his sacrificant hos coronant. Deo aūt:quem in sua necessitate implorauerunt ne verbo quidē gratias

agunt. Adeo ex rerū prosperitate luxuria:ex luxuria vero vitia oīa sic impietas aduersus deū nascitur. ¶Lactantius Firmianus li.ij. ca. xij.di.Instī.aduersus gentes.

Deus igitur rerum oīm machinator fecit hoiez: quod Cicero:q̄uis expers cœlestium litterarū vidit tñ:qui libro de legibus primo hoc idē tradidit:qō prophetæ:cui⁹ verba subieci. Hoc animal prudentium:sagax:multiplex:acutū:memor: plenū rationis t consilij:quę vocamus hoiem:prælecta quādā conditione generatū eē a summo deo solum. Est em̄ ex tot animantium generibus: atq̄ naturis particeps rationis: quum cætera sint omnia expertia. Videt ne hoiem q̄uis longe a veritatis notitia remotum: tamen:q̄n imaginē sapientiæ tuebatur:intellexisse: non nisi a deo hominem potuisse generari? carnem esse mortalem. Lac.Fir.lib.ij.ca.xiij.diui.Instī.

Quū ergo marem ad similitudinē suā primum finxisset:tum etiam fœminā configurauit ad ipsius hois effigiem:vt duo inter se permixti serpendo propagare sobolē possent t omnem terrā multitudine opplere. In ipsius aūt hominis fictione illarum duarū materiarū:quas inter se diximus esse contrarias ignis t aquæ conclusit:p̄fecitq̄ rationem. Facto enim corpore spirauit ei aiam de vitali fonte spiritus sui:qui est perennis: vt ipsius mundi ex cōtrarijs cōstantis elementis similitudinē gereret. Cōstat em̄ ex aia t corpore. i. quasi e cœlo t terra:t q̄nquidem aia qua viuimus velut e cœlo oritur a deo:corpus e terra cuius e limo diximus esse formatum.

¶Lactantius Firmianus li.de opificio dei vel formatione hominis cap.ij.

Dedit em̄ homini artifex ille noster ac parens deus sensum atq̄ rationē: vt ex eo appareret nos esse generatos:quia ipse intelligentia:ipse sensus:ac ratio est. ¶Idē ca.viij.

Quum igitur statuisset deus ex omnibus animalibus solum hominem facere cœlestem:cætera vniuersa terrena:hunc ad cœli contemplationē rigidum erexit:ibi pedem constituit.s.vt eadem spectaret:vnde illi origo est. Illa vero depressit ad terrā:vt quia nulla his immortalitatis expectatio est:toto corpore in humum p̄iecto ventri pabuloq̄ seruirent. Hominis itaq̄ solius recta ratio:t sublimis status: t vultus deo:patri communis ac proximus originem suam fictoremq̄ testatur.

¶Seneca ad Lucillium epistola.I. Seneca.

Punctū est quod viuimus:t adhuc puncto minus. Sed hoc minimū specie quadam longioris spacij natura deriuit. Aliud ex hoc, ifantiā fecit. Aliud pueritiā. Aliud adolescentiam. Aliud inclinationē quādā ab adolescētia in senectutē ad ipsam senectutem:in qua annus totus quosdaz gradus posuit:cui⁹ breuitatē aliqñ cogitemus.

¶Seneca ad Lucillium epistola.lxxvij.

Omnia sub honore constant. Utilem fertilitas commendat. Vinum sapor: et velocitas ceruum: q̄ fortia dorso iumenta sint quæris. In cane sagacitas prima est: si feras inuestigare debet:cursus:si consequi:audacia: si mor-

dere:z inuadere. Illud cuiqz optimū eē debet: cui nascitur: qđ censet in homine optima quidē est ratio. Hac antecedit aīalia cetera: deos seq̄tur. Ratio ergo perfecta propriū hoīs bonū est cætera illi cum animalibus satisqz communia sunt. Est fortis? videlicet z leones. Formosus est? z Pauones. Velox est? z æqui. Corpus habet? z arbores. Impetum habet z motū voluntarium? z bestiæ: z vermes. Habet vocem? sed quāto clariorem canes? acutiorem aquilæ? grauiorem thauri? dulciorem z nobiliorem lusciniæ?

Seneca ad Lucillium epistola. lxxvij.

Quod in homine proprium? Ratio. hæc recta z cōsummata fœlicitatē hominis impleuit. Ergo si omnis res: quum bonum suum perfecerit: laudabilis est: z finez suæ naturæ tetigit: hæc ratio perfecta virtus eademqz honestum est. Id itaqz vnum bonum in homine est: quod hominis est.

Ibidem.

Si quis omnia alia habeat valitudinē: diuitias: imagines multas: frequens atriū: sed malus ex cōfesso sit: improbabis illū. Item si quis nihil q̄dem illorū habeat q̄ rettuli: careat pecunia: cliētum turba: nobilitate auorū z proauorum serie: si ex confesso bonus sit: probabis illū. Ergo hoc vnum bonum hominis: quod qui habet in oīm aliorum copia damnatur ac reijcitur?

Seneca ad Lucillium epistola. lxxvij.

Quæ conditio rerum: eadem hominum est. Nauis bona dicitur: non quę preciosis coloribus picta est: nec cui argenteum: aut aureum rostrum est: nec cuius tutela ebore cælata est: nec quæ fiscis atqz opibus regijs pressa est: sed stabilis: z firma: z iuncturis aquā excludentib⁹: spissa: ad ferendum maris incursum solida: gubernaculo parēs: velox: z nō sentiēs ventos. Gladiū bonū dicēs: nō cui deauratus est baltheus: nec cuius vagina gēmis distinguit: sed cui ad secādū subtilis acies est: z mucro munimentū omne rupturus. Regula non q̄ formosa: sed q̄ recta sit quęritur: eo quidē laudatur cui comparatur: quod illi propriū est. Ergo in hoīe quoqz nihil ad rem pertinet: quantū aret: quantum fœneretur: a q̄ multis salutetur: q̄ precioso incumbat lecto: q̄ perlucido poculo bibat: sed q̄ bonus sit. Bon⁹ autē est: si ratio explicita: z recta: z ad naturę suę voluntatem accomodata. Hæc vocatur virtus: hæc est honestum z vnicum hominis bonum.

Seneca ad Lucillium ep̄la. lxxvij.

Quid aūt sit vir bonus dicam. Vir bonus qđ honeste se facturū putauerit faciet sine pecunia: si laboriosum erit faciet: etiam si damnosum sit faciet etiā si periculosum erit. Rursus qđ turpe erit nō faciet: etiā si pecuniā afferat: etiā si voluptatem: etiam si potentiam. ab honesto nulla re deterrebitur. ad turpia nulla spe inuitabitur.

Idem ep̄la. xcviij.

At qui viuere Lucilli militare est.

Idem ep̄la. ciij.

Omnis dies: omnis hora: q̄ nihil sumus ostēdit.

Seneca in Hercule Furēte Tragœdia. j.

At gens hominum fertur rapidis obuia fatis:
Incerta sui Stygias vltro quærimus vndas.

Ibidem.

Mortale cœlo non pōt iungi genus.

Ibidē.

Nulli iusso cessare licet.
Nulli scriptum proferre diem.

Valerius maximus lib. ij. — Valeri⁹ maxi.

Thracię vero illa natio merito sibi sapiētię laudem vendicauerit: q̄ natales hominum flebiliter exequias cū hilaritate celebrat.

Valerius maximus lib. ij.

Persarumadmodum probabile institutum fuit: q̄ liberos suos nō prius aspiciebant: q̄ septimum annum impleuissent: quo paruulorū amissionem æquiore animo sustnerent.

Aristoteles ep̄la ad Alexandrum. — Aristo.

O q̄ contempta res hō: nisi supra humū se erexerit.

Aristo. lib. j. Metaphysicæ.

Omnes homines naturaliter scire desiderant.

Ibidem.

Humanum genus arte: z rationibus viuit.

Aristo. lib. j. Metaphysicę.

Humana natura multipliciter est ancilla.

Aristo. lib. ij. Physicorum.

Nos sumus quodammodo finis omnium.

Idem octauo physicorum.

Homo dicitur minor mundus. s. μικροκόσμοσ.

Idem lib. ij. de anima.

Nullum animal excellit hominem: in gustando: z tangendo.

Ibidem.

Homo est prudentissimum animalium.

Aristo. lib. ij. de anima.

Molles carne aptos mente dicimus: duros autem ineptos.

Aristoteles libro de causa longitudinis: z breuitatis vitæ.

Gentes quæ in calidis regionibus sunt longioris vitæ sunt: q̄ quæ sunt in frigidis regionib⁹.

Ibidem.

Longissimę vitę animalium sunt hō z elephas.

Ibidem.

Vita animalis stat per humidum z calidum.

Ibidem.

Masculi: si nō coitiui sunt: naturaliter sunt longioris vitæ: q̄ fœminę.

Aristo. lib. j. de animalibus.

Nobilissimum z altissimum animal est homo.

Aristo. lib. j. de animalibus.

Frons magna significat declinantem ad stultitiam.

Ibidem.

Frons parua significat leuitatem motus.

Ibidem.

Frons lata significat paruitatem discretionis.

Ibidem.

Frons rotunda significat iracundiā.

Ibidē.

Omne animal habens aures: habet ipsas mobiles: pręter hominem.

Ibidem.

Aures multum prominētes: z magnę significāt stoliditatem: z garrulitutem.

Ibidem.

Situs cordis in medio pectoris est. Sed in hoīe declinat modicū ad latus: ad sinistram partem.

Aristoteles lib. iij. de animalibus.

Propriū hoīs est canescere ī senectute.

Ibidē.

Impubes castrati non barbescunt.

Ibidē.

Homo inter animalia est multi seminis.

Aristo. lib. xv. de aīalibus

Homines natura pingues raro generant.

Ibidem.

Sperma hominis est superfluum nutrimenti.

Aristo. lib. xviij. de animalibus.

Viri multorum pilorum apud coxas: z a parte inferiori: sunt multi coitus.

Aristo. lib. xix. de animalibus.

Homines tantū canescunt: z nō alia animalia: Quia homo habet cerebrum valde humidum.

Aristo. lib. iij. Aethicorum.

Homo est principium suarum operationum.

Idem lib. j. politicorum.

Homo naturaliter est animal politicuz z ciuile.

Ibidem.

Homini sermonem natura dedit.

Ibidē.

Homo solitarius: aut deus: aut bestia.

Ibidem.

Sicut optimum animalium est hō lege fruens: sic pessimum est animalium homo a lege z iustitia separatus.

Idem. vij. polyticorum.

Inter omnia animalia solus homo rationez habet.

Ibidem.

Finis generationis in viris: vt in pluribus: est numerus septuaginta annorum. In mulieribus autem quinquaginta annorum.

Aristo. lib. de sensu z sensato.

Solus hō sentit: z delectatur odoribus florū.

Plato in Thimęo. — Plato.

Propter hoc ē nobis datus sermo: vt p̄resto forent mutuę voluntatis indicia.

Porphi. lib. vniuersalium. — Porphi.

Homo differt ab asino qualitate essentiali. i. differentia specifica: quæ dicitur rationalis.

Porphi. ibidem.

Sumus em̄ rationales nos z dij: sed mortale ap positum disiungit nos ab illis.

Lucius Apuleius de deo Socratis. — Lucius apulei⁹

Prestantissimū aīal est homo in terris existens.

Ibidem.

Improuisa pericula hoībus subito oriuntur.

Ibidem.

Nihil est deo similius: z gratius: q̄ vir aīo perfecto bonus: qui hoībus cæteris antecellit: quod ipse a dijs immortalibus distat.

Cicero lib. j. de oratore. — Cicero.

Quid tam porro regiū? tam liberale? tam munificū? q̄ opē ferre supplicib⁹: excitare afflictos: dare salutē: liberare p̄iculis: retinere hoīes ī ciuitate.

Idē in p̄logo Rhetoricorū veterū.

Nam fuit quoddam tempus quum in agris homines passim bestiarum more vagabantur: z sibi victu ferino vitam propagabant. Nec ratione animi quicq̄: sed pleraqz viribus corporis administrabant. Nondū diuinæ religionis: nō humani officij ratio colebatur. Nemo nuptias viderat legitimas: non certos quisq̄ aspexerat liberos. Nō ius æquabile quid vtilitatis haberet acceperat. Ita p̄pter errorē atqz inscitiā cæca ac temeraria dominatrix animi cupiditas ad se explendā viribus corporis abutebat perniciosissimis satellitibus. Quo tēpore quidam magnus videlicet vir: z sapiens cognouit: q̄ materia eēt: z quanta ad maximas res opportunitas inesset hoīm animis: si quis eam posset allicere: z p̄cipiendo meliorem reddere. Qui dispersos homines in agris: z in tectis siluestribus abditos: ratione quadam compulit in vnū locum: z cōgregauit: z eos in vnā quāqz rē inducēs vtilē atqz honestā: p̄pter insolētiā primo reclamātes: deinde p̄pter rationē: atqz orationē studiosius audiētes ex feris z immanibus mites reddidit et mansuetos.

Cice. li. de Somno Scipionis.

Nihil est illi principi deo: qui omnem hunc mundum regit: qđ in terris fiat acceptius: q̄ cōcilia cœtusqz hominum iure sociati.

Cicero lib. j. de legibus.

Animal hoc prouidum: sagax: multiplex: acutū: memor: plenum rationis: z consilij quem vocamus hominem præclara quadam conditione generatum est.

Ibidem.

Itaqz ex tot generibus nullum est animal præter hominem: qđ habeat notitiam aliquam dei.

Cicero lib. j. de legibus.

Est igit̄ homini cū deo similitudo: qđ quū ita: quæ tandem potest esse propior certiorve cognatio? Itaqz ad hominū cōmoditates z vsus tantā rerū hubertatē natura largita est: vt ea q̄ gignuntur donata consulto nobis: non fortuito nata videantur. Nec solum ea quæ frugibus atqz baccis terrę fœtu profundunt: sed etiā pecudes: qđ perspicuū sit: ptim eē ad vsum hoīm: partim ad fructū: ptim ad vescendū p̄creatas.

Cicero lib. j. de legibus.

Ipsum aūt hoīem eadē natura nō solum celeritate mentis ornauit: sed etiā sensus tanq̄ satellites attribuit: ac nuncios: z rerum plurimarum obscurarum necessarias intelligentias enudauit: quasi fundamenta quædam scientiæ: figurāqz corporis habilē: z aptā ingenio humano dedit. Nam quū cæteros animantes abiecisset ad pastū: solū hoīem erexit: z ad cœli quasi cognationis domiciliqz pristini conspectū excitauit. Tum speciem ita formauit oris: vt in ea penit⁹ recōditos mores effingeret. Nam z oculi nimis arguti: quēadmodum animo effecti sumus: loquūtur: z is qui appellatur vultus: qui nullo in animante esse præter hominem potest: indicat mores: cuius vim græci norunt: nomen oīno nō habēt. Omitto opportunitates habilitatesqz reliqui corporis: moderationem vocis: orationis vim: quę conciliatrix est humanę maxime societatis.

Ibidem.

Etenim ratio est qua vna prestamus belluis: p̄ quā coniectura valemus: argumentamur: refellimus: disserimus: conficimus: concludimus.

Cicero lib. de senectute.

Sed credo deos immortales sparsisse aīos in corpora humana: vt essent q̄ terras tuerentur: quiqz cœlestium ordinem contemplantes imitarentur.

Idem de oratore lib. iij.

O fallacem hominum spem: fragilēqz fortunā z inanes nostras cōceptiones: quę mediocri ī spacio: sæpe frangunt: z corruunt: z cum ipso cursu ante obruuntur: q̄ portum cōspicere valuerint.

¶Cicero lib.j.officiorum.

Atq; vt placet stoicis: quæ in terris gignuntur oĩa ad vsum hoĩm creari: hoĩes aũt hoĩm causa eẽ generatos: vt ipsi inter se alijs alij prodesse possint. ¶Idem lib.ij.officiorum.

Atq; vt magnas vtilitates adipiscimus conspiratione hoĩm: atq; cõsensu: sic nulla tam detestabilis pestis est: quę non homini ab hoĩe nascatur. ¶Idem lib.ij.de natura deorum.

Omnium animantium formã vincit hoĩm figura. ¶Ibidem.

Est eñ vis tãta naturæ: vt homo nemo velit nisi hominis siĩis esse: & quidem formica formicę.

¶Cicero lib.ij.de natura deorum.

Quorum igitur causa quis dixerit effectum esse mundũ? eorũ scilicet animantiũ: quę rõne vtuntur. Dij sunt dij: & homines quibus profecto nihil est melius. Ratio est eñ quę pręstet oĩbus. Ita fit credibile deorũ & hominum causa factũ esse mundũ: quæq; in eo mundo sint omnia. Faciliusq; intelligunt a dijs immortalibus hoĩb9 esse prouisum: si erit tota hoĩs fabricatio perspecta omnisq; humanę naturę figura atq; perfectio. ¶Ibidem.

Ad hanc prouidentiã naturę tam diligentẽ tamq; solertem adiungi multa possunt: ex quibus intelligitur quãtę res hoĩbus a dijs: quãq; eximiæ tributę sunt: qui prius eos humo excitatos celsos: & rectos cõstituit: vt deorũ cognitionẽ: cœlum intuẽtes capere possent. Sunt eñ ex terra hoĩes: nõ vt incolæ: & habitatores: sed quasi spectatores superarũ rerum: atq; cœlestium: quarum spectaculum ad nullum aliud genus animantiũ pertinet. ¶Ibidem.

Sensus aũt interpretes: & nuncij rerũ in capite tanq; in arce mirifice ad vsus necessarios: & facti: & collocati sunt. Nã oculi tanq; speculatores altissimũ locũ obtinent: ex quo plurima cõspiciẽtes fungant suo munere. Et aures quũ sonũ recipere debeant: qui natura in sublime fertur: recta in altis corporũ ptibus collocatę sunt. Itẽq; nares: eo q oĩs odor ad superiora fert: recte sursum sunt. Et q cibi & potionis iudiciũ eorum magnũ ẽ: nõ sine cã vicinitatẽ oris secutæ sunt. Iam gustus: q sentire eorũ quib9 vescimur genera debet: habitat in ea parte oris qua esculẽtis & poculẽtis iter natura patefecit. Tactus autem toto corpore æqualiter fusus ẽ vt oẽs ictus oẽsq; minimos: & frigoris: & caloris appulsus sentire possimus. Atq; in ædificijs architecti auertunt ab oculis naribusq; dñorũ ea quæ pfluentia necessario tetri ecnt aliquid habitura: sic natura res siles pcul emẽdauit a sensib9. ¶Ibidẽ.

Terrenorũ itẽ cõmodorum oĩs est in hoĩe dñatus. Nos cãpis: nos montib9 fruimur. Nri sunt amnes: nostri lacus. Nos fruges serim9: nos arbores. Nos aquarum inductionibus terris fœcunditatẽ damus. Nos flumina arcemus: dirigimus: auertimus. Nostris deniq; manibus in rerum natura quasi alteram naturam efficere conamur. ¶Ibidem.

Quid vero hoĩm ratio non in cœlum vsq; penetrauit? Soli enim ex aĩantibus nos astrorum ortus: obitus: cursusq; cognouimus. Ab hoĩm genere finitus est dies: mensis: annus. Defectiões solis & lunę cognitę predicteq; in omne posterum tempus quæ: quantę: qñ futuræ sint.

¶Cicero.ij.de na.de.

In homine ratio est: qua nihil põt esse præstantius. ¶Ibidem.

In homine mens est. In belua quidam simile mẽtis vnde oriantur rerum appetitus.

¶Cice.li.ij.de diuina.

Quid dissimilitudo locorum: nonne dissimiles hominum procreationes habet?

¶Cicero lib.ij.de finibus bonorum & ma.

Ad maiora enim natura nos genuit & conformauit: vt mihi quidem videt: ac fieri põt: vt errem sed ita prorsus existimo.

¶Cicero lib.ij.de finibus bonorum & ma.

Vt viderunt: vt ad cursum equum: ad arandum bouem: ad indagandum canem: sic hoĩem ad duas res: vt ait Aristoteles: intelligendum: & ad agendum esse natum: quasi mortalem deum.

¶Cicero li.ij.de fini.bonorũ & malorum.

Homines enim & si multis alijs tamẽ hoc a bestijs plurimũ differunt: q rationẽ habeant a natura menti datam: & acrem: & vigentem celerrimeq; multa simul agitantem: & vt ita dicã: sagacem: quæ: & causas rerũ: & consecutiones videat & similitudines transferat: & disiuncta coniungat: & cũ presentibus futura copulet: omnemq; complectatur vitæ consequentis statum. Eademq; ratio fecit hoĩem hominũ appetentẽ: cumq; his natura: & sermone: & vsu cõgruentẽ: vt pfectus a charitate domesticorum: ac suorũ currat longius: & se implicet primo ciuiũ: deinde oĩm mortalium societate. Atq;: vt ad Architã scripsit Plato: nõ sibi se soli natũ meminerit: sed patriæ: sed suis: vt perexigua pars sibi relinquatur.

¶Cicero lib.ij.de finibus bo.& malorum.

Et quoniam eadem natura cupiditatẽ ingenuit homini veri inueniẽdi: qđ facillime apparet: quũ vacui curis etiã quid in cœlo fiat scire auem9: his initijs inducti oĩa vera diligimus. i. fidelia: simplicia: constantia. Tum vana: falsa: fallentia: odimus: vt fraudem: periurium: malitiam: iniuriam.

¶Cicero lib.ij.de fini.bo.& ma.in fine.

Ad altiora quedam: & mihi crede Torquate: nati sumus: nec id ex animi solũ partibus in qbus inest memoria rerum innumerabilium: vitę quidem infinita inest coniectura consequentiũ: nõ multum a diuinatione differens. Inest moderator cupiditatis pudor. Inest ad humanam societatem iustitiæ fida custodia. Inest in perpetiẽdis laboribus: adeundisq; periculis firma & stabilis doloris mortisq; contemptio.

¶Homerus in ξ Iliados.

οἵη περ φύλλων γενεὴ τοίη δὲ καὶ ἀνδρῶν
φύλλα τὰ μέν τ᾽ ἄνεμος χαμάδις χέει ἄλλα
δέ θ᾽ ὕλη
τηλεθόωσα φύει ἔαρος δ᾽ ἐπιγίγνεται ὥρη
ὣς ἀνδρῶν γενεὴ ἡ μὲν φύει ἡ δ᾽ ἀπολήγει. i.

Quale foliorum genus: tale & hominum
Folia quidem ventus humi fundit; alia vo silua

Pullulans gignit quando veris venit tempus.
Sic hominum quidem genus aliud quidem nascitur: aliud autem moritur.

¶Homerus in ο Iliados.

ἀργαλέον δὲ
πάντων ἀνθρώπων ῥύσασθαι γενεήν τε τόκον τε. i.
Difficile autem
Omniũ hoĩm seruari genus & proles.

¶Idem in ρ Iliadis.

οὐ μὲν γάρ τί πού ἐστιν ὀιζυρώτερον ἀνδρὸς
πάντων ὅσσα τε γαῖαν ἔπι πνείει τε καὶ ἕρπει. i.
Non quidem certe est aliquid miserius homine.
Omnium quę spirant: & per terram serpunt.

¶Idem in ψ Iliadis.

οὐδ᾽ ἄρα πως ἦν
ἐν πάντεσσ᾽ ἔργοισι δαήμονα φῶτα γενέσθαι. i.
Nondum profecto accidit.
In omnibus operibus peritum virum nasci.

¶Ibidem.

πάντες δὲ θεῶν χατέουσ᾽ ἄνθρωποι. id est.
Omnes autem deis indigent homines.

¶Idem in ξ Odyssee.

ἄλλος γάρ τ᾽ ἄλλοισιν ἀνὴρ ἐπιτέρπεται ἔργοις. i.
Alius enim alijs homo delectatur operibus.

¶Phocylides.

σῶμα γὰρ ἐκ γαίης ἔχομεν καὶ πάντα πρὸς
λυόμενοι κόνις ἐσμέν. ἀὴρ δ᾽ ἀνὰ πνεῦμα
δέδεκται. id est.
Corp9 eñ ex terra habemus: & penitus in ipsam.
Soluti puluis sumus. Aer vo spiritum recipit.

¶Idem.

οὐ πολὺν ἄνθρωποι ζῶμεν χρόνον. ἀλλ᾽ ἐπὶ
καιρόν. id est
Non multum hoĩes viuimus temp9. Sed breue.

¶Pallades.

ἢν μνήμην ἄνθρωπε λάβῃς ὁ πατήρ σε
τί ποιῶν
ἔσπειρεν. παύσῃ τῆς μεγαλοφροσύνης.
ἀλλ᾽ ὁ Πλάτων σοὶ τῦφον ὀνειρώσσων ἐν
φύσεν.
ἀθάνατον σὲ λέγων καὶ φυτὸν οὐράνιον.
ἐκ πηλοῦ γέγονας. τί φρονεῖς μέγα. τοῦτο
μὲν οὕτως
εἶπ᾽ ἂν τις κοσμῶν πλάσματι σεμνοτέρῳ
εἰ δὲ λόγον ζητεῖς τὸν ἀληθινὸν. ἐξ ἀκολάστου
λαγνείας γέγονας. καὶ μιαρᾶς ῥανίδος.
hoc est.
Si reminiscentiã hõ cœperis pater te qđ faciẽs
Seminauit: cessabis a superbia.
Sed plato tibi superbiã somnians indidit.
Immortalẽ te dicens: & plantam cœlestem
Ex cœno nat9 es: qđ supbis valde? hoc qđem sic
Diceret vtiq; aliqs ornãs figmẽto venerabiliori.
Si autẽ rationẽ quæris veram ex immodesta
Libidine natus es: & ex fœda gutta.

¶Sophocles i aiace furẽte. Vlyssis verba.

ὁρῶ γὰρ ἡμᾶς οὐδὲν ὄντας ἄλλο πλὴν
εἴδωλ᾽ ὅσοιπερ ζῶμεν ἢ κούφην σκιάν. i.
Video enim nos nihil esse aliud: præter
Simulacra: quicunq; viuim9: vel leuẽ vmbram.

¶Idem Aiacis verba.

αἰσχρὸν γὰρ ἄνδρα τοῦ μακροῦ χρῄζειν βίου.
κακοῖσιν ὅστις μηδὲν ἐξαλλάσσεται. id est
Turpe eñ est virum longã appetere vitam
Q malis qui nihil liberatur. ¶Idem.
οὐκ ἂν πριαίμην οὐδενὸς λόγου βροτὸν
ὅστις κεναῖσιν ἐλπίσιν θερμαίνεται. id est
Non vtiq; emerẽ ne verbo quidẽ mortalem
Quicunq; vanis speciebus delectatur.

¶Vergilius lib.iij.Georgicorum. — Vergili9

Optima quæq; dies miseris mortalibus æui
Prima fugit: subeunt morbi: tristisq; senectus:
Et labor: & dire rapit inclæmentia mortis.

¶Ouidius lib.j.Metamorphoseos. — Ouidius

Pronaq; quũ spectẽt animalia cætera terram
Os homini sublime dedit: cœlumq; videre
Iussit: & erectos ad sidera tollere vultus.

¶Ouidius Metamorphoseos lib.vj.fa.vj.

Proh superi quantũ mortalia pectora cæcę
Noctis habent.

¶Ouidi9 Metamorphoseos li.xv.Fa.iij.

Nostra quoq; ipsorũ semper: requieq; fine vlla
Corpora vertuntur. Nec qđ fuimusve: sumusve
Cras erimus. ¶Iuuenalis satyra.xv. — Iuuena.
Mollissima corda
Humano generi dare se natura fatetur:
Quę lachrymas dedit. Vide supra i Clemẽtia.

¶Sillius Italicus. — Sillius.

Nonne vides hoĩum vt celsos ad sidera vultus
Sustulerit deus: ac sublimia finxerit ora?
Quũ pecudes volucrũq; gen9 formasq; ferarũ
Segnẽ atq; abscœnã passim strauisset in aluũ.

¶Catullus Elegia prima. — Catull9.

Mens hominũ tantis fluctuat vsq; malis.

¶Dantes Paradisi cant.cap.xj. — Dantes.

O insensata cura de mortali
Quanto son defectiui isyllogismi
Quei che ti fano in basso bater lali.

¶Franciscus Petrarcha Soneto.xxvij. — Frãcisc9 petrar.

Quanto piu m'auicino al giorno extremo
Che lhumana miseria sol far breue
Piu vegio el tempo andar veloce & leue.
El mio di lui sperar fallace & scemo.

¶Idem Sonetto.lxxxj.

Poi che voi e io piu volte habiam prouato
Come l nostro sperar torna fallace
Dietro quel sonno ben che mai non spiace
Leuati il cor a piu fœlice stato.
Questa vita terrena e quasi vn prato.
Chel serpente tra fiori & lherba giace:
Et se alcuna sua vista a gliochij piace
Et per lassare piu lanimo inuescato.
Voi donche se cerchati hauer la mente
Anci lextremo di queta giami:
Sequiti ipochi & non la vulgar gente.

¶Frãciscus Petrarcha Soneto.ccxxx.

O nostra vita che si bella in vista:
Com perde ageuolmente in vn matino
Quel chen multi anni a gran pena saquista.

¶Frãciscus Petrarcha Soneto.ccxxxij.

La vita fuge: & non sarresta vn hora:
Et la morte vien dietro a gran giornate:
Ele cose presente & le passate
Mi dano guerra: & le future anchora.

¶Franciscus Petrarcha Soneto.cclviij.

.O[illegible] homicidium spūale.

viual. 8/

Vera mente sian noi poluere ꝛ vmbra:
Vera mente la vogla cæca engorda:
Vera mente fallace e la speranza.

¶ Idem Sonetto.ccciiij.

O tempo: o ciel volubil che fugendo
Ingani i ciechi miseri mortali:
O di veloci piu che vento ꝛ strali
Ora ab experto vostre frode intendo:
Ma scuso voi: ꝛ me stesso reprendo:
Che natura a volar vi aperse lali:
A me dede ochij: ꝛ io pur ne mei mali
Li teni: vnde vergogna ꝛ dolor prehendo.

¶ Idem Sonetto.cccxxj.

Et vegio ben chel nostro viuer vola:
Et chesser non si po piu duna volta.

Homicidium græce φόνος.ου.ὁ.ꝛ φονευς.έως.ὁ. homicida dicitur. Est autē homicidiū hominis ab homine facta cæsio. xx.64. Homicidiū voluntarium dicit̄ qḋ animo: ꝛ intentione occidendi hominem cum effectu perpetrat̄. Componunturq̄ homicida: ꝛ homicidium ex homo et cedo. vider./

Cōp. 4. nō occides:

Genesis — ¶ Genesis cap̄.ix. paral. 8. viual. 8

Quicunq̄ effuderit humanum sanguinē: fundetur sanguis illius. ex sa.

Exodi. — ¶ Exodi cap̄.xx.

Non occides.

¶ Exodi. cap̄.xxj.

Qui percusserit hoīem volens occidere: morte moriatur. ¶ Ibidem.

Si q̄s ꝑ industriā occiderit primū suū: et ꝑ insidias: ab altari meo auelles eū: vt morte moriat̄.

¶ Ibidem cap̄.xxij.

Si effringens fur domum: siue suffodiens fuerit inuētus: ꝛ accepto vulnere mortuus fuerit ꝑcussor nō erit reus sanguinis. Quod si orto sole hoc fecerit: homicidiū ꝑpetrauit: ꝛ ip̄e moriat̄.

Leuitici. — ¶ Leuitici cap̄.xxix.

Qui percusserit: ꝛ occiderit hominē morte moriatur.

Numeri — ¶ Numeri cap̄.xxxv.

Si q̄s ferro ꝑcusserit: ꝛ mortu⁹ fuerit: q̄ percussus est: reus erit homicidij: ꝛ ipse morietur.

Deutero. — ¶ Deuteronomij cap̄.v.

Matth. — Non occides. ¶ Matthæus cap̄.v.

Audistis quia dictū est antiquis. Non occides. Qui autem occiderit reus erit iudicio.

Augu. — ¶ Augustinus lib.ij. contra Manichæos: ꝛ habet̄.xxiij.q.iiij. Ille gladium.

Ille gladiū accipit qui nulla superiori: ac legitima potestate vel iubente: vel concedente in sanguinē alicuius armatur.

¶ Augustin⁹ lib.j. de ciui. dei: ꝛ habet̄ xxiij.q.v. Si non licet.

Si non licet priuata potestate alicui hoīem occidere innocentē: cui occidendi licentiam lex nulla cōcedit. Profecto etiam qui seipsum occidit homicida est: ꝛ tanto nocentior: quum se occiderit: quanto innocentior in ea causa fuit: qua se occidendum putauit.

¶ Augustin⁹ ad Publicolam: ꝛ habetur xxiij.q.v. De occidendis.

De occidēdis hominibus: ne ab eis quisq̄ occidat̄: nō mihi placet consiliū: nisi forte sit miles: aut publica functione teneat̄: vt nō pro se hoc faciat: sed pro alijs: vel pro ciuitate: vbi etiam ipse est accepta legitima potestate: si eius congruit personę. ¶ Augustin⁹ li.j. de ciuitate dei.

Qui sine publica administratione maleficium interfecerit: velut homicida iudicabitur: ꝛ tanto amplius quanto sibi potestatem a deo non concessam vsurpare non timuit.

¶ Augustinus super Joannem.

Homicida dicitur diabolus: nō gladio armat⁹: non ferro accinctus ad hominē venit. Verbum seminauit: ꝛ occidit. Noli ergo te putare non esse homicidam quando fratri tuo mala persuades: occidis. Vt scias quia occidis: audi psalmistam. Filij hominum dentes eorum arma: ꝛ sagittę linguę eorum: ꝛ machera acuta. — homicidiū spūale.

¶ Augu. ꝛ habet̄ de pœni. di.j. Homicidiū.

Homicidiū lege vetitum putabatur nō aliud esse nisi corporis perēptio. Aperuit ergo Dominus omnem iniquum motum ad nocendum fratri in homicidij genere deputari.

¶ Aug. ꝛ habet̄ ibidem. Periculose.

Periculose decipiuntur qui æstimant eos tantū homicidas esse qui manibus hominem occidūt: et non potius eos per quorū consilium: ꝛ fraudē: ꝛ exhortationem homines extinguntur.

Hiero. — ¶ Hieronymus: ꝛ habetur.xv.q.j. Si q̄s.

Si quis non irat⁹: s; ꝑpter disciplinā aliquē verberauerit: vel alapā alicui dederit: ꝛ casu occiderit: sicut fieri solet. Quantum ad gratiā innocēs est: q: volūtatē non opus requirit. Quātū autē ad legem reus est: quia opera lex quęrit.

¶ Hieronymus in Jonā prophetā: ꝛ habet̄ xxiij.q.v. Non est nostrum.

Nō est nostrum mortem arripere. Sed illatā ab alijs libenter accipere.

¶ Hieronymus in Esaia: ꝛ habet̄ de pœni. di.j. Omnis iniquitas.

Omnis iniquitas: ꝛ oppressio: ꝛ iniustitia iudicium sanguinis est. Et licet gladio nō occidas: voluntate tamen interficis.

¶ Hieronymus in Jonā prophetā: ꝛ habetur.xxiij.q.v. Miles.

Miles quū obediēs potestati sub qua legitime cōstitutus est hoīem occidit: nulla ciuitatis suę lege reus est homicidij. Immo nisi fecerit reus est imperij deserti atq; cōtēpti. Q: si sua spōte: atq; authoritate fecisset: in crimen effusi humani sanguinis incidisset. Itaq; vnde punit̄ si fecerit iniussus: inde punietur si nō fecerit iussus.

¶ Hieronymus in quæstionib⁹ Exodi: et habetur.xxiij.q.v. Quum minister.

Quum minister iudicis occidit eū quē iudex iussit occidi: ꝑfecto si id spōte facit homicida est: et si eū occidat: quē scit a iudice debuisse occidi.

¶ Hieronymus ibidē: ꝛ habet̄ ibidē. Lex.

Lex æterna ita medio quodam loco posuit aliqua: vt in eis vsurpādis merito reprehendat̄ audacia: in exequēdis iure laudetur obedientia. Abraham si spontaneus in occidendo filio motus fuisset: execrabilis haberet̄. At iubenti deo obsecundans famulatus est.

Ambro. — ¶ Ambrosius lib.iij. de officijs.

Pythagoræ præceptū fuit: nisi iussu imperatoris.s. dei de statione nō discedere.i. animā e corpore non educere.

Grego. — ¶ Grego. ꝛ habet̄.xxiij.q.viij. Si in morte.

Si in morte longobardorum me miscere voluissem hodie longobardorū gens nec regem: nec ducē haberet. Sed q: deū timeo: in mortē cuiuslibet hominis me miscere formido.

¶ Gregorius super ezechielem.

Tot occidimus: quot ad mortē ire quotidie tepidi ꝛ tacentes videmus.

Cassiod. — ¶ Cassiodorus super ps. lxij.

Non interest quis occidat: si innocētem aliquis occidendum esse pronunciet. ¶ Pallades. — Pallad.

εἰ τοὺς ἀνδροφόνους εὐδαίμονας ὄντας ὁρῶμεν
οὐκ ἂν θαυμάζω. τοῦ Διὸς ἐστὶ γέρας.
τὸν γὰρ γεννήσαντα μεμισηκὼς καὶ ἐκεῖνος
κτεῖνεν ἄν, εἰ ὁ Κρόνος θνητὸς ἐτύγχανεν ὤν.
ἀντὶ δὲ τοῦ κτεῖναι σὺν τοῖς τιτῆσι κολάζει
δέσμιον ὡς λῃστὴν εἰς τὸ βάραθρον ἐμεῖς.

hoc est.

Si homicidas fœlices esse videmus
Non valde admiror. Jouis est honor.
Genitorem enim odio prosequens ꝛ ille
Interfecisset vtiq;: si Saturn⁹ mortalis fuisset.
Sed loco cædis cum Titanibus punit
Legatum tanq̄ latronē in baratrum immittēs.

Ouidi⁹. — ¶ Ouidius fastorum lib.ij.

Ah nimium faciles: qui tristia crimina cędis
Fluminea tolli posse putatis aqua.

¶ Idem artis lib.j.

Sillius. — Vacuas cędis habete man⁹. ¶ Silli⁹ li.iiij.
Cędumq; feros auertite ritus.

Tibull⁹. — ¶ Tibullus lib.iij. epistola.iiij.

Nec mea mortiferis infecit pocula succis
Dextera: nec cuiq̄ certa venena dedi.

Iuuena. — ¶ Iuuenalis satyra.x.

Et qui nolunt occidere quenq̄
Posse volunt.

¶ Iuuenalis satyra penultima.

Sed iam serpentum maior concordia: parcit
Cognatis maculis similis fera. Quando leoni
Fortior eripuit vitā leo? quo nemore vnq̄
Expirauit aper maioris dentibus apri?

Honestas græce σεμνότης.ητος. ἡ. ꝛ σεμνῶς honesto dr̄. Est autē honestas mollis cōpositaq; morositas s̄m Aristo. lib.ij. rhætoricorū. Honestus græ. καλός.οῦ.ὁ. dr̄. Est aūt honestum id qḋ tale est: vt detracta omni vtilitate: vllis premijs fructibusq; per seipsum possit iure laudari. Qḋ quale sit: nō tā diffinitione: qua sum vsus intelligi potest: q̄ q̄ aliquantū potest q̄ cōmuni oīm iudicio: ꝛ optimi cuiusq; studijs atq; factis: qui per multa ob eā causam faciunt: q: decet: q: rectū: q: honestū est: ꝛ si nullū cōsecuturū emolumentū vidēt. Vt eīm cōsuetudo loquit̄: id solū dicitur honestum qḋ est populari fama gloriosum s̄m Cicero. lib.ij. de fi. bonorum ꝛ malorum.

Honestum idē est qḋ spūalis pulchritudo: vl' qḋ est honore dignū: ꝛ est idē qḋ virtus ex. b. Tho. scda scdę.q.cxlv. arti.j. Referr̄ nonnunq̄ ad corporis pulchritudinē. Teren. Ita me dij amēt honestus est: hoc est formosus. ar.x.

Eccli. — ¶ Ecclesiastici cap.xj.

Paupertas ꝛ honestas a deo sunt.

August. — ¶ Augusti. lib.ij. de ciuitate dei.

Tāta est ꝑbitatis vis: ꝛ honestatis: vt pene omnis ei⁹ laude moueat̄ humana natura. Nec vsq; adeo sit turpitudine vitiosa: vt totū amittat sensum honestatis. ¶ Ambro. lib.ij. de officijs. — Ambro.

Tātus splēdor honestatis est: vt vitā beatā efficiat tranquillitas conscientiæ: ꝛ securitas innocentiæ. — consc̄ia. ¶ Seneca ad Lucilliū episto.xx. — Seneca.

Melius probas honesta: q̄ sequaris. Vides vbi posita sit fœlicitas: s; ad illā ꝑuenire nō audes.

Cicero. — ¶ Cicero lib.j. officiorum.

Nihil turpe faciendū bono viro: etiam si ex omni parte lateat: etiā si omnes deos: hominesq; celare possimus. Nihil tamē in nobis auare: nihil iniuste: nihil libidinose: nihil incontinenter esse faciēdū. Sapiētis enim est propriū nihil qḋ pœnitere possit facere nihil iniuste: sed splendide: cōstanter: grauiter: honeste omnia.

¶ Idem officiorum lib.j.

Quod eīn viriliter magnoq; aīo fit: id dignū viro ꝛ decorū videtur. Quod cōtra fit: id vt turpe est sic indecorū. Quare pertinet quidē ad omnē honestatē: hoc qḋ dico decorum: ꝛ ita ꝑtinet: vt non recōdita quadā ratiōe cernat̄: sed sit in prōptu.

¶ Cicero officiorum lib.j.

Illud enim honestum: quod sæpe diximus: etiā si in alio cernim⁹: tamen nos mouet: atq; illi in quo id in esse videtur amicos facit.

¶ Cicero ibidem.

Nihil honestum esse potest: quod iustitia vacet.

¶ Idem lib.iij.

Atq; illud quidē honestū: qḋ proprie vere q; dicitur id in sapientibus est solis: neq; a virtute vnq̄ diuelli potest. In his autē: in quibus sapiētia perfecta non est: ipsum illud quidem perfectum honestum nullo modo esse potest: sed similitudines honesti esse possunt.

¶ Cicero lib.iij. officiorum.

Quum igitur id quod vtile videtur in amicitia: cum eo qḋ honestū est cōparatur: iaceat vtilitatis species: valeat honestas. ¶ Ibidem.

Tanta vis est honesti: vt speciē vtilitatis obscuret. ¶ Ibidem.

Honestate igitur dirigenda vtilitas est.

Honor græ τιμή.ῆς.ἡ. ꝛ τίμιος.ου.ὁ honorabilis dicitur: ꝛ τιμάω honoro. Est aūt honor proprie reuerētia ꝛ dignitas: q̄ quauis ex cā alicui exhibet̄. Vergi. Haud equidē tali me dignor honore. Et qm̄ multa sunt ꝑpter quę honorē exhibere solem⁹: factū est: vt ꝑ diuersitate subiectę materię hoc vocabulū diuersa significet: hinc aliquando honorē pro pulchritudine ponim⁹. Verg. Frigidus ꝛ siluis aquilo decussit honorē. Aliquando pro obseruantia: et cultu. Vergi. Semper honore meo: semꝑ celebrabere donis. Interdū pro pudicitia. — phare. 3. 34 — paral. 9

Nonunquam pro premio. Verg. Ipsis precipue ductoribus addit honores. Quandoque pro sepultura. Verg. Cernit ibi mœstos: ⁊ mortis honore carentes.
Honor municipalis est reipubli. administratio cum dignitatis gradu: siue cum sumptu: siue sine erogatione contingens secundum Calistratum iurisconsultum. Ab honor fit honoro verbum: quod est colo: ⁊ veneror: ⁊ honorificum quod est plenum honoris: ⁊ honestum: ⁊ honestas de quibus infra.
Honor est maximum bonorum exteriorum: secundum Aristo. lib. iiij. æthicorum.
Honor est benefactiuæ gloriæ iudicium secundum Arist. lib. j. rhetoricorum. Honor est cuiuslibet virtutis præmium secundum bea. Tho. ij. ij. q. cxxix. arti. iiij.

Prouer. ¶ Prouer. cap. v.
Non des alijs honorem tuum.
Paulus. ¶ Paulus ad corin. primæ cap. ix.
Bonum est enim mihi magis mori: quam vt gloriam meam
August. quis euacuet. ¶ Aug. li. v. de ciui. dei.
Rerum gentium: nationumque imperium penes reges erat: quos ad fastigium honoris non ambitio popularis: sed spectata inter bonos moderatio prouehebat. ¶ Aug. li. v. de ciuita. dei.
Gloriam ⁊ honorem non debet sequi virtus: sed ipsa virtutem. Vnde honores quos expetunt multi Cato petere non debuit: sed eos ciuitas ob eius virtutem non petenti dare. ¶ Aug. li. ix. de ci. dei.
Non est in hac vita in actione amandus honor: sed opus quod per eundem honorem fit: vel potestatem: si recta atque vtilis sit.
Grego. ¶ Grego. Eulogio patriarchæ Alexandrino: ⁊ habetur di. xcix. ecce in præfatione.
Ego non verbis quæro prosperari: sed moribus: nec honorem esse deputo: in quo fratres meos honorem suum perdere cognosco. Meus namque est honor vniuersalis ecclesiæ. Meus honor est fratrum meorum solidus vigor. Tunc ego honoratus sum: quum singulis quibusque honor debitus non negatur.
¶ Gregorius Siagrio Episcopo: ⁊ habetur di. cx. rationis.
Cum honoris augmento cura quoque sollicitudinis debet excrescere: vt cultu vestium actionis quoque ornamenta conueniant: oportet: vt enixius in cunctis studijs se vestra fraternitas exerceat: ⁊ circa subiectorum actus sit cura vigilans.
¶ Gre. mauritio: ⁊ habetur xj. q. j. sacerdotibus.
Sacerdotibus autem non ex terrena. Vide in sacerdos infra. ¶ Greg. in registro.
Deiecisti eos dum alleuarentur. Quum alleuatur deijcitur qui honoribus proficit: ⁊ moribus cadit.
Joannes chrysost. ¶ Joannes chrysost. ⁊ habetur di. xlj. Multi sacerdotes.
Qui bene sederit super cathedram: honorem accepit cathedræ. Qui male sederit: iniuriam facit cathedræ.
¶ Joan. chrysosto. super Matthæum.
Honoris magnitudo his qui non digni viuunt honore stimulus incipit esse pœnarum.
¶ Ibidem.
Omnes quidem de suo honore solliciti sunt: de honore autem dei nullus.
¶ Joannes chrysost. de reparatione lapsi.
Honor verus virtus animi est. Hic honor nec a Cesaribus præstatur: neque adulatione conqueritur: nec pecunia præparatur. Nihil fucati in se habet: nihil simulati: nihil occulti: huius honoris successor est nullus accusator: nullus ingratus.
Cassiod. ¶ Cassiodorus lib. iiij. epistolarum.
Decet quidem cunctos patriæ suæ augmenta cogitare. Sed eos maxime quos respu. sibi summis honoribus obligauit: quia rectum est: vt cui necesse sit plus debere: qui visus est maiora suscipere. ¶ Cassiodorus ibidem.
Dignum enim videtur: vt qui est scientia præditus reddatur honore reuerendus.
Boetius ¶ Boetius de consolatione philosophica lib. iij.
Quis illos igitur putet beatos:
Quos miseri tribuunt honores?
Seneca. ¶ Seneca episto. lxix.
Nemo eorum quos diuitiæ honoresque in altiori fastigio ponunt magnus est. Quare ergo magnus videtur: quum basi sua illum metiris. Magnus pomilio licet in monte constiterit: Colossus magnitudinem seruabit etiam si steterit in puteo. Hoc laboramus errore: quod neminem æstimamus ex æquo. Quum vero velis æstimationem hominis inhire: ⁊ scire qualis sit: nudum respice: ponat patrimonium: honores: ⁊ alia fortunæ mendacia. Corpus suum exuat: ⁊ animum intuere qualis sit quantusque: alieno: an suo magnus.
¶ Seneca ad lucil. episto. lxxxij.
Abstrahunt nos a certo diuitiæ: honores: potentia ⁊ cætera: quæ in opinione nostra chara sunt: precio suo vilia. Nihil habent magnificum: quo mentes nostras in se trahant: præter hoc: quod mirari illa consueuimus.
Aristo. ¶ Aristoteles lib. j. æthicorum.
Honor maior est in honorante: quam in honorato.
¶ Aristo. lib. iiij. æthicorum.
Honor est maximum exteriorum bonorum.
¶ Ibidem.
Prauus honore non est dignus.
¶ Aristo. lib. iiij. æthicorum.
Honor est præmium virtutis.
¶ Ibidem.
Secundum virtutem solus bonus honorandus est.
¶ Ibidem.
Virtuti perfectæ non est condignus honor.
Cicero. ¶ Cicero lib. de amicitia.
Vbi enim istum inuenies: qui honorem amici anteponat suo?
¶ Cice. lib. vltimo tuscu. quæstio.
Contempto igitur honore: contempta etiam pecunia: quid relinquitur quod extimescendum sit?
Sallust. Sallustius in Catilinario.
Gloriam ⁊ honorem ⁊ imperium bonus: ⁊ ignauus æque sibi exoptant. Si bonus: vera via nititur huic sed ignauus: quia bonæ artes desunt: dolis atque fallacijs contendit.
Valerius maximus. ¶ Valerius maximus lib. ij. titulo de institutis antiquis.
Nam ⁊ virtutis huberrimum alimentum est honos.
Ouidius. ¶ Ouidius lib. j. tristium elegia prima.
Donec eram sospes tituli tangebar amore:
Quærendique mihi nominis ardor erat.

Horatius. ¶ Horatius sermonum lib. j. satyra vj.
Sed fulgente trahit constrictos gloria curru
Non minus ignotos generosis.
Persius. ¶ Persius satyra prima.
An erit qui velle recuset
Os populi meruisse.
¶ Horror græce φρίκη. de frigore: et φρίττω horreo dicitur.
Horror futuræ vitæ est filia luxuriæ: inquantum reputat bonum æternum: vt bonum arduum. Quia propter delectationes venereas non appetit (immo fastidit) bona æterna: ac si non essent ardua ⁊ summa.
Horror pro tremore aliquando ponitur. Plautus. Quis hic horror est: quid pauitas? Interdum pro aspectus toruitate. Apuleius. Quæ quum aspexisset: horrore hominis deterritus statim retrocessit. Nonnunquam pro abominatione. Varro. Ira: odium: horror eos ab incœpto retrahit. Nonnunquam pro veneratione Vergilius. Arboribus suus horror inest. Ab horror: horridulus diminutiuum fit. Persius. Scis comitem horridulum trita donare lacerna. i. trementem. Horridus item asperum significat. Vergilius. Et glacie riget horrida barba.
HOspitalitas græce ξενία. et ξενοδοχεῖον. hospitium dicitur: ⁊ ξενίζω hospitor: ⁊ ξένος. hospes. Est autem hospes qui est extraneus a domo: sicut aduena in ciuitate secundum b. Tho. super epistola Pauli ad ephesios secunda lectione. vj. c. j. fi.
Hospes proprie dicitur qui priuatim ⁊ amicitiæ causa: vel recipit: vel recipitur: vnde ⁊ pro amico externo capitur: ⁊ hospitium pro amicitia. Hospitium etiam diuersorium significat. Cicero. Ex hac vita discedo tanquam ex hospitio: non tanquam ex domo: commorandi enim natura diuersorium non habitandi locum dedit. Hinc hospitalitas facilitas: vel benignitas in recipiendo: et hospitaliter ad verbium benigne ⁊ faciliter.
Paulus. ¶ Paulus ad hebræos capi. xiij.
Hospitalitatem nolite obliuisci. Per hanc enim placuerunt quidam angelis hospitio receptis.
Petrus. ¶ Petrus primæ capi. iiij.
Ante omnia autem mutuam in vobismetipsis charitatem habentes continuam: quia charitas operit multitudinem peccatorum: hospitales inuicem: sine murmuratione.
Augusti. ¶ Augustinus contra. v. hereses.
Disce christiane sine discretione exhibere hospitalitatem: ne forte: cui domum clauseris: cui humanitatem negaueris: ipse sit christus.
¶ Augustinus contra quinque hereses.
Obsecutus Loth angelis tanquam peregrinis consuetudine hospitalitatis liberatus a periculo ciuitatis: ⁊ temporale euasit incendium: ⁊ æternum consecutus est præmium.
¶ Augustinus de verbis apostoli.
Ille homo dicitur esse humanus: qui se exhibet esse hominem: ⁊ maxime hospitio suscipit hominem.
Hieron. ¶ Hieronymus ad damasum papam: et habetur. xvj. q. j. capi. vltimo.
clerici Quoniam quicquid habent clerici pauperum est: et domus illorum omnibus debent esse communes: susceptioni peregrinorum: ⁊ hospitum inuigilare debent.
Ambro. ¶ Ambrosius libro de Patriarchis: ⁊ habetur. xxxij. q. vij. offerebat.
Præferebat sanctus Loth domus suæ verecundiæ hospitalem gratiam: ⁊ apud barbaras gentes inuiolabilem. ¶ Ambrosius lib. de officijs.
Tanta est apud deum hospitalitatis gratia: vt ne potus quidem aquæ frigidæ a præmijs remunerationis immunis sit. Vides quia Abraham deum recepit hospitio: dum hospites quærit. Vides quia Loth angelos recepit. Vnde scis an et tu quum recipis hominem: suscipias christum? Licet in hospite Christus sit: quia Christus in paupere est: sicut ipse ait. Hospes fui ⁊c.
¶ Ambrosius libro de officijs.
Est publica species humanitatis: vt peregrinus in hospitio non egeat. Suscipiatur officiose: pateat aduenienti ianua.
Grego. ¶ Gregorius Augustino anglorum episcopo: ⁊ habetur. xij. q. ij. mos est.
Mos est apostolicæ sedis ordinato episcopo præcepto tradere: vt de omni stipendio quod accidit: quattuor debeant fieri portiones: vna videlicet episcopo ⁊ familiæ eius: propter hospitalitatem: atque susceptionem: alia clero: tertia vero pauperibus: quarta ecclesijs reparandis.
Joannes chrysost. ¶ Joannes chrysostomus super Matthæum.
Qualem mercedem habet: qui propter deum peregrinatur: talem habet: qui suscipit peregrinantem: ⁊ fiunt ambo æquales: ⁊ qui propter deum refrigerat: ⁊ qui propter deum laborat.
Vergilius. ¶ Vergilius in primo æneidos.
Juppiter hospitibus nam te dare iura loquuntur.
Homerus. ¶ Homerus in ξ odisseæ.
πρὸς γὰρ Διός εἰσιν ἅπαντες
ξεῖνοί τε πτωχοί τε. id est
A ioue enim sunt omnes
Hospites pauperesque.
¶ Idem in θ odysseæ.
ἀντὶ κασιγνήτου ξεῖνός θ' ἱκέτης τε τέτυκται
ἀνέρι ὅς τ' ὀλίγον περ ἐπιψαύῃ πραπίδεσσι. i.
Loco fratris hospes ⁊ supplicator est
Viro illi: qui etiam mediocriter sit prudens.
¶ Idem in ι odysseæ.
Ζεὺς δ' ἐπιτιμήτωρ ἱκετάων τε ξείνων τε
ξείνιος, ὃς ξείνοισιν ἅμ' αἰδοίοισιν ὀπηδεῖ. i.
Juppiter est honorator supplicatorumque hospitumque
Hospitalis: qui hospites venerabiles simul comitatur. ¶ Idem in ξ odysseæ.
Ζεύς τοι δοίη, ξεῖνε, καὶ ἀθάνατοι θεοὶ ἄλλοι
ὅττι μάλιστ' ἐθέλεις, ὅτι με πρόφρων ὑπέδεξο. i.
Juppiter tibi det hospes ⁊ immortales dei alij.
Quodcunque maxime vis: quoniam me promptus hospitatus es. ¶ Idem ibidem.
ξεῖν' οὔ μοι θέμις ἔστ', οὐδ' εἰ κακίων σέθεν ἔλθοι,
ξεῖνον ἀτιμῆσαι· πρὸς γὰρ Διός εἰσιν ἅπαντες
ξεῖνοί τε πτωχοί τε· δόσις δ' ὀλίγη τε φίλη τε
γίγνεται ἡμετέρη. i.
Hospes non mihi fas est: neque si vilior te veniat
Hospes inhonorare: a ioue enim sunt omnes
Hospitesque pauperesque donum quidem paruum
sed gratum.
Est nostrum. ¶ Idem in ο odysseæ.

χρὴ ξεῖνον παρεόντα φιλεῖν ἐθέλοντα δὲ πείθειν. hinc. χρῆ id est ꝺ ꝑfectus ꝺ ſimꝺ

Oportet hospitem præsentem honorare: sedvolentem discedere. dimittere. ¶Hesiodus.

Hesiod⁹.

μὴ δείπνου ξείνον μὴ δᾶϊον καλέεσθαι. i. Noli habere multos hospites: nec fis fine hospitibus. ¶Menander.

Menan.

ξένους πέμνητα μὴ παραλήλυμμένους ἰλλῶν. id est Hospites pauperes ne subterfugias quum videris. ¶Idem.

ξένοισι ἐπαρκῶν τῶν ἴσων τεύξη ποτέ. id est Hospitibus succurrens æqualia consequeris quandoq;. ¶Idem.

ξενίας ἀεὶ φρόντιξε. μὴ καθυσέρει. id est Hospitalitatem semper cura: ne posthabeas. ¶Idem.

ξένοισι πιστοῖσ. πιστὸς ὢν γίγνου φίλος. id est Hospitibus fidis: fidus existens fis amicus. ¶Idem.

ξένον ἀλικήσεισ μὴ λέποντε καιρὸν λαβών. i. Hospitem iniuria afficies nunq; occasionem nactus. ¶Idem.

ξένῳ μάλιστα συμφέρει τὸ σωφρονεῖν. id est Hospiti maxime conducit modestū esse. ¶Idē.

ξένος ὢν ἀώρατα μωμῶν ἴσθι. καὶ πράξεισ κακῶς. id est Hospes existens incuriosus sis: & facies bene. ¶Idem.

ξένον δέ σ' ἆν κρεῖττον. ἠκέκραγέναι. id est Hospiti autem tacere melius q̄ clamare.

ξένος πεφυκὼς τοῦ ξένου δόλους σέβου. i. Hospes natus: hospites cole. ¶Idem.

ξένους ξένιζε. καὶ σὺ γὰρ ξένος γένῃ. id est Hospites hospitare: et tu enim hospes eris. ¶Idem.

πλάνη βίου τίθησι σώφρονέστερον. id est Peregrinatio vestra facit sapientiorem.

¶Horizon dicit ab ὁρίζω qꝺ significat definio et distermino: et est circulus terminans visum & hemisphæriū cœli superius: & principiū inferioris ſm. b. Tho. ſuper lib. de cauſis. lect. ij. fi.

¶Humanitas græce φιλανθρωπία. ας. ἡ. et φιλάνθρωπος. ον. ὁ. humanus dicitur. Sumitur autem humanitas tripliciter: ſcilicet ꝓ natura hominis: et ꝓ virtute quæ conſiſtit in exteriori fo. 473. ſubuentione condeſcendendo defectibus aliorum ſm beatum Tho. ſuper epiſtolam Pauli ad titum. iij. colum. fi. Humanitas ꝓterea ſignificat eruditionem: atq; inſtitutiones in bonas artes: quas qui finceriter cupiunt: & aſſequuntur: ij ſunt maxime humani. Quare et artes ipſæ liberales humanitatis ſtudia appellata ſunt. ſ̄a huius ſcientiæ diſciplina ex vniuerſis animalibus: ſoli hoī data eſt. Ab hō veniūt hūanus & humanitas: humanum ꝓprie dicitur: quod hominis eſt: & ad hominem ſpectat. Et quia homo inter omnia animalia morti obnoxia maxime mitis eſt: iccirco humanus ꝓ facili: mitti & tractabili ponitur: vnde humanitas dicitur quam græci φιλανθρωπίαν vocant quaſi amoꝛeꝫ in hoīes. De hac materia vide ſupra in amoꝛ ꝓximi: clæmentia: eleemoſyna: & hoſpitalitas.

¶Humiditas græce ὑγρότης. ητος. ἡ. et ὑγρὸς. ᾶ. ὁ. humidus dicitur.

Humidum radicale eſt totum illud in quo fundatur virtus ſpeciei: quod perditum non poteſt reſtaurari ſm. b. Tho. prima parte. q. cxix. art. j. Humidum nutrimentale eſt quod nondum habet perfectam naturam ſpeciei: ſed eſt in via: vt ſanguis: et huiuſmodi ſm eundem ibidem. Ab humeo pariter fit humecto: quod eſt humidum facio. Udum ab humido: quidam ſic diſtinguūt. Vt vdum ſit quod intrinſecus habet humoꝛem: vnde vuam dictam volunt. Virgilius. Humidus hiberna venit de glande menalcas. Humidum vero quod extrinſecus habet humoꝛem.

¶Humilitatis gradus: quibus opponuntur .xij. gradus ſuperbiæ ſm beatum Bernardum.



Humilitas græce ταπεινότης. ητος. ἡ. & ταπεινός. ὸν. ὁ. hūilis dicitur. Eſt autē humilitas ſm Ber. de gradibus humilitatis virtus qua veriſſima ſui cognitione ſibiſpſi quilibet vileſcit. Humilitas: vt ibidem: eſt contēptus ꝓprie excellentiæ. videꝫ Humilitas: eſt ex intuitu ꝓpriæ conditionis: et ſui conditoꝛis: voluntaria mentis inclinatio in ſuo imo ordinabili ad ſuum conditoꝛem ſm Auguſtinum. xx. lxi. paralꝫ

¶Dauid pſalmo. cj. vjualꝫ

Reſpexit dominus oꝛationem humilium: et non ſpreuit præces eoꝝ.

¶Eccleſiaſtici capi. ij.

In humilitate tua patientiam habe. Quoniam in igne probatur aurum: et argentum: homines vero receptibiles in camino humiliationis.

¶Eccleſiaſtici capi. iij.

Quanto magnus es humilia te in omnibus: et coram deo inuenies gratiam. Quoniam magna potentia dei ſolius & ab hominibus honoꝛatur.

¶Eccleſiaſtici capi. vij.

Humilia valde ſpiritum tuum: quoniam vindicta carnis impij ignis & vermis.

¶Eccleſiaſtici capi. x.

Quid ſuperbis terra & cinis?

Ecclia. patta

fo. 473.

David.

Ecclia.

coll. bi. fo. 150.

fo. 27. x. ſeptima. 36.

(12. eccl. humilitas ſ. hū de ꝑ. dꝰ pal. ſ. de epla. late. (voragi. dꝰ. ii. tri. ſ. 3. col. 1. fi. & late ſ.
humiſ magnitū ex ſ. eccl. ſ. ii.
Equitate ſhumiliare: qꝺ hꝫ cōfidere. eccl ſ. t.

¶Ecclesiastici capi.xxxv.

Oratio humiliantis se nubes penetrabit: ⁊ donec propinquet non consolabitur: ⁊ nō discedet:

Esaias. donec altissimus aspiciet. ¶Esaias.c.lxvj.

Ad quem respiciam nisi ad pauperculum: ⁊ contritum spiritu: ⁊ trementem sermones meos?

¶Job capi.xv.

Job. Quid tumet contra deum spiritus tuus?

Matth. ¶Mattheus capi.xviij.

Nisi conversi fueritis: ⁊ efficiamini sicut parvuli non intrabitis in regnum cœlorum. Quicūq; ergo humiliaverit se sicut parvulus iste: hic est maior in regno cœlorum.

¶Mattheus capi.xx.

Quicunq; voluerit inter vos maior fieri: sit vester minister. Et qui voluerit inter vos primus esse: erit vester servus.

¶Idem capitulo.xxiij.

Qui autem se exaltaverit: humiliabitur: et qui se humiliaverit: exaltabitur.

Marcus ¶Marcus capi.ix.

Si quis vult primus esse: erit omnium novissimus: ⁊ omnium minister.

Lucas. ¶Lucas capitulo.xiiij.

Quum invitatus fueris ad nuptias non discumbas in primo loco: ne forte honoratior te sit invitatus ab illo: ⁊ veniens is qui te ⁊ illum vocavit dicat tibi: da huic locum: ⁊ tunc incipias cum rubore novissimum locum tenere.

¶Lucas ibidem.ca.vij.⁊ ca.xvij.

Omnis qui se exaltat humiliabitur: ⁊ qui se humiliat exaltabitur.

¶Paulus ad corinthios.ij.capi.xj.

Paulus. Nunquid peccatum feci meipsum humilians: ut vos exaltemini?

¶Paulus ad galathas capi.vj.

Nam si quis existimat se aliquid esse: quum nihil sit: ipse se seducit.

¶Paulus ad ephesios capi.iiij.

Obsecro itaq; vos ego vinctus in domino: ut digne ambuletis vocatione: qua vocati estis: cum omni humilitate ⁊ māsuetudine: cum patientia supportantes invicem in charitate.

¶Paulus ad philippenses capi.ij.

Nihil per cōtentionē: neq; per inanem gloriam: sed in humilitate superiores sibiīnvicem arbitrantes: non quæ sua sunt singuli considerātes: sed ea quæ aliorum.

¶Jacobus in epistola capi.j.

Jacobus Gloriet̄ autem frater humilis in exhortatione sua: divites autem in humilitate sua. Quoniaq; sicut flos fœni transibit. Exortus est enim sol cum ardore: et arefecit fœnum: ⁊ flos eius decidit: ⁊ decor vultus eius deperiit. Ita et divites in itineribus suis marcescit.

¶Petrus apostolus primæ capi.ij.

Petrus apl's. Subiecti estote omni humanæ creaturæ propter deū: sive regi quasi præcellēti: sive ducib⁹ tanq̄ ab eo missis: ad vindictam malefactorum: laudem vero bonorum. ¶Ibidem.

Servi subditi estote in omni timore dñi: non tantum bonis ⁊ modestis: sed etiam discolis.

¶Petrus apostolus primę capi.v.

Omnes invicem humilitatem insinuate: quia dominus superbis resistit: humilibus autem dat gratiam. ¶Ibidem.

Humiliamini igitur sub potēti manu dei: ut vos exaltet in tempore visitationis.

¶Augustinus lib. de catheziz̄andis rudibus: ⁊ habetur distin.xxxix.sedulo. Augustin.

Sedulo monendi sunt scholastici: ut humilitatē induti christiana discant non contēnere: quos cognoverint morum vitia magis: q̄ verborum deuitare: sed corde casto linguaq; exercitatē nec eā ferre audeant: quam etiam præferre consueverunt. ¶Augustinus ad Auxiliū episcopum: ⁊ habetur.xxiij.q.iij.si habes de hac.

Senex enim a iuvene: ⁊ episcopus tot annorū a collega necdū anniculo paratus sum docere: quomodo possim vel deo: vel hominibus iustam reddere rationem.

¶Augustinus de verbis apostoli: et habetur.xxij.q.ij.quum humilitatis.

Quum humilitatis causa mentiris: si non eras peccator anteq̄ mentireris: efficeris quod existaras. ¶Ibidem.

Quomodo est humilitas: vbi regnat falsitas?

¶Augustinus de verbis domini.

Discite a me non mundū fabricare: non cuncta visibilia ⁊ invisibilia creare: nō in ipso mundo miracula facere: ⁊ mortuos suscitare. Sed quoniā mitis sum ⁊ humilis corde. Cogitas magnaz cōstituere fabricam celsitudinis? de fundamento prius cogita humilitatis.

¶Augustinus de verbis domini.

Omnes delectat celsitudo: sed humilitas gradus est. Qui tendis pedem vltra te? Caderevis non ascendere. A gradu incipe: ⁊ ascendisti.

¶Augustinus ibidem.

O medicinam omnibus consulentem: omnia tumentia cōprimentes: omnia tabescentia reficientem: omnia superflua resecantē: oīa deprauata corrigentē. Quę superbia sanari potest: si humilitate filij dei non sanatur? Quę auaritia sanari potest: si paupertate filij dei non sanatur. Quæ iracundia sanari potest? si patientia filij dei non sanatur. ¶Augustinus ad dyascorum.

Excelsa est patria: humilis est via. Ergo q̄ quærit patriam: quid recusat viam?

¶Augustinus in sermone de superbia.

O sancta venerabilisq; humilitas: tu dei filium descendere fecisti in vterum sanctę Marie virginis. Tu eum fecisti involui vilibus pannis: ut nos indueret virtutū ornamentis. Tu eum circūcidisti in carne: ut nos circūcideret in mente. Tu eū corporaliter flagellasti: ut nos a flagello peccati liberaret. Tu eū coronasti spinis: ut nos coronaret suis æternis rosis. Tu eū infirmari fecisti: q̄ medic⁹ cunctorū erat: solo verbo sanās oīa: ⁊ vniuersa: ut ifirmos sanaret. ¶Aug. de trini.li.x. Quum omnis creatura: aut par: aut inferior sit nobis: inferiore vtendum est propter deum. Pari autem fruendum est: sed in deo.

¶Augustin⁹ super Mattheū sermone.lix. Magis cogitare debetis q̄d vobis desit: q̄ quid vobis adsit. Q̄ habes cave ne perdas. Quod

nundū habes supplica: ut habeas. In quantis sis minor est cōsiderandū: nō in quantis sis maior. Si enim cogitas quātū præcessisti alterum: time tumorem. Si vo cogitas quātum tibi deest ingemiscis: curaris. Humilis si eris: tutior ambulabis: non præcipitaberis: non laberis.

¶Augustin⁹ sup epistolā Joannis.c.viij.

Supra te deus: infra te pecora. Agnosce eū q̄ supra te est: ut agnoscant te quę infra te sunt. Ideo q̄ q̄dam Daniel agnouisset supra se deū: agnouerunt eum supra se leones.

¶Aug.in procemio.ix.libri de trinitate.

Laudabilior est animus: cui nota est infirmitas propria q̄ qui ea nō respecta: mœnia mundi: vias siderum: fundamenta terrarum: et fastigia cœlorum scrutetur.

¶Hieronymus ad Celantiam.

Hieron. Humilitatem sequere: non quæ ostenditur: aut simulatur gestu corporis: aut fracta voce verborum: sed quę puro cordis affectu exprimatur. Aliud est enim virtutem habere: aliud virtutis similitudinem.

¶Hieronym⁹ epla ad Ctesiphontem.

Hæc est in omnibus sola perfectio: sue imperfectionis cognitio.

¶Hieronymus in epla ad Rusticum.

Cilis tunica contēptum sæculi probat: ita duratam: ut animus nō tumeat: nec habitus sermo q̄s dissentiant. ¶Idem.

Immundus est autem apud deum omnis: qui exaltat cor suum: ⁊ qui paululum fugerant a peccatis: ad suum reuertuntur errorem.

¶Hieronymus epistola.xxvij.

Multi humilitatis vmbram: veritatem pauci sectantur. ¶Ibidem.

Auferantur omnia figmenta verborum: cessentē simulati gestus. Virū humilē patientia ostēdit.

¶Hieronymus epistola.xc.

Plus est animum deposuisse: q̄ cultum: difficilius arrogantia: q̄ auro caremus: aut gemmis.

¶Ambrosius super Lucam lib.vij. Ambro.

Qui paupertate cōtentus est: non est contētus iniuria. Et qui potest ferre verbum pœnas: exagitat verbo contumeliæ. Et qui potest administrationes contemnere: dolet sibi aliquem honorificentia esse prelatum. Grande est in hominibus tenere humilitatis mensuram.

¶Ambrosius ibidem.

Bona humilitas: nihil appetendo: totū q̄ contemnit adipiscitur. ¶Ambrosius ibidem.

Nihil excelsius humilitate: quæ quasi semper superiora nescit extolli. Quia nemo id affectat q̄ infra se iudicat.

Gregor. ¶Grego.homel.ix.sup euāge.Matthei.

Uni dedit quinq; talenta.

Tanto quis debet esse hūilior ex munere: quāto se obligatiorē cōspicit in reddenda ratione.

¶Greg.sup euāgelium homelia.xxj.lib.ij. super illud Matthæi.xv. Qui vult venire post me abneget semetipsum.

Hanc nosmetipsos abnegamus: quū mutamus: q̄ per vetustatē fuimus: ⁊ ad hoc nitimur: quo per nouitatē vocamur. ¶Ibidem.

Nisi a semetipso q̄s deficiat: ad eum qui supra se est non appropinquat.

¶Greg.sup Ezechielem lib.j.homelia.x. Semetipsum abnegat: qui mutatus in meliora incipit esse: q̄ nō erat: ⁊ desinit esse: quod erat.

Grego.⁊ habet.ij.q.vij.Admonendi.

Admonēdi sunt subditi: ne plus q̄ expedit: sint subiecti. Ne quū studeant plus q̄ necesse est hominibus subdi: compellant̄ vitia eorū venerari.

¶Grego.lib.j.moralium.

Intuēdum vo est: q⁹ hostis noster tot nos iaculis percutit: q̄ tēptationibus affligit. Quotidie nāq; in acie stam⁹: quotidie tela tēptationū eius excipimus. Sed nos cōtra illū iacula mittimus: ⁊ cōfossi tribulationibus: humilia respondem⁹.

¶Grego.lib.xvij.moralium.

Quia origo virtutū in nobis est hūilitas. Illa vehementer pullulat: quę i radice propria. i. in charitate pduratur: a qua nimirū si abscinditur: arescit: q⁹ in vinificantes se in intimis humorem charitatis perdit. ¶Gregorius ibidem.

Qui humilitatē: quę est mater virtutū: nescit̄: ipsum sui perdūt labores. Et si quę bona sunt: q̄ agari videantur: quia surgentis fabricę robusta celsitudo nō figitur: quę nequaq̄ per fundamēti fortitudinem in petra solidatur. Soli igit̄ rui-ber ne crescit: qō ædificant: quia ante molē fabricę humilitatis fundamenta non procurant.

¶Gregorius lib.xviij.moralium.

Tanto quis sit vilior deo! quanto est pretiosior sibi. Tanto pretiosior est deo: quanto propter eum vilior est sibi.

¶Idem lib.xxiij.moralium.

Quattuor sunt qualitates quib⁹ in sti viri anima ⁊ in cōpunctione vehementer afficitur. Quū aut malorum suorū reminiscitur: cōsiderās vbi fuit. Aut iudiciorū dei sententiam metuens: ⁊ secum querens considerat: vbi erit. Aut quū mala vitæ presentis attendens solerter mœrens considerat: vbi est. Aut quum bona superne patrie contemplatur: quę quia necdum adipiscitur lugēs conspicit: vbi non est.

¶Gregorius lib.xxv.moralium.

Quanto quis min⁹ se videt: tāto min⁹ sibi displicet. Et quanto maioris gratię lumen percipit: tāto amplius reprehensibilem se esse cognoscit.

¶Grego.lib.xxvj.moralium.

Quū per tēptationē humilitas proficit: prospera est illa aduersitas: q̄ mentē ab elatione custodit.

¶Idem lib.xxxj.moralium.

Cordis sui oculū per elationis tenebras extinguit: qui quū recta agit: considerare meliorū merita negligit. At cōtra magno humilitatis radio sua opa illustrat: qui aliorū bona subtiliter pensat: quia dū ea quę ipse fœliciter facta foris ab alijs conspicit: eis qui de singularitate intus erūpere nititur superbię tumorem premit.

¶Grego.lib.xxxiij.moralium.

Hoc solū solet cē specificū electorū: q̄ de se semper sentiunt infra q̄ sunt. Qui eīm nondū se despicit humilē: dei sapientiam non apprehendit.

¶Gregorius homelia.vj.

Qui sine humilitate virtutes cōgregat: quasi in

ventū puluerē portat. ¶Greg.ī Registro.
Sic seruāda est virtus hūilitatis: vt nō soluātur iura regiminis. Ne dū prælat⁹ plus se ꝙ decet: deijcit: subditoꝝ vitā restringere sub disciplinę vinculo nō possit. Et sic seruāda est disciplinæ seueritas: ne dū plus ꝙ necesse est zelus accēditur. Mansuetudo funditus amittatur.

Ioannes chryso.
¶Ioan. Chryso. sup Matthæū homel. iij.
Velle esse sup oēs vituperabile est. Sustinere aūt alterū super se nimis gloriosum.

¶Ioā. Chrysostom⁹ in Polycraticio lib. iiij.
Quisquis gradus ꝓprię celsitudinis amat: hūilitatis cultū in morib⁹ diligentissime teneat. Nā qui ab hūilitatis opib⁹ recedit: a dignitatis fastigio tumoris pondere cadit.

¶Idem in tractatu de Symbolo.
Est primū hominis sapientiā affectantis contēplari. Quid ipe sit: quid ītra se: quid extra: quid supra: quid infra: qd cōtra: qd ante: qd postea sit. Hæc cōsideratio qudripertitū parit fructuz. vilitatem sui: charitatem proximi: contemptum mundi: amorem dei.

Isidorus
¶Isidorus in Sinonymis.
Esto paruus in oculis tuis: vt sis magnus ī oculis dei. Tanto em̄ eris apud deū præciosior: quāto fueris in oculis tuis despectior.

¶Isidorus de summo bono lib. iij.
Semper conscientia serui dei humilis debet eē et tristis: vt per humilitatem nō supbiat: ꝛ ꝑ vtilē mœrorem cor ad lasciuiā non dissoluat.

Bernar.
¶Bernardus epl'a ad Sororē.
Humilitas meretur: vt homo virtutes occupet. Quia humilibus deus dat gratiā. Seruet acceptas. Quia non requiescit spiritus sanctus: nisi super quietum: ꝛ humilem. Seruatas cōseruet. Nam virtus ī humilitate: ꝛ infirmitate perficit. Inimicum omnis gratię omnisqꝫ peccati initiū superbiam debellat.

¶Idem epl'a ad Eugenium.
Recta facere: ꝛ inutilē se reputare: apud paucos inuenitur. ¶Bernar. de cōsideratiōe lib. v.
Virtutū stabile fundamētū est hūilitas. Que si omittit: virtutū congregatio: nō nisi ruina est.

¶Bernardus super cant.
veritas
Nec humilitas preter veritatem laudabilis est.

¶Bernardus sup cant. sermone. xxxvij.
Scio neminē absqꝫ sui cognitiōe saluari: de qua nimirū mater salutis humilitas orit: ꝛ timor dñi. Qui ꝛ ipse sicut initiū sapiētiæ: ita ꝛ salutis est.

¶Bernar. sup cātica sermone. xlv.
Si quis innocētiā retinet: ꝛ nihilominus humilitatē iungit: nōne is tibi videtur geminū animæ possidere decorem. Rara auis in terris. Aut sanctitatem non perdere: aut humilitatem sanctimonia non excludi.

Leo.
¶Leo papa in sermone Ioānis baptistę.
Nos v̄o fratres quātū possum⁹ elaboremus: vt qđ supbia tumidum elatumqꝫ reddiderat: humilitate ꝛ mansuetudine complanetur.

¶Leo in sermone natiuitatis dñi.
imitari
Frustra appellamur Christiani: si imitatores nō fuerimus Christi: qui ideo viā se esse dixit: vt conuersatio magistri fieret forma discipuli. Et illā humilitatē eligat seruus: quaz secutus est dñs ei⁹: qui fuit Christus.

Hugo.
¶Hugo lib. j. de anima.
Melior es: si te ipsum cognoscas: ꝙ si te neglecto cursus siderū: vires hærbarū: cōplexiones hoīm: naturas aīaliū: cœlestiū oīum ꝛ terrestriū sciētiā haberes. Multi em̄ multa sciūt: ꝛ seipsos nesciūt: quū sūma philosophia sit cognitio sui.

¶Hugo de animæ claustro lib. iij.
edificii spūale.
In spūali ædificio fundamenti locus est in imo id est in hūilitate q̄ritur. In latitudine. i. in charitate disponit. In altitudine v̄o bonoꝝ operū paries erigit: ꝛ diuine ꝓtectionis tectū desup ponit. In lōgitudine aūt patiētię perficitur.

¶Ibidem.
Discite a me: q: mitis sum ꝛ humilis corde: ꝛ inuenietis requiē aīabus vestris. Ecce mel hūilitatis cū dulcedine mansuetudinis. Sicut em̄ mel concordat in cōfectionibus medicinę cū oīb⁹ diuersitatibus specierū. Sic ex humilitatis dulcedine condiuntur oīa genera virtutum.

Cassiodorus.
¶Cassiodorus sup illud psal'. Miserere mei domine: quoniam infirmus sum.
Magn⁹ ascēsus ad deū ē cognitio infirmitatis suę. ¶Cassiodo. sup illud. Humilia respicit.
Erubescāt elati: vbi credūt locū habere supbiā quū cœlū ꝛ terrā ab hūilitate videāt occupatā.

¶Cassiodorus super illud psal'. Humiliatus sum vsqꝫquaqꝫ.
Per hūilitatē mēbra Christi sciunt diaboli vicisse supbiam. Per hāc fideles supra regna proficiūt. Per hanc tyrānica supbia superat. Per hāc in æternū martyres coronant. Nec potest dici ꝑfectus: qui hac virtute est priuatus.

Basilius
¶Basilius in Hexamero.
Tria sunt q̄ radicata nutriunt humilitatē. s. assiduitas subiectionis: cōsideratio ꝓpę fragilitatis: ꝛ ꝯsideratio rei melioris.

Seneca.
¶Seneca in ꝓuerbijs.
Etiā obliuisci quid sis interdum expedit.
¶Ibidem.
Nisi æstimatis viribus aggrediaris sarcinā: sub iacebis. ¶Seneca Tragœdia. iij.
Quo fortuna alti⁹ euexit: ac eleuauit humanas opes hoc supprimere magis fœlicem decet.

Laerti⁹ diog.
¶Laerti⁹ diog. de vita ꝛ morib⁹ philosophoꝝ.
Chilonē īterrogauit Aesop⁹ poeta: qđ nā ageret Iuppiter? Respondit Chilo. Alta humiliat: hūilia v̄o exaltat.

Valeri⁹ maxi.
¶Valeri⁹ maxim⁹ lib. viij.
Nulla est tāta hūilitas: q̄ dulcedine glorię non tāgatur.

Frāciscus petrar.
¶Franciscus Petrarcha lib. de remedijs aduersę Fortunę.
Doleo. Nouerca superbissima est mihi. Respondeo. Et fœminę ꝓpriū supbia est: ꝛ nouercę est: si geminę causę vnū pariūt effectū: nō est quod stupeas est: quod feras: teqꝫ priuignū: ꝛ filium bonum probes. Nulla autez re: ꝙ humilitate melius vincitur superbia. Unde si impia: atqꝫ importuna est tibi nouerca: sis illi patiens ꝛ pius. Pietatem patri debes: patientiā fœminę: reuerentiā nouercę. Nā ꝛ si tibi iniuriosa est iniurias cōtemne. Muliebres em̄ iniurię contemptu magis meliusqꝫ: ꝙ vltione plectuntur.

¶Frā. petrar. li. de remedijs aduersę fortūę.
Quis tot ferat insolentias? Humilitas eo acceptior quo pluribus est obsessa supbijs.

Ouidi⁹.
¶Ouidius tristium lib. j. elegia. j.
Dum petit infirmis nimium sublimia pennis
Icarus: icareas nomine fecit aquas.

¶Ouidius tristiū lib. iij. elegia. j.
Usibus edocto si quicꝙ credis amico:
Uiue tibi: ꝛ longe nomina magna fuge.
Uiue tibi: quantūqꝫ potes prelustria vita.
Seuum prelustri fulmen ab arce venit.

¶Ouidius ibidem.
Effugit hybernas demissa antēna ꝓcellas:
Lataqꝫ plus paruis vela timoris habent.
Aspicis vt summa cortex leuis innatat vnda?
Quum graue nexa simul rhetia mergat onus.

¶Ouidius ibidem.
Qui cadit in plano: vix hoc tamen euenit ipsuz.
Sic cadit: vt tacta surgere possit humo.

¶Ouidius tristium lib. iij. elegia. j.
Quid fuit vt tutas agitaret dedalus alas?
Icarus immensas nomine signat aquas?
Nempe ꝙ hic alte: demissius ille volabat.
Nam pennas ambo non habuere suas
Crede mihi: bene qui latuit: bene vixit ꝛ intra
Fortunam debet quisquis manere suam.

¶Ouidius ibidem.
Tu quoqꝫ formida nimium sublimia semper
Propositiqꝫ precor contrahe vela tui.

Propertius.
¶Propertius lib. iij. elegia. iij.
Alter remus aquas: alter tibi radat harenas.
Tutus eris. Medio maxima turba mari est.

Franci. petrar.
¶Fran. petrarcha Soneto. iiij.
Quel chen finita ꝓuidentia ꝛ arte
Monstro vel suo mirabil magistero:
Chel creo questo ꝛ quellaltro hemispero:
Et mansueto piu Gioue che marte:
Uenendo in terra alluminar le charte
Chauean molti anni gia celato il vero
Tolsi Giouanni da la rete ꝛ piero
Et nel regno del ciel fece lor parte.
Di se nascendo a Roma non fe gratia.
A Giudea si Tanto sopra ogni stato
Humiltate exaltar sempre li piaque.

¶Frāciscus petrarcha Soneto. clxx.
A cader vn chi tropo sale.

De hac materia habes supra vbi. Contemptus ꝛ Homo: ꝛ infra vbi superbia.

Iactantia

IActantia græ. ἀλαζονεία. ἀσ. ἡ. et ἀλαζονος ὁ. iactator dr. Est autē iactantia inanis de se: ꝛ stulta predicatio. Uel sic. Iactātia ē per quā quis se extollit supra id quod in se est. Secundario autē supra id qđ de eo alij opinantur ſm. b. Tho. secunda scđe. q. cxij. arti. ij.
Iactatio est voluptas gestiens ꝛ ise efferens insolentius ſm Ciceronē lib. iiij. Tuscu. questio.
Iactator est qui plus eis que sunt sibi est fingēs aut scire quæ non scit ſm Aristotelē lib. magnorum moralium.
Iactare: vnde iactātia ꝛ iactator veniūt: proprie est frequenter iacere. Seneca. Dum lapillos iactaret in puteū. Aliquādo voluere. Uerg. Atqꝫ illum tales iactantē pectore curas. Nōnunꝙ pro fatigare: cōcutere: vexare: affligere. Uerg. Iactatos equore toto Troias reliqas danaū: atqꝫ immittis Achilli. Et licet Seruius dicat: hoc inter esse inter iactari ꝛ fatigari quod iactamur mari: fatigamur terris: vergiliano tamē exēplo satis apparet ridiculā esse hmōi differentiā: quum dicat Uerg. Terris iactatus ꝛ alto. A iacto fit iactura que significat damnū: quo afficiuntur naute: quum maxima laborātes tempestate merces in mare eijciūt: vt nauis minori pōdere premat. A iacto itē fit iactanter aduerbiū: hoc est cū iactantia: ꝛ iactabundus: hoc est gloriabundus: et inaniter se iactans.

Prouer.
¶Prouerb. cap. xxvij.
Laudet te alienus: ꝛ nō os tuū: extraneus: ꝛ nō labia tua.

Paulus.
¶Paulus ad corin. ij. cap. xj.
Quoniā multi gloriantur ſm carnē: ꝛ ego gloriabor. Libenter enim suffertis insipientes: quum sitis ipsi sapientes.

August.
¶Augustinus sermone dñi in monte.
Animaduertendum est nō solū rerū corporeaꝝ nitore atqꝫ pōpa: sed etiā in ipsis sordibus esse posse iactātiā: ꝛ eo periculosiorē: quo sub specie seruitutis dei decipit.

¶Augusti. lib. xij. de ciuitate dei.
Iactantia nō est vitiū laudis hūanæ: sed vitium animæ peruersę amantis humanā laudē: spreto testimonio conscientiæ.

¶Augu. lib. x. confessionum.
Qui laudari vult ab hominibus vituperante te: nō defenditur ab hominibus iudicante te: nō eripietur damnante te.

¶Augu. ibidem.
Uideo me nō laudibus meis propter me: sꝫ propter proximi vtilitatē moueri oportere: ꝛ vtruꝫ ita sit nescio.

Ambro.
¶Ambro. ꝛ habet. xxiiij. q. j. ca. imitare.
Sciamus neminē iactare se debere: nam si Petrus lapsus est: q: dixit: ꝛ si alij scandalizati fuerint in te: sed non ego: quis alius iure de se presumat? Deniqꝫ ꝛ dauid: quia dixerat. Ego dixi in abūdantia mea nō mouebor in æternū: eā sibi iactātiā obfuisse cōfitetur dicens. Auertisti faciē tuā a me: ꝛ factus sum conturbatus.

Grego.
¶Gregorius moraliū lib. xxvij.
Laus sua iustos cruciat: iniquos exaltat: sed iustos dum cruciat purgat: iniquos dum lætificat reprobos mōstrat. Isti em̄ laude sua pascuntur: q: auditoris sui gloriā querūt sua laude cruciāt: ne nō sit intus: quod foris dicit: ne si est etiā qđ dicitur: ante dei oculos ipsis fauoribus vacuentur: ne humana laus robur mētis extollat: emolliat eamqꝫ in sui delectatione prosternat.

Ioānes. chrysost.
¶Ioan chrysosto. sup Matthæum.
Si vis sublime ostēdere v̄tutis: noli sapere sublime: ꝛ tunc illud quod egeris esse monstrabis excelsius. Noli te putare quicꝙ fecisse: quum fe

ceris: & plenissime cuncta fecisti.

Isidor⁹. ¶ Isidorus de summo bono lib. iij.

Dum causa iactantiæ pauper pascitur: etiā ipm misericordiæ opus in peccatū conuertitur.

Boetius ¶ Boetius lib. j. de cōsolatione.

Minuit eñ quodāmodo se probātis cōscientiæ secretū: quotiens ostentando quis factū recipit famæ precium.

Aristo. ¶ Aristo. lib. iiij. æthicorum.

Iactator iustissime & maxime vituperandus est.

Macro. ¶ Macrobius lib. vij. Saturnalium.

Quid duces & milites: ꝙ fortiter a se facta dicturiant & nō tacent arrogātiæ metu. Nōne si vt hæc referāt inuitent: mercedē laboris sibi æstimant persolutā remunerationē putantes inter volentes narrare quę fecerant. Adeo aūt id genus narrationū habet quēdam gloriæ saporem: vt si inuidi vel æmuli forte præsentes sint: tales interrogationes obstrependo discutiant: & alias inferendo fabulas prohibeant illa narrari q̄ solent narranti laudem creare.

Valeri⁹ maxi. ¶ Valerius maxi. lib. ij.

Nihil est qđ magis minuat laudis pręconiū ꝙ suos assidue iactare successus: & singulis dieb⁹ annivēdere dic̄ vinū.

Cicero. ¶ Cicero lib. officiorū.

Deforme etiā est de seipso prędicare: falsa pserti⁹ cū irrisiōe audiētiū imitari militē gl'iosū.

Lucius apulei⁹. ¶ Lucius Apuleius de Magia lib. ij.

Neq₃ facundiæ ostentatio rudi & indocto: neq₃ gloriæ cupido rustico & barbaro: neq₃ inceptio patrociniorū seni cōgruit.

¶ Idem floridorū lib. iij.

Potest autē quiuis falso gloriari.

Iulius celsus. ¶ Iulius celsus de gestis Cæsaris lib. ix.

De suis homines laudibus libenter prędicant.

Plautus ¶ Plautus in Epidico.

Nam strenuiori deterior: si pdicat suas pugnas: de illius illæ sunt ore sordidæ. ¶ Idem.

Stult⁹ est q̄ facta infecta facere verbis postulat.

Ouidi⁹. ¶ Ouidius lib. j. artis amandi.

Hei mihi nō tutū est: quod ames: laudare sodali

Quum tibi laudanti credidit ille subit.

¶ Icon græca dictio est εἰκών. όνος. ἡ. dicitur: & latine imago dici pōt: & est ppositio probabilis. Quod enim ex pluribus sciunt sic factū: vel nō factū: aut esse: aut nō esse: hoc est Icon fm Aristo. lib. ij. priorum. hinc fit iconicus: quod significat ita pictū: vt ex ei⁹ mēbris similitudo expressa sit.

¶ Iconomia græce dictio est οἰκονομία. ας. ἡ. dispēsatio domestica: & οἰκονομέω guberno: & οἰκόνομος dispensator rei familiaris dicit. Hæc autem est prudentia rectiua multitudinis vni⁹ familie fm bea. Tho. secunda scdæ. q. xlviij. Cuius finis est vltimus totū bene viuere: fm domesticā conuersationē fm eundem.

¶ Ibidem. q. lj. arti. iij.

¶ Idea dicitur ἀπὸ τοῦ εἴδος quod est species & forma. Et est forma exemplaris: qua res fiūt: & cognoscunt: q̄ est in mēte artificis fm. b. Tho. prima parte. q. xv. Hinc Idolu₃ cū accentu in penultima: cuius diminutiuum est Idolium: similiter cū accētu in penultima: & idololatria: de quibus infra: & Idolothysia: hoc est immolatio: quæ fit simulacris. Ἰδιος. ου. ὁ. vo dicit propri⁹: a quo Idiotes: siue Idiota dicitur indoctus: & inutilis q̄si sibi tātūmodo: & nulli alij vtilis. Lucil. Quid ni: & tu idē illitteratū me atq₃ idiotā diceres.

¶ Idem græce ταὐτόν dicit. Venitq₃ ab is: & accipit pro is demū. Aliquādo pro etiā ponit. Cice. Et huic coniuncta beneficētia: quam eandem: vel benignitatem: vel liberalitatem appellare licet: id est quam etiam.

Idololatria græ. dictio est εἰδωλολατρεία. ας. ἡ. & εἴδωλον. ου. τό. simulacrū dicit. Et est cult⁹ deo debitus: creaturæ exhibit⁹. Et dicitur Idololatria ab εἴδωλον: & λατρεία cultus. Nam λατρεύω colo dicitur.

Idololatria est exhibere latriā: id est cultum dei creaturæ: fm. b. Tho. scda scdę. q. xciiij. arti. j.

Idololatra est idolorū cultor: licet cōsuetudo p errorē proferat Idolatra. A græcis eñ scribit εἰδωλολάτρης. ου. ὁ.

Idola sunt inanes imagines fm Cicero. li. j. de finib⁹ bonorum & malorum.

Genes. ¶ Genesis capi. xxv.

Iacob cōuocata omi domo sua ait: abijcite deos alienos: qui in medio vestri sunt: & mūdamini ac mundate vestimenta vestra. Surgite & ascēdam⁹ in Bethel: vt faciamus ibi altare domino: qui exaudiuit me in die tribulationis meę: & soci⁹ fuit itineris mei.

Exodi. ¶ Exodi capi. xx.

Locutusq₃ est dñs cūctos sermones hos. Ego sum dñs deus tuus: qui eduxi te de terra Aegypti domo seruitutis. Non habebis deos alienos coram me. Nō facies tibi sculptile: neq₃ omnem similitudinē: quę ē in cœlo desuper: & quę est in terra deorsum: neq₃ eorū q̄ sunt in aquis sub terra. Nō adorabis ea neq₃ coles. Ego eñ sum dñs deus tuus: fortis: zelotes: visitās iniquitatē patrum in filios: in tertiam: & quartam generationem eorum qui oderunt me: & faciens misericordiam in millia his qui diligunt me & custodiunt precepta mea. ¶ Ibidem.

Dixitq₃ preterea dñs ad Moysen. Hęc dices filijs israel: vos vidistis quid de cœlo locut⁹ sū vobis: non facietis deos argenteos: nec deos aureos facietis vobis. ¶ Exodi ca. xxiij.

Nō adorabis deos eorū: nec coles eos: nō facies opera eorum: sed destrues eos: & confringes statuas eorum. Seruietisq₃ domino deo vestro: vt benedicā panibus tuis: & aquis: & auferā infirmitatē de medio tui.

Leuitici ¶ Leuitici cap. xix.

Nolite cōuerti ad idola: nec deos conflatiles facietis vobis: ego dominus deus vester.

Sapien. ¶ Sapientiæ cap. xiij.

Infœlices autē sunt: & inter mortuos spes illorū est: qui appellauerūt deos opera manuū hominum: aurū & argentū artis inuentionē: & similitudines animaliū: aut lapidem inutilem opus manus antiquę. ¶ Ibidem.

Non erubescit loqui cum illo qui sine aīa est: & p sanitate quidē infirmum deprecatur: & p vita rogat mortuū: & in adiutorium inutilem inuocat: & pro itinere petit ab eo qui ambulare nō potest: & de acquirendo: & de operando: & de rerū omniū euentu petit ab eo qui in omnibus est inutilis.

¶ Sapientię cap. xiiij.

Iterum alius nauigare cogitās: & per feros fluctus iter facere incipiens ligno portāte se fragilius lignum inuocat: illud enim cupiditas acquirendi excogitauit: & artifex sapientia fabricauit sua. Tua autē pater prouidentia ab initio cūcta gubernat: quoniam dedisti in mari viam: & inter fluctus semitā firmissimā: ostendens quoniam potens es ex oībus sanare: etiā si sine rate aliq̄s adeat mare. ¶ Ibidem.

Per manus autem quod fit idolum maledictu₃ est: & ipsum: & qui fecit illud: quia ille quidē operatus est: illud autem quū esset fragile deus cognominatus est. Similiter autē odio sunt deo: impius & impietas eius. Etenim quod factum ē cum illo qui fecit tormenta patietur. Propter hoc & in idolis non erit nationum respect⁹: quoniam creaturæ dei in odium factę sunt: in tentationem animæ hominum: & in muscipulam pedibus insipiētium. Initium enim fornicatiōis est exquisitio idolorum: & adinuentio eoru₃ corruptio vitæ est. Neq₃ eni₃ erāt ab initio: neq₃ erūt in perpetuū. ¶ Ibidem.

Superuacuitas enim hominum hoc adinuenit in orbem terrarum: & ideo breuis illorū finis est inuentus. Acerbo eñ luctu dolens pater rapti sibi filij fecit imaginem: & illum: qui tūc quasi homo mortuus fuerat: nunc tanꝙ deū colere cœpit: & constituit inter seruos suos sacra & sacrificia: deinde interueniente tempore: conualescēte antiqua consuetudine: hic error tanꝙ lex custoditus est. ¶ Ibidem.

Infandorum enim idolorū cultura omnis mali causa est: & initium & finis. ¶ Sapientię. xv.

Malorum amatores digni sunt morte: qui spe₃ habent in talibus: & qui faciunt illos: & qui diligunt: & qui colunt. ¶ Ibidem.

Hic enim scit se super omnes delinquere: qui ex terrę materia fragilia vasa & sculptilia fingit. Oēs eñ insipientes: & infœlices sunt supra modum animæ suę: superbi inimici populi tui: & imperantes illi: quoniā omnia idola nationū deos æstimauerunt: quibus neq₃ oculorū visus ē ad videndū: neq₃ nares ad percipiendū spiritū: neq₃ aures ad audiēdū: neq₃ digiti manuū ad tractandum: sed & pedes eorū pigri ad ambulādū. Non eñ fecit illos: & q̄ spiritū mutuatus est finxit illos. Nemo eñ sibi similem hō poterit deu₃ fingere. Quū eñ sit mortalis mortuū fingit manibus iniquis. Melior eñ est ipse his quos coluit: qđ ipse quidē finxit: quū eēt mortalis: illi autem nūꝙ: sed & aīalia miserrimi colūt. Insensata eñ cōparata his illis sunt deteriora. S₃ nec aspectu aliq̄s ex his aīalibus bona pōt cōspicere. Effugerūt aūt dei laudem & benedictionem eius.

Ecclesiastici. ¶ Ecclesiastici cap. xxx.

Quid pderit libatio idolo: nec eñ manducabit nec odorabitur.

Esaias. ¶ Esaias cap. j.

Et conteret scelestos: & peccatores simul: & qui dereliquerunt dñm cōsumentur. Confundent eñ ab idolis quibus sacrificauerunt. ¶ Ibidē ca. ij.

Et repleta est terra eius idolis: opus manuum suarū adorauerūt quod fecerunt digiti eorum. Et incuruauit se homo: & humiliatus est vir.

¶ Ibidem cap. xlij.

Confundātur confusione: qui cōfidunt in sculptili: qui dicunt conflatiles vos dij nostri.

¶ Ibidem cap. xliiij.

Nunquid est deus absq₃ me: & formator: quē ego nō nouerim? Plastæ idoli oēs nihil sunt: & amantissima eorum nō proderūt eis. Ipsi sunt testes eorū: quia nō vident: neq₃ intelligunt: vt confundant. Quis formauit deū: & sculptile cōflauit ad nihil vtile: ecce oēs participes eius cōfundent. Fabri eñ sunt sex ex hoībus. Cōuenient: oēs stabunt: & pauebūt: & cōfundent simul.

Hiere. ¶ Hieremias cap. xxv.

Et nolite ire post deos alienos: vt seruiatis eis: adoretisq₃ eos: neq₃ me ad iracundiā prouocetis in operib⁹ manuū vestrarū: & nō affligā vos.

¶ Ibidem cap. xxxiiij.

Cōuertimini vnusquisq₃ a via sua pessima: & bona facite studia vestra: & nolite sequi deos alienos: neq₃ colatis eos: & habitabitis in terra quā dedi vobis: & patribus vestris.

¶ Ibidem cap. xliiij.

Propterea ꝙ sacrificaueritis idolis: & peccaueritis dño: & non audieritis vocem dñi: & in lege: & in pręceptis: & in testimonijs eius non ambulaueritis: iccirco euenerunt vobis mala.

Ezech. ¶ Ezechiel cap. xiiij.

Conuertimini & recedite ab idolis vestris: & ab vniuersis cōtaminationibus vestris auertite facies vestras. ¶ Ibidem cap. xx.

Vnusquisq₃ offensiones oculorum abijciat: & in idolis ægypti nolite pollui. ¶ Ibidem.

In præceptis patrū vestrorū nolite īcedere: nec iudicia eorū custodiatis: nec in idolis eorū polluamini.

Paulus ¶ Paulus ad Corin. primę ca. x.

Neq₃ idolatræ efficiamini: sicut quida₃ ex ipsis: quemadmodum scriptum est. Sedit populus manducare & bibere: & surrexerunt ludere.

¶ Ibidem.

Quę immolant gentes: demonijs immolant: & nō deo. Nolo autē vos socios fieri demoniorū. Non potestis calicem dñi bibere: & calicē demoniorū: non potestis mensæ dñi participes esse: & mensę demoniorū. ¶ Ibidem.

Si quis autē dixerit: hoc immolatū est idolis: nolite mādu care propter illū qui indicauit: & ppter conscientiā: cōscientiam autē dico nō tuam: sed alterius. ¶ Idem ad hebręos cap. x.

Impossibile est sanguine taurorum & hircorum auferri peccata.

Ioannes. ¶ Ioannes primę cap. v.

Filioli custodite vos a simulacris.

August. ¶ Augustinus lib. de natura demonū: & habetur. xxvj. q. iiij. cap. Sciendum.

Sciendum hanc esse naturam demonū vt aerei corporis sensu: terrenorū corporum sensum facile pręcedāt celeritatē: & propter aerei corporis superiorē nobilitatem: non solū cursus quarūlibet rerū: vt hoīm: vel ferarum: verū etiā volatus

alijs incopārabiliter vincat: quib⁹ duabus reb⁹ quantū ad aereum corpus attinet p̄editi: hoc ē acumine sensus: ⁊ celeritate mot⁹ multo ante cogitata nunciant: quę hoīes p̄o sensus terreni tarditate inirentur. accessit etiā dęmonibus pertam longum tēpus: quo eorū vita p̄otenditur: rerū longe maior experientia: q̄ potest hoībus ꝓpter brevitatem vitę p̄ouenire. Per has efficacias quas aerei corporis natura sortita est: non solū multa futura prædicunt dęmones: verumetiā multa faciūt: quę q̄m hoīes dicere non possunt aut facere: eos dignos quidam quibus seruiant: quibus honores diuinos deferāt arbitrantur: instigante maxime vitio curiositatis: propter amorem fœlicitatis falsæ atq; terrenę ⁊ excellentię temporalis.

¶Augustinus ad Publicolam: ⁊ habetur. xxvj. q. ij. ca. Si de area.

Si de area vel torcularī tollitur aliq̄d ad sacrificia dæmoniorum sciente Christiano: ideo peccat quia p̄mittit fieri. Ubi p̄ohibēdi potestas est: q̄ si factū nō comperit aut p̄ohibendi potestatem non habet: vtitur mundis reliquis fructibus: vnde illa sublata sunt.

¶Augustinus de bono coniugali: ⁊ habetur. xxxij. q. iiij. cap. Sicut.

Satius est fame mori: q̄ idolaticis vesci.

Hiero. ¶Hieronymus: ⁊ habetur. xxvj. q. ij. ca. Sed ⁊ illud.

Est ⁊ illud opprobriū Ægypti: q̄ si neglexeris etiā post iordanis transitum: ⁊ post baptismi secundā circumcisionem vetustę cōsuetudinis iniustione suggeritur obseruare auguria: requirere stellarū cursus: ⁊ euentus ex his futurorū rimari: cæteriq; huiusmodi superstitionibus implicare. Idolatrię nāq; magister est Ægyptus: ex qua certū est opprobria huiusmodi pullulare: q̄ si transito Jordane susceperis ⁊ his te laqueis rursus illigaueris: tecum sine dubio opprobria Ægypti trahis. ¶Hieron. ad Damasum. Optandus est oīs sermo ad destructionē idolatrię. ¶Hieronymus ad Riparium.

Acceptis primū litteris tuis non respondere superbiæ est: incaute id facere temeritatis. De his enim rebus interrogas: quę ⁊ proferre: ⁊ audire sacrilegum est. Alis vigilantium qui κατὰ ἀντίφρασιν: hoc vocatur nomine: nam dormitantius rectius diceretur. Os fœtidum rursus aperire: ⁊ putorem spurcissimū contra sanctorū martyrum, pferre reliquias: ⁊ nos qui eas, suscipimus appellare cinerarios: ⁊ idolatras: q̄ mortuorum hominum ossa veneremur. O infœlicez hominem: ⁊ omni lachrymarū fonte plangendū qui hęc dicens nō se intelligit esse samaritanus ⁊ Judæū: qui corpora mortuorū pro immundis habent: ⁊ etiā vasa quę in eadem domo fuerint polluī suspicant: sequētes occidentē litteram: ⁊ non viuificantē spiritū. Nos autez nō dico martyrum reliquias: sed ne quidē solem ⁊ lunā: non angelos: non archāgelos: nō cherubin: non seraphin: ⁊ omne nomē q̄d nominatur: ⁊ in præsenti seculo: ⁊ in futuro colimus ⁊ adoramus: ne seruiamus creaturę potius q̄m creatori: q̄ est benedictus in sęcula. Honoramus autem reliquias martyrum vt eum cuius sunt martyres adoremus. Honoramus seruos vt honor seruorū redundet ad dominū: qui ait. Qui vos suscipit: me suscipit. Ergo Petri ⁊ Pauli immundæ sunt reliquię? Ergo Moysi corpusculū immundū erit: q̄ iuxta hebraicam veritatem ab ipso sepultus est dō: ⁊ quotiēscūq; apostolorum ⁊ prophetarum: ⁊ omnium martyrum basilicas ingredimur totiens idolorum templa veneramur? accēdimus ante tumulos eorū cerei idolatrię insignia sunt? Plus aliquid dicam quod redundet in authoris caput: et insanū cerebrum: vel sanet aliquādo: vel deleat: ne tantis sacrilegijs animæ subuertantur. Ergo ⁊ domini corpus in sepulchro positum immundū fuit? Et angeli: qui candidis vestibus vtebant mortuo cadaueri: atq; polluto præbebant excubias: vt post multa secula dormitātius somniaret: immo eructaret immūdissimā crapulā: ⁊ cū Juliano p̄secutore sanctorū basilicas: aut destrueret: aut ī tēpla cōuerteret. ¶Greg. ⁊ habeē. xxxij. q. iiij. ca. Salomō. Salomon quippe immoderato vsu atq; assiduitate mulierum ad hoc vsq; perductus est: vt tēplum idolis fabricaret: ⁊ qui prius templum cōstruxerat deo: assiduitate libidinis: ⁊ perfidiæ subtractus idolis tēpla cōstruere nō timuit. Greg. in regu

¶Lactantius Firmianus lib. j. ca. iij. Lactan. de diuina

Nemo est qui deum sapiat rationēq; secum putet: qui non vnum esse intelligat: qui ⁊ cōdiderit omnia: ⁊ eadem quæ condidit virtute moderet. Quid enim multis opus est: ad mundi regimē sustinendū: nisi forte arbitrenē si plures sint: minus habere singulos neruorum: atq; virium. Quod quidem faciunt ij qui esse multos volūt: quia necesse est imbecilles esse: siquidem singuli sine auxilio reliquorū tantę molis gubernaculum sustinere nō possent. Deus autē qui ē æterna mens ex omni vtiq; parte perfectę consummateq; virtutis est. Quod si verum est vnus sit necesse est. Potestas enim vel virtus absoluta retinet suam propriam firmitatem. Id autem solidum existimandum est: cui nihil decedere: id p fectum cui nihil possit accedere. Quis dubitet cōtentissimum esse regem: qui totius orbis habet imperiū. Neq; immerito: quū illius sint: quę vbiq; sunt omnia: quū ad eū solum omnes vndiq; copię cōgregentur. At si plures partiāt orbē min⁹ certe opū: min⁹ viriū singuli habebūt: quū itra pscriptā portionē se quisq; cōtineat. Eodē etiā modo: si dij plures sint: minus valebūt alijs tantundem in se habentibus. Virtutis autē pfecta natura magis in eo potest esse in quo totum est: q̄ in eo in quo pars exigua de toto est Deus vero si pfectus est q; pfectus est (vt eē debet) nō potest esse nisi vnus vt in eo sint oīa. Deorum igitur virtutes ac potestates inferiores sint necesse est: q; tantū singulis deerit: quantū in cęteris fuerit. Ita quāto plures tāto minores erūt.

¶Lactantius Firmianus libro primo ca. xv. diuinarum institutionum.

Quum constet Saturnum; Jouē cæteros q; deos homines fuisse: non tamen est obscurum: qua ratione dęmonum: ⁊ quibus artibus vsi sint: vt se colendos hominibus tradiderint. Ob hanc vanitatez Sybilla sic eos increpat.

ἑλλάσ τὶ Δήμπεποιθας ἐπὶ ψευδράσ ἢ γεμόνασ
πρόσι Δελλώρα ματαιὰς καταφθιμένοισ
ἀματίθνοσ.
θυεὶσ ἐι Δώλοισ τισ σοι ἐμμῶ πλάνην
ἐμέβαλεμ.
ὅτε σέ τὰ λὲ ποιεῖμ μεγάλου θεοῖο προσώπου
ἀπὸ λελειμμένον. hoc est

Græcia quid confidis in viros principes? ad quid dona inania mortuis ponis? immolas idolis? Quis tibi in mentē dolorē imposuit vt hęc pficias magni dei ore relicto.

¶Idē lib. j. cap. xvj. diuinarū institutionū.

Atistī qui deos asserunt: videant quomodo respondeant huic argumento: q̄ inferemus. Si duo sunt sexus: deorum sequitur concubitus: si coeunt: ⁊ domos habeāt necesse est: Nec eniz carent virtute ac pudore: vt promiscue aut in ppatulo faciant: sicut multa videmus facere alia. Si domos habent: cōsequēs est: vt ⁊ vibes habeant: ⁊ quidē authore Nasone qui ait. Plebs habitat diuersa locis: a fronte potentes Cælicolę clariq; suos posuere penates. Si habent vibes ⁊ agros igitur habebunt. Jā quis non videt quę sequātur: arare illos ⁊ colere: q̄ quidē victus causa fit: ergo mortales sunt: q̄ argumentū retrouersum idē valet. Si em agros nō habēt: neq; vibes quidē. Si vibes nō habēt: ne domos q̄dē. Si domibus carent: ergo ⁊ cōcubitu. Si cōcubitus ab his abest: ⁊ sexus fœmineus. Jn dijs aūt videmus ⁊ fœminas eē: ergo dij nō sunt. Dissoluat hoc argumentū: si quis pōt. Ita enim res rē sequitur: vt hæc vltima necesse sit confiteri. Sed ne quidē illud dissoluet aliquis. Ex duobus sexibus alter fortior est: alter infirmior. Robustiores em mares sunt: fœminę imbecilliores. Jmbecillitas autem nō cadit in deum: ergo nec fœmineus sexus. Huic additur simplioris argumēti cōclusio: vt dij non sint: q̄m in dijs ⁊ fœminæ sunt.

¶Idem capitulo. xxj.

Merito igitur quum hęc a viris non imperitis ac rudibus fiant. Lucretius exclamat.

O stultas hominum mentes: o pectora cæca:
Qualibus in tenebris vitæ: quantisq; periclis
Degitur hoc æui quodcunq; est. Quis ludibria
nō derideat? qui habet aliquid sanitatis? Quū
videat hoīes velut mēte captos ea serio facere:
quę si quis faciat in lusu nimis lasciuus: ⁊ ineptus eē videatur. ¶Idem lib. j. ca. xxij.

Harū vanitatū apud Romanos author: ⁊ constitutor: Sabinus ille rex: q̄ maxime aīos hominū rudes atq; ĩperitos nouis superstitionib⁹ implicauit: q̄ vt faceret aliq̄ cū authoritate: simulauit cū dea Ægeria nocturnos se habere cōgressus. ¶Jmmo. de vilitate cōditionis humanę. Auaritia secūdum apostolum est idolorū seruitus: quia sicut idololatra seruit simulacro: sic auarus seruit thesauro. Nam ille cultum idolatrię diligenter ampliat: ⁊ iste cumulū pecuniæ libenter augmentat. Ille cum omni diligētia colit simulacrū: ⁊ iste cū omni cura custodit thesaurum. Ille spem ponit in idolatria: ⁊ iste spem cōstituit in pecunia. Ille timet mutilare simulacrum: ⁊ iste timet minuere thesaurum. Innocentius.

¶Franciscus Petrarcha libro de vita Solitaria primo cap. vj. Franciscus petrarcha.

Inuentores artium quarundā post mortē diuinitatis honore cultos audiuim⁹: grate quidē potius: q̄ pie. Nulla est enim pietas hominis: qua deus offenditur: sed erga memoriā de humano genere bene meritorū incōsulta gratitudo mortalium humanis honoribus nō cōtenta: vsq; ad sacrilegas p̄cessit ineptias. Hinc Apollinem Lythara: hinc eundem ipsum atq; Æsculapiū medicina: Saturnū Liberumq; ⁊ Cererē agricultura: Vulcanū fabrica deos facit. Hinc Ægyptij Osyrim: Athenæ docta vibs Minervā coluere: q̄ ille lini: hęc olei vsum: artemq; lanificij reperisse fertur. Longum est singula prosequi: q̄ apud veteres huiuscemodi vanitatum nullus est modus: quas palā dānare nō ausus ille poetarū maxim⁹: atq; cautissimus: vt qui vero paratū forte supplicij verebat: latēter vtiq; nec minus elegāter irridere nō metuit: q̄ quidem animas eorū immentas: qui vitā excoluere p̄clare: quorū nomina vulgus mendax: ⁊ omniū fons errorū in cœlum: cœli dño indignante locauerat: apud inferos ponit. Nominatim insup ipsius medicinæ repertorē: oīpotentis dei fulmine detractum ad stygias vndas canit. Verū hæc questio

inter eos maneat. Apud nos em̄ nulla ē de his questio. Nec vero mirari vnq̄ satis possum viros in cæteris omnibus tam perfectos in solis superstitionibus tā deliros: τ quasi velocissimos cursores euntes in diuersum: τ ante oculos metam positam nō videntes: vt quorum pernicitatem miror: miserear cæcitatem. Sane vt talium rerū primis authoribus honor aliquis debetur: quez deberi magnum: modo humanum modestumqz sit: nō inficior. ¶Sedulius.

Heu miseri qui vana colunt: qui corde sinistro
Relligiosa sibi sculpunt simulacra: suumqz
Factorem fugiunt: τ quæ fecere verentur.
Quis furor est? quæ tanta aīos demētia ludit?
Ut volucrem: turpēqz bouē: tortūqz draconem
Semihominēqz canē: supplex hō pnus adoret.
Ast alij solem cæcatis mentibus acti
Affirmāt rerum esse patrem: quia rite videtur
Clara serenatis infundere lumina terris:
Et totum lustrare polum: quum cōstet ab istis
Montibus: instabilē rapidis de cursibus ignē:
Officium non esse dei.

Ieiuniū gre. νηστεία. ... τ νῆστις ... ieiunus: τ νηστεύω ieiuno dicitur. Ieiuniū corporale est abstinentia a cibo: τ potu intuitu satisfaciēdi: vel vitādi peccatū: vel acquirendi vitā æternā: secundū theologos. iiij. sen. di. xv.

Ieiunium est abstinentia a cibis secundum ordinationem ecclesiæ secundum Gofredum in Summa. τ Panor. super rubricā extra eodem. ¶Esdræ primi. c. viij.

Esdræ. Prædicaui ibi ieiunium iuxta flumen hana: vt affligeremur coram domino deo nostro: τ peteremus ab eo viam rectam nobis: τ filijs nostris vniuersęqz substantiæ nostræ. ¶Ibidem.

Ieiunauimus autem: τ rogauimus deū nostrū pro hoc: τ euenit nobis prospere.

Thobiæ. ¶Thobiæ. c. xij.

Bona est oratio cum ieiunio: τ eleemosyna magis q̄ thesauros auri recōdere: quoniā eleemosyna a morte liberat: τ ipsa est quæ purgat peccata: τ facit inuenire vitam æternam.

Judith ¶Judith cap. iiij.

Scitote quoniā dominus exaudiet preces vestras: si manentes permanseritis in ieiunijs: et orationibus in conspectu domini.

David ¶David psalmo. xxxiiij.

Humiliabā in ieiunio animā meā: τ oratio mea in sinu meo conuertetur.

Johel. ¶Johel cap. ij.

Conuertimini ad me in toto corde vestro: in ieiunio planctu: τ fletu.

Esaias. ¶Esaias. c. lviij.

Nonne hoc est maius ieiuniū quod elegi? Dissolue colligationes impietatis: solue fasciculos deprimentes. Dimitte eos qui confracti sunt liberos: τ omne onus dirumpe. Frange esurienti panē tuū: τ egenos vagosqz induc in domū tuā. Cū videris nudū operi eum: τ carnē tuam ne despexeris. ¶Ecclesiastici. cap. xxxiiij.

Ecclesiastici. Qui baptizatur a mortuo: τ iterum tangit mortuum: quid proficit lauatio illius? Sic homo q̄ ieiunat in peccatis suis: τ iterū eadem faciens: quid proficit humiliādo se: orationē illius quis exaudiet? ¶Mattheus. c. v.

Matth. Beati q̄ nūc esuritis: qm̄ saturabimini. ¶Idē. c. vj.

Cū aūt ieiunatis: nolite fieri sicut hypocritæ tristes: extermināt em̄ facies suas vt appareāt hominibus ieiunantes. Amen dico vobis: quia receperūt mercedem suā. Tu aūt cū ieiunas: vnge caput tuū: τ faciē tuā laua: ne videaris hoibus ieiunans: sed patri tuo: q̄ est in abscōso: τ pr tuus q̄ est ī abscōso reddet tibi. ¶Marci. c. ix.

Marci. Hoc genus demoniorū in nullo pōt exire: nisi in oratione: τ ieiunio. ¶Augustinus sup Ioānē: τ habeť in decretis de con. di. v. c. Ieiuniū.

August. Ieiuniū aūt magnū τ generale est abstinere ab iniquitatib⁹: τ ab illicitis voluptatib⁹ seculi. Vide in Abstinētia. ¶Augustinus ad ianuariū: τ habetur in decretis distinctione. xij. c. Illa aūt.

Alia vero quæ p loca terrarū regionesqz variātur: sicut est quod alij ieiunāt Sabbatū: alij nō: alij vero cōmunicāt quotidie corpori τ sanguini domini: alij certis dieb⁹ accipiūt: τ si q̄d aliud huiusmodi animaduerti potest: totū hoc genus rerum liberas habet obseruationes: quod enim neqz contra fidem catholicā: neqz cōtra bonos mores eē conuincit: indifferenter est habendū: τ pro eorum: inter quos viuitur societate seruandum est. ¶Ibidem.

Mater mea Mediolanū me secuta inuenit ecclesiā sabbato nō ieiunantē: cœperat fluctuare q̄d ageret: tunc ego cōsului de hac re beatissimę memorię Ambrosiū epm. At ille ait. Cū romā venio sabbatū ieiuno: cū Mediolani sum: non ieiuno. Sic τ tu ad quācūqz ecclesiā forte veneris: eius morē serua: si cuiq̄ nō vis esse scandalum: nec quēq̄ tibi. Hoc cū matri renunciarē libenter amplexa ē. ¶Aug. ī sermōe de Ieiunio.

Ieiuniū purgat mentē: subleuat sensum: carnē spiritui subijcit: cor facit contritū: τ humiliatū: concupiscentiæ nebulas dispergit: libidinū ardores extinguit. Castitatis vero lumē accēdit. ¶Augustinus ibidē.

Ieiuniū verbositatē nō amat: diuitias superfluitatē iudicat: superbiā spernit: humilitatē cōmendat. Prestat hoī seipsum intelligere: qđ est infirmum: τ fragilē. ¶Aug. lib. de Spiritu τ Aia.

Si volum⁹ deo placita exhibere ieiunia: simus in oratione continui: in iudicijs iusti: in amicitia fideles: in iniurijs patiētes: in cōtentionibus tēperati: turpiloquia fugientes: aduersus iniq̄ cōstantes: in cōuiuijs cōtinentes: in charitate simplices: inter subdolos cauti: condolentes tristibus: cōtumacibus resistētes in suspitionib⁹ parci: īter maliloquos taciti: īter hūiles coæquales ¶Hie. τ habeť ī decretis de cō. di. v. Nō dico.

Sint tibi quotidiana ieiunia: τ refectio satietatē fugiens: nihil enim prodest tibi biduo vel triduo transmisso vacuū portare ventrē: si post pariter obstruať. ¶Hieronymus ibidem.

Hiero. Sint tibi ieiunia pura: cōtinua moderataqz id ē quotidie esurire: τ quotidie prandere. Apostolus inquit: Noli adhuc aquam bibere: sed modico vtere vino ppter īfirmitates tuas: curat em̄

vulnera deliquētis: curatosqz sctificat ieiuniū. ¶Hieronymus in epla ad Demetriaden: τ habetur de con. di. v. Abstinentia.

Sic debes ieiunare: vt non palpites: τ respirare vix possis: τ comitum tuarū: vel porteris: vel traharis manibus: sed vt fracto corporis appetitu: nec in lectione: nec in psalmis: nec in vigilijs solito quid minus facias.

¶Hieronymus ad Demetriaden.

Ieiunium non solum perfecta virtus: sed cæterarū virtutum fundamentū est: τ sanctificatio: et pudicitia: atqz prudētia: sine qua nemo videbit deum. ¶Hieronymus super Marcum.

Non sanat oculū qđ calcaneo adhibeť. Ieiunio passiones corporis: oratione pestes sanādę sūt mentis. ¶Hieronymus ad Nepotianum.

Tantum tibi ieiuniorum impone modū: quantū ferre potes. Sint tibi: pura: simplicia: casta: moderata ieiunia: τ nō superstitiosa. Quid prodest oleo non vesci: τ molestias quasdam: τ difficultates ciborū querere? ¶Idem ad Cancel.

Ardentes diaboli sagittę ieiuniorū et vigiliarū frigore restringendæ sunt.

¶Hieronymus in epistola.

Sint moderata τ sancta in omni mentis humilitate ieiunia: quę ita attenuent corpus non mentem eleuent: ne res humilitatis signat superbiam: τ vitia de virtute nascantur.

¶Hieronymus. c. ij. contra Iouinianum.

Quale est illud ieiuniū? aut qualis refectio post ieiuniū? cū preclaris epulis distēdimur: τ guttur nostrum mediator efficitur lachrymarum.

Ambro. ¶Ambrosius in sermone de ieiunio: τ habetur dist. xxxv. sexto.

Eousqz nemo præuaricari nouerat: quū adhuc orta non esset: quę prima est præuaricatio: indictum est ieiunium abstinētiæ: lex a dn̄o deo: præuaricatio legis a diabolo: culpa per cibum: latebra post cibum: cognitio infirmitatis in cibo. Firmitatis virtus in ieiunio. Serpens suasit gulæ: dominus ieiunare decreuit: itaqz gula a paradiso regnantem expulit. Abstinentia ad paradisum reuocauit errantem.

¶Ambrosius de Helia τ Ieiunio.

Ieiunium mors culpę: excidium delictorum: remedium salutis: radix gratię: fundamentum est castitatis. Hoc gradu ad deum citius peruenit: hoc gradu anteq̄ curru Helias ascendit.

¶Ambrosius psalmo. xx. τ habetur de con. dist. v. Contraria.

Contraria diuinę conditioni præcepta medicinę sunt: quę a ieiunio reuocāt: lucubrare non sinunt: ab oī intentione meditationis abducūt: ita qui se medicinis dederit: seipsum sibi abnegat.

¶Ambrosius in libro Sermonū: τ habeť distin. iiij. Quadragesima.

Quadragesima sex septimanas habet: cui addidit Telesphorus Pōtifex septimā hebdomadā: et vocatū est hoc tempus quadragesima.

¶Ambrosius in sermone quadragesimę.

Fames amica virginitati est: īimica lasciuię. Saturitas vo prodigit castitatem: nutrit illecebrā.

¶Ambrosius ibidem.

Ille quadragesimā facit: qui ieiunando: τ vigilādo ascendit ad pascha. Nam sicut reliquo anno ieiunare præmium est: ita in quadragesima non ieiunare peccatum est. Illa enim voluntaria sūt ieiunia: τ ista necessaria. Illa de arbitrio veniūt: ista de lege. Ad illa inuitamur: ad ista compellimur. ¶Ambrosius ibidem.

Qui constitutum numerum vna die manducando præterit: non vt vnius diei violator accusatur: sed vt totius quadragesimæ transgressor arguitur.

¶Ambrosius ī Homelia de quadragesima: et habetur di. xxxvj. Quid prodest.

Quid prodest ieiunare visceribus? τ luxuriari venationib⁹. Abstinere a cibis: τ errare pctis? An putatis illū ieiunare fratres? qui pmo diluculo nō ad ecclesiam vigilat: nō beatorū martyrum sancta loca pquirit: sed surgens congregat seruulos: disponit rhætia: canes pducit: salt⁹ siluasqz perlustrat: seruos inquā secum protrahit fortasse magis ad ecclesiā festinantes. Voluptatib⁹ suis peccata accumulat aliena: nesciēs reū se futurū: tam de suo delicto: q̄ de pditione seruorum. ¶Gregorius Augustino Anglorū episcopo: τ habetur di. iiij. Deniqz. Grego.

Deniqz sacerdotes: et diaconi: τ reliqui oēs q̄s dignitas ecclesiastici gradus exornat: a quinquagesima propositū suscipiant ieiunandi: quo τ aliquid ad pensum sancte institutionis adijciāt: et eorū qui in laicali ordine cōsistūt: obseruantiā sicut loco ita τ religione pcellāt. De ipsa vo die dominica hæsitamus: quid nā dicendū sit quum oēs laici τ sæculares illa die plus solito cæteris dieb⁹ accurati⁹ cibos carniū appetāt: τ nisi noua quadā auiditate vsqz ad medias noctes se ingurgitent: nō aliter se hui⁹ sacrosctī tpis obseruationem suscipere putant: qđ vtiqz non rationi sed voluptati: imo cuidā mentis cæcitati ascribendum est: vnde nec a tali cōsuetudine auerti possunt: τ ideo cū venia suo ingenio relinquēdi sunt: ne forte peiores existāt: si a tali cōsuetudine phibeantur. Ut em̄ ait Salomon. Qui multū emūgit elicit sanguinē. τ post pauca. Par aūt est vt nos q̄ his diebus a carnib⁹ aīaliū abstinemus: ab oībus quoqz quę semētinā trahūt originē carnis ieiunem⁹: a lacte videlz: a caseo τ ouis.

¶Grego. in homelia: τ hr̄ de con. di. v.

Quadragesima summa obseruatiōe est obseruāda: vt ieiuniū in ea præter dies dn̄icos: q̄ de abstinētia substracti sunt: nisi quē infirmitas impedierit: nullatenus soluať: q: ipsi dies decimę sūt anni. ¶Gregorius in Pastorali.

Non deo: sed sibi ieiunat: qui quę vētri ad temp⁹ subtrahit: non inopibus tribuit: sed ventri postmodum offerenda custodit.

¶Joannes Chrysostomus sup Matthæū. Joannes chryso.

Qui peccat: τ ieiunat: non ad gloriā dei ieiunat: nec se humiliat: sed suę substantię parcit.

¶Bernardus sermone. xxxviij. Benar.

Si sola gula peccauit sola ieiunet et sufficit. Si vo peccauerunt τ membra cætera: cur nō ieiunēt τ ipa? Ieiunet igiť oculus: τ a curiosis aspectib⁹: τ oī petulātia: vt bn̄ humiliatus coerceať

in pœnitentiã:qui male libervagabatur ĩ culpa. Ieiunet auris nequiter pruriens a fabulis:⁊ rumorib⁹:⁊ quæcũqꝫ ociosa sunt:⁊ ad salutem minime ꝑtinentia. Ieiunet lingua a detractione:et murmuratione:ab inutilibus:⁊ variis:atqꝫ scurrilibus verbis. Interdũ quoqꝫ ob grauitatem silentii ab ipsis quę videri poterãt necessaria. Ieiunẽt manus ab ociosis signis:⁊ ab operibus oĩbus:quæcũqꝫ non sunt imperata. Sed ⁊ multo magis anima ipsa ieiunet a vitiis:⁊ a propria voluntate sua. Etenĩ sine ieiunio hoc cetera a dño reprobantur sicut scriptũ est. Quia in dieb⁹ ieiuniorũ vestrorum volũtates vestrę inueniuntur.

¶ Ibidem.

Bonum ⁊ salutare ieiuniũ quo redimuntur æterna supplicia:dũ remittuntur pctã. Nõ solum autem ablutio est peccatorũ:sed etiã extirpatio vitiorũ:nõ solum obtinet veniã:sed ⁊ meretur gratiam. Non solum delet peccata prẹterita quę cõmisimus:sed etiã repellit futura:quę committere poteramus. ¶ Ibidem.

Ieiunium:orationẽ:deuotionẽ:⁊ fiduciã donat. Oratio virtutẽ impetrat ieiunãdi:⁊ ieiuniũ meretur grãm orãdi. Ieiuniũ orationẽ roborat: oratio sctificat ieiuniũ:⁊ repsentat dño. ¶ Ibidẽ. Oratio iusti (vt ait scriptura) penetrat cœlos. Sint ergo ieiunio nostro:vt facile cęlos penetrãt alę duę:orationis.s. atqꝫ iustitię. Non est magnum si ieiunat cum Christo:qui sessurus est ad mensam patris cum Christo.

¶ Leo papa de ieiunio septimi mẽsis

Non culpatur infirmus ieiuniũ soluẽs:a quo cibos accipit pauper esuriẽs:nec escam sumendo polluitur,q̃ eleemosyna in percipiẽdo mũdatur.

¶ Ibidem.

Non in sola abstinẽtia cibi stat nostri summa ieiunii. Haud fructuose corpori esca subtrahit nisi mens ab iniquitate reuocet. Et ab obtrectationibus lingua cohibeatur.

¶ Leo papa in sermone de aduẽtu.

Paternitatis affectu dilectionẽ vestram admonem⁹:vt ieiuniũ fructuosum vobis eleemosynarũ largitate faciatis:gaudẽtes:ꝙ per vos dñs pauperes suos pascit:ac vestit:q̃b⁹ vtiqꝫ posset eas:quas vobis ꝯtulit:tribuere facultates. Vbi pro ineffabili misericordia sua:⁊ illos iustificaret de patiẽtia laboris:⁊ vos de ope charitatis.

¶ Leo papa in sermone primę dñicę.xl.

Quid enim potest esse efficacius ieiunio? cui⁹ obseruãtia appropinquam⁹ deo:⁊ resistẽtes diabolo vitia blanda superam⁹. Semp enĩ virtuti cibus ieiuniũ fuit. De abstinẽtia deniqꝫ ꝓcedunt castę cogitatiões:rationabiles voluntates:salubriora solatia:⁊ per voluntarias afflictiones caro concupiscẽtiis moritur:virtutibus spũs innouatur. Sed q: non solo ieiunio animarũ nostrarũ salus acquiritur:ieiuniũ nostrum misericordiis pauperũ suppleamus. Impendam⁹ virtuti quod subtrahim⁹ voluptati. Fiat refectio pauperis abstinẽtia ieiunãtis. Studeamus viduarũ defensioni:pupillorũ vtilitati:lugentiũ consolationi:dissidentiũ paci. Suscipiatur peregrinus: adiuuet oppressus:vestiat nudus:foueat ægrotus:vt quicũqꝫ vestrũm de iustis laboribus authori bonorum omnium deo sacrificium huius pietatis obtulerit:ab eodem regni celestis præmium percipere mereatur.

¶ Origenes sup leuitico Homelia.x.

Vis tibi vt ostẽdã quale te oportet ieiunare ieiuniũ? Ieiuna ab omni pctõ:nullũ cibũ sumas malitię:nullas epulas voluptatis:nullo vino luxurię cõcalescas. Ieiuna a prauitatib⁹: abstine a malis actibus:cõtine a malis sermonib⁹:immo a cogitationibus pessĩmis. Noli ꝯtingere panes furtiuos peruersę doctrinę. Nõ concupisces fallaces philosophię cibos:qui te authoritate seducant. Tale ieiuniũ deo placet.

¶ Cæsarius in admonitione secũda.

Aliis diebus ieiunare:aut remediũ:aut premiũ est:ĩ quadragesima vo nõ ieiunare:peccatũ est. Alio tpe qui ieiunat accipiet indulgentiã:in his diebus qui potest:⁊ non ieiunat:sentiet pœnã.

¶ Cæsarius ibidem.

Tale ieiuniũ sine eleemosyna est:quale sine oleo lucerna. ¶ Fulgẽtius ad Probam.

Ieiuniis sic est adhibẽda tẽperies:vt corp⁹ nec saturitas excitet:nec inedia ĩmoderata debilitet. ¶ Maxim⁹ epũs in natali dñi.

Ieiuniũ Christiani egentis debet esse refectio: ieiunium pacem debet nutrire:non iurgia. Quale illud est:aut ꝙ nõ vesceris carnibus:⁊ de ore tuo omni esca sordidius egreditur maledictum? Quale est illud ꝙ sanctificatur venter ieiunio:⁊ polluitur lingua mendacio?

¶ Ientaculum græce ἀκρατισμός.οῦ.ὁ.⁊ ἀκρατίζω iento dicit. Est autẽ ientaculũ cibus:qui sumi solet anteꝙ homĩes opera aggrediantur: qd quidã prandiolũ:siue prandiculũ: q̃si paruũ prãdium dicũt:venitqꝫ ab Iento tas verbo:qd a ieiuno descendit:quod tum maxime corpora ieiuna sunt. ¶ Martialis.

Surgite:iam vendit pueris ientacula pistor.

Differt a Comesatione:prãdio:merẽda:⁊ cœna: q: ientaculũ est cibus ante prandium sicuti merenda ante cœnam:comesatio vo post cœnam. De hoc vide supra in Comesatio.

¶ Iesus græca dictio Ἰησοῦς.οῦ.ὁ. qui fuit humani generis saluator:q̃ ⁊ Christ⁹ Χριστός.οῦ.ὁ. Hoc ẽ vnct⁹ dict⁹ est. Χρίω enĩ vngo Χρίσις.εως.ἡ. vnctio:⁊ Χρίσμα.ατος.τό. vnguentũ dicitur.

¶ Ignis græce πῦρ.πυρός.τό.⁊ πυρακτόομαι ignesco dicitur. Est autẽ vnũ quattuor elemẽtorũ:⁊ leuis:⁊ sursum ferri habilior reliquis:⁊ ꝯbustiu⁹:⁊ illuminatiuus scdm Ioã. Damascenũ lib.ii.ca.vii. Diciturqꝫ:vt aliqui volũt:ꝙ ex eo nihil gignatur. Ouidius. Nataqꝫ de flãma corpora nulla vides. Ab igne igneus fit:hoc est qd ex igne est:vt Calor igneus:⁊ ignitus candẽs:vt ferrũ ignitũ: ⁊ igneo:⁊ ignesco:⁊ ignefio eiusdem significati. Ignarius lapis:ex quo excutitur ignis. Ignefacio:ignem accendo. Ignipotens id est Vulcanus:ignis deus.

¶ Ignominia græce ἀτιμία.ας.ἡ.⁊ ἄτιμος.ου.ὁ. ignominiosus dicit. Est autẽ ignominia:nota nominis. Venitqꝫ a nomẽ. Nã sicut a nomẽ cognomines dicuntur: qui eiusdem sunt nominis:sic

ignomines:qui laude ⁊ gloria carẽt:quasi inglorii ⁊ illaudati. Inde deducitur ignominia. Cicero. Censes iudiciũ nihil ferre damnato nisi ruborem? Ab ignominia fit ignominiosus: hoc est dedecoris ⁊ ignominiæ plenus: ⁊ ignominiose aduerbium:hoc est turpiter.

Ignorantia græce ἄγνοια.ας.ἡ.⁊ ἀγνοέω ignoro dicit. Ignorantia quandoqꝫ significat scientiæ priuationẽ: ⁊ tunc ignorãtia est carẽtia sciẽtiæ: quã quis natus est habere. Quãdoqꝫ est aliquid sciẽtię contrariũ:quæ dicitur ignorãtia peruersę dispositionis:puta quã,quis habet habitũ falsorũ principiorũ:⁊ falsarũ opinionũ: ex quibus impedit a scientia veritatis sm b. Tho.in q. de malo.q.iii.ar.iii. Quomõ aũt differant ignorãtia: nesciẽtia:⁊ error. Vide supra in errare.

Ignorãtia a gnoro venit: vt quidã volunt: qd veteres pro scio vsurparũt:vel a græco γνωρίζω quod est notifico:vnde ⁊ γνώστος not⁹:⁊ γνῶσις notitia dicuntur.

¶ Prouerbiorum cap.x.

Labia iusti erudiunt plurimos: qui aũt indocti sunt in cordis egestate morientur.

¶ Ecclesiastes cap.x.

Cor sapientis in dextra eius:⁊ cor stulti in sinistra illius:sed ⁊ in via stultus ambulans:quũ ipse insipiens sit omnes stultos existimat.

Ecclesiastici cap.x.

Rex insipiens perdet populũ suũ:⁊ ciuitates inhabitabunt ꝑ sensuum prudẽtiã. ¶ Ibidem.

Vir prudẽs ⁊ disciplinatus nõ murmurabit correctus:⁊ inscius non honorabitur.

¶ Mattheus cap.xv.

Cęcus aũt si cęco ducatũ prestet: ambo in foueã cadũt. ¶ Lucas in euangelio cap.vi.

Nunquid potest cęcus cęcum ducere? Nonne ambo in foueã cadent?

¶ Iacobus in epistola cap.i.

Si quis autẽ vestrũ indiget sapientia: postulet a deo qui dat omnibus affluenter: ⁊ nõ improperat ⁊ dabitur ei. Postulet aũt in fide:nihil hæsitans:qui enim hæsitat:similis est fluctui maris qui a vento mouet ⁊ circunfertur. Non ergo estimet homo ille: ꝙ accipiat aliquid a domino. Vir duplex animo: inconstans est in viis suis.

¶ Augu.lib.de natura ⁊ gratia.

Nõ tibi deputabitur ad culpã:qd inuit⁹ ignoras.

¶ Augu.in lib.quæstionum: ⁊ habetur xxxvii. capitulo vltimo.

Non oĩs ignorãs immunis est a pœna. Ille enĩ ignorans potest excusari a pœna: qui qd disceret nõ inuenit. Illis aũt ignosci nõ poterit:quia a quo discerent hñtes operã non dederunt.

¶ Augu.⁊ habet dist.xxxviii. ꝙuis errare.

Quãuis errare quãta possumus cura cauendũ sit:nõ solũ in maioribus: verũetiã in minoribus rebus:nec nisi rerũ ignorãtia possit errari:nõ est tamẽ cõsequẽs:vt cõtinuo erret:quisquis aliq̃d nescit: sed si quis existimet se scire: qd nescit:ꝓ vero quippe approbat falsũ:qd erroris est proprium:verũtamẽ in qua re quisquis erret:interest plurimum:nam in vna eadẽqꝫ re:⁊ nesciẽti sciẽs ⁊ erranti non errans: recta ratione preponit:in diuersis aũt rebus:id est cũ iste scit alia:ille alia: ⁊ iste vtiliora:⁊ ille minus vtilia:vel etiam noxia: quis nõ in eis q̃ ille scit ei preferat nescientem? sunt enim quædã quę nescire meli⁹ est: ꝙ scire.

¶ Augusti.de adulterinis cõiugiis: et habetur.xxxii.q.vii. quẽadmodũ.

Nõ recte dici põt:si nescit homo:nõ peccat:sunt enĩ peccata ignorantiũ ꝙuis minora ꝙ sciẽtiũ.

¶ Augu.⁊ habetur.vi.q.i.quero ergo.

Peccata scientiũ peccatis ignorãtiæ ꝑponunt.

¶ Ambrosius super Beati immaculati.

Ordinis ignorãtia cõturbat negociorũ naturã formãqꝫ meritorũ. Statutis facere cõtraria nõ est intelligere sed ignorare.

¶ Isidorus soliloquiorũ lib.ii.ca.xvii.

Summa miseria est: nescire quo tendas.

¶ Bernardus de.xii.gradib⁹ humilitatis.

Non est parũ scire quod nescias: frustra sibi de infirmitate vel ignorantia blandiunt:qui vt liberius peccent libenter ignorant:vel infirmant.

¶ Bernardus super cantica.

Vtraqꝫ cognitio dei.s.⁊ tui tibi est necessaria ad salutẽ:q: sicut ex notitia tui venit in te timor dei: atqꝫ ex dei notitia itidẽ amor:sic ecõtra:de ignorãtia tui supbia:ac de dei ignorãtia venit desperatio. ¶ Grego.lib.i.moralium.

Quum nostrã ignorãtiã cognoscimus:leui⁹ aliena onera toleramus:nunꝙ deus mentẽ deserit: quę in peccatis seueraciter cognoscit.

¶ Grego.in moralium.

Qui enim lucẽ videt scit qd de tenebris estimet: nam qui candorẽ lucis ignorat etiã obscura pro lucidis approbat.

¶ Leo papa:⁊ habet di.xxxviii.si in laicis.

Si in laicis videt intolerabilis inscitia:quãtomagis in his qui presunt:nec excusatione est digna nec venia? ¶ Cyprian⁹:⁊ hr di.viii.cõsuetudo.

Ignosci põt simpliciter erranti: sicut de seipso. Paulus dicit: qui primo fui blasphemus: ⁊ persecutor:⁊ iniuriosus:sꝫ misericordiã merui:quia ignorãs feci. Post inspirationẽ vo:⁊ reuelationem veritatis factã:qui in eo qd errauerat pseuerat prudẽs ⁊ sciẽs. Iam nõ in venia ignorantię peccat:præsumptione enĩ atqꝫ obstinatione quadã nitit cum ratione superetur.

¶ Seneca in prouerbiis.

Tolerabilior ẽ pœna:viuere nõ posse:ꝙ nescire.

¶ Marcus Tullius Cicero Tusculanarum quæstionum lib.iii.

Insipientia nullum maius malum est.

¶ Aristo.lib.i.æthicorum.

Cõscii ꝓprie ignorãtiæ admirant hoĩes sciẽtes.

¶ Aristo.lib.iii.æthicorum.

Ignorantia excusat peccatum.

¶ Idẽ lib.ii.rhætorices.

Turpe est ignorare:qd oĩbus scire conuenit.

¶ Ouidius metamor.li.vi.fabu.vi.

Proh superi quantũ mortalia pectora cęcę Noctis habent?

¶ Ouidius fastorũ lib.ii.

Quantum animis erroris inest?

¶Horatius lib. ij. carminum Ode. xiij.
Quid quisq3 vitet nunq̃ homini satis
Cautum est in horas.

¶Imago græce εἰκών. όνος. ἡ. ϛ φανταστικός. ου. ὁ. imaginatiuus dicitur. Imago quælibet est similitudo: ꝛ nõ ecõuerso: quia imago addit esse expressũ ab alio. bea. Tho. pma parte. q. xxxv. articu. primo.

Imago tripliciter differt a similitudine. Prima imago pertinet ad formã. s. specialem. Similitudo autẽ ad naturã. Imago pertinet ad cognition ẽ veritatis: quæ est principium demonstrãs naturã intellectualẽ: similitudo aũt ad amorẽ virtutis. Imago pertinet ad potentias. s. memoriã: intelligentiã: ꝛ voluntatem. Similitudo vero ad habitus cõsequentes. s. innocẽtiã: ꝛ iniustitiã. ex. b. Tho. prima parte. q. xciij. arti. ix.

Imago a statua proprie sic differt: φ imago superficiẽ tantũ eius rei refert: cuius est imago. Unde pictores imagines faciũt colorũ diuersitate: ꝛ lineamentis quibusdã similitudinẽ reddẽtes. Statua vo est: quæ nõ modo superficiẽ: sed solidũ corpus: atq3 perfectum reddit. Statuarij enim effigies rerũ lignis: vel marmoribus: vel ebore: vel metallis exprimẽtes: quorũ ars statuaria vocatur. Ab imago fit imaginor verbum: quod proprie est alicuius rei similitudinẽ mente cõpræhẽdo: a quo imaginariũ dicimus qđ re nõ est: sƺ tãtũ cogitatione cõprehenditur: ꝛ imaginatio act⁹ ipse: ꝛ imaginatiua de qua infra.

Imaginatiua est idẽ quod phantasia. bea. Tho. prima parte. q. lxxviij. arti. iiij.

¶Immisericordia grẹ. ἀνοικτιρμός. οῦ. ὁ. dicit. Estq3 filia auaritiæ: qua nõ subuenit indigentibus. Differt aũt sic a crudelitate: φ immisericordia est in subtractione beneficij: sed crudelitas est in excessu puniendi. Et vnũ aliquãdo ponit p alio. ex bea. Tho. scđa scđæ. q. clix. arti. j.

¶Immobilis græce ἀκίνητος. ου. ὁ. ἡ. dicit. Immobile dupliciter dr: scilicet immutabilitate rei: vt deus: ꝛ necessitate veritatis: vt propositiones necessariẹ. be. Tho. in quæstionibus de veritate. questio. xvj. articu. j.

¶Immundicia grẹce ἀκαθαρσιότης. ητος. ἡ. dicitur. Et est triplex. s. infidelium: cathecuminorũ: ꝛ energuminorũ. Primã purgat ostiarius. Secundã lector. Tertiã exorcista. b. Tho. iiij. senten. di. xxiiij. q. ij. ar. j. Immũdicia etiã est filia gulẹ: qua quis prouocat se ad vomitũ: vt sẹpius comedere possit: vel tñ comedit: φ necesse hƺ euomere.

¶Imperium grẹce ἡγεμονία. ας. ἡ. ꝛ ἐπιτάσσω impero dicit. Est aũt imperiũ actus rationis ordinantis cũ quadã motione ad aliquid agendũ. bea. Tho. prima. ij. q. xvij. arti. v. Dicitur aũt ab impero as. Imperare est iubere: dictũ ab in particula intentiua: ꝛ paro: q̃si statim paro: vel prorsus paro.

Imperium nũc iussum significat. Vergi. Luctãtes vẽtos tempestatesq3 sonoras imperio premit. Aliquãdo dominiũ. Idem. Imperium oceano famã: qui terminet astris. nõnũq̃ potestatẽ. Unde Ulpianus imperium scribit: aut merũ dici aut mixtũ. Merũ imperiũ est habere gladij potestatem ad animaduertendũ in facinorosos homines: qđ etiã potestas appellat. Mixtum est cui etiã iurisdictio inest: qđ precipue in dãda bonorũ possessiõe consistit. De hac materia habes infra vbi obedientia: ꝛ præceptum.

¶Importunitas grẹce ἀκαιρία. ας. ἡ. ꝛ ἄκαιρος. ου. ὁ. Importun⁹ dr. Est aũt importunitas euagatio mentis ad illicita: fm φ in arce mentis residet: volentis ad diuersa se diffundere. b. Tho. secunda secundẹ. q. xxxv. arti. iiij.

Importunũ esse: ꝛ importũe fieri: quẹ sunt: fiũt ve preter rationẽ loci: seu temporis: seu personarum. Verg. Importunẹq3 volucres signa dabãt. Preterea importunũ hominẽ dicimus procacẽ: molestũq3: a quo importunitas dicta est. Sicut opportunũ ecõtra dicimus: siue opportune accidere: quod p desiderio nostro accidit: a quo fit opportunitas quod cõmoditatẽ significat. Scriburq3 per duplex pp. Nec venit ab opus sed ab ob ꝛ portus. Quod nauigãtibus maxime vtiles optabilesq3 portus sint.

¶Improperium grẹce ὄνειδος. εος. τό. ꝛ ὀνειδίζω impropero. Est aũt improperiũ proprie quãdo aliquis iniuriose alteri ad memoriã reducit auxiliũ: quod cõtulit ei necessitatẽ patienti. De hac materia vide supra in exprobratio.

¶Improuidentia grẹce ἀπρονοία. ας. ἡ. ꝛ ἀπρονόητος. ου. ὁ. improuidus dicit. Est aũt improuidentia defectus intelligentiẹ: ꝛ solertiẹ pertinens ad negligẽtiam ꝛ inconstantiam. bea. Tho. secunda scđẹ. q. liij. arti. ij.

De hac materia vide infra in imprudentia.

¶Imprudẽtia grẹ. ἀβουλία. ας. ἡ. ꝛ ἄφρον. ονος. ὁ. ἡ. imprudẽs dr. Imprudẽtia aũt sumit triplr. s. negatiue: priuatiue: ꝛ 9rie. Prima nõ est peccatũ. Sed scđa est peccatũ: ratiõe negligẽtie. Tertia vo fm se est peccatũ mortale: si sit cõtra preceptum dei. Aliter est peccatũ veniale. ex beato Tho scđa scđẹ. q. liij. arti. j.

Imprudentia est generale peccatum participatiue: nõ aũt essentiale. Cuius sunt triplices partes: scƺ Subiectiuẹ. i. monostica: politica: ꝛ œconomica. Potẽtiales. i. pcipitatio: seu temeritas: incõsideratio: incõstãtia: ꝛ negligẽtia. Et integrales quẹ reducuntur ad potentiales: ex bea. Tho. secunda secundæ. q. liij. arti. ij.

Sopho. ¶Sophocles in Aiace.
οἱ γὰρ κακοὶ γνώμαισιν τἀγαθὸν χεροῖν
ἔχοντες οὐκ ἴσασι πρίν τις ἐκβάλῃ. id est
Homines enim malæ mẽtis bonũ præ manibus
Habentes: nõ cognoscũt anteq̃ amittatur.

¶Idem ibidem.
βουλῆς γὰρ οὐδέν ἐστιν ἔχθιον κακῆς. id est
Cõsilio enĩ nihil est peius malo.

De hac materia hẽs infra in prudẽtia ꝛ stulticia.

¶Impudentia græ. ἀναίδεια. ας. ἡ. ꝛ ἀναιδής. έος. ὁ. impudens dicitur.

Euripe. ¶Euripedes in medea.
ἡ μεγίστη τῶν ἐν ἀνθρώποις νόσων
πασῶν ἀναίδεια. id est
Maximũ illorũ qui sunt inter homines vitiorũ.
Omnium impudẽtia est.

¶Impudicitia græce ἀσέλγεια. ας. ἡ. ꝛ ἀσελγής. έος. ὁ. impudicus dicit. Est autẽ impudicitia circa oscula: tact⁹: ꝛ alios actus circũstantes actuƺ venereũ. bea. Thomas scđa secũdẹ. q. cliiij. ar. j. De hac materia habes infra in pudicitia.

¶Inanis gloria grẹce κενοδοξία. ας. ἡ. dicitur. Et est inordinatus appetit⁹ manifestatiõis proprie excellentiæ fm. b. Tho. scđa scđẹ. q. cxxxij. Inanis gloria ꝛ superbia sic differunt: φ superbia inordinate appetit excellentiam: sed inanis gloria manifestationẽ eius. Ideo nõ sunt idem: sed prima causat secundã. ex bea. Tho. secunda secundẹ. q. cxxxij. arti. iiij.

De hac materia vide supra vbi gloria vana.

¶Incantatio græce ἐπῳδή. ῆς. ἡ. ꝛ ἐπῳδός. οῦ. ὁ. vel ἐπαοιδός. οῦ. ὁ. incantator dicitur. Est autem incantatio superstitiosa ꝛ illicita: si cõtinet aliquid ad dæmones ptinens: vel noĩa ignota: vel aliqua falsa vel vana: vel aliqua signa: preter crucem fm. b. Tho. scđa secundæ. q. xcvj. arti. ij. Incantare proprie est verbis solis: vel etiam rebus quibusdam adiunctis aliquid supra naturã moliri: vnde incantatio: ꝛ incantamentum. Plinius. Quæstiõis semper fuit valeant ne aliquid verba: ꝛ incantamenta carminũ. Carmen etiam

Vergili⁹ nonnunq̃: incantationẽ significat. ¶Vergilius.
Carmina vel cœlo possunt deducere lunam.

¶Idem.
Ducite ab vrbe domum mea carmina ducite daphnim.

Canto etiam pro incanto nonnunq̃ ponitur.

¶Vergilius.
Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.

Leuitici. ¶Leuitici capi. xviij.
Non augurabimini: nec obseruabitis somnia.

¶Ibidem.
Nõ declinetis ad magos: nec ab ariolis aliq̃d sciscitemini: vt polluamini p eos. ¶Leuit. c. xx. Anima quẹ declinauerit ad magos ꝛ ariolos et fornicata fuerit cũ eis: ponam faciem meam contra eam ꝛ interficiam eam de medio populi sui.

Deute. ¶Deuteronomij capi. xviij.
Quando ingressus fueris terram quam dominus deus tuus dabit tibi: caue ne imitari velis abominationes illarum gentium: nec inueniatur in te qui lustret filium suum: aut filiam ducens per igneƺ: aut qui ariolos suscitet: aut obseruet somnia: atq3 auguria: ne sit malefic⁹: nec incãtator: neq3 phitones cõsulat: nec diuinos: ꝛ querat a mortuis veritatẽ. Oĩa enim hẹc abominatur dñs: et propter istiusmodi scelera delebit eos in introitu tuo. Perfect⁹ eris: ꝛ absq3 macula cum dño deo tuo. Gentes istẹ: quarũ possidebis terram augures: ꝛ diuinos audiunt: tu autem a domino deo tuo aliter institutus es.

Augusti. ¶Augustinus lib. j. de doctrina christiana: ꝛ habetur. xxvj. q. ij. illud.
Illud quod est scđm institutiones hominum: partim superstitiosum est: partim non est superstitiosum. Superstitiosuƺ est quicquid institutum est ab hominibus ad facienda idola ꝛ colenda pertinẽs: vel ad colendã: sicut deum: creaturam: partemve vllam creaturẹ: vel ad consultationes: et pacta quæ dam significationũ cum demonibus placita: atq3 fœderata: qualia sunt volumina magicarum artium: quæ quidem cõmemorare potius q̃ docere solent poetæ: ex quo genere sunt: sed quasi licentiori vanitate auruspicum ꝛ augurũ libri. Ad hoc etiã genus pertinent oẽs ligaturẹ: atq3 remedia q̃ medicorum quoq3 disciplina cõdẽnat: siue imprẹcationib⁹: siue in quibusdã notis: quas characteres vocãt: siue in quibusdã rebus suspendẽdis: atq3 ligandis: vel etiam saltandis quodammodo: non ad temperationẽ corporum: sed ad quasdã significationes: aut occultas: aut manifestas: quẹ eminentiore nomine physicam vocant: vt quasi non superstitionem implicare: sed naturæ prodesse videantur: sicut sunt inaures: in summo singularum aurium: aut de strutionũ ossibus: ansulæ in digitis: aut quum dicitur tibi singultienti: vt dextra manu pollicem teneas. ¶Ibidem.

Omnes igitur artes huiusmodi: vel nugatoriæ: vel noxiẹ: superstitionis ex quadaƺ pestifera societate hominũ: ꝛ demonũ quasi pacta infidelis: et dolosæ amicitiẹ cõstituta penitus sunt repudiandæ: ꝛ fugiendẹ christiano.

¶Augu. et habet. xxvj. q. vlti. admoneant.
Admoneant fideles sacerdotes populos suos: vt nouerint magicas artes incantationesq3 quibuslibet infirmitatibus hominum: nihil remedij posse cõferre: non aĩalibus languentibus: claudicantibusve: vel etiam moribundis: quicq̃ mederi: sed hæc sunt: laqueus: ꝛ insidiæ antiqui hostis: quibus ille perfidus: genus humanũ decipere nititur: et si quis hẹc exercuerit clericus: degradetur: laicus anathematizetur.

¶Augustinus lib. de natura demonũ: ꝛ habetur. xxvj. q. iiij. igitur.
Igitur genus diuinationis a persis fertur esse allatum. Varro autem dixit: quattuor diuinationum esse genera: terram: aquam ærem: et ignẽ. Hinc geomantiã: hydromantiã: pyromantiã: ẹromantiam dictaƺ autumãt: diuini dicti sunt quasi deo plæni. Diuinitate enim se esse plenos simulant: et astutia quadam fraudulenta: hominibus futura: coniectant. ¶Augustinus lib. de ciuitate dei: ꝛ habetur. xxvj. q. v. nec mirum.
Nec mirum de magorũ prẹstigijs: quorũ in tantũ prodiere maleficiorũ artes: vt etiaƺ Moysi in illis signis resistere: vertẽtes virgas in dracones: aquam in sanguinẽ dicantur. In gentiliũ etiã libris legitur: φ quædã maga circe socios vlissis mutauerit in bestias. Legit etiã de sacrificio: qđ archades deo suo lyceo ĩmolabãt: ex quo q̃cũq3 sumerẽt: in bestiarũ formas cõuerterent: sƺ hẹc oĩa magicis prẹstigijs poti⁹ fingebant φ rerũ veritate cõplerentur: vt ergo ipsi errores ignorantibus manifesti fiant: de eorũ pprietate atq3 inuentorib⁹: iuxta traditionẽ maiorũ patrũ dicere congruũ arbitramur. Magi sunt: q̃ vulgo malefici: ob facinorũ multitudinẽ nuncupant: hi sunt q̃ pmissu dei elemẽta ꝯcutiũt: turbãt mẽtes hoĩƺ: minus cõfidentiũ in deo: ac sine vllo veneni haustu: violẽtia tñ carminis: interimũt. vñ Lucan⁹. Mens hausti nulla sanie polluta veneni incãtata perit. Dæmonibus enim accitis audent vena

tilare: vt quoscunqȝ suos perimant: malis artibus: inimicos.

Augusti. ¶ Augustinus in libro de natura demonū: et habetur. xxvj. q. iiij. igitur.

Incantatores dicuntur: qui artem verbis peragunt. Arioli: qui circa aras idolorū nepharias preces emittunt: et funesta sacrificia offerunt: haruspices dicuntur: horarum inspectores: dies enim ⁊ horas in agendis negocijs: ⁊ operib⁹ custodiunt exta pecudū inspiciunt. Augures sunt: qui volatus auium ⁊ voces intendūt: dicitur em̄ augurium: quasi auigerium: quod aues gerunt. Phitonissæ a phitonio. i. Apolline dictę: quę dicunt se habere spiritum: per quem possint futura prædicere. Genesiani qui geneses. i. natiuitates hominum per duodecim signa cœli describunt: ac per hoc: mortes: actus: euentus prędicere conantur. Salitores qui dum eis membrorum quęcunqȝ partes offenderint: aliquid male prosperum sibi: siue triste significari pręsumūt. Sortilegi vero cōi nomine a sorte dicuntur.

¶ Augustinus de ciuitate dei: et habetur xxvj. q. ij. qui sine.

Qui sine saluatore: salutem vult habere: et sine vera sapientia: æstimat se prudentē fieri posse: non sanus: sed ęger: non prudens: sed stultus in ęgritudine assidua laborabit: ⁊ in cęcitate noxia stultus ⁊ demens permanebit: ac proinde: om̄is inquisitio: ⁊ omnis curatio: quę a diuinis: et magis: vel ab ipsis dæmonibus in idolorū cultura expetitur: mors potius dicenda: q̄ vita.

¶ Augustinus lib. iij. confessionum.

Illos planetarios quos mathematicos vocant: plane consulere non desistebaȝ: ꝙ quasi nullum eis sacrificium ⁊ nullæ preces ad aliquem spiritum ob diuinationē dirigerentur: quod tū xp̄iana ⁊ vera pietas: cōsequēter expellit: ⁊ damnat.

¶ Augustinus: ⁊ habetur. xxvj. quęst. vij. non obseruetis.

Non obseruetis dies qui dicuntur ægyptiaci: aut kalendas ianuarij: in quibus cantilenæ quædam: ⁊ comesationes: ⁊ adinuicem dona donantur: quasi in principio anni boni fati augurio: aut aliquot menses: aut tempora: aut dies: ⁊ annos: aut lunę: solisqȝ cursuȝ: quia qui ⁊ has: ⁊ quascūqȝ diuinatiōes: aut fata: aut auguria obseruat: aut attendit: aut consentit obseruantibus: inutiliter sine causa: magis ad sui damnationē: q̄ ad salutem tendit: siue per quosdam numeros litterarum: ⁊ lunę per pythagoricā necromātiā ęgrotantium vitam: vel mortem: vel prospera: vel aduersa futura inquirunt: siue qui attendunt somnialia scripta: ⁊ falso Danielis noīe intitulata: et sortes: quę dicuntur sanctorū apostolorū: et auguria auium: aut aliqua pro domo facienda: aut propter cōiugia copulanda: aut in collectionib⁹ herbarum carmina dicunt: aut pictatiolas: pro quauis infirmitate scripta: super hoīes: et animalia ponunt: pręter symbolū: ⁊ orationē dominicam: aut magicis falsitatibus in grādinarijs ⁊ tempestatibus credunt: q̄ autē talibus credunt: aut ad eorum domū euntes: aut suis domib⁹ introducunt: ⁊ interrogāt: sciant se fidem christianam: ⁊ baptismū prævaricasse: ⁊ paganū ⁊ apostatam. i. retro abeuntem: ⁊ dei inimicū: iram dei grauiter in ęternum incurrisse: nisi ecclesiastica pœnitentia: emendatus deo reconcilietur. dicit em̄ apostolus. siue mādūcatis: siue bibitis: siue aliquid aliud facitis. In noīe domini nostri Jesu xp̄i facite / in quo viuim⁹ / mouemur / ⁊ sumus.

¶ Augustinus in epistola ad Simplicianū.

Non est absurdū credere / aliqua dispensatione permissum fuisse / vt non dānante arte magica / sed dispensatiōe occulta / quę phitonyssam / ⁊ samuelem latebat / se ostenderet spirit⁹ iusti aspectibus regis / diuina eum sententia percussum⁹ / vel non vere spiritus samuelis sua requie excitatus est / sed aliquod phātasma / ⁊ illusio imaginaria. Diaboli machinatiōibus facta / quam scriptura samueleȝ appellat / sicut solent imagines rerum suarum nominibus appellari.

¶ Hieronymus super ionam. Hieroni.

Non debemus sub exemplo Jone / sortibus credere: vel illud de actibus apostolorum huius testimonio copulare / vbi sorte Matthias in apostolatum eligitur. ¶ Hieronymus: ⁊ habetur. xxvj. q. vltima. dæmonium.

Demoniū sustinētibus / licet petras vel herbas habere sine incantatione.

¶ Gregorius: ⁊ habetur. xxvj. q. v. si quis. Grego.

Si q̄s ariolos haruspices vel incātatores obseruauerit / aut philaterijs vsus fuerit / anathema sit. ¶ Gregori⁹: ⁊ habet. xxvj. q. v. contra.

Contra idolorū cultores / vel haruspices: atqȝ sortilegos fraternitatē tuam vehemētius pastorali hortamur inuigilare custodia / ꝙ si emendare se a talib⁹ nolle reppereris: si serui sunt verberibus volum⁹ castigari: si vero liberi: inclusiōe digni: districtāqȝ sunt in pœnam dirigendi.

¶ Isidorus æthymologiarū lib. viij. ⁊ habetur. xxvj. q. j. sortilegi. Isidorus

Sortilegi sunt: qui sub noīe fictę religiōis: per quasdā / quas sanctorū seu apostolorū vocant sortes diuinatiōis scientiā profitentur / aut quarūcunqȝ scripturarū inspectiōe: futura promittūt:

¶ Beda super actus apostolorum. Beda.

Non exēplo Matthiæ: vel ꝙ Jonas propheta: sorte depræhensus sit: indifferēter sortibus est credendū: quum priuilegia singulorū cōmuneȝ legem omnino facere non possint. Si qui tamē necessitate aliqua cōpulsi: deum putant sortib⁹: apostolorum exemplo esse consulendū: videant hoc: ipsos apostolos non nisi collecto fratrū cœtu ⁊ precibus ad deum fusis egisse.

¶ Vergilius in buccolicis. Vergili⁹

Carmina vel cœlo possunt deducere lunam:
Carminibus circe socios mutauit vlyssis.
Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.

¶ Vergiliana dido in. iiij. æneidos.

Testor chara deos: ⁊ te germana: tuumqȝ
Dulce caput: magicas inuitā accingier artes.

¶ Ouidius lib. j. de remedio. Ouidi⁹.

Demeveneficijs carminibusqȝ fidem.

¶ C. Manilius astronomię suæ lib. j. C. mani.

Linguas dixere volucrum
Cōsultare fibras: ⁊ rumpere vocibus angues:

Sollicitare vmbras imūqȝ acheronta mouere.
In noctemqȝ dies: in lucem vertere noctes:
Omnia conando docilis solertia vicit.

De hac materia: habes supra vbi diuinatio: et infra vbi sortilegium.

¶ Incautela græce ἀφυλακία. ας. ἡ. et ἀφύλακτος. ου. ὁ. incautus dicitur.

Incautela aūt: ⁊ incircūspectio includunt sub inconsideratiōe. bea. Tho. secūda scdę. q. liij. ar. ij.

¶ Incendiari⁹ græce ἐμπρηστής. έος. ὁ. ⁊ ἐμπρησις. ιος. ἡ. vel ἐμπρισμός. οῦ. ὁ. incēdium dicit.

Est autem incendiari⁹: siue incensor qui authoritate propria ciuitatē: villam: segetem: domū: vel arbores incendit: vel similia: igne apposito ex odio: vel vindicta: vt habetur. xxiij. q. vlti. capi. Pessimam. ⁊ xij. q. ij. quum deuotissimam.

Incestus dicit a cingulo veneris: quod κεστός. οῦ. ὁ. dicitur. Est aūt incestus: consanguineorū: vel affinium abusus. Unde incestuosi dicuntur: qui cōsanguineis vel affinibus abutūtur: vt habet. xxxvj. q. j. capi. lex illa. §. quum ergo.

Incestus est cum persona consanguinea: vel affini coitus prohibitus quadruplici ratione. Primo quia naturaliter homo debet quandam honorificentiā parentibus: ⁊ per consequens alijs consanguineis. Secūdo quia personas sanguine coniunctas necesse est adinuicē simul conuersari. Tertio quia per hoc impediretur multiplicatio amicorū. Quarto quia quum naturaliter homo consanguineā diligat: si adderetur amor: qui est ex cōmixtione venerea: fieret nimius ardor amoris: ⁊ maximū libidinis incētiuū: qđ castitati repugnat. ex. b. Tho. scđa scdę. q. cliiij. art. j.

Dicitur autem incestum ⁊ incestus: vtroqȝ enim modo dicitur quasi non castus. Hinc incesto verbum: quod significat fœdo: polluo. Vergilius.

Totamqȝ incestat funere classem. Ab incesto dicitur incestuosus qui incestum commisit. Sunt qui velint incestum dici a veneris cingulo quod cestum dicunt: quo vxor quum martialis illi fides dabatur a marito cingebatur: dicente phyllide apud ouidium epistola ad demophoonta.

Cui mea virginitas auibus libata sinistris.
Castaqȝ fallaci zona recincta manu. et pro ipso cingulo est secūdę declinatiōis. Est ⁊ cæstus cū diphthōgo ⁊ quartę declinatiōis: qđ arma pugilum significat. Vergi. lib. v. ęneid. Seu crudo fidit pugnam committere cæstu. et a cædendo dicitur.

¶ Leuitici capi. xx. Leuitici.

Qui supra vxorem filiam: duxerit matrem eius: scelus operatus est. Viuus ardebit cuȝ eis: nec permanebit tantum nephas in medio vestri.

¶ Augustin⁹ lib. de adulterinis coniugijs: et habetur. xxxij. q. vij. adulterij.

Adulterij malum: vincit fornicationem: vincitur autem ab incestu: peius est enim cum matre: q̄ cum alia vxore concūbere.

¶ Augusti. lib. j. de adulterinis cōiugijs: ⁊ habetur. xxxij. q. vij. quemadmodum. Augusti.

Sunt enim in fornicatione gradus: vt sicut grauius peccat adulter q̄ fornicator: sic grauius delinquit: qui nec sua dimissa aliam ducit: eo qui suam dimittit: aliaȝ cognoscit. Grauius quoqȝ: qui suam vxorem habens: ad coniugeȝ proximi sui accedit: q̄ qui non habens vxorem thorū alterius violat: vel vxoratus ad solutam accedit: sed hos omnes incestuosi transcēdunt: quos vincunt contra naturam delinquentes.

¶ Augustinus lib. xv. de ciuitate dei.

Cōmixtio sororum et fratrū: quāto sit antiquior compellente necessitate: tanto postea facta est damnabilior: religione prohibente.

¶ Gregorius ad fœlicē messanæ ciuitatis episcopū: ⁊ habetur. xxxv. q. iij. nec eam. Grego.

Nec eam quam aliquis ex propria consanguinitate coniugem habuit: vel aliqua illicita pollutione maculauit: in coniugiū ducere vlli christianorum licebit: quia incestuosus est talis coitus: et abominabilis deo ⁊ cūctis bonis hominibus. Incestuosos vero nullo coniugij noīe deputandos: a sanctis patribus statutum esse legimus.

¶ Seneca tragœdia. ix. Seneca.

Incesta genitrix detrahit generi fidem.

¶ Vergi. lib. vj. æneidos. de inferno loquēs. Vergili⁹

Hic thalamū inuasit natę: vetitosqȝ hymeneos.
Ausi omnes immane nephas ausoqȝ potiti.

¶ Inconsideratio græce ἀλογία. ας. ἡ. ⁊ ἀλόγιστος. ου. ὁ. ἡ. incōsiderat⁹ dicit. Est autē inconsideratio speciale peccatum imprudentię: et opponitur rectitudini iudicij in moralib⁹. ex bea. Tho. secūda secundæ. q. liij. arti. ij.

Inconsideratio est defectus iudicij in agibilib⁹ humanis prouenienis: ex eo ꝙ contemnit vel negligit attendere ea: ex quibus rectum procedit iudicium s̄m bea. Tho. ibidem. ar. iiij. Unde dicatur vide supra in consideratio.

¶ Inconstātia græce ἀστασία. ας. ἡ. ⁊ ἄστατος. ου. ὁ. ἡ. incōstans dicitur. Est autem incōstātia speciale peccatum imprudentiæ deficiens a perficiendo bonum propositū: cuius principium est in appetitu: finis autem in intellectu. ex. b. Tho. secunda secundę. q. iij. arti. ij.

Inconstātia circa abstinentiā a delectabilibus: est filia luxurię: licet etiam quæ est in terribilibus: oriatur ex luxuria. b. Tho. ibidem. ar. v.

Inconstantia est filia luxuriæ: quę est quando quis non stat constans in bono proposito: sed sine causa rationabili: ex aliqua passione: præcipue ex amore cōcupiscentiæ facit cōtrariū illi⁹ quod deliberauerat. b. Tho. scđa secūdæ. q. liij.

Inconstantia quid differat a negligentia: vide infra in negligentia. vnde autem dicatur vide supra in constantia.

¶ In continentia græce ἀκράτεια. ας. ἡ. ⁊ ἀκρατής. έος. ὁ. ἡ. incontinens dicitur. Est autem incontinentia: quum a quibus rebus voluptatibusqȝ nos tenere debemus: non tenemus s̄m Aulum gellium.

Incontinentia proprie est circa cōcupiscentias tactus. Scđm quid: est circa honores: diuitias: et huiusmodi. In proprie vero est circa virtutes. Prima est peccatū dupliciter scilȝ recedendo a ratione: ⁊ immergēdo se turpibus. scđa tantum primo modo. Tertia vero non est peccatū: sȝ est

perfectio virtutū. b. Tho. scda scde. q. clv. arti. ij.
Incontinētię species sunt duæ. s. preuolatio cō silij: et debilitas in præcōsiliatis. b. Tho. scda secunde. q. clvij. ar. j. Quid incōtinens differat ab intemperāte: vide supra in continentia.

¶ Incub⁹ dicit dæmon coiens cum muliere: succubus autem dæmon coiens cum viro. ex bea. Tho. prima parte. q. lj. ar. iij.

¶ Indigentia græce ἔνδεια. ας. ἡ. et δέομαι indigeo dicitur. Et est libido inexplebilis sm Ciceronem lib. tuscu. questionū. Indigētia: hoc est inopia: et indigus: qui indiget alicui⁹ rei: ab egeo veniunt. egeo vero: et egestas quid sint: et vnde descendant: vide supra in egestas.

¶ Indignatio græce ἀγανάκτησις. εως. ἡ. et ἀγανακτέω indignor dicitur. Est autem indignatio dolor perturbans ꝓpter res secundas indigno collatas sm Aristotelem lib. ij. Rhetoricorum. Indignatio etiā pro filia iræ sumit: qr quis non valet videre: vel audire eum cui irascit sm bea. Tho. secunda secūde. q. xxxvij. arti. ij.
Indignatio venit ab indignus: ita et indignor irascor: et indignabūdus irascens: et indigne hoc est præter merita: et indignanter per indignationē.

¶ Indiuiduum græce ἄτομον. ου. τὸ. et ἄτομος. ου. ὁ. indiuisus dicit. Indiuiduū est id quod indiuisum est in se: et diuisum a quolibet alio vltima diuisione. b. Tho. prima parte. q. xxix. arti. iiij.
Indiuidua ab indiuiduis quot modis differant vide supra in differentia.

¶ Indiuisibile ἀδιαίρετον. ου. τὸ. et διαιρέω diuido dicit. Indiuisibile autē secūdū quantitatē: et sine positione: dicitur vnitas sm Aristotelē lib. v. methaphisicę. Indiuisibile vero habēs positionem dicitur punctū. Venit autem a diuido: vnde etiā diuisibiliter: et indiuisibiliter. vnde autem diuido dicatur: vide supra in diuisibile.

¶ Indulgentia græce συγγνώμη. ης. ἡ. et συγγινώσκω indulgeo dicitur. Est autē indulgentia pene relaxatio: quam quis iuste pro culpis proprijs facere debuisset de thesauro ecclesię ad diuinam iustitiam persoluendam sumpta.
Indulgentia proprie: est mollis et delicata permissio. Quintilianus. Mollis illa educatio: quā indulgentiā vocamus: neruos omnis: et mentis: et corporis frangit. Est enim indulgere obsequi et aliquid delicate concedere. Indulgentiā non nulli male pro venia capiūt: et pro ignoscere indulgere vtūtur. In quo theologi nostri frequentissime labūtur. Non negamus tū quin venia pro indulgētia aliqñ capiatur. Cicero. Dabitis mihi hāc veniā: hoc est indulgebitis: ɔcedetisqȝ mihi.

¶ Industria græce ἀγχίνοια. ας. ἡ. et ἀγχίνοος. ου. ὁ. industrius dicit. Est aūt industria frequēs exercitiū circa rem honestā. vnde industrius dicitur hoc est studiosus vigilans callidus.

¶ Infamia grece δυσφημία. ας. ἡ. et δύσφημος. ου. ὁ. ἡ. infamis dicitur. Est autē infamia læsę dignitatis qualitas reprobata: quantū ad vitam: et mores: per argumentū a contrario sensu. Sicut fama est illæsę dignitatis status: vita et moribus comprobatus: et in nullo diminutus. Eandem infamiam apuleius infamationem vocat.

Infernus græce ᾅδης. ου. ὁ. dicit. Et est horridus: tenebrosus: et pœnalis locus dæmonū. b. Tho ij. sen. distin. vj. q. iij. Infernus est quadruplex scȝ damnatorū: puerorū: purgandorū: et sanctorū patrum. In primo sunt tria scilicet tenebrę gratiæ: et tenebrę gloriæ: et pœna sensus. In secūdo sola duo prima. In tertio tantum secundum: et tertiū. In quarto tantū scdm. ex bea. Tho. iij. sen. distin. xxij. q. ij. arti. j.
Infernus est in centro terrę. i. in medio terrę secundum eundem. ij. sen. distin. vj. q. iij. ar. ij. et iij. sen. distin. xliiij. q. iij. ar. ij.
Infernus aliquando adiectiuū est: qui infra est: sicut supernus: qui supra. vnde inferne aduerbium: et inferiæ: sacra mortuorum: quæ inferis soluuntur: et furiæ infernę et infernales de quibus supra in dictione alecto.

¶ Prouerbiorum capi. xxvij.
Infernus et perditio nunq̄ replentur: similiter et oculi hominum insatiabiles.

¶ Prouerbiorum capi. xxx.
Tria sunt insaturabilia: et quartū quod nunq̄ dicit sufficit: infernus: et osvulue: et terra que nunq̄ satiatur aqua. Ignis vero nunq̄ dicit sufficit.

¶ Matthæus capi. xiij.
Sicut ergo colligūtur zizania: et igni comburuntur: sic erit in consummatione sæculi. Mittet filius hominis angelos suos: et colligent de regno eius omnia scandala: et eos qui faciunt iniquitatem: et mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus: et stridor dentium. Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum.

¶ Augustinus in sermone ad eremitas.
In inferno nulla est redēptio: qm̄ qui illic damnatus: et demersus fuerit: vlterius non exibit. In inferno nulla est redemptio: quoniā nec pater ibi potest adiuuare filium: nec filius patrē. Ibi non inuenitur amicus: vel propinquus: qui valeat: et argentū: et diuitias dare: quas nunc cōgregant auari vidētes pauperes inopia tabescere: et pręnimia fame et siti: nuditatem et mortem incurrere: non poterūt sibi pręstare aliquod refugium: vnde miseri pręnimia doloris magnitudine amarissime flētes: et pręangustia spūs gemētes: dicent in inferno. Quid profuit nobis superbia nostra? Diuitię? honores? dignitates? luxuria? gulositas? et oēs delectationes carnales qd profuerūt nobis? Ecce oīa trāsierūt: quasi somnia: quasi fum⁹ et vmbra: et quasi non fuerūt: et nos cruciatib⁹ deputati sumus: et supplicijs ęternis in inferno nulla est redemptio: qm̄ ibi gemitus sunt: et suspiria: et nō est qui misereat. Ibi est dolor: et planctus: et clamor: et non est qui audiat.

¶ Augustinus de genesi lib. viij.
Melius est dubitare de occultis: q̄ litigare de incertis. Illum quippe diuitē in ardore pœnarum: et illum pauperē in refrigerio gaudiorum esse intelligendos: non dubito: sed quomodo intelligenda illa flamma inferni: ille sinus abrahę: illa diuitis lingua: ille digitus pauperis: illa sitis tormenti: illa stilla refrigerij: vix fortasse a mãsuete q̄rentib⁹: cōtētiose aūt certātib⁹: nunq̄

inuenitur.

¶ Augu. de fide ad Petrum.
In inferno: et si erit stimulus pœnitudinis: nulla ibi erit correctio volūtatis: a quibus ita culpabitur iniquitas vt nullaten⁹ ab eis possit diligi vel desiderari Iustitia.

¶ Aug. lib. de Agenda cura pro Mortuis:
Ita diuiti illi: qui apud īferos torquebatur: fuit cura de viuis: q̄uis qd agerēt omnino nesciret: quēadmodum est nobis cura de mortuis: q̄uis quid agant: omnino nesciamus.

¶ Gregorius lib. iiij. Dyalogorū.
Anima illic posita: bene esse pdidit: et esse nō pdidit. Ex qua re semp cogitur: vt et mortē sine morte: et defectum sine defectu: et finem sine fine patiat: quatenus ei: et mors immortalis sit: et defectus indeficiens: et finis infinitus.

¶ Gregorius lib. ix. moralium.
Horrēdo mō fit miseris mors sine morte: finis sine fine: defect⁹ sine defectu: qr et mors semp viuit: et finis semp incipit: et defect⁹ deficere nescit. Mors perimit et nō extinguit/ dolor cruciat/ sed nullatenus pauorem fugat: flamma comburit: sed nequaq̄ tenebras excutit.

¶ Gregorius lib. ix. moralium.
Sicut vno sole oēs tangunt: nec tū sub eo vno ordine omnes æstuamus: quia iuxta qualitatem corporis sentitur etiā pondus caloris. Sic damnatio vna est gehenna quę affligit: et tamen non omnes vno calore comburit: quia quod hic agit dispar valitudo corporum: hoc illic exhibet causa meritorum.

¶ Greg. ix. moraliū: et Dyalogorū. iiij.
Sicut in domo patris māsiones multę sūt ꝓ diuersitate virtutum. Sic damnatos diuersis supplicijs gehennę ignib⁹ subijcit disparitas criminis: quæ. s. gehenna q̄uis vna sit cunctis: non tamē cunctos vna eadēqȝ qualitate succendit.

¶ Idem. ix. moralium.
Illa vltrix flāma vitiorū concremationē et lumen nō habet: quia quo illos gehennæ flāma deuorat: a visione veri luminis cæcat: vt foris eos dolor cobustionis cruciet: et intus pœna cęcitatis obscuret: quaten⁹ qui authori suo corpore: et corde deliquerūt: simul corde et corpore puniātur: et vtrobiqȝ pœnas sentiāt: q̄ dum hic viuerēt prauis suis delectationib⁹ ex vtroqȝ seruiebant.

¶ Gregorius ibidem.
Quicquid ad toleranda inferni mala descendit: nequaq̄ vlterius ad lucem redibit: quia nequaq̄ vltra misericordia parcētis liberat: quos semel in locis pœnalib⁹ iustitia iudicātis dānat.

¶ Gregorius ibidem.
Tunc edax flamma cōburit: quos nunc carnalis delectatio polluit. Tūc infinitum patēs inferni barathrū deuorat: quos inanis elatio nūc exaltat: atqȝ qui olim ex vitio voluntatē hic calidi persuasoris expleuerunt: tunc cum duce suo: reprobi ad tormenta perueniunt.

¶ Gregorius lib. xx. moralium.
Gehēnę ignis: quum sit corporeus: vt in se missos reprobos corporaliter exurat: nec studio humano succendit: nec lignis nutritur: sed creatus semel durat inextinguibilis: et succensione non indiget: et ardore non caret.

¶ Idem. xx. moralium.
Iuxta modū culpę pœna distinguit: et scdm modū criminis: vnusq̄sqȝ dānatus in īferni igne cruciabitur.

¶ Grego. lib. iiij. Dyalogorum.
Vnus gehēnæ ignis credēdus est: sed non vno modo oēs cruciat pctōres. Vnusq̄sqȝ em̄ q̄tum exigit culpa: tantum illic sentiet pœnam.

¶ Gregorius sup illud Matthei. ix. Eijcientur in tenebras exteriores.
Eijcietur in tenebras exteriores: vt illic dentes strideāt: q̄ hic de edacitate gaudebāt: nā flet⁹ de ardore: stridor solet excitari de frigore. Ibi duplex ōnditur eē gehēna. s. nimij frigoris: et intolerabilis feruoris.

¶ Gregorius ibidem.
In īferno erit frigus intolerabile: ignis inextinguibilis: vermis immortalis: fœtus intolerabilis: tenebrę palpabiles: flagella cædentiū: horrida visio dæmonū: confusio pctōrū: desperatio oīum bonorū. Erit em̄ miseris mors sine morte: defectus sine defectu: qr mors ibi semp īcipit: et deficere nescit.

¶ Ioannes Chrysostomus sup Matthæum homelia. xxxiij.
Multi gehennam abhorrent: ego autē casum illius glorię multo amariorem gehennæ pœna aio.

¶ Sequitur.
Decem milia quis ponat gehēnas: nihil tale dicet: quale est a beata gloria excidere: a Christo audire: q̄ nō noui vos: incusari: q̄ esurientē vidimus: nec cibauim⁹.

¶ Idē homelia. xxviij.
Intolerabilis res est gehenna: q̄s nesciat illud suppliciū horribile: tū si mille aliquis ponat gehēnas: nihil est tale dicturus: quale est a beatę illius glorię honore propelli exosum esse Christo: et audire ab illo non noui vos.

¶ Bernardus Sermone. xxxviij.
Gehennam em̄ meruimus: vbi nullus vnq̄ cib⁹ est: nulla ɔsolatio: nullus terminus: vbi guttam aquæ diues postulat: et accipere non meretur.

¶ Isidorus lib. j. de Summo bono.
Ignis gehennæ lucebit miseris ad augmētū: vt videant: vnde doleant: et non ad consolationem: ne videant: vnde gaudeant.

¶ Idē de meditatione gehēnalis supplicij.
Intēde nunc quascunqȝ sæculi pœnas: quoscūqȝ tormentorū dolores/ quascūqȝ dolorū acerbitates/ et cōpara totū huic gehennę/ et leue est oē qd pateris. Duplex damnatorū pœna est in gehēna/ nā et mētem vrit tristitia/ et corpus flāma.

¶ Hugo lib. iiij. de anima.
Infernus lacus est sine mēsura: ꝓfundus sine fundo/ plenus ardore īcomparabili: plenus fœtore intolerabili: plen⁹ dolore innumerabili/ ibi miseria/ ibi tenebrę/ ibi ordo nullus/ ibi horror ætern⁹/ ibi nulla spes boni/ nulla desperatio mali.

¶ Lactāti⁹ fir. lib. vij. cap. xxj. diuina⁊ īsti.
Primū igitur dicim⁹ tantā dei esse potestatē: vt etiā incorporalia cōpræhēdat/ et quēadmodum voluerit afficiat. Nam et angeli deum metuunt: quia castigari ab eo possunt inenarrabili quodā mō. Et dæmones reformidāt/ qr torquent ab eo et puniūtur. Quid ergo mirū/ si quū sint īmortales animę: patibiles sint deo? Nā quū i se nihil

Joannes chryso.

Bernar.

Isidorus

Hugo.

Lactāti⁹

habeat solidū ⁊ cōtrectabile a solidis ⁊ corporalibus nullā vim pati possunt/sed quia i solis spiritibus viuūt/a solo deo tractabiles sūt: cui virtus ⁊ substantia spiritalis est/sed tamen docent nos sancte litterę/quēadmodū pœnas ipsi sint laturi. Nā quia peccata in corporibus contraxerūt/rursus carne induent/ vt i corporib⁹ piacula soluant: ⁊ tñ nō erit caro illa/quā deus hominī superiecerit/huic terrenę similis/sed insolubilis/ac permanens in æternū: vt sufficere possit cruciatibus/⁊ igni sempiterno/cuius natura diuersa est ab hoc nr̄o/quo ad vitę necessaria vti mur/q̄ nisi alicui⁹ materię fomite alatur/extinguit. At ille diuinꝫ per seipsum semper viuit/ac viget/sine vllis alimentis nec admixtū habet fumū/sed est purus/ac liquidus/⁊ in aque modū fluidus. Nā em̄ vi aliqua rursus versus vrgetur/ sicut noster quē labes terreni corporis/⁊ fumus intermixtus exilire cogit/⁊ ad cœlestē naturā/cū trepidatione mobili subuolare. Idē igitur diuinus ignis vna eademqꝫ vi: atqꝫ potētia/⁊ cremabit impios/⁊ recreabit/⁊ quantū e corporibus absumet/ tantū reponet/ac sibi æternū pabulū submiñstrabit/quod poetę in vulture ⁊ Tytium transtulerūt. Ita sine vllo reminiscentiū corporū detrimēto/aduret tñ: ac sensuꝫ doloris afficiet. Sed ⁊ iustos quū iudicauerit deus/ etiam igni eos examinabit. Tū quorum peccata/vel ponderę/vel numero pręualuerint/perstringentur ab igni atqꝫ amburentur. Quos autem plena iustitia/⁊ maturitas virtutis incoluerit/illū ignes nō sentient. Habēt em̄ aliquid in se dei/qđ vim flāmę repellat/ac reſciat. Tanta est vis innocētię vt ab ea ignis ille refugiat innoxius/qui accipit a deo hāc potestatē/ vt impios vrat/iustis obtē peret: ~~Hęc tamē quisq̄ putet animas post mortem protinus iudicari. Nā omnes in vna cōmunionis custodia detinentur/donec tēpus adueniat/ quo marīnus iudex meritorum faciat examen.~~ Tū quorum fuerit probata iustitia: hi præmium immortalitatis accipient. Quorum autem peccata ⁊ scelera detecta: ~~non resurgent: sed cum ipsis~~ in eadem tenebras recondentur: ad certa supplicia destinati.

Tergil⁹ ¶Tergilius lib.vj. Aeneidos. de iferno ait.

Respicit Æneas subito: ⁊ sub rupe sinistra
Mœnia lata videt triplici circundata muro:
Quem rapidus flāmis ambit torrētibus amnis
Tartareus Phlegeton: torquetqꝫ sonātia saxa.
Porta aduersa: ingēs: solidoqꝫ adamātę columnę:
Vis, vt nulla virum: non ipsi excindere ferro
Cœlicolæ valeant: stat ferreа turris ad auras:
Thisiphoneqꝫ sedēs palla succincta cruenta
Vestibulū insomnis seruat noctesqꝫ dieſqꝫ.
Hinc exaudiri gemitus: ⁊ sæva sonare
Verbera: tum stridor ferri: tractæqꝫ catheneę.

¶Ibidem.

Tum Tartarus ipse
Bis patet in præceps: tantū tenditqꝫ sub auras:
Quātus ad ætherеum cœli suspectus olympū.

Tergil⁹ ¶Tergil⁹ lib.vj. Aeneidos.

Hic quibus inuisi fratres dum vita manebat:
Pulsatusve parens: ⁊ fraus innexa clienti:

Iamiam poturi deserit vnda sitim.
Et damni proles veneris quæ numina læsit
In cana lethæas dolia portat aquas.

Catull⁹ ¶Catullus ode.iij.

Per iter tenebrosum
Illuc: vnde negant redire quem q̄.

Claudianus ¶Claudianus lib.ij. contra ruffinum.

Est locus infaustis: quo consiliatur in vnum.
Cocytus phlegetonqꝫ vadis: mamœnus vterqꝫ
Alueus: hic volvit lachrymas: hic igne redūdat
Turris per geminos flāmis vicinior amnes
Porrigitur: solidoqꝫ rigens adamante: sinistro
Proluit igne latus: dextra cocytia fundit
Æquora triste gemēs: ⁊ fletu cōcita plangit.
Huc post emeritā mortalia fœcula vitam
Deueniunt vbi nulla manent discrimina fati
Nullus honor: vanūqꝫ exutū nomine regem:
Perturbat plebeius egens: quęsitor in alto.
Conspicuus solio pertentat crimina minos:
Et iustis dirimit Sontes: quos nolle fateri.
Viderit ad mala mox trāsmittit verbera fratris.
Nam iuxta rhadamātus agit congesta superni
Curriculi: totoqꝫ diu prosperexerit actus
Exequat damnū meritis: ⁊ muta ferarū
Cogit vincla pati: truculentos ingerit vrsis:
Prędonesqꝫ lupis: fallaces vulpibus addit.
At qui desidia semper: vinoqꝫ grauatus
Indulgens veneri voluit torpescere luxu.
Hunc suis immundę pingues detrudit in ar⁹.
Qui iusto plus esse loquax: arcanaqꝫ fuerit
Prodere piscosas fertur victurus in vndas
Vt nimiam pensent æterna silentia vocem.
Quos vbi per varios amnes per mille figuras
Egit lætheo purgatos flumine tandem
Rursus ad humanæ reuocat primordia formæ.

Dantes. ¶Dantes infernicant. cap.iij.

Quini sospiri/piancti/⁊ amar guai:
Risonauan per laer senza stelle:
Vndio al comintiar ne lachrimai.
Diuerse lingue/horribile fauelle:
Parolle di dolor/ accenti dira:
Voce alte/⁊ fioche/⁊ son di man cū elle.

¶Ibidem.

Oa quelle animæ cheran lasse ⁊ nude/
Langiar coloꝛ/⁊ dibaterno identi/
Dossa chinteson le parole crude.
Biastemauano dio/⁊ loꝛ parenti/
Vmana specie/il loco/iltempo/il seme/
Di loꝛ semenza/o di loꝛ pascimenti.

¶Ibidem.

Ben e che senza termino se doglia:
Che per amoꝛ di cosa che non dura
Eternalmente quel amoꝛ si spoglia.
Ohi poi veder Figlol lacurta buffa.
De ben che son comessi a la fortuna:
Per che lhumana gente si rabuffa.
Che tuto loꝛo che sotto la luna.
Et che fugia: di queste anime stanche
Nonne potrebbe far possar pur vna.

¶Ibidem.

Quanti si tengon oꝛ lha su gran regi:
Che quhi starano: come porci in bragho:

Di se lassando horribili dispregi.

¶Infidelitas grę. ἀπιστία. ας. ἡ. ⁊ ἀπιστός. οῦ. ὁ. vi. hęresis. infidelis dicitur. Veniuntqꝫ a fides. de qua supra in dictione fides. 3. sen. dis. 24. ¶ Item.
Infidelitatis species sunt tñ tres. s. paganorū. 2. sen. dis. 41. distinctione q̄ grauis est: indeoꝛ quæ grauioꝛ hæreticoꝛū q̄ grauissima. ex. b. Tho. scda scdę. q. 1. arti. 1. 2. vj. 3 protoq.

¶Infinitiuus grece ἀπαρέμφατος. ου. ὁ. ἡ. dicitur. Est autē infinitū cuius semper ꝑs quantitatem accipientibus est aliquid accipere: ꝑs Aristotelę lib. iij. phisicoꝝ.
Infinitū eē actu nō est intelligibile. ex hoc. Tho. quolib. ix. iij. 1. 7. 3. nō pōt infinitum addi magnitudini.
Infinitū est quod nō habet finē. vnde infinitio: ⁊ 4. nec metitur spacio.
infinitas deducuntur. hinc etiāmenti infinitiuus modus quo grāmatici vtunt: qui nec ꝑsonis aliquibus: nec numeris finitur. Hęc oīa a finio descendunt: a quo pariter ꝑfinio: hoc est ꝓscribo: ⁊ quasi finē quē nō trāsgrediaris ostēdo. Unde ꝑfinitū ꝓscriptū: infinite: ⁊ infinitum accuerbia significant sine fine. A finio venerunt etiam definio: ⁊ diffinio de quibus supra in diffinitio.

¶Infirmitas grece ἀρρωσία. ας. ἡ. ⁊ ἀρρωσέω infirmo: ⁊ ἄρρωσος. ου. ὁ. infirm⁹. Est autem infirmitas debilitas: ⁊ imbecillitas: ⁊ infirmus debilis ab infirmoqꝫ deducuntur: quod est debilito. A firmus omnia hæc veniunt: firmus vero a ferendo: q̄ oīa cōstanter ferat: vnde firmitas de qua coll. bi. d. 22. distā. supra in dictione firmitas: ⁊ firmitudo eiusdē significationis. paral. 8. ¶Prouer. cap. ij. Vinoꝛ vulneris absterget mala. cui. de. re. li. 4. c. 38.

¶Prouer. c. iij. Prouer.
Ne fatigeris quum a deo coꝛriperis. fre. iij. 3. 24. 25. pau.

¶Ecclesiastici cap. xxx.
Melioꝛ est pauper sanus: ⁊ fortis viribus: q̄ di Eccli.
ues imbecillis.

¶Ecclesiastici capi. xxxvij.
In multis cibis erit infirmitas. ¶Ibidem.
Propter crapulā multi periere. Qui autē abstinēs est: adiiciet vitam.

¶Paulus primæ coꝛinth. xij. Paulus.
Nā virtus in infirmitate pficit. ¶Ibidem.
Libenter igit gloriabor in infirmitatibus meis.

¶Augu. de opere monachoꝝm. August.
Qui verā ostendit coꝛporis infirmitatem humane tractandus est: qui autem falsam prętendit: ⁊ cōuinci nō potest: deo dimittendus est.

¶Hieronymus in quadam epistola. Hiero.
Coꝛporis debilitas nimia etiā vires aię frangit: mētis quoqꝫ in genū marcescere facit. Quicq̄d cū modo ⁊ tēperamento fit: salutare est.

¶Ambro. ⁊ habet. xxiij. q. j. cap. q̄ dignioꝛ. Ambro.
Coꝛpales infirmitates populi fidelis suscipere in se debet euangelij predicatoꝛ. iuxta q̄ scriptum est. ꝓcurator
Quis infirmatur: ⁊ ego nō infirmoꝛ?

¶Greg. in pasto. ⁊ habet di. xlix. hinc etem. Greg.
Hinc etem supna voce ad moysen dicitur in leuitico. Loquere ad Aaron. Homo de semine tuo p familias: qui habuerit maculā: nō offerat panes deo suo; nec accedat ad ministeriū eiꝰ: vbi re

t

pēte subiungit̄. Si cecus fuerit: si claudus: siv el paruo vel grādi naso: vel torto: si fracto pede: si mancus: si lippus: si gibbosus: si albuginē habēs in oculo: si iugē scabiē: si impetiginē in corpore vel ponderosus. ❡Greg. lib. iiij. moraliū.

Gregorius. Cōsiderata infirmitas ꝓpria nobis excusat aliena. ❡Greg. sup illud lucæ. xij. Beatꝰ seruus quem quum venerit.

Venit dn̄s quū ad iudicandū ꝓperat: pulsat vo quū per egritudinis molestias: mortē vicinā denunciat: cui confestim aperimus: si hunc cū amore suscipimꝰ. ❡Hugo. li. j. de claustro aiæ.

Hugo. Qui dolorē capitis nō patimur benigne: quō ꝓ xp̄o capitis abscisionē pateremur? Qui flagellū timēt: quō tormēta sustinerēt.

Seneca. ❡Seneca episto. ij.

Nihil æque impedit sanitatē: sicut remediorū crebra mutatio: nō cōualescit plāta: que sepe transfertur. Nihil magis egris prodest: ꝙ ab eo curari: a quo voluerint. ❡Seneca epi. lxxij.

In omni morbo: tria grauia sunt: metus mortis: dolor corporis: intermissio voluptatis.

❡Idem episto. cj.

Multos morbos multa fercula faciunt.

❡Seneca epistola. cxxij.

Non videmus: ꝙ multa nos incōmoda exagitēt: ꝙ male nobis cōueniat hoc corpus: nunc de capite: nunc de ventre: aut de pectore: aut de faucibus querimur. Alias nerui nos: alias pedes vexant. Nunc deiectio: nunc destillatio: aliquando superest: aliquādo deest sanguis: hinc atqꝫ illinc tentamur ꝛ expellimur.

❡Aristo. lib. xiiij. de animalibus.

Modica alteratio in mēbro principali facit multā alterationē in toto corpore.

❡Aristote. ij. Poetriæ.

In infirmo est continua tristitia: ꝛ mœror inconsolabilis.

❡Infœlicitas græce. δυσυχία. ας. ἡ. ꝛ δυσυχής. έος. ὁ. infœlix dicit̄. Fœlicitas ꝛ infœlicitas descendunt a fœlix: qd̄ est qd̄ recipit fœlicitatem. Verg. Viuite fœlices quibus est fortuna pacta. Iam sua. Aliquādo significat qd̄ dat fœlicitatē. Verg. sis bonus o fœlixqꝫ tuis. Fœlix quādoqꝫ fœcundum significat quare fœlices arbores feraces dicimus: ꝛ infœlices fructū non ferentes. Hinc etiā fœlicito verbum: qd̄ est fœlicē facio. cuiꝰ oppositū infœlicito: hoc est infœlicē facio.

Menā. ❡Menander.

χρυσὸς ϖεσόνος πᾶς ἀνὴρ ξυλέυεται. i.

Quercu cadēte oīs vir ligna cōburit. ❡Idē.

Δεῖ τοὺς μὲν εἶναι δυσυχεῖς. τοὺς δ᾽εὐτυχεῖς. Id est

Oportet hos qdē eē infœlices: hos vo fœlices.

❡Idem.

ἐπ᾽ἀνδρὶ δυσυχοῦντι μὴ πλάσῃς κακόν. id est

In virū infœlicē ne obiicias malum. ❡Idē.

ἐξ ἡδονῆς γὰρ φύεται τὸ δυσθχεῖν. id est

Ex voluptate eñ nascitur infœliciter agere.

μὴ᾽ μβαινε δυσυχοῦντι. κοινὴ γὰρ ἡ τύχη. id est

Ne insulta infœlici cois eñ fortuna. ❡Idē.

μηδέ ποτε σαυτὸν δυσυχῶν ἀπελπίσῃς. id est

Nunꝙ de teipso infœliciter agēs desperabis.

❡Idem.

νόμιζε κοινὰ πάντα δυσυχήματα. id est

Existima cōes oēs infœlicitates. ❡Idem.

οἴ μοι τὸ γὰρ ἄφνω δυσυχεῖν μανίαν ποιεῖ. i.

Hei mihi repēte infœlicit̄ agere isaniā gignit.

❡Idem.

τῶν δυσυχούντων εὐτυχὴς οὐδεὶς φίλος. i.

Infœlicium fortunatus nullus amicus.

Claudianus. ❡Claudianus de victoria Stiliconis cōtra Alaricum.

Quæ vindicta prior? ꝙ quū formido superbos Flectit ꝛ assuetum spoliis affligit egestas.

❡Infortunium græce συμφορά. ᾶς. ἡ. dicit̄. Et est quum aliquod magnū malū euenit ꝺm Aristo. lib. ij. physicorum.

Ingeniū græce εὐφυΐα. ας. ἡ. ꝛ εὐφυής. έος. ὁ. ἡ. industriꝰ ꝛ ingeniosus dicitur. Est aūt ingeniū extēsio intellectus ad intellectorū cognitionē. Ingeniū significat proprie naturā cuiqꝫ ingenitā. Terē. Nā q̄ cū ingeniis cōflictat̄ eiusmodi. i. cū hoībꝰ eiusdē nature. Huius diminutiuū ē ingeniolū. Itē ingenuus q̄ libera matre natus: nec postea seruus factꝰ ē: ꝛ est relatiuū libertini. hinc etiam ingenuitas q̄ est ꝯria libertinitati.

Eccli. ❡Eccl'i. c. xxv.

Quā speciosa: veteranis sapiētia: et gloriosus intellectus ꝛ consilium.

Augustinus. ❡Augustinus ad macedoniū epist. ij.

Nō ego meo ingenio: vel merito: sed eius dono sum si quid laudabile sum. Nā quædā acutissima ꝛ excelētissima ingenia: tāto in maiori errore errant: quanto cōfidentius tanꝙ suis viribus cucurrerint: nec suppliciter: ac veraciter deū: vt viā sibi ostēderet petiuerūt.

Hiero. ❡Hiero. sup illud Eccl'i. xj. Breuis in volatilibus apis ꝛ initiū dulcoris hꝫ fructꝰ eiꝰ.

Apis acriter pungit: ꝛ mel cōficit: sic paruo corpore anima ingeniosa ꝛ acerrima viget: ꝛ doctrine suauitatē ꝓfert. ❡Grego. sup illud prouerbiorū. xxx. Stellio manibus nititur.

Grego. Dū ingeniosi per negligentiā in malis remanēt: simplices quos ingenii pēna nō adiuuat ad obtinēda regni æterni mœnia: vtus opatiōis leuat.

Ioānes chrysost. ❡Ioan. chrysost. sup illud Mat. xxv. Abscōs fodit in terram.

Abscōdere talentū in terra: est acceptū ingeniū in terrenis actibus implicare: ꝛ nō lucrū spūale acquirere. ❡Bernar. in apologetico.

Bernar. Semp in robusto: ꝛ vegetato corpore animꝰ mollior iacet atqꝫ tepidū cor: ꝛ rursum in corpore debili: ꝛ infimo fortior viget: ꝛ ꝓptior spiritus.

Boetius. ❡Boetius lib. v. de cōsolatiōe.

Omē qd̄ cognoscit̄ nō ꝺm vim sui: sꝫ ꝺm cognoscētis potiꝰ cōp̄hēdit facultatē. ❡Ibidē.

Omē qd̄ inest sensibus: si ad rationē referas vniuersale est: si ad sensuꝫ particulare. Vniuersale est qd̄ intelligitur: particulare qd̄ sentit̄.

Cassio. ❡Cassiodorus li. iiij. epistolarū.

Aegrescit profecto ingeniū: nisi vigilatiōe reparetur. Cito expediuntur horrea quæ assidua nō fuerint adiectione suffulta: thesaurus ipse ꝙ facile profunditur: si nullis iterum pecuniis cōpletur: sic humanus sensus: quum alieno nō farcitur inuento: cito pōt attenuari de proprio.

Seneca. ❡Seneca epistola. lxxvij.

Potest ingeniū fortissimū: ac beatissimum sub qualibet cute latere: potest ex deformi humiliqꝫ corpusculo formosus animus ac magnꝰ exire. Non enim deformitate corporis fœdat̄ animus: sed pulchritudine animi corpus ornat̄.

❡Seneca de trāquillitate animi.

Nullum ingenium potest esse magnum: anteꝙ habeat aliquid admixtuꝫ de furia.

❡Seneca Tragœ. iiij.

Ingenia melius recta in laudes se ferunt: si nobilem animum vegeta libertas alit.

Aristo. ❡Aristote. lib. ij. Metaphysicæ.

Quicquid intellectus intelligit: idē finit.

❡Aristoteles lib. xj. Metaphysicæ.

Speculatio est bonum ꝛ optimum acceptissimū ꝛ delectabilissimum. ❡Ex lib. Empedoclis.

Empedocles. Tria sunt quę in tota rerum varietate excellentissimū diuinæ munificentie donū scꝫ philosophiā extollūt nobilis affluētię cōceptꝰ: futuræ fœlicitatis appetitus: mentis illustratio: quorū primo nihil honestius: secundo nihil faciliꝰ: tertio nihil ad amboruꝫ compendiosam adeptionē efficacius. ❡Sallustius in Iugurtha.

Sallusti. Igitur preclara facies: diuitiæ: ad hæc vis corporis: ꝛ alia oīa huiuscemodi breui dilabunt̄: at ingenii egregia facinora: sicut aīa: immortalia sunt: postremo corporis: ꝛ fortune bonoruꝫ vt initiū sit finis. ❡Ibidem.

Inter bonas artes integrū ingenium breui adolet. ❡Plautus in Penulo.

Plautꝰ. Inuidia nunꝙ in me nata est: neqꝫ malicia mala bono ingenio me esse ornatā: ꝙ auro multo malo. ❡Ouidius lib. vj. metamor. Fabula. vj. Grande doloris.

Ingenium est: miserisqꝫ venit solertia rebus.

❡Idem lib. xv. Fabula. ij.

Carne feræ fedant ieiunia: nec tamen omnes:
quippe equus ꝛ pecudes: armētaqꝫ gramine
At qbꝰ ingeniū est īmansuetūqꝫ ferūqꝫ Cviuūt
Armeniæ tigres: iracūdiqꝫ leones
Cunqꝫ lupis vrsi dapibus cū sanguine gaudēt.

❡Idem. lib. iij. Amorum. Elegia. vij.

An quisꝙ ingenuas etiam nūc suscipit artes?
Aut teneras dotes carmen habere putat?
Ingenium quondam fuerat preciosius auro:
At nunc barbaria est grandis habere nihil.

Ouidꝰ. ❡Ouidius epistola Herus ad Leandrum.

Fortius ingenium suspicor esse viris.
Vt corpus teneris sic mens infirma puellis.

❡Ouidius Tristium lib. iij. Elegia. vij.

Singula quid referā? Nil non mortale tenemꝰ:
Pectoris exceptis ingeniisqꝫ bonis.
En ego quum patria caream: vobisqꝫ domoqꝫ:
Raptaqꝫ sint adimi quæ potuere mihi:
Ingenio tamen ipse meo comitorqꝫ: fruorqꝫ:
Cæsar in hoc potuit iuris habere nihil.

❡Idem. iij. Tristium. Elegia vltima.

Ingenium fregere meum mala: cuius ꝛ ante
Fons infœcundus paruaqꝫ vena fuit.

Sed quæcunqꝫ fuit nullo exercente refugit:
Et longo periit arida facta situ.

❡Idem. iij. Tristium Elegia. xiiij.

Adde ꝙ ingenium longa rubigine læsum
Torpet: ꝛ est multo: ꝙ fuit ante: minus.

Terentiꝰ. ❡Teren. in heautontimorumeno comœ. iiij.

Nihil est tam difficile quin querendo inuestigari possit.

Ingratitudo grece ἀχαριςία. ας. ἡ. ꝛ ἀχάριςος. ου. ὁ. ingratꝰ dicitur. Est aūt īgratitudo q̄libet pctm̄: qꝛ tollit debitū gratitudinis: qd̄ ē debitū honestatis. ex. b. Tho. scd̄a scd̄ę. q. cvij. ar. j. Venit aūt ingratitudo et ingratus a gratus: q̄ ē memor beneficii accepti. Cuius cōtrarius est ingratū: ꝛ gratuitum: qd̄ gratis datur. Et gratificor qd̄ est aliud ꝙ gratū facio: licet vtrunqꝫ a gratum deducatur. Etenim gratū facere est quiddā minus: ꝛ prope idem qd̄ obsequi: ꝛ īseruire. Gratificari vero est quiddā maius: ꝛ quasi idem qd̄ beneficum esse: ꝛ beneficia cōferre. Quapropter deos nō gratū facere: sed gratificari hominibꝰ dicimꝰ. Ab hoc gratificꝰ: ꝛ gratificatio deducūtur. ❡Prouerbiorum cap. xvij.

Prouer. Qui reddit mala pro bonis: nō recedet malum de domo eius. ❡Sapientiæ cap. xvj.

Sapientię. Ingrati enim spes tanꝙ hyemalis glacies tabescet: ꝛ disperiet tanꝙ aqua superuacua.

August. ❡Aug. in expositione ps. viij. ꝛ hab etur xxiij. q. iij. cap. Sex differentiæ.

Sex differētiæ sunt: reddere bona ꝓ malis: Nō reddere mala pro malis. Hec bonorum sunt: et prius melius. Non reddere bona pro bonis: et reddere mala pro bonis. Hæc duo malorū sunt: sed posterius deterius: Reddere bona pro bonis: ꝛ pro malis mala: hec duo mediocriū sunt: prius propinquū bonis: qd̄ Christus nō arguit: sed plus oportere dicit: quia ꝛ ethnici hoc faciunt. Posterius ꝓpinquū malis: cōuenit tn̄ etiā bonis: vnde ꝛ lex modū vltionis statuit: oculum ꝓ oculo: q̄ si dici pōt iniustorum iustitia est: non quia iniqua est vltio: quam lex statuit: sed qꝛ vitiosa libido vlciscēdi: magis ad iudicem pertinet hoc inter homines discernere: ꝙ bonuꝫ hominem sibi expetere. Hic enim malū ꝓ malo redderet: iudex vo nō: sed delectatiōe iustitię iustū ꝓ iniusto: qd̄ ē bonū ꝓ malo: qd̄ etiā deꝰ iudex facit. ❡Augustinus lib. de pœnitētia: ꝛ habetur de pœni. distin. v. capi. consideret.

Ingratus enim extitit: qui plenus virtutibus deum non oīno timuit. In hoc enim quisqꝫ peccator fit culpabilior: quo ē deo acceptior. Ideo enim Adam plus peccauit: qꝛ omni bono abundauit. ❡Ioan. chryso. super Matthæum.

Ioānes chryso. Quātum maiora beneficia sunt hominibus constituta: tanto grauiora peccantibus iudicia.

Bernar. ❡Bernardus super cantica.

Ingratitudo est hostis gratię: inimica salutis: quoniam nihil ita displicet deo: quemadmodum ingratitudo. ❡Idem sermone. xxij.

Quanti fecit te deus ex iis quæ pro te factꝰ est

agnosce: vt appareat tibi benignitas eius ī humanitatē. Quanto enim minorem se fecit in humilitate: tāto maiorem exhibuit in bonitate: et quanto pro me vilior: tāto mihi charior. Aduerte homo: quia limus es: & non sis superbus: et quia deo iunctus es: nō sis ingratus.

¶ Bernardus sermone .xxxv.

Gratiarū cessat discursus: vbi recursus nō fuerit. Nec mō nil augetur ingrato: sed quod accepit vertitur ei in perniciem: infidelis in modico censetur indignus munere ampliori.

¶ Idē sermone .lij.

Peruersi cordis est occasiones ingratitudinis inuestigare. Nemo id facit: nisi q̄ etiā gratis est ingratus.

Cassio.

¶ Cassiodorus lib. ij. epistola .xvj.

Nutriunt premiorum exempla virtutes. Non est quisq̄ qui ad morum summā nitatur ascendere: qñ irremuneratū relinquitur: quod conscientia teste laudatur. ¶ Idē lib. iiij. epist. xxj.

Graue nimis est vt fructu laboris sui fraudet industrius: & cui debet pro sedulitate conferri præmium: dispendiū patiatur iniussu: & malorū omnium probatur extremum: vt inde quis cogatur detrimenta suscipere: vnde credebat auxilia prouenire: molestiam pati sine causa: pœnam sine culpa: damna sine delictis.

¶ Idem lib. vij. epla .xxij.

Indiscreti hominum mores cōfusiq; vagarentur: si aut culpa formidinem: aut virtus præmia non haberent.

Lactan.

¶ Lactantius Fir. lib. ij. diuinarum institutionum aduersus gentes.

At vero si qua grauis necessitas presserit: tunc dei recordantur. Si belli terror infremuit: si morborum pestifera vis incubuit: si alimēta frugibus longa siccitas denegauit: si tempestas: si grando ingruat: ad deū confugitur: a deo petit auxiliū. Deus vt subueniat oratur. Si quis ī mari vento sæuiente iactatur: hunc inuocant. Si ad extremam mendicandi necessitatē ductus vitaz precibus exposcit: deū solū obtestatur. Per eius vnicum atq; diuinū nomen hominum sibi misericordiam quærit. Nunq̄ igitur dei meminerunt: nisi dum in malis sunt. Postq̄ metus deferunt: & pericula recesserunt: deo autē quē ī sua ipsa necessitate implorauerant: nec verbo quidē gratias agunt. ¶ Ibidem.

Naz tum deus ex memoria hominū maxime elabitur: quum de beneficijs eius fruentes: honorem dare diuinæ intelligentię debent.

¶ Idē lib. iiij. di. insti. cap. iij.

Nam si diuinitas quæ gubernat hūc mundū incredibili beneficio genus humanum sustentat: & quasi paterna indulgētia fouet: vult profecto gratiam sibi referri: & honorē dari. Nec constare homini ratio pietatis pōt: si cœlestibus beneficijs extiterit ingratus: qd̄ nō est vtiq; sapiētis.

Seneca.

¶ Seneca lib. de beneficijs.

Officium liberalitatis. Vide in liberalitas.

¶ Idem epist. lxxxiij.

Quidam quo plus debent magis oderunt: leue æs alienum debitorem facit: graue inimicum.

¶ Ibidem.

Quereris incidisse te in hominem ingratum: si hoc periculū vitare volueris: non dabis beneficia: ita ne apud alium pereant: & apud te peribunt. ¶ Ibidem.

Ingrati esse vitemus non aliena causa: sed nostra. ¶ Seneca ibidem.

Venenū quod serpentes in alienā perniciē proferunt: sine sua continēt: nō ita vitiū ingratitudinis continet. Torquet se ingratus: & macerat oditq; accepta: quia redditurus est: extenuat: iniurias vero dilatat: atq; auget. ¶ Ibidem.

Quid aūt est eo miserius: cui bñficia exciderūt: hærent iniuriæ? ¶ Ibidem.

Quæris quid sit quod obliuionē nobis acceptorū faciat: cupiditas accipiendorū. Cogitamus non qd impetratū: sed quid petendū sit: nescimus æstimare res: de quibus nō cū fama: sed cū rerū natura deliberandum est. ¶ Ibidem.

Eo productus est furor: vt periculosissima res sit beneficia in aliquē magna conferre: nā qr putat turpe nō reddere: nō vult esse cui credat: habe quod accepisti: non repeto: nō exigo: p̄fuisse tutum est. ¶ Idem lib. de beneficijs.

Non referre gratiam de beneficio turpe est.

¶ Ibidem.

Per se fugiēda est res ingratū esse: quoniā nil æque concordiam hmani generis dissociat: ac distrahit: q̄ hoc vitium. ¶ Ibidem.

Vir bonus omnia recte facit. Si omnia recte facit: ingratus esse non potest. ¶ Ibidem.

Gratū hominē semp beneficiū delectat: ingratum semel. ¶ Ibidem.

Nec mirum est inter plura maximaq; vitia nullum esse frequentius: q̄ ingrati animi. Id euenire ex causis plurimis video. Prima: quia nō eligimus dignos q̄bus tribuamus: sed nomina facturi diligenter patrimonium: & vitaz debitoris inquirimus. ¶ Ibidem.

Quisquis de accipiendo cogitat: oblitus accepti est: nec vllum habet malū maius cupiditas: q̄ qp ingrata est. ¶ Ibidem.

Sapiens nō cupit debere gratiam: sed cupit referre. Errat si quis leuius beneficiuz accipit: q̄ reddit. ¶ Ibidem.

Quanto hilarior est quis soluit quod mutuat: tāto debet letior esse qui se maximo ære alieno accepto exonerat: q̄ quum maxime astringatur: tanto autem plus soluendum est: quanto tardius soluitur. Ingratus est qui beneficium soluit sine vsura. ¶ Idem.

Nihil charius æstimamus: q̄ beneficium: quod diu petimus: nihil vilius: quum accipimus.

Cicero.

¶ M. Tul. Cicero. lib. j. officiorum.

Vix inuenit: qui laboribus susceptis periculisq; aditis nō quasi mercedē rerū gestarū desideret gloriā. ¶ Idē lib. iij. de legibus.

Clarissimi viri Athenis pulsi carere ingrata ciuitate q̄ manere in iproba maluerunt.

¶ Idem lib. de amicitia.

Officia meminisse debet is in quē collata sunt: non commemorare is qui contulit.

Valeri9 maximus.

Valeri9 maximus lib. v. ti. de Ingrat.

Dādi & accipiendi beneficij cōmerciū: sine quo vita hominū mors est: tollit: quisquis benemerito parem referre gratia negligit.

¶ Idem lib. v. titu. de ingratis: de lacedæmonijs erga Licurgum.

Neminē Licurgo aut maiorē: aut vtiliorē virum Lacedæmonia genuit: vt pote cui Apollo pythius oraculū petenti respōdisse fertur: nescire se vtrū illū hominū an deorū numero aggregaret. Huic tamē neq; vi summa sincæritas: neq; constantissimus erga patriam amor: neq; leges salubriter excogitatæ: auxilio esse potuerūt: quo minus infestos ciues experiretur. Sepe em̄ lapidibus petitus: aliqñ eiectus publico furore: etiam priuatus oculo: ad vltimum ipsa patria priuatus est. Quid aliæ faciēt vrbes? vbi etiam illa quæ constantiæ: & moderationis: & grauitatis sibi laudem eximiam vendicat: tam ingrata aduersus benemeritū extitit?

Menander.

¶ Menander.

ἀχάριστος ὅστις εὐπαθὼν ἀμνημονεῖ. i.

Ingratus qui bñficio affectus obliuiscit. ¶ Idē.

ἅμ' ἤλεκται καὶ τέθνηκεν ἡ χάρις. i.

Simul collatum est: & mortuum est beneficium.

¶ Idem.

μετὰ τὴν δόσιν τάχιστα γηράσκει χάρις. i.

Post dationem celerrime senescit beneficium.

Ex.j.epigrāma.

¶ Ex primo Epigrammaton.

Quis lupum lactans ait.

τὸν λύκον ἐξ ἰδίων μαζῶν τρέφω οὐκ ἐθέλουσα.
ἀλλά μ' ἀναγκάζει ποιμένος ἀφροσύνη.
αὐξηθεὶς δ' ὑπ' ἐμοῦ κατ' ἐμοῦ πάλιν θηρίον ἔσται.
ἡ χάρις ἀλλάξαι τὴν φύσιν οὐ δύναται. i.

Lupū ex proprijs mānis nutrio inuita
Sed me cogit pastoris stultitia.
Actus enim a me contra me rursus fera erit.
Beneficium mutare naturam non potest.

Lucian9.

¶ Lucianus.

φαῦλος ἀνὴρ πίθος ἐστὶ τετρημένος. εἰς ὃν ἁπάσας
ἀντλῶν τὰς χάριτας. εἰς κενὸν ἐξέχεας. i.

Malus vir doliū perforatum: in quod omnes
Immittens gratias in vanū effudisti.

Sopho.

¶ Sophocles in Aiace furente.

ὅτου δ' ἀπορρεῖ μνῆστις εὖ πεπονθότος,
οὐκ ἂν γένοιτο πόθ' οὗτος εὐγενὴς ἀνήρ. i.

Qui autem obliuiscitur beneficio affectus
Nunq̄ vtiq; esset hic generosus vir.

¶ Idem in eodem.

ὡς ταχεῖα τοῖς βροτοῖς
χάρις διαρρεῖ καὶ προδοῦσ' ἁλίσκεται. i.

Quam cito mortalibus.
Beneficium perit: & amissum deprehenditur.

Plautus

¶ Plautus in persa.

Nam improbus est homo: qui beneficium scit sumere: & reddere nescit. ¶ Plautus in Persa.

Nihil amas: si ingratū amas.

Terenti9

¶ Terentius in Phormione.

Ad hoc res rediit: si qs qd reddit: magna habenda est gra.

Ouidi9.

¶ Ouid. in epla Medeę ad Iasonē.

Debuit ingratis Scylla nocere viris.

Franciscus petrarcha.

¶ Franciscus petrarcha soneto .xliij.

Percheio thabia guardato di menzogna
A mio poter: & honorato assai:
Ingrata lingua: giaperho non mhai
Rēduta honor: mad facto ira: & vergogna.

¶ Idē Cantilena .xiij. Stantia .viij.

Di bon seme mal frutto.
Mieto: & tal merito ha: chingrato serue.

¶ Inhūanitas græce ἀπανθρωπία. ας. ἡ. & ἀπάνθρωπος. ου. ὁ. inhumanus dicitur. Est autem inhumanitas obduratio contra misericordiam. ex beato Tho. secunda secundæ. q. cxvj. ar. viij. De hac vide supra in Humanitas.

¶ Inimicitia græ. ἔχθρα. ας. ἡ. & ἐχθρός. οῦ. ὁ. inimicus dicitur. Est autem inimicitia ira vlciscendi tempus obseruans secundum Ciceronē lib. Tus. quæstionum.

Inimicus est contrarium de amicus. Is vero dicitur amicus qui amat: & indissolubili familiaritatis iure coniunctus est. Differunt autem amicus & amator: q̄ amicus ab amando appellatus est: & honesta quidem res ē: & eum significat cuz quo vera amicitia coniunctus es. Amatorē quippe dicimus: qui ad tempus & veneree amat. Ab amico amicitia deriuatur: que quid sit vide supra in Amicitia. Huius oppositum est inimicitiæ plurali numero: q̄q̄ veteres etiam singulari nonnunq̄ protulerunt. ¶ Ennius.

Amicitiam atq; inimicitiam in fronte promptam gero.

¶ Homerus in X iliados. verba sunt Achillis ad hectorem.

Homer.

ὡς οὐκ ἔστι λέουσι καὶ ἀνδράσιν ὅρκια πιστά,
οὐδὲ λύκοι τε καὶ ἄρνες ὁμόφρονα θυμὸν ἔχουσιν,
ἀλλὰ κακὰ φρονέουσι διαμπερὲς ἀλλήλοισιν,
ὣς οὐκ ἔστ' ἐμὲ καὶ σὲ φιλήμεναι. i.

Quemadmoduz non leonibus & hominibus iusiurandum fidum.
Et neq; lupi & hoīes cōcordem animū habent:
Sed mala cogitant vtriq; inter se.
Sic non erit te & mutuo amari.

¶ Periander.

Periander.

ἀτυχίαν κρύπτε ἵνα μὴ τοὺς ἐχθροὺς εὐφράνῃς. id est

Infœlicitatē occulta: ne inimicos lætitia afficias. ¶ Pittacus.

Pittac9.

μηδὲ τὸν ἐχθρὸν φίλον ἡγοῦ. i.

Neq; inimicū amicum tibi existima. ¶ Idem.

ἔχθραν διάλυε. id est

Inimicitiam dissolue.

¶ Menander.

Menander.

ἀθάνατον ἔχθραν μὴ φύλαττε θνητὸς ὤν. i.

Immortalem inimicitiā ne retine mortalis existens. ¶ Idem.

ἐχθροὺς ἀμύνου μὴ ἐπὶ τῇ σῇ βλάβῃ. i.

Inimicos vlciscere nō in tuo damno. ¶ Idem.

ἐχθροῖς ἀπιστῶν οὔποτ' ἂν πάθοις βλάβην. i.

Inimicis non credens: nunq̄ vtiq; damno afficieris. ¶ Idem.

λόγον παρ' ἐχθροῦ μήποθ' ἡγήσῃ φίλον. i.

Sermonem ab inimico nunq̄ putabis amicū.

¶ Iniq̄tas grece ἀνομία. ας. ἡ. & ἄνομος. ου. ὁ. ἡ. iniquus dicitur. Est autem iniquitas proprie in proximum: peccatum autem in seipsum. Improprie vero sunt idem. ex beato Thoma prima secundæ. q. xxxiij. ar. j.

De hac materia habes infra vbi peccatum.

[I]Niuria grece ἀδικία. ας. ἡ. et ἀδικέω iniurior dicit. Est aũt iniuria omne qđ nõ fit iure: vt habet. xiiij. q. iiij. ca. quid dicã. Iniuriam facere est simpliciter aliquẽ nolentem lædere: et scientẽ quẽ: et quo: et quo preter illius voluntatẽ secundũ Aristotelem lib. v. æthicorum.
Iniuriam pati est quum a volentibus iniusta inferuntur secundũ Arist. lib. ij. Rhetoricorum.
Iniuriari est sponte præter leges officere.
¶ Ut ibidem.
Iniura venit a iure: eo ꝙ non fiat iure.
Iniuria proprie (vt Ulpianus sentit) est iniquitas atq; iniustitia. Nam quum quis inique vel iniuste sententiam dixit: iniuriam dixisse manifestum est: quasi non iuriam.
Iniuria etiam aduerbialiter ponit: hoc est sine causa: et immerito: quemadmodum iure pro merito accipi solet. Cicero. Nec id iniuria factũ ẽ: hoc est non sine causa: non immerito. Quandoq; pro contumelia ponitur. Plinius. Tot ab eo iniurijs affectus sum: tot cõuitijs lacessitus. Quãq; p damno ponit. Pacu. Patior facile iniuriam: si est vacua contumelia. Hinc iniurior et iniurius qui alicui iniuriam facit: et iniuriosus: contumeliosus.

Matth. ¶ Mattheus cap. v.
Omnis qui irascit fratri suo reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri suo racha: reus erit concilio. Qui autem dixerit fatue reus erit gehenne ignis. Si ergo offers munus tuum ad altare: et ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduersum te: relinque ibi munus tuum ante altare: et vade prius reconciliari fratri tuo: et tunc veniens offeres munus tuũ.
¶ Idem capitulo. vj.
Si enim dimiseritis hominibus peccata eorũ: dimittet et vobis pater vester celestis delicta vestra. Si autem non dimiseritis hominibus: nec pater vester dimittet vobis peccata vestra.
¶ Mattheus. xviij.
Accedẽs Petrus ad Iesum dixit. Domine quotiens peccabit in me frater meus: et dimittã ei? vsq; septies? Dixit illi iesus. Non dico tibi vsq; septies: sed vsq; septuagesies septies.

Lucas. ¶ Lucas ca. vj.
Dimitte: et dimittemini: date: et dabit vobis. Mẽsuram bonam: et confertam: et coagitatã: et superefluentem dabunt in sinum vestrum. Eadẽ mensura qua mensi fueritis remetietur vobis.

August. ¶ Aug. sup ps. cij. et habet. xj. q. iij. Qui iust[us].
Qui iustus est: et iniuste maledicitur: præmiũ illi redditur. ¶ Idem in homelia: et habetur xiiij. q. v. Forte aliquis.
Forte aliquis cogitat et dicit: multi sunt christiani diuites: auari: cupidi: non habeo peccatum: si suũ illis abstulero: et pauperibus dedero. Unde eniz illi nil boni agunt: mercedẽ habere potero. Sed huiusmodi cogitatio a diaboli calliditate suggeritur: nã si totum tribuat pauperibus: qđ abstulerat: addit potius peccatũ: ꝙ minuat.

¶ Idẽ de verbis domini tractatu. xxxv. et habet. xiiij. q. v. Nolite.
Nolite velle eleemosynas facere de fœnore et vsuris. ¶ Idem: et habet ibidẽ. Immolans.
Immolans ex iniquo oblatio est maculata: dona iniquorum nõ probat altissimus: nec respicit in oblationibus iniquorum: nec in multitudine sacrificiorũ eorum propiciabitur peccatis. Qui offert sacrificiũ de substantia pauperis: quasi q victimat filium in conspectu patris sui. Panis egentium vita pauperis est. Qui defraudat illum homo sanguinis est. Qui effundit sanguinem: et qui fraudẽ facit: necessario fratres sunt.
¶ Idẽ de verbis domini: tractans illud apostoli. Donãtes vobismetipsis.
Dicit dominus: dimitte et dimittetur tibi: si ego prior dimisi: dimitte illis postea: nam si nõ dimiseris reuocabo te: et quicquid dimiseram replicabo tibi. ¶ Hieronymus lib. iij. super illud Matthei. Si peccauerit in te frater tuus. Hiero.
Nos in dei iniuria benigni sumus: et in nostris cõtumelijs exercemus odia. ¶ Idẽ sup illud. Si non remiseritis de cordibus vestris.
O formidolosa sententia: si parua fratribus nõ dimittimus: magna nobis a deo nõ dimittentur.
¶ Ambrosius lib. de officijs: et habetur. xiiij. q. v. Deniq;. Ambro.
Deniq; si non potest subueniri alteri: nisi alter lædatur: commodius est neutrum iuuari: ꝙ grauari alterum. Ideoq; in causis pecuniarijs interuenire non est sacerdotale: in quibus nõ potest fieri: quin alter lædatur frequenter qui vincit: quia intercessoris beneficio se victuz arbitratur. Sacerdotis est igitur nulli nocere: prodesse velle omnibus. ¶ Ibidem.
Qui nõ repellit a socio: si potest: iniuriam: tam est in vitio: ꝙ ille qui infert.
¶ Gregorius ianuario episcopo: et habetur xxiij. q. iiij. Inter querelas. Grego.
Nil te cogitare de cœlestibus ostendis: sed terrenã te habere conuersationem significas: dum pro vindicta proprie iniuriæ: quod sacris regulis prohibet: maledictionẽ anathematis inuexisti. ¶ Io. Chrysostomus sup illud Matthei. v. Qui dixerit fratri suo fatue. Ioãnes chryso.
Parua verba multotiens homicidiuz perpetrauerunt: et ciuitates integras euerterũt: nũꝙ paruum æstimes: fratrem stultum vocare: auferẽs ei prudentiam: et intellectum: quo homines sumus: et ab irrationabilibus distamus.
¶ Idem super Mattheũ.
Quicquid a quolibet hominũ passi fuerimus iniuste: aut remissionem accipiemus oĩm peccatorum: aut si tanta in nobis delicta nõ fuerint: clarioribus honorabimur coronis. ¶ Ibidem.
Si vindicare vis sile: et funestam ei dedisti plagam. ¶ Ibidem.
Discamus exemplo christi nostras iniurias magnanimiter sustinere: dei autẽ iniurias: nec vsq; ad auditum sufferre. Nam si in iniurijs proprijs patientiã tenere laudabile est: iniurias autẽ dei sustinere nimis impium est. ¶ Isidorus. Isidorus.
Iniuria est verbo vel facto cum aliquo iniuste

agere: exprobare est in faciem maledicere.
Cassiodorus. Cassiodorus sup illud psal. Cõculcauerũt.
Grauissimũ genus iniurie est: vsq; ad pedẽ contumelie peruenire.
Rabanus. ¶ Rabanus super illud Matthæi. v. Gaudete et exultate.
Nescio quis nostrum possit implere: vt laceret opprobrijs fama nostra: et exultem in dño. Elegãter enim in quodam volumine legimus: ꝙ si non quæras gloriam: tamen dolebis quũ inglorius fueris. ¶ Seneca in prouerbijs. Seneca.
Uiri boni est scire pati nec facere iniuriam.
¶ Ibidem.
Difficile est iniuriam conuenire cum patientia.
¶ Ibidem.
Iniuriarum remedium est obliuio.
Cicero. ¶ M. T. Cicero lib. Rhætoricorum.
In omni iniuria multũ interest: vtrũ perturbatione animi: an consulte fiat. Perturbatio plærũq; breuis est: et ad tempus. Ideo leuiora sunt: que repentino motu accidunt: ꝙ ea quæ præmeditata inferuntur. ¶ Idem lib. officiorum.
Qui non defendit: nec obsistit iniurie si potest: tã est in vitio: ꝙ si parẽtes: aut amicos: aut patriam deserat. ¶ Idem lib. j. officiorum.
Nec vero rei famliaris amplificatio nemini nocẽs vituperanda: sed fugienda iniuria semper est.
¶ Ibidem.
Quũ autẽ duobus modis id est aut vi: aut fraude fiat iniuria. Fraus quasi vulpecule: vis leonis videtur: vtrunq; ab hoĩe alienissimũ est. Sz fraus odio digna maiore. Totius autem iniustitie nulla capitalior est: ꝙ eorũ qui quũ maxime fallunt: id agunt: vti viri boni videantur.
Sallustius ¶ Sallustius in Catilina.
Nulli mortaliũ iniurie sue parue videnť. Multi eas grauius æquo habuere.
¶ Idem in Iugurtha.
In omni certamine qui opulẽtior est: etiã si accipit iniuriã: tamẽ quia plus potest facere videt.
Ualerius maxi. ¶ Ualerius maximus li. iiij.
Speciosus aliquãto iniurie beneficijs vincunt: ꝙ mutui odij pertinacia pensantur.
Aulus gellius. ¶ Aulus gellius noctiũ at. lib. xviij.
Ueterẽ ferendo iniuriam: inuitas nouam.
Aristo. ¶ Aristo. lib. j. æthicorum.
Iniuriã pati melius est: ꝙ alteri nocere.
Lucius apuleius ¶ Lucius Apuleius de dogmate Platonis.
Sapientem perfecte esse nõ posse: dicit Plato: nisi cæteris ingenio prestet: et artibus: et potẽtie partibus imbutus sit: deniq; sapiens: nec in secundis rebus effertur: nec contrahitur in aduersis: quum se ornamentis suis ita instructũ sciat: vt ab his nulla vi segregetur: hunc talem non solũ inferre: sed nec quidem referre oportet iniuriã.
Laertius dioge. ¶ Laertius diogenes de vita et moribus philosophorum.
Iniuria iniuste irrogata eius est isfamia: qui facit.
Iuuena. ¶ Iuuenalis sat. viij.
Curandum imprimis ne magna iniuria fiat
Fortibus et miseris: tollas licet oẽ: qđ vsquam est.
Auri atq; argẽti: scutũ gladiũq; relinques:
Et iacula: et galeã: spoliatis arma supersunt.
Quod modo proposui non est sententia: verum
Credite me vobis foliũ recitare Sybillæ.
¶ Idem satyra. xiij.
Uindicta
Nemo magis gaudet: ꝙ fœmina.
¶ Ouidius in epl'a Helene ad Paridem. Ouidius.
Utilis interdũ est ipsis iniuria passis.
¶ Propertius lib. iij. elegia. vij. Propertius.
Non est certa fides: quam non iniuria versat.
¶ Iniustitia græce ἀδικία. ας. ἡ. et ἄδικος. ου. ὁ. iniustus dicit. Est aũt iniustitia p quã aliena singuli contra leges retinẽt sm Arist. lib. j. rhætoricorum.
Iniustitia est duplex scilicet illegalis opposita iustitie legali: alia scdm inæqualitatẽ ad alterũ. Prima est gñalis intentione: et specialis obiecto. Scda vero est specialis vtroq; modo. ex. b. Tho. secunda secunde. q. lviij. ar. v.
Iniustitia contraria est iustitie: quã aliqui dicũt esse habitũ animi cõmuni vtilitate conseruata dignitatem suam cuiq; tribuentem.
De hac materia vide infra in Iustitia.

[I]Nnocentia græce ἀκακία. ας. ἡ. et ἄκακος. ου. ὁ. ἡ. innocẽs dicit. Est autem innocẽtia puritas animi oẽm iniuriæ illationẽ abhorrẽs secundũ Ciceronẽ libro officiorũ.
Innocentia integritas est. Sicut nocẽtes proprie dicuntur qui iniuriã aut maleficiũ cõmiserũt: a noceo verbo qđ est obsuz: et a maleficio nõ abstineo. Ita innocẽtes dicũtur: q ab oĩ iniuria: et maleficio abstinẽt. Inde fit innocẽter aduerbiũ: et inocuũ: quod modo actiue capitur. Uergi. Littusq; rogamus innocuum. Aliquãdo passiue: p eo cui nõ nocetur. Uerg. Sedere carine omnes innocuæ.
¶ Dauid psal. xxiij. Dauid.
Innocens manibus: et mundo corde: q non accepit in vano animã suam: nec iurauit in dolo proximo suo. Hic accipiet benedictionẽ a domino: et misericordiam a deo salutari suo.
¶ Augustinus de vera innocẽtia. Augu.
Eam deus innocentiã probat: qua homo nõ metu pœne fit innocẽs: sed amore iustitie. Nã q timore nõ peccat: ꝙuis nõ noceat: cui vult nocere: et abstineat ab iniquo opere: reus tñ fit sola voluntate. ¶ Idẽ: et habet. xxiij. q. v. Non est.
Non est innocentie parcẽdo sinere: vt in malum grauius incidatur: ptinet ergo ad innocẽtis officiũ: non solũ nemini malũ inferre: verũetiam cohibere a peccato: vel punire peccatũ: vt aut ipse qui prius odio habetur corrigatur experimẽto: aut alij terreantur exemplo.
¶ Idẽ super ps. xxxviij.
Uera innocentia est: vbi itegritas est sine pctõ: venditio est sine debito: flagellum sine merito.
¶ Idẽ. xiiij. de ciui. dei. cap. xxvij.
Cibus aderat ne esuriret: potus ne sitiret: lignũ vite: ne eum senectus dissolueret: nihil tamen corruptionis in corpore vllas molestias: vllis eius sensibus ingerebat.
¶ Hieronymus sup illud Matthei. Quicũq; humiliauerit se sicut paruulus. Hiero.

inocentes.
3.36.c. abimatu.ti.re.

Sicut paruulus non perseuerat in iracundia: non læsus meminit: nõ videns pulchram mulierem delectatur: nõ aliud cogitat: et aliud loquitur: sic et nos: nisi talẽ habuerimus innocẽtiã: et animi puritatẽ: regna cælorum non poterimus intrare.

Ambro. ¶ Ambrosius lib. de officijs: et habetur xiiij. q. v. Deniqz si.
Innocens credit omni verbo. Non vituperãda facilitas: sed laudanda bonitas: hoc est innocentem esse: ignorare quid noceat: et si circũscribitur ab aliquo de omnibus tamen iudicat: qui fidem esse in omnibus arbitratur.

¶ Idem in Hexamero.
Innocẽtia et integritas leui sorde violatur asper sa: et gratiæ suæ munus amittit.

¶ Idẽ de officijs lib. ij.
Vitam beatã efficiunt tranquillitas cõscientiæ: et securitas innocentiæ.

Grego. ¶ Gregorius moralium lib. ij.
Sic vixi vt accusatorẽ exterius non timerẽ. Vtinam sic vixissem: vt intra meipsum accusatorem conscientiam non haberem.

Bernar. ¶ Bernardus super cant.
Immediocris est titulus virtutis: inter prauos viuere bene: et inter malignantes innocentiæ retinere candorem: et morum lenitatem.

¶ Idem sup cant. sermone. xlv.
Sed quis innocentiam retinet: et nihilominus humilitatẽ iungit: nonne is tibi videtur geminum animæ possidere decorem. Rara auis in terris: aut sanctitatẽ nõ perdere: aut humilitatẽ sanctimonia non excludi: et ideo beata quæ vtranqz retinuit.

Lactãti⁹. ¶ Lactantius fir. lib. vj. diui. institu.
Nihil enim sctã et singularis illa maiestas aliud ab hoĩe desiderat: quam solã innocentiã: quã si quis obtulerit deo: satis pie religioseqz litauit.

¶ Idem lib. vij. cap. xxj.
Tanta est vis innocẽtiæ: vt ab ea ignis ille refugiat ĩnoxius: q accipit a deo hãc potestatẽ: vt impios vrat: iustis obtemperet.

Cicero. ¶ M. T. Cicero lib. officiorũ.
Atqz etiã hoc præceptũ officij diligẽter tenẽdũ est: ne vnq̃ innocẽtem iudicio capitis arcessas: Id enim sine scelere nullo pacto fieri potest.

Plautus ¶ Plautus in amphitryone.
Quæ non deliquit decet audacem esse cõfidẽter pro se: et proterue loqui.

Dantes. ¶ Dantes paradisi cant. xxviij.
Fede et innocentia son reperte
Solo ne pargoleti: poi ciascuna
Pria fugge che le goancie sien coperte.

Nquisitio græ. ἐπιζήτησις. ιος. η. et ἐπιζητητής. ου. ὁ. inq̃sitor dicitur. Est aũt inq̃sitio alicuius criminis manifesti: saltẽ per famã: ex bono: et æquo iudicis cõpetẽtis canonice facta inuestigatio secundum Hostiensem.

Inquisitio a quæro deducitur: vnde etiã quæstores vel q̃sitores: q a ppło creati capitalibus rebus præerant. Verg. Quæsitor minos vrnam mouet. Quid autem quærere sit: et aliqua ab eo deriuatiua. Vide infra quærere.

Esdre. ¶ Esdræ secundi cap. viij.
Virtus domini erit cum eis: qui inquirũt eum in omni affectu.

Dauid. ¶ Dauid psal. ix.
Hi in curribus: et hi in equis: nos autem in nomine dei nostri inuocabim⁹.

Esaias. ¶ Esaias cap. lv.
Quærite dñm dũ inueniri põt: inuocate eũ dum ppe est. Derelinquat impius viã suam: et vir iniquus cogitationes suas: et reuertatur ad dñm: et miserebitur eius: et ad deũ nostrũ: quoniã mult⁹ est ad ignoscendum.

Matth. ¶ Matthæus cap. vj.
Petite et dabitur vobis: quærite: et inuenietis: pulsate: et aperietur vobis. Omnis enim qui petit accipit: et q quærit inuenit: et pulsanti aperietur: aut q̃s est ex vobis homo: quẽ si petierit fili⁹ suus panẽ: num q̃d lapidẽ porriget ei? Aut si piscẽ petierit: num quid serpẽtem porriget ei? Si ergo vos quũ sitis mali nostis bona data dare filijs vestris: q̃to magis pater vester: qui in cœlis est dabit bona petentibus?

Paulus ¶ Paulus ad Colossenses cap. iij.
Omne quodcũqz facitis in verbo: aut in opere: oĩa in noĩe domini nostri Jesu Christi: gratias agentes deo: et patri per ipsum.

Augu. ¶ Augustinus super psal. ciiij.
Quærite faciem eius semper. Si semper quæritur: quando inuenitur? An semper dixit in tota vita: qua hic viuitur. Ex quo hoc debere nos facere cognouimus: quando et inuentus quærendus est. Jam deum inuenit fides: sed adhuc eum quærit spes. Charitas autem: et inuenit eũ per fidem: et eum quærit habere per spem: vbi tunc sic inuenitur: vt vltra non quæratur. Forte cum facie ad faciem eum viderimus sicuti est: adhuc perquirendus erit: et sine fine quærẽdus. Quia sine fine amandus.

¶ Idem super Joannem.
Quæramus inueniendum: quæramus inuentũ: vt inueniendus quæratur. Occultus est: vt inuẽtus quæratur immensus est.

¶ Idem de ciuitate dei.
Si homo ita creatus est: vt per id quod in eo præcellit attingat illud quod cuncta præcellit id est, vnum verum optimum sine quo nulla natura subsistit: nulla doctrina ĩstruit: nullus vsus expedit: ipse quæratur vbi nobis secura sunt omnia: ipse cernatur vbi nobis omĩa certa sunt: ipse diligatur: vbi nobis recta sunt omnia.

Grego. ¶ Gregorius lib. xxvij. moralium.
Quærite dominum dum inueniri potest: modo non videtur dominus: et prope est. In iudicio vocabitur: et prope non erit: nec dum in iudicio apparuit: et si quæratur: inuenitur. Nam miro modo cum in iudicio apparuerit: et videri potest: et inueniri non potest.

Joannes chryso. ¶ Joannes Chrysostomus super illud Matthæi. xiij. Et vendit vniuersa.
Si non vendideris omnia: nec emes: et si animam non habueris sollicitam: et quærentem non inuenies. Dico enĩ oportet adesse: et a vitæ hui⁹ negocijs abesse: et vigilantem esse.

Bernar. ¶ Bernardus de diligendo deo.
Nemo te domine quærere valet: nisi qui prius inuenerit. Vis ergo inueniri: vt quæraris: quæri: vt inueniaris? Potest quæri et inueniri: nec tamẽ preueniri.

¶ Idem sermone. xxiiij.
Si nolumus frustra quærere dñm: quæramus veraciter: quæramus frequenter: quæramus perseueranter: vt nec quæramus pro illo aliud: nec cũ illo aliud: sz nec ab illo ad aliud cõuertamur. Facilius enĩ est cœlum et terrã transire: quam vt sic quærens nõ inueniat: sic petẽs nõ accipiat: et sic pulsanti non aperiatur.

¶ Idẽ de. xij. gradib⁹ humilitatis.
Inquirimus veritatẽ in nobis: in proximis in sui natura: in nobis: nosmetipsos dijudicãdo: in proximis: eorũ malis cõpatiendo: in sui natura mũdo corde cõtemplando.

¶ Insensibilitas græ. ἀναισθησία. ας. η. et ἀναίσθητος. ου. ὁ. insensibilis et insulsus dicitur.
Insensibilitas est vitium: quo prætermittuntur necessaria vitæ cõtra rationẽ. Ideo est peccatũ. ex. b. Tho. scda scdæ. q. cxlij. art j. A sensus venit sensibilitas: et sensibile qd significat tã id qd sentit quam qd sentitur. Itẽ sensificũ: qd sensus cãm pstat.

¶ Insipientia græce ἀφροσύνη. ης. η. et ἄφρων insipiens dicitur. Et est idẽ qd stulticia: et cõtraria tur sapientiæ. b. Tho. scda scdæ. q. xcvj. articu. j.

¶ Instabilitas græ. ἀβεβαιότης. ητος. η. et ἄστατος instabilis dicitur. Est aũt instabilitas mutabilitas loci: vel propositi. b. Tho. scda scdæ. q. xxxv. articulo. iiij.

¶ Instãs græce ἐνεστώς dicitur. Est aũt duplex instans. s. vnũ, sequens mobile: idẽ numero realiter: differens ratiõe: et aliud cõtinuans tẽpus: nõ idem: sz labens cũ eo ex. b. Tho. opusculo de instantibus. capi. iij. col. iij.

¶ Instantia est propositio propositioni contraria: fm Aristo. lib. ij. priorum.

¶ Intellect⁹ græ. σύνεσις. εως. η. et νοέω intelligo dicitur. Est aũt intellectus vis aĩæ: quæ inuisibilia percipit: fm Aug. li. de spiritu et anima. Intellectus est habitus principiorum fm Arist. lib. vj. æthicorũ. Intellectus est habit⁹ circa principia intelligibilia: fm eundem lib. magnorũ moralium. Intelligentia est per quã animus ea prospicit quæ sunt fm Cice. lib. rhetoricorum. Intelligentia proprie significat actũ intellectus: et aliquãdo significat substãtias separatas. s. angelos fm bea. Tho. prima parte. q. lxxix. ar. iiij. De hac materia vide in aĩa: et in arbore de aĩa.

¶ Intẽperantia græce ἀκολασία. ας. η. et ἀκόλαστος. ου. ὁ. intemperatus dicitur. Est autem intẽperans ille qui omni voluptate potitur: nec vlla se abstinet. Insensibilis vero est: qui omnes fugit instar agrestium: fm Aristotelem libro secũdo æthicorum.

Inuidia est tristitia de bono alieno quo tristamur quadrupliciter.
- Quum quis dolet de bono alterius inquantum ex eo timetur nocumentum: vel sibi ipsi vel alijs. De qua Gregorius. xxij. moralium ait. Euenire plerũqz solet: et reliqua. Vide infra in tractatu de inuidia.
- Quum tristamur de bono alterius: ex eo quod nobis deest bonũ: quod alius habet. Et hoc est proprie zelus: vt dicit philosophus secundo rhætoricorũ: et est laudabilis: si sit circa honesta. Si autem sit de bonis temporalibus: potest esse cũ peccato: et sine peccato. q. xxxvj. articu. ij.
- Quum quis tristatur de bono alterius: inquãtum ille cui accidit est eo indignus. Et talis tristitia: quia est de diuitijs: et alijs quæ dignis et indignis euenire possunt: vocatur a philosopho νέμεσις nemesis: licet apud Aristotelem approbata: prohibita tñ christiana religione.
- Quum quis tristatur de bono alteri⁹ inquantũ eum excedit in bonis: et hoc proprie est inuidia: et semper mala: quia dolet eo quo est gaudendum: et est peccatum
  - Mortale semper: et ex genere suo: quando adest: consensus rationis: q directe opponitur charitati proximi. q. xxxvj. arti. iij.
  - Veniale: qñ ẽ in sola sensualitate: non accedente consensu rationis: vt sunt primi mot⁹: q etiã sunt in viris perfectis. q. xxxvj. arti. iij.
  - Capitale q ex ea oriuntur
    - Susurratio. Qñ q̃s quærit minuere gloriã alterius in occulto.
    - Detractio. Quãdo quis quærit aperte gloriam alterius minuere.
    - Exultatio in aduersis proximi.
    - Afflictio in prosperis proximi.
    - Odium quo non solum quis tristatur de superexcellẽtia alterius: sed vlterius vult simpliciter eius mala.

Ex bea. Tho. scda scdæ. q. xxxiiij. arti. vj.

Nuidia græ. φθόνος. ου. ὁ. et φθονερός. ου. ὁ. inuidus dicitur. Est aũt inuidia tristitia de bonis alienis fm Joan. Damascenũ. Inuidia est odium fœlicitatis alienæ: fm Hugonẽ lib. ij. de sacramẽtis et Augu. sup psal. Conuertit cor eorum. Inuidia est tristitia in apparenti fœlicitate alicuius fm Aristotelẽ lib. ij. Topicorum. Inuidia est tristicia de bono alterius: inquantum æstimatur diminuere gloriã propriã: fm. b. Tho. scda scdæ. q. xxxvj. arti. j.

Inuidentia est ęgritudo suscepta propter alterius res secūdas quæ nihil noceāt inuidēti. Nam si quis doleat eius rebus secundis: a quo ipse lædatur: non recte dicitur inuidere: vt si Hectori Agamemnõ. ex Cicerone lib. tuscu. questio.

Inuidia ab inuidentia sic differt: ꝙ inuida nõ solū ad eū: qui inuidet: sed etiā ad eū cui inuidet referri potest. Inuidētia vero in eū demū cadit: q̄ inuidet. Vel inuidia est actus inuidendi. Inuidēdentia ipsa ægritudo.

Inuidia dicitur a nimis vidēdo: ꝙ nimis intuemur formā illi᷒ de cui᷒ fœlicitate sumus solliciti. Deberet aūt hoc verbū regere accusatiuū quēadmodū et video: verū cõsuetudine phibemur: vt inquit Cicero. Horatius tamen ius suū retinens audacius dixit inuideor. Ego cur acquire re pauca: si possum inuideor? Dicim᷒ preterea inuideo tibi hanc rē. Verg. Liber pāpineas inuidit collibus vmbras. Ab inuideor passiuo fit inuisus: hoc est odio habit᷒. Et inuidus ⁊ inuidiosus quæ sic differūt: qꝛ inuidus est qui actu alicui inuidet. Inuidiosus qui morbo inuidētiæ laborat. Inuidia aliquādo ꝓ odio ponitur. Quintilianus. Ne ei tot scelerū cõmemoratione concitarē inuidiā. hinc inuidiosum pro inuiso: ⁊ odiosō ponimus.

Job. ❡Job cap. v.

Prouer. Paruulū occidit inuidia. ❡Prouer. c. xxiij.

Ne comedas cum homine inuido: ⁊ ne desideres cibos eius.

Esaias. ❡Esaias. v.

Væ vobis: qui dicitis bonum malum.

Paulus. ❡Paulus ad Galat. v.

Nõ efficiamini inanis glorię cupidi: inuicem prouocantes: inuicem inuidentes.

Augu. ❡Aug. de verbis domini sup Mat.

Inuidia est filia superbię: sed ista mater superbia nescit esse sterilis. Vbi fuerit cõtinuo parit suffoca matrē: ⁊ non erit filia.

❡Idem de doctrina christiana.

Inuidia vitiū diabolicum: quo solo diabolus est reus: ⁊ inexpiabiliter reus. Non eūi diabolo dicitur: vt damnetur: adulteriū cõmisisti: furtū fecisti: villā alienā rapuisti: sed homini stanti inuidisti. ❡Idē super Joannem.

Tolle inuidiam: ⁊ tuū est quod habeo: tolle inuidiā: ⁊ meum est quod habes.

❡Idem de conflictu vitiorū ⁊ virtutum.

Inuidia dicit in quo eū minor illo es? cur ergo nõ ęqualis vel superior es: multa vales quę ipsi nõ valent. Nõ igitur te aut superiores aut ęquales esse debent. Fraterna cõcordia respõdet. Si cæteros virtutibus antecellis tutius in loco in fimo temetipsum conserua. Semper eū de alto peior ruina est. ❡Idē sup genesim lib. iij.

Inuidia sequitur superbiā: nõ precedit. Nõ enim causa superbiendi est inuidia: sed causa inuidendi est superbia. Quū enim superbia sit amor proprię excellentiæ: inuidia vero sit odiū fœlicitatis alienę: q̄ vnde nascat satis in promptu est. Amando eū quisqꝫ excellentiam suā: vel paribus inuideat ꝙ ei coęquantur: vel inferioribus ne coęquentur: vel superioribus ꝙ non eis coęquātur. Supbiendo ergo inuidet: nõ inuidendo quisqꝫ superbus fit.

Hiero. ❡Hieronym᷒ ad demetriadē

Oro te quid delectationis præstet inuidia? quē secretis quibusdā cõscientiæ vngulis liuor ipse discerpat: ⁊ alienā fœlicitatē eius tormentū facit.

Ambro. ❡Ambrosius lib. de officijs.

Inter improbū ⁊ inuidū hoc interest: improbus suo delectatur bono: inuidus torquetur alieno. Ille diligit mala: hic bona odit.

Grego. ❡Grego. lib. v. moralium.

Inuidere non possumus: nisi eis quos nobis in aliquo meliores putamus. Paruulus itaqꝫ est: qui inuidia occiditur: quia nisi inferior ipse existeret: de bono alterius non doleret.

❡Ibidem.

Nil lætari de proprijs libet: quia tabescētem mētem sua pœna sauciat quam fœlicitas torquet aliena: ⁊ quantū operis in altū fabrica ducit: tāto fundamētū mentis liuore profundius suffunditur: vt quo alij ad meliora properāt: eo ipso deterius ruat.

❡Idem. v. moralium.

Tantomagis quis inuidet alijs bona præsentia quātominus ea ipse cõtempserit. ❡Ibidē.

Dum electi proficiunt: reprobi ad rabiem furoris excitantur: ⁊ bona nascentia quæ nolunt imitari persequuntur.

❡Idem moralium. xxxij.

Euenire plerumqꝫ solet: vt nõ amissa charitate: etiā inimici ruina nos lætificet: ⁊ rursum ei᷒ gloria sine inuidię culpa cõtristet: qꝛ per hoc quosdā bene erigi credimus: ⁊ proficiēte illo plerosqꝫ opprimi formidamus.

Joānes chrysost. ❡Joan. chryso. super psal.

Inuidia ignis inextingibilis est: etenī sicut tinea comedit vestimentum: sic et inuidia eum qui zelatur cõsumit.

❡Idē super illud Mat. xxj. Indignati sunt.

Quēmadmodū columna si recta fuerit accepto põdere amplius confirmatur: si aūt modice obliquata fuerit: nõ solū nõ cõfirmatur: sed ampli᷒ vadit ad latus: sic ⁊ cor hoīs: si fuerit rectum videns opera viri iusti: audiens doctrinam sapiētię eius amplius cõfirmatur. Sed si cor peruersum fuerit: non solum non confirmatur: sed magis ad inuidiam excitatur: ⁊ magis peruertitur.

❡Idem super Mattheum.

O inuidia quæ semper sibi est inimica. Nam qui inuidet sibi quidam ignominiā facit: illi cui inuidet gloriam parit.

Isidorus. ❡Isidorus in Syno.

Inuidia cuncta bona deuorat ardore pestifero: inuidia animę tinea sensuꝫ comedit: pectus vrit: mentem affligit: cor hominis quasi quædam pestis depascit.

Cassiod. ❡Cassiodo. lib. j. epi. viij.

Quicquid ex inuidia dicitur: veritas nõ putat.

❡Idē lib. vj. Episto. xxij.

Maiori cura tractanda sunt: vnde inuidia plus timetur. ❡Idē lib. x. Episto. xj.

Profectibus quidē proxima est indubitanter inuidia. Inuidia melius tolerātia vincitur: quę cõtentione semper augetur.

Boetius. ❡Boetius de scolastica disciplina.

Inuidia si fm quid aduenerit; vt in discendo: gratuita est: simplex vero est proprij authoris consumptiua. ❡Ibidem.

Ab optimo longe inuidia relegata est.

❡Idem lib. diuisionum.

Nullus liuor inuidiæ debet obfuscare obliquis morsibus detractionis illud quod arduum est in natura: ⁊ digestum est ad legentium vtilitatem.

Alanus. ❡Alanus de contemptu naturæ.

Inuidia quod mõstruosius mõstrum? aut quod damnosius damnū? quę culpabilior culpa? quæ pœnalior pœna? Hæc ē erroneę cæcitatis abyssus: humanę mentis infernus: contentionis stimulus: corruptionis aculeus. Qui sunt inuidię motus? nisi humanæ trāquillitatis hostes: mundanę tentationis satellites: animi laborantis vigiles hostes: alienæ fœlicitatis excubię.

Prosper. ❡Prosper in lib. qui dicitur via regia.

Inuidia cuncta virtutū culmina concremat: cuncta bona pestifere deuorat.

❡Idem lib. iij. de vitijs ⁊ virtutibus.

Seneca. Inuidia in suum authorem reciproca est: de bono alterius tabescentis animi cruciatus.

❡Seneca epistola. xvij.

Inuidiam effugies: si te non ingesseris oculis: si bona tua nõ iactaueris: si scieris in sinu gaudere. ❡Idem lib. xiij. epistola. j.

Nemo eorū qui in repu. versantur: quos vincat: sed a quibus vincatur aspicit.

❡Idem lib. de beneficijs.

Cauere magis amicorū inuidiā: ꝙ inimicorum insidias oportet. ❡Idem in prouerbijs.

Si non inuideris maior eris. Nam q̄ inuidet minor est: scito quid est inuidia. Dolor est animi ex alienis cõmodis. Scito etiam: ⁊ illud ꝙ nulli inuidet vir bonitate præditus.

❡Idem lib. de tranquillitate animi.

Alit liuorem infœlix inertia: et omnes destrui cupiunt qui se prouehere non possunt.

❡Idem lib. de moribus.

Et si multos inimicos tibi faciat iniuria: multos tamen faciet inuidia. ❡Ibidem.

Homo sum quomodo deuitabo sæcularium rerum inuidiam? Facilius est pauperi cõtemptū effugere: ꝙ diuiti inuidiam. ❡Ibidem.

Vtinam inuidi oculos haberēt in omnibus ciuitatibus: vt de omnibus fœlicitatibus torquerentur. Nam quanta fœlicium sunt gaudia: tanti sunt inuidorū sunt gemitus.

Aristo. ❡Aristoteles lib. ij. rhetorices.

Similis inuidet simili. Si in hoc ꝙ similis vnus excedit alium: vnde vulgus odit vulgum: ⁊ figulus figulum. ❡Idem lib. ij. topicorum.

Inuidus est qui tristatur de prosperitate bonorum. ❡Idem lib. j. metaphysicę.

Diuinum ens non inuidet.

Laerti᷒ diogen. ❡Laerti᷒ dioge. de vita ⁊ mori. phorum.

Malum alienum ne tuum feceris gaudium: dicebat Socrates. ❡Idem.

Fœlicitas semper subiecta est inuidiæ. Sola ergo miseria inuidia caret. Idem dicebat

Cicero. ❡Cicero pro lucio cornelio.

Est enim huius sæculi labes quędam: ⁊ macula virtuti inuidere.

❡Idem philippicarum lib. ix.

Nemo alterius qui confidit virtuti inuidet.

❡Idem rhetoricorum lib. ij.

Aphricano iustitia virtutem: virtus gloriam: gloriosa æmulatione comparauit.

❡Idem rhetoricorum libro. iiij. nouorum.

O virtutis inuidia comes: quæ bonos insequeris plerunqꝫ: atqꝫ adeo infectaris.

Sallusti᷒. ❡Sallustius in iugurtha

Meminisse debemus post gloriam inuidiam sequi. ❡Ibidem.

Difficile est inuidiam gloria vincere.

❡Idem in catilinario.

Plærūqꝫ ex opulētia inuidia oritur. ❡Ibidē.

Semper in ciuitate quibus nullæ sunt opes bonis inuident: malos extollunt: vetera odere: noua expectare: odio suarum rerum omnia mutari student: turbatione atqꝫ seditionibus sine cura aluntur. Quoniam ęgestas facile sine damno habetur. ❡Ibidem.

Egregij ciues imitari bonos: ꝙ inuidere bonis malunt. Valeri᷒ maxim᷒. ❡Valeri᷒ maxi. lib. iiij. ti. de amicitia.

Nulla tam modesta fœlicitas: quæ malignitatis dentes vitare possit.

Poggi᷒. ❡Poggius lib. j. de vita cyri: ex xenophonte traducta.

Scio nonnullos liuore ductos morbo animi obtemperaturos. Tamen memor vnꝙ nullam virtutem caruisse inuidia (male etenim cum eo agitur: cui nullus inuidet) ęquanimiter feram eorū dicacitatem. Solent inuidi: et qui præcipue suo ingenio diffidunt: aut qui præstant impudentia: alios detrahendo obloquendoqꝫ lacessere: verū vtantur suo instituto ac moribus: modo id sciāt malitiam magnam partem veneni sui bibere.

❡Idem lib. ij. de vita cyri.

Neqꝫ enim pericula præbēt inuidię locum vllū aduersus eos: q̄ aut excellūt armis: aut laudem appetūt: sꝫ diligunt potius: laudantqꝫ tanꝙ socios laborum: ⁊ cõis vtilitatis propugnatores.

Quint᷒ curtius. ❡Quintus curti᷒ de gestis Alexādri. lib. viij.

Alexander dixit inuidos hoīes nihil aliud esse ꝙ ipsorum tormenta.

Paulus orosius. ❡Paulus orosius de ormesta lib. iiij.

Quia inuidi atqꝫ maligni vitioso oculo vident quę vident: ⁊ confusi caligine nequitiæ in id cadunt: vt minus videndo plus videant: quum tamen id quod est ita vt est videre non possint: intantum enim captum cor obliquat inuidia: vt rectum natura non videat. ❡Phocylides.

Phocyli. μὴ φθονέοισ ἀγαθῶν ἑτάροισ. μὴ μῶνον ἀνάμμνσ.

ἄφθονοι οὐρανίδαι. καὶ ἐν ἀλλήλεισι τελέθουσιν.

οὐ φθονέει μήνη πολὺ κρείσσοσιν ἡλίου αὐγαῖσ. οὐ χθὼν οὐρανίοισ ὑψώμασι νέρθεν ἐοῦσα οὐ ποταμοὶ πελάγεσσι. ἀεὶ ὁμόνοιαν ἔχουσιν. id est

Ne inuideas bona socijs: ne maculā contrahas.

Sine inuidia cœlestes etiam inter se sunt.

Nõ inuidet luna multo pstantiorib᷒ solis radijs: Non tellus cœlestibus altitudinibus: quum subter ipsa sit.

Non flumina pelagis: sed semper concordiam
habent. ¶Periander. id est
Nemini inuideas. ¶Idem.
Quemadmodum rubigo proprija est frumenti
ægritudo.
Sic inuidia amicitiæ est infirmitas. ¶Idem.
Animam illius in quo inest conterit. ¶Idem.
Quantomagis vtiqz inuidebis: tanto maiorum
fies causa bonorum inuiso.

Hesiod. ¶Hesiodus.

Ex. j. epigráma. ¶Ex primo epigrammaton.

Inuidia est pessimum quid: sed habet quodam
pulchrum in se: consumit enim inuidentium ocu
los ⁊ cor.

¶Sophocles in aiace furente.

Plautus ¶Plautus in duobus captiuis.
Est miserorum: vt male volentes sint: atqz vt in
uideant bonis.

¶Idem in truculento.
Inuidere alijs bñ esse: tibi male esse miseria est:
si qui inuident egent quibus inuideatur.

Lucan⁹. ¶Lucanus lib. iiij.
Elbscidit nostræ multum sors inuida laudi.

Ouidi⁹. ¶Ouidi⁹ metamor. lib. ij. inuidiã describens.
Pallor in ore sedet: macies in corpore toto:
Nusqz recta acies: linent rubigine dentes:
Pectora felle virent: lingua est suffusa veneno.
Risus abest: nisi quem visi fecere dolores.
Nec fruitur somno vigilantibus excita curis.
Sed videt ingratos: intabescitqz videndo
Successus hominum: carpitqz ⁊ carpitur vna:
Supplicium qz suum est. ¶Et paulo infra.
Utiqz tenet lachrymas quia nil lachrymabile
cernit. ¶Idez de ponto vltimo. elegia vltima.
Ergo summo tum patria proscindere linor

Desine: neu cineres sparge cruente meos.
Omnia perdidim⁹ tantũmodo vita relicta est:
Præbeat vt sensum materiamqz malis.
Quid iuuat extinctos ferrũ dimittere in artus?
Non habet in nobis iam noua plaga locum.

¶Idem lib. j. fastorum.
Lite vacent aures: infanaqz protinus absint
Iurgia: differ opus liuida turba tuum.

¶Idem lib. iiij.
Quo non liuor adit?

¶Tibullus lib. iiij. elegia. x. Tibullus
Nil opus inuidia est: procul absit gloria vulgi.
Qui sapit in tacito gaudeat ille sinu.

¶Martialis lib. j. epigrammaton. Martia⁹
Omnibus inuideas liuide: nemo tibi.

¶Idem lib. v. epigrammaton ad regulum:
Esse quid hoc dicam: vinis ꝙ fama negatur:
Et sua ꝙ rarus tempora lector amat.
Di sunt inuidiæ nimirum regula mores:
Præferat antiquos semper vt illa nouis.
Sic veterem ingrati pompeij querimus symbã.
Et laudant catuli illia templa senes.
Enitius est lectus saluo tibi roma Marone
Et sua riserunt sæcula Deoniden.
Rara cozonato plausere theatra menandro:
Norat nasonem sola corinna suum.
Vos tamen o nostri non festinate libelli.
Si post fata venit gloria non propero. Dauid⁹

¶Horatius libro. ij. satyra. iiij.
Inuidiam placare paras virtute relicta:
Contẽnere miser: vitanda est improba syren
Desidia: aut quicquid vita meliore parasti
Ponendum æquo animo.

¶Idem epistolarum lib. j. epistola. ij.
Inuidus alterius macrescit rebus opimis.
Inuidiam siculi non inuenere tyranni
Maius tormentum.

¶Idem epistolarum lib. ij. epistola. j.
Urit enim fulgore suo: qui prægrauat artes
Infra se positas: extinctus amabitur idem.

¶Franciscus petrarcha soneto. cxlij. Frãcis⁹ petrar.
O inuidia inimica de virtute
Cha bei principij volentier contrasti
Per qual sentier cosi tacita intrasti
In quel bel petto: ⁊ cum qual arte il mute.

¶Idem triumpho fame. capi. iij.
Come crebber larti
Crebbe inuidia: ⁊ col saper insieme
Mei cor infiati i suoi veneni ha sparti.

¶Inuocatio græce ἐπίκλησις. ιος. ἡ. et ἐπικλέω inuoco dicit. Est autẽ inuocare: in seruocare per affectum ⁊ deuotum cultum ꝑm bea. Tho. super epistolam ad romanos. x. lec. ij. col. ij.



Ira græce ὀργή. ῆς. ἡ. et ὀργίζομαι, irascor dicitur. Est autem ira accensio sanguinis circa cor fm Aristotelem lib. j. de anima. Ira est feruor eius ꝙ circa cor est sanguinis vaporatiõe fellis: vel perturbatione fiens fm Joan. dama. lib. ij. capi. xvj.
Ira est irrationabilis perturbatio mẽtis fm Du

gonem lib. ij. de sacramentis.
Ira est libido puniẽdi eius qui videatur læsisse
iniuria fm Ciceronẽ lib. iiij. tuscu. quęst.
Ira est cupiditas puniendi eius a quo te inique putes læsum fm Posidonium.
Iracundia est excessus irę: ideo est vitiũ oppositum mansuetudini fm bea. Tho. secũda scõæ. q. clvij. ar. j. Differtqz ab ira. vt placet Donato.

ub. doct. re. z. p. li. q. c. ii. q bna · mta.

coll. bi. fo. iiii.
c. x. fa. de bna.
& de mta.

ꝙ ira est ex causa. Iracũdia ex vitio multũ irascẽtis. Ab ira venĩũt irascor: & iratus: ac iracundus: q̄ ita differunt: ꝙ iratus est q̄ ex aliqua re lacessitus excanduit: iracundus qui ex quacunqꝫ etiã parua causa mouetur ad iram semper. Alterũ ex causa est: alterum ex moribus.

David. ¶ David psal. iiij.

bna fit ing z iiij q. Prouer. Irascimini & nolite peccare.

¶ Prouerbiorum capi. xij.

Fatuus statim indicat iram suam: qui autẽ dissimulat iniuriam: callidus est.

¶ Prouerbiorum capi. xv.

Vir iracundus rixas prouocat: qui patiens est mitigat suscitatas. ¶ Ibidem.

Responsio mollis frangit iram: et sermo durus concitat furorem. ¶ Prouerbiorũ. xviij.

Spiritus viri sustentat imbecillitatem suam: spiritum vero ad irascendum facilem quis poterit sustinere? ¶ Prouerbiorũ. xxij.

Noli esse amicus homini iracundo: neqꝫ ambules cũ viro furioso: ne forte discas semitas eius: et sumas scandalũ aĩe tuæ. ¶ Idem. xxvij.

Graue est saxum: & onerosa arena: sed ira stulti vtroqꝫ grauior. ¶ Ibidem.

Ira non habet misericordiam: nec erumpens furor & impetum concitati spiritus ferre quis poterit? ¶ Idem capi. xxix.

Ecclesi. Vir iracundus prouocat rixas: & qui ad indignãdum facilis est: erit ad peccandum procliuior.

¶ Ecclesiastici. viij.

Cum iracũdo non facias rixam. ¶ Idẽ. xxviij.

Certamen festinantiũ incẽdit lites. ¶ Et post.

Paulus. Si sufflaueris quasi ignis ardebit: & si expueris extinguetur. ¶ Paulus ad ephesios. iiij.

Sol non occidat super iracundiam vestram.

¶ Ibidem.

Augusti. Omnis indignatio & ira tollatur a vobis.

¶ Augustinus super psal.

Ira inueterata odium est: ira turbat oculũ: odiũ extinguit: ira festuca est: odiũ trabs: hoĩes quotidie irascũtur filijs: non tamen oderunt filios.

¶ Idem de vera innocentia.

patia. Diuina bonitas ideo irascitur in hoc sæculo: ne irascatur in futuro: & misericorditer temporalẽ exhibet seueritatem: ne æternam vltionem inferat. ¶ Idem de ciuitate. xiiij.

Non est quærendum vtrum quis irascatur: sed quare irascatur: nec vtrum sit tristis: sed quare: nec vtrum timeat: sed quid timeat. Irasci enim peccanti: vt corripiatur cõtristari pro afflicto: vt liberetur: timere periclitanti: ne pereat: nullus sanæ mentis vel considerationis reprehendat.

¶ Idem de conflictu vitiorũ & virtutum.

Ira dicit quæ æquanimiter erga te ferri nõ possunt: hæc omnino patienter tolerare peccatum est: q2 nisi eis cum magna exasperatione resistitur: contra te deinceps sine mensura cumulantur. Patientia respõdet. Si passio redemptoris ad mentem reducitur: nihil tam durum: quod non æque toleretur: quãta enim sunt hæc q̄ patimur in cõparatione illius? ille opprobria: irrisiones: contumelias: alapas: sputa: flagella: spineã coronam: crucemqꝫ sustinuit: & nos miseri vno sermone fatigamur: vno verbo deficimur.

¶ Idem de verbis apostoli.

Iram fratris tunc portabis: quum tu aduersus eum non irasceris: & rursum eo tempore: quo te ira præoccupauerit ille te lenitate & tranquillitate supportet. ¶ Idem ad dyascorum.

Nulli irascẽti ira sua videtur esse iniusta. Ira enĩ inueterascens ita fit odium: dum quasi iusti doloris admixta dulcedo diutius eam in vase detinet: donec totum arescat: vasqꝫ corrumpatur.

¶ Idem ad vigilantium.

Quando iratus fuero: & aliquid mali in aĩo meo cogitauero: & me nocturnũ phãtasma delectat: basilicas martyrũ intrare non audeo: ita totus et anima: & corpore contremisco.

Hieron. ¶ Hieronymus super Joel prophetam.

Est ira quæ iustitiam dei non operatur: & furori proxima menti suæ vim ptãte facit: intantũ: vt labia trement: dentes concrepent: vultus pallore mutetur: recte illud laudat architæ tarentini: qui quum villico iratus: iam te inquit occiderẽ: nisi iratus essem. ¶ Idem ad demetriaden.

Quid iracundo furor suus confert: quem sæuissimis exagitatũ stimulis conscientiæ: ita ab omni consilio ac mente deturbat: vt dum irascitur insanire credatur.

¶ Idem libro. iij. contra ruffinum dicit fuisse Aristotelis sententiam.

Ignem gladio non confodias. i. iratum et tumidum animum maledictis ne lacessas.

¶ Idem ad celantiam.

Quid virtutis habet vinum non bibere: et ira et odio inebriari?

Ambro. ¶ Ambrosius de sancto Joseph: et habetur xj. q. iij. ira sæpe.

Ira sæpe etiam innocentes ad crimen adducit: quia dum iusto amplius irascimur: & volumus aliena coercere peccata: grauiora cõmittimus. Ideo apostolus ait: nõ vos vindicãtes charissimi: sed date locum iræ hoc est declinemus eam: ne nos illa corripiat. Unde dñs Jesus mittens ad euangelizandum discipulos misit eos sine auro: sine argento: sine pera: sine virga: & incentiua litis: & instrumenta eriperet vltionis.

¶ Idem lib. j. de officijs.

Resiste iræ si potes: cede si non potes: si præuenerit & præoccupauerit mentẽ tuam iracundia: et ascenderit in te: non relinquas locum tuum. Locus tuus patientia est. ¶ Ibidem.

Non mediocre est mitigare iracundiã: non inferius: ꝙ animo non commoueri: hoc nostrum est: illud est naturæ. ¶ Ibidem.

Irascimini vbi est culpa: cui irasci debeatis: non potest enim fieri: vt non rerum indignitate moueamur. Alioquin non virtus sed lentitudo & remissio iudicatur. ¶ Ibidem.

Qui sibi irasci ẽ quia cito motus est: desinit irasci alteri: qui autem vult iram suam probare iustam: plus inflãmatur: & cito in iram cadit.

¶ Idem de Jacobo & vita beata lib. j.

Est vt passio grauissima culpa cõsciẽtiæ: quã ratio emollit: & cõprimit. Emolliri enĩ potest: eradicari non potest. Quũ animus qui est rationis capax: nõ est suarum passionũ dominus: sed reprehensor. Neqꝫ enim fieri potest: vt facilis ad iracundiam non irascatur: sed vt ratione se temperet: indignationem cohibeat: a puniẽdo se retineat: sicut & propheta docet nos dicẽs. Irascimini et nolite peccare. Concessit quod naturæ est: negauit quod culpæ est.

¶ Idem ad Vercellen.

Non irã imperat: sed indulget naturæ: quam homo præuenire nõ potest: mitigare potest. Igitur & si irascimur: affectus noster motum recipiat: sꝫ scdm naturã: nõ peccatum præter naturam.

¶ Idem sup Lucam lib. v.

Præclarum est motũ temperare cõsilio: nec minoris virtutis dicitur cohibere iracundiam: indignationemqꝫ cõpescere: ꝙ oĩno nõ irasci: quũ plerũqꝫ illud leuius: istud fortius æstimetur.

¶ Idem lib. de paradiso.

Incentiuum ad male operandum: aut iracũdia: aut cupiditas esse consueuit.

¶ Idem super Lucam.

Mitiga affectum tuum: vt non irascaris: aut certe iratus ne peccaueris.

Grego. ¶ Gregorius Mauritio imperatori: et habet. xj. q. iij. Illa præpositorum.

Illa præpositorum sollicitudo vtilis est. Illa est cautella laudabilis: ĩ qua totũ ratio agit: & furor sibi nihil vendicat. Restringenda sub ratione potestas est: nec quid agendum prius: ꝙ concitata ad tranquillitatem mens redeat. Nam cõmotionis tempore iustũ putat omne quod fecerit.

¶ Idem lib. iiij. moralium.

Qui irascitur fratri suo reus erit iudicio. Racha in hebræo vox est interiectionis quæ animũ irascentis ostendit: nec tamẽ plenũ verbum iracundiæ exprimit. Prius ergo ira reprehenditur sine voce: postea vo ira cum voce: sed necdũ plene verbo formata: ad extremum ira cũ verbo. Et notandum ꝙ in ira perhibet reum esse iudicio: in voce iræ: quæ est Racha reum concilio: in verbo vocis reum gehennæ: per gradus enĩ culpæ crescit ordo sententiæ: quia iudicio adhuc causa discutitur: in concilio aũt sententia diffinitur: in gehenna vo ea quæ de concilio egreditur sentẽtia expletur. ¶ Idem. v. moralium.

Per iram sapiẽtia perditur: vt quid quove ordine agendum sit nesciatur. ¶ Ibidem.

Aliquãdo ira perturbato animo quasi ex iudicio silẽtium ducit: vt qui se foris per linguã non exprimit: intus deterius ignescat: vt iratus quis q2 collocutione suam proximo subtrahat: nihil et dicẽdo ꝙ sit aduersus dicat. ¶ Ibidem.

Plerunqꝫ per silentium clausa ira intra mẽtem vehemẽtius æstuat: & clamosas voces tacita format: verba sibi quibus exasperetur obijcit: & quasi in causæ examine posita durius exasperata respondet. ¶ Ibidem.

Quãta sit iracundiæ culpa pensare possumus: ꝑ quã patiẽtia pditur: vt quid quo ordine sit agendũ nesciatur omnino: q2 nimirum intelligentiæ lucem ira subtrahit: quum mentem pmouendo confundit. ¶ Ibidem.

Per irã iustitia relinquitur: q2 dum perturbata mẽs iudiciũ sine ratione exasperat: omne quod furor suggerit rectũ putat. Per irã grã vitæ socialis amittitur: quia qui se ex humana ratione non tẽperat: necesse est vt bestialiter viuat. Per iram mansuetudo amittitur. Per iram concordia rumpitur. Per iram lux veritatis amittitur: quia quum menti iracundia confusionis tenebras incutit: huic deus radium suæ cognitionis abscondit. ¶ Ibidem.

Per iram spiritussancti splendor excutitur: q̄ super humilem & quietum requiescere dicitur: quia quum ira subtrahit quietẽ suã spiritui sancto claudit habitationem: cuius recessione animus vacuus ad apertam morum insaniam ducitur: & vsqꝫ ad superficiem ab intimo cogitationum fundamento dissipatur.

¶ Idem. v. moralium.

Nam iræ suæ stimulis accensum cor palpitat: corpus tremit: linguã se perpedit: facies ignescit: exasperantur oculi: & nequaꝙ recognoscuntur noti: ore quidem clamorem format: sed intus q̄d loquatur ignorat. In quo itaqꝫ iste ab arreptitijs longe est qui actionis suæ conscius est?

¶ Ibidem.

Aliquando iracundus manus non erigit: sed in maledictionis iaculum linguam vertit. Fratris nanqꝫ interitum precibus exposcit: et hoc deum perpetrare expetit. ¶ Ibidem.

Alia est ira quam impatiẽtia excitat: alia quam zelus formidat. Illa ex vitio. Hæc ex virtute generatur. Ira per vitium oculus mentis excæcat: ira autem per zelum turbat. Si nobis et proximis delinquentibus irascimur: non peccamus. Si enim sic proximos: vt nos amare præcipimur: restat: vt sic eorum erroribus sicut nostris vitijs irascamur. ¶ Ibidem.

Quis nouit potestatem iræ tuæ? Potestas iræ dei nostra non potest mente cõprehendi. Quia eius dispensatio super nos sæpe nos vnde æstimatur deserere: inde nos recipit: & vnde nos recipere credit: inde derelinquit: ne plærũqꝫ hoc fiat gratia: quod ira creditur: et hoc aliquando ira sit: quod gratia putat. Nonnullos enim flagella corrigunt. Nonnullorum in impatientiæ æstum animam perducũt: et alios prospera quæ demulcent ab insania mitigant: alios q2 eleuant ab omni spe euersionis eradicant. iudicii [illegible]

¶ Idem. xxvj. moralium.

Si is qui corrigere nitit ira superatur opprimit anteꝙ corrigat. Nam dum plus: ꝙ debet accenditur: sub iustæ vltionis obtentu ad immanitatẽ crudelitatis effrenatur. corre[illegible]

¶ Idẽ super Ezechielem.

Menti furore ebriæ omne quod rectum dicitur peruersum videtur. ¶ Joannes Chrysostomus de laudibus Pauli homelia. vj. Joannes chryso.

Non commoueri malum est: sed irrationabiliter nulloqꝫ negocio iusto flagitante commoueri.

¶ Idẽ sup Matthæũ homelia. xvij.

Sicut ligna ignis materia sunt: sic quæcunqꝫ loquitur quis in ira: facta sunt esca illius.

¶ Idem homelia. xviij.

Ira debet vinci patientia: ignis enĩ est: sꝫ ignis

non extinguitur igne:sed aqua.

¶Idem sup eundē homelia.xxiij.

Non dolere q₂ peccaueris:magis indignari atq₃ irasci facit deū:ꝙ idipsum qđ ante peccaueras.

¶Idem super Matthæū.ij.

Coercere omnino nequit anim⁹ praua semel voluntate vitiatus. Quia zelus sapere nescit:⁊ ira consilium non habet. ¶Ibidem.

Reges siquidem quum ex alijs causis irascūtur cito placant:illa autem ira est inextinguibilis: quam regni zelus accendit.

¶Idem super illud Matthæi.v.
Quod irascit fratri suo ⁊c.

Nam si ira non fuerit nec doctrina proficit:nec iudicia stant:nec crimina cōpescunt. Itaq₃ q̄ cū causa non irascit peccat. Patientia em̄ irrationabilis vitia seminat:negligētiam nutrit:⁊ nō solum malos:sed etiā bonos ad malum inuitat.

Cassiodorus. ¶Cassiodo.sup illud ps. Irascimini ⁊ nolite:

Melior est q̄ vincit iram:ꝙ qui capit ciuitatem.

¶Idem super Matthæum.

Motum siquidem animi feruidum ꝑpter humanā fragilitatē in potestate habere nō possum⁹: suffragante tamē gratia dei ratione disciplinādi cōtinemus. Nam si irascamur:nec dei consideratione refrenemur:sʒ a voto nostro impediamur aliquo necessitatis obiectu:tunc vtiq₃ cōstat nos facti crimen portare:etiam si non possumus: qđ volebamus efficere.

Lactāti⁹. ¶Lactanti⁹ fir.lib.viij.de ira dei.

Deus itaq₃ qui irascit non in totū ꝓhibet iram: quia is affectus necessario datus est.

Beda. ¶Beda sup epistolā Iacobi:⁊ habetur xj.q.iij. Episcopus.

Ira em̄ viri iustitiā dei nō operatur: quia q̄ iratus in aliquē sententiam profert: ⁊ si ille ꝙtum ad se iustam reportet sententiam. Iste tamē qui non amore iustitię:sed liuore odij:in eū sententiā dedit iustitiam dei in quē perturbatio nō cadit:non imitatur.

¶Idē super parabolas lib.ij.

Hæc est natura irę:vt dilata languescat ⁊ pereat:prolata vo magis ac magis conflagret.

Seneca. ¶Seneca ad Lucilliū epła.xxxix.

Quid enim prodest equum regere:⁊ cursum ei⁹ freno tēperare:?⁊ affectibus effrenatissimis abstrahi? ¶Idem epistola.xc.

Quid em̄ prodest intus æstimata habere oīa:si sis impetu nimius? ¶Idem ad Lucilliū.

Quidā nūꝙ magis: ꝙ quū erubuerint timendi sunt:quasi omnem verecundiam effuderint.

¶Seneca lib.de ira.

Nihil æque profuit iratis ꝙ intueri deformitatē rei id est irę. Nam in ea facies turbatior:ora pulcherrima fœdat:toruos vultus ex tranquillitate reddit: linquit decor omnis iratos.

¶Ibidem.

Qualem putas animū:cuius extra imago tam fœda est? Et sequitur.

Qualia poetę infernalia mōstra finxere succincta serpentibus:⁊ igne:⁊ flatu:⁊ cætera. Talem nobis iram figuremus.

¶Idem lib.ij.de ira.

Vindicta sine pœna differenda est ad emendationē eius qui debet puniri. Unde socrates seruo ait. Cæderem te nisi irascerer.

¶Idem de ira lib.iij.de Platone.

Maximū remediū iræ est dilatio:vt primū eius feruor relanguescat:⁊ caligo quę mentē premit: aut decidat:aut minus densa sit.

¶Idem lib.de ira.

Immodica ira gignit insaniā:hæc ardescit: affectus ex amore:qui ex odio nascit. Nō viuim⁹ minus inter seria:ꝙ inter lusus ⁊ iocos:nec īterest ex ꝙmagna causa irascat: sed in qualē ꝑueniat animum. Sic ignis non refert ꝙmagnus: sed quo incidat. Ingētis iræ exitus furor est:⁊ ideo ira vitanda est: non immoderationis causa:sed sanitatis. ¶Ibidem.

Nihil inter insanum ⁊ iratum est: nō vnus dies: alter semper insanit:alter semper irascitur.

¶Idem in prouerbijs.

Iracundia infœlicitas geminatur. Iracundus quū irasci desierit:tūc irascitur. Sibi respicere nihil cōsueuit iracundia. ¶Ibidem.

Quo minus presseris irā:hoc ab ira magis premeris:tum enim incipimus alijs irasci:cū nobis desinimus. Finis irę initium est pœnitentię.

¶Ibidem.

Ad bonum virum cito moritur iracundia:breue amans est ipsa iracundię memoria. Fulmen est vbi cum potestate habitat iracūdia: grauissima est probi hominis iracundia:grauis tamen pœna est:quę post facti pœnitet. ¶Ibidem

In amore semper mendax iracundia est: iratum breuiter vites: inimicum diu. Iracundiā q̄ vincit hostem superat maximū. Iratus etiam facinus consilium putat. Si quis irascitur ab alio: pœnas a se exigit. ¶Ibidem.

Animo dolenti nihil oportet credere.

¶Ibidem.

Boni viri cito morietur iracundia.

¶Seneca in Tātalo tragœdia.ij.

Quum superat ira sanguine nescit tegi.
Iratus nihil nisi criminis loquitur.

¶Ibidem.

Quos amor verus tenuit:tenebit
Ira cum magnis agitata causis.

¶Idem trogœdia.vj.

Sed regi frenis nequit:⁊ ira ardens hostis:⁊ victoris commissa nocti quicquid indignū:aut ferū cuiꝙ videri potuit:hoc fecit dolor tenebręꝙ quas se irritat furor. ¶Idem tragœdia.vij.

Ira quæ tegitur nocet.

¶Idem tragœdia.viij.

Mixtus dolori subdit stimulos timor.

¶Ibidem.

Quocūq₃ me ira:quo dolor:quo spes feret: huc ire pergam. ¶Aristo.lib.iiij.æthicorum. *Aristo.*

Irasci in quibus non oportet:inspientis est.

¶Ibidem.

Non irasci in quibus oportet:insipientis est.

¶Idē lib.ij.rhætoricorum.

Ad omnē iram sequitur delectatio: propter spē puniendi:vnde Homerus dicit:ꝙ ira est dulcior melle stillante. ¶Ibidem.

Infirmi bellantes:coeuntes:amantes: sitiētes: ⁊ vniuersaliter desiderantes aliquid:⁊ non assequentes:ij de facili irascūtur.

¶Ibidem.

Multum inopinatum:si non fit validum: cōtristatur magis. ¶Ibidem.

Si quis in philosophia cupit honorari:irascitur ei qui eam despicit.

¶Ibidem.

Mansuetudo est quietatio irę.

¶Ibidem.

Obliuio signum est paruipensionis: ⁊ propterea factiua est irę. ¶Idem lib.ij. rheto.

Tempus quietat iram. ¶Ibidem.

Ira factiua est inimicitiæ ⁊ odij.

¶Idem lib.j.Elenchorum.

Homines irati ⁊ turbati minus possunt considerare orationes. ¶Plato lib. de repu. *Plato.*

Nihil tam contrarium reipu. ꝙ iræ cōmotio: et impetus furoris in ciuibus.

Laerti⁹ diogen. ¶Laertius diogenes de vita ⁊ morib⁹ philosophorum.

Iræ dominari:non capere impossibilia:non festinare in via:loquentem non mouere manū:legibus obedire:dicebat Chilo.

¶Ibidem.

Consilio maxime dicebat Bias cōtraria sunt festinantia ⁊ ira. ¶Ibidem.

Ignem gladio ne fodias.i. iratum ⁊ tumidū animum verbis maledicis ne lacessas:dicebat Pythagoras. ¶Ibidem.

Iratus filio ipse te coerce:dicebat Socrates.

¶Ibidem.

Interrogatus Plato per quid cognoscit sapiēs ait. Sapiens cum vituperatur non irascitur: et non extollitur quum laudatur. ¶Ibidem.

Ira immoderata insaniam gignit: dicebat Epicurus. ¶M.Tullius Cice. lib.officiorum. *Cicero.*

Omnis autem ⁊ animaduersio ⁊ castigatio contumelia vacare dʒ. Cauendū est etiam ne maior pœna:ꝙ culpa sit:⁊ ne ijsdem causis alijs plectātur:alij ne appellentur quidem. Prohibenda est autem ira maxime in puniendo. Nunꝙ enim iratus qui accesserit ad pœnā mediocritatem tenebit:quæ est inter nimiū ⁊ parum. ¶Ibidē.

Non vo audiendi sunt qui grauiter inimicis irascendum putant:idq₃ magni animi ⁊ fortis viri esse credunt.

¶Idē.ij.de finibus bono.⁊ malo.

Et si satis clæmēs sum in disputando: tamē interdum soleo subirasci.

¶M.Tul.Cicero lib.iij.Tusculanarū quę.

Exisse ex potestate dicimus:q̄ effrenati ferūtur aut libidine:aut iracūdia:ꝙꝙ ipsa iracūdia libidinis est pars:sic enim diffinitur iracundia: vlciscendi libido. Qui igitur exisse ex potestate dicūtur iccirco dicūtur:q₂ nō sint in potestate mētis cui regnū totius animi a natura tributū est.

¶M.Tul.Cice.li.tuscu.quæstio.

Peripatetici multis verbis iracundiā laudant: cotē fortitudinis esse dicunt: multoq₃ ⁊ in hostē ⁊ in improbū ciuē vehementiores iratorū impetus esse. Leuis aūt iracūdia eorū qui ita cogitant:prælium rectū est:hoc fieri cōuenit dimicare pro legibus:pro libertate: ꝓ patria:hæc nullā habent vim: nisi ira excanduit fortitudo. Nec vo ⁊ bellatoribus solū disputāt: imperia seuiora esse putant nulla:sine aliqua acerbitate iracūdię. Oratorē deniq₃ nō mō accusantē: sʒ ne defendentē quidā probant sine aculeis iracundię: quæ si etiā nō sit:tū verbis atq₃ motu simulandā arbitrentur:vt auditoris irā oratoris incēdat actio:virūq₃ videri negāt qui irasci nesciat.

¶Ibidem.

An quisꝙ potest sine ꝑturbatione mētis irasci? Bene igit nostri:quuʒ oīa essent in morbis vitia: qđ nullū erat iracundia fœdius: iracundos solos morbosos nominauerunt. Oratorem vo irasci minime decet: simulare nō dedecet. An tibi irasci tum videmur quum quid in causis acrius ⁊ vehementius dicimus?

¶Cice.lib.iiij.Tuscū.quæstio.

Illud laudat Architę:qui quū villico factus esset iratior:quo te modo inquit accepissem: nisi iratus essem? Ubi sunt ergo isti qui iracundiā vtilē dicunt? Potest vtilis esse insania:aut naturalis est? An q̄cꝙ eē pōt ꝯm naturā:qđ si repugnāte ratiōe? Quō aūt si naturalis eēt ira: ali⁹ alio magis iracundus esset? aut finē haberet ꝑusꝙ esset vlla vlciscēdi libido? aut quenꝙ pœniteret quod fecisset per irā? Ut Alexandrū regē videmus:qui quum interemisset Clitū familiarē suū vix a se manus abstinuit:tanta vis fuit pœnitendi. ¶M.Tul.Cice.rhetoricorū veterū lib.j.

Nam ab iratis si perspicue pax ⁊ beniuolētia petit nō modo ea nō inuenitur:sed auget atq₃ inflammatur odium.

Sallust. ¶Sallustius in Catilina.

Quæ apud alios iracundia dicitur:ea in imperio superbia atq₃ crudelitas appellatur.

Valeri⁹ maxim⁹. ¶Valerius maxi.lib.j.titu.de Neglecta religione.

Deorum spreti monitus excandescunt: ⁊ humana consilia castigantur:vbi se cęlestibus ꝓferūt.

¶Ibidem.

Lento enim gradu ad vindictā sui diuina procedit ira:tarditatemq₃ supplicij grauitate compēsat. ¶Idem lib.iiij.

Sumpsissem a te suppliciuʒ nisi tibi irat⁹ essem.

¶Idem.

Malo impunitū te dimittere: ꝙ propter irā iusto grauius punire.

Poggi⁹. ¶Poggius lib.iiij.de vita Ciri:ex Xenophonte.

Ira atq₃ indignatio non præstant cōturbato animo quid tutissimum sit consultandi locū.

Paulus orosius ¶Paulus orosius de ormesta lib.ij.

Expers cōsilij furor dolorē virtutē putat: quantuncunq₃ meditatur:ita tū promittit audacia.

¶Idem lib.v.

Considerationē furor adimit.

Homer⁹ ¶Homerus in A Iliados.

Διὸς δ' ἀλεώμεθα μῆνιν. id est
Iouis autem fugiamus iram. ¶Ibidem.
Χαλεπὴ δὲ θεοῦ ἐπιμήνιος. i.
Molesta autem dei est ira.

Idē in i Iliados. Verba nestoris de Achille irato.
φραζώμεθ' ὥς κέν μιν ἀρεσσάμενοι πεπίθοιμεν δώροισίν τ' ἀγανοῖσιν ἔπεσσί τε μειλιχίοισι. i.
Consideremus quomodo ipsum iratum placantes mitigemus. Donis splendidis verbisqʒ blandis.
Idem in eodem.
σὺ δὲ μεγαλήτορα θυμόν ἴσχειν ἐν στήθεσσι· φιλοφροσύνη γὰρ ἀμείνων. i.
Tu vero magnam iram. Contine in pectoribus. Humanitas em̄ melior.

Phocyl. Phocylides.
μὴ προπετὴς ἐς χεῖρα. χαλίνου δ' ἄγριον ὀργήν· πολλάκι γὰρ πλήξας ἀέκων φόνον ἐξετέλεσσας. idest
Ne sis prōptus ad manum: sʒ frena agrestā irā. Sæpe em̄ quū percusseris: inuit⁹ cædē patrasti.
Idem.
θυμὸς ὑπερχόμενος μανίην ὀλοόφρονα τεύχει.
Ira animū subiens insaniam pniciosam gignit.

Menan. Menander.
ἄνθρωπος ὢν γίγνωσκε τῆς ὀργῆς κρατεῖν. i.
Homo existēs disce iræ imperare. Idem.
βλάπτει τὸν ἄνδρα θυμὸς εἰς ὀργὴν πεσών. i.
Lædit virū animus in irā cadēs. Idem.
ζήσεις βίον κράτιστον ἂν θυμοῦ κρατῇς. i.
Viues vitā opptimā: si irę imperaueris. Idē.
ὀργὴ δὲ πολλὰ δρᾶν ἀναγκάζει κακά. i.
Ira autem multa facere cogit mala. Idē.
οὐδεὶς μετ' ὀργῆς ἀσφαλῶς βουλεύεται. i.
Nullus cum ira tuto deliberat. Idem.
ὀργὴ φιλούντων μικρὸν ἰσχύει χρόνον. id est
Ira amantium paruuʒ durat tēpus. Idē.
φεύγειν ἀεὶ δεῖ δεσπότας θυμουμένους. id est

Plautus. Fugere semper oportet dominos iratos.
Plautus in Curculione.
Noli aʒ malo verberare lapidē: ne perdas manū.
Idem in Pseudulo.

Teren. Cauendum est ab hoste irato.
Terentius in Andria.
Amātium iræ amoris redintegratio est.
Idem in hecyra comœdia. vj.
Nam maximas quæ maximę non sunt interdum iræ inimicitias faciunt. Ibidem.
Pueri inter se q̄primū leuib⁹ noxijs iras gerūt.

Vergi. Vergilius æneidos lib. ij.
Furor iraqʒ mentem
Præcipitant. Idem æneidos lib. vij.
Rimanti telum ira facit.

Ouidi⁹. Ouidius metamorpho. lib. viij. fabu. iiij.
Tangit et ira deos.
Idem lib. j. amorum vel de sine titulo Elegia secunda.
Quaslibet infirmas adiuuat ira manus.
Ouidius elegia septima.
Sed nunq̄ dederis spaciosum tempus in iram.
Sæpe simultates ira morata facit.
Idem lib. iij. de arte amandi.
Candida pax homines trux decet ira feras.
Ora tument ira nigrescunt sanguine venę:
Lumina gorgoneo leuius angue micant.

Idē ep̄la Hypsiphiles ad Iasonem.
Quælibet iratis ipse dat arma dolor.
Idem lib. j. de remedio amoris.
Dum furor in cursu est: currenti cede furori:
Difficiles aditus impetus omnis habet.
Idē epistola Medeæ ad Iasonem.
Sed quid prædicere pœnam.
Attinet? ingentes parturit ira minas.

Proper. Propertius lib. j. elegia. j.
Fortiter et ferrum sæuos patiemur et ignes.
Sit modo libertas: quæ velit ira loqui.
Proper. lib. iij. elegia. xiiij.
Nescit vestra ruens ira referre pedem.
Horatius carminum lib. j. ode. xvj.
Compesce mentem me quoqʒ pectoris.
Tentauit in dulci iuuenta
Feruor: et in celeres iambos.
Misit furentem: nunc ego mitibus
Mutare quæro tristia.

Horati. Horatius sermonum lib. ij. sat. iij.
Stultitia ne erret nihilū distabit an ira
Aiax: immeritos dum occidit.
Idem epistolarum lib. j. episto. ij.
Ira breuis furor est: animū rege: qui nisi paret:
Imperat: hūc frenis: hunc tu cōpesce cathena.

Homer⁹. Homerus Iliados. viij.
Procul hinc procul ira recedat.
Quæ turbat sapientem hominē.

Claudianus. Claudianus alloquens Theodosium.
Si duceris ira.
Seruitij patiere iugum: tolerabis iniquas
Interius leges.

Iuuenal. Iuuenalis saty. vj. de ira mulierum.
Quotiens facit ira nocentes.
Hunc sexum: et rabie iecur incendente feruntur.
Præcipites vt saxa iugis abrupta.
Idem saty. viij.
Pone iræ fræna modūqʒ.

Dantes. Dantes purgatorij. xvij.
Sentimi quasi presso vn mouer dalla.
Auentarmi nel viso: et dir beati
Pacifisci che son senza ira mala.

Franci. petrar. Fran. petrar. Soneto. clxxxvj.
Vincitor Alexandro lira vinse.
Et fel minor in parte che philippo. Ibidē.
Ira e breue furor: et chi nol frena
E furor longo chel suo possessore.
Spesso ad vergogna: et talhor a morte il mena.

Iris græca dictio ἶρις. ιδος. ἡ. Et ē refractio visus a nube rorida ad solē sm̄ Aristo. li. iij. Metheororum.

Ironia grece dictio est εἰρωνεία. ας. ἡ. et est vitiū: quo quis asserit minora de se: q̄ credat. Ideo semper est peccatuʒ. Tamen leuius: vt plurimū q̄ iactātia. ex. b. Tho. scd'a scdæ. q. cxiij. arti. ij.

Irregularitas gre. ἀκανονικία. ας. ἡ. et ἀκάνονιστος. ου. ὁ. irregularis dicit. Est autem irregularitas impedimentuʒ: seu repulsio executiōis diuini officij: seu sacramenti: ex canonica cōstitutione proueniens.

Irreligiositas græ. ἀνευσέβεια. ας. ἡ. dicit. Est aūt irreligiositas quę habet manifestā cōtrarietatē ad religionē p contēptū et reuerentiā dei vel

rei sacræ. ex. b. Tho. secūda secundæ. q. xcij. prin.

Irrisio græce ἐπίχαρμα. ατος. τό. dicitur. Irrisio autē et subsannatio conueniunt in fine: sed differunt in modo: quia prima fit naso rugato. secūda vo fit ore: id est in verbis et cachinno. ex b. Tho. secunda secundæ. q. lxxv. arti. j.

Iter salutis: et perditionis: quo vel in celū: vel ad inferos itur.
Mattheus cap. vij.
Intrate p angustā portā: qr lata porta et spatiosa via est q̄ ducit ad perditionē: et multi sunt q̄ intrant p eam: q̄ angusta porta et arcta via ē que ducit ad vitā: et pauci sunt: q̄ inueniūt eā.
Lactantius fir. diuinarum institutionū lib. vj. cap. iij.
Duæ sunt viæ p quas humanā vitā progredi necesse est: scilicet vna quę in cœlū ferat: altera q̄ ad inferos deprimat: quas et poete in carminibus: et philosophi in disputationib⁹ suis induxerunt. Et quidē alteram virtutū esse voluerūt: alterā vitiorū: eāqʒ q̄ sit assignata virtutib⁹ primo aditu eē arduā: et cōfragosam. In qua si quis difficultate superata in summū eius euaserit: habere eū de cetero planū iter: amœnūqʒ cāpū: et ocs laborū suorū capere fructus vberes atqʒ iucundos. Quos aūt primi aditus difficultas deterruerit: eos in eā vitiorum viā labi: atqʒ deflectere. Quæ primo ingressu fit quasi amœna: nullo qʒ tristior. Deinde quū in eam paulo vlterius pcesserint: amœnitatis eius speciē repente subduci. Exoriri aūt viam præcipitē: nūc saxis asperā nunc obductā sentibus: nūc gurgitibus intercisam: vel torrentibus lapideā: vt laborare: horrere: labi: cadere sit necesse: quę oīa eo pferunt: vt appereat in virtutibus capiendis labores eē maximos: in perceptis aūt maximos fructus: et solidas atqʒ incorruptas voluptates. Vitia vo quibusdā delinimentis naturalibus allicere animos hoīm: inaniū iucunditatū specie captos: ad acerbas amaritudines miseriasqʒ pducere.
Lactantius ibidem.
His ergo hæc de duabus vijs disputatio ad frugalitatē: ac luxuriā spectat. Dicunt em̄ humanę vitę cursum Y litterę similē: quaʒ vnusquisqʒ hominū: quum primū adolescentię limen attigerit: et in eum locū venerit: vbi se partes vna scindit in ambas: hæreat: nutabundus: ac nesciat in quā se partē potius incliner. Si ducē nactus fuerit: qui dirigat ad meliora titubantē: hoc est aut philosophiā didicerit: aut eloquentiā: aut aliqd honestę artis: quo euadat ad bonā frugem. Mō fieri sine labore maximo nō pōt: honestā ac copiosaʒ vitā disputant peracturū. Si vero doctorē frugalitatis non inuenerit: ad sinistrā viam q̄ meliorē speciē mentiatur incedere. i. desidię: luxurię: inertięqʒ se tradere: q̄ suauia quidē videntur ad tēpus vera bona ignorāti. Post aūt amissa oī dignitate: ac re familiari in omnibus miserijs victurū.
Ibidem.
Nos igit melius et verius: quia duas istas vias cœli et inferorū esse dicimus: quia iustis immortalitas: iniustis pœna æterna pposita est.
Ibidem.
Nos aūt oīs sexus et generis: et ætatis in hoc cœleste iter inducimus: qr deus qui eius vię dux ē imortalitatē nulli hoī nato negat. Forma quoqʒ viarū ipsarū non ita est: vt illi putauerūt. Quid em̄ opus est Y in rebus cōtrarijs atqʒ diuersis? sed altera illa melior cōuersa est ad solis ortū. Altera illa deterior ad occasum: qm̄ q̄ veritatē ac iustitiā sequit: is accepto imortalitatis pmio luce potiet. Qui aūt ab illo malo duce illectus pretulerit vitia virtutib⁹: mendaciū veritati: necesse est ad occasum et tenebras deferatur.
Idem li. vj. ca. iiij.
Vna est igitur virtus ac bonorū via: q̄ fert nō in elysios campos (vt poetæ loquunt) Sed ad ipsam mundi arcem. At leua malorum exercet pœnas: et ad impia tartara mittit. Est enim criminatoris illius qui prauis religionibus institutis auertit homines ab itinere celesti: et in viam perditionis inducit. Cuius viæ species et figura sic est composita in aspectu: vt plena et potēs omni genere florum atqʒ fructuum delectabilis videatur. in ea enim posuit deus omnia que pro bonis habentur in terra: opulentiam dico: honorem: quieteʒ: voluptatem: illecebras omnes: sed cum his pariter iniustitiam: crudelitateʒ: superbiam: perfidiam: libidinem: cupiditatem: discordiam: ignorantiam: mendacium: stultitiam cæterasqʒ vitia. Exitus autē talis est vitæ: quum ventum fuerit ad extremum: vnde iam regredi non licet: quum omni sua pulchritudine tam subito præciditur: vt non ante quis fraudem prospicere possit: q̄ præcipitatus in altitudinem profundam cadat. Quisquis enim præsentium bonorū specie captus: et in his consequendis et fruēdis occupatus: non præuiderit ea quę post mortem secutura sunt: seqʒ a deo auerterit. Is vero qui ad inferos deiectus: in æternā damnabitur pœnam. Via ergo illa cœlestis difficilis et cliuosa pposita est: vel spinis horrentibus aspera: vel saxis astātibus īpedita: vt cū summo labore ac pedum tritu: cunqʒ magna cadendi sollicitudine sit cuiqʒ gradiendū. In hac posuit iustitiā: tēperantiā: patientiā: fidē: castitatē: abstinentiā: concordiā: scientiā: veritatē: sapiētiā: cęterasqʒ virtutes. Sʒ simul cū his paupertatē: ignominiā: laborē: dolorē: amaritudines omes. Quisqs em̄ spē suaʒ porrexerit longius: et maiora maluerit: carebit his terrę bonis: vt expeditus ac leuis difficultatem viæ superet. Nec em̄ potest qui se apparatu regio circumdederit: aut diuitijs ornauerit: angustias illas vel ingredi: vel tenere. Vnde intelligit icciro malis et iniustis facilius prouenire quæ cupiant: quia pna et decliuis est eorum via. Bonis autem quæ optent: difficile procedere: quia difficili et arduo itinere gradiuntur. Iustus ergo quoniā durū asperūqʒ iter ingressus est: contemptui: derisui: odio sit necesse est. Omnes enim quos cupiditas: aut voluptas pcipites trahit: inuident ei: qui virtutem capere potuit: et inique ferunt id habere aliquam: quod ipsi non habent. Erit itaqʒ pauper: humilis:

Libert⁹ de veris et falsis virtutib⁹

diuersi mot⁹ nāe et grē. gerson. li. 3. c. 49 de ymitatione

ignobilis:subiectus iniuriæ:ꝛ tamen omnia que amara sunt:perferēs. Et si sapientiam iugē ad summū illum gradum finemqꝫ perduxerit: dabitur ei corona virtutis:ꝛ a deo ꝓ laborib⁹ quos in vita propter iustitiam pertulit:īmortalitate donabitur. ¶Ibidem.

Hæ sunt viæ quas deus humanę vitæ assignauit:in q̄bus singulis:ꝛ bona ostēdit:ꝛ mala:sed ordine preposterō atqꝫ conuerso. In vna enim monstrauit tēporalia prius mala cum æternis bonis:qui ē ordo melior. In altera tēporalia prius bona cū æternis malis:qui ē ordo deterior: vt quicūqꝫ p̄sentia mala cū iustitia elegerit:maiora ꝛ certiora bona consequat̄:ꝙ fuerint illa q̄ spernit. Quisq̄s autē presentia bona p̄posuerit iustitiæ:in maiora ꝛ longiora incidet mala:ꝙ fuerint illa quæ fugit. Hæc enim vita temporalis: quia breuis est:iccirco ꝛ bona eius:ꝛ mala breuia sint necesse est. Illa v̄o spiritualis quæ huic terrenæ contraria est: qꝛ sempiterna est. Iccirco ꝛ bona eius ꝛ mala sempiterna sunt. Ita fit vt ꝛ bonis breuibus mala æterna:ꝛ malis breuibus bona æterna succedāt. Itaqꝫ quū simul proposita sint homini bona ꝛ mala considerare vnū quēqꝫ secū decet:quanto satius sit pro ꝑpetuis bonis mala breuia pensare: ꝙ pro breuibus ꝛ caducis bonis mala ꝑpetua sustinere. Nā sicut in hoc sæculo quum est propositū cum hoste certamen:prius laborandum est:vt sis postmoduꝫ in ocio:esuriendum:sitiendum:æstus:frigora ꝑferenda:humi quiescendum:vigilandum:periclitandum est:vt saluis pignoribus ꝛ domo:ꝛ re familiari:ꝛ omnibus pacis:ac victoriæ bonis perfrui possis. Si autem præsens ociuꝫ malueris ꝙ laborem:malum tibi maximum facias necesse est. Preoccupabit enim aduersarius non resistentem. Vastabuntur agri:diripietur domus: in predam vxor:ac liberi venient. Ipse interficiere:ac rapiere. Quæ omnia ne accidant:presens commodum differendum est:vt maius longiusqꝫ rapiatur.

¶Lactantius fir.lib.vj.cap.iiij.

Hæc autē via que est veritatis:ꝛ sapientię:ꝛ virtutis:ꝛ iustitię:quorū omniū fons vnus est:vna vis:vna sedes:ꝛ simplex est:ꝙ paribus animis summaqꝫ cōcordia vnum sequamur:ꝛ colamus deū. ꝛ angusta:qm̄ paucioribus virtus data est. ꝛ ardua:quoniā ad bonū qđ summū ꝛ sublime ē: nisi cū summa difficultate ꝛ labore non pōt perueniri. ¶Idē lib.vj.cap.viij.

Hæc est via quā philosophi querūt:sed ideo nō inueniunt:qꝛ in terra potius:vbi apparere non pōt:querunt. Errāt ergo velut in mari magno: nec quo ferant̄ intelligūt: qꝛ nec viā cernūt: nec ducem sequunt̄ vnū. Eadē nanqꝫ ratione hanc vitę viā queri oportet: qua in alto iter nauib⁹ querit̄:q̄ nisi aliqđ cęli lumē obseruent:incertis cursibus vagant̄. Quisquis aūt rectuꝫ iter vitę tenere nititur:nō terrā debet aspicere:sed cęlū: ꝛ vt apertius loquar:nō hominē sequi debet:sꝫ deū:nō his terrestribus simulacris:sed deo seruire cęlesti:nō ad corpus inferre oīa:sed ad mētem:nō huic vitæ dare operā:sed æternæ. Itaqꝫ si oculos in cęlū semꝑ intendas:ꝛ solē qua orit̄ obserues:eūqꝫ habeas vitę quasi nauigij ducē: sua sponte in viā pedes dirigent̄:ꝛ illud cęleste lumen:qđ sanis mentibus multo clarius sole ē ꝙ hic:quē ī carne mortali videm⁹:sic reget:sic gubernabit:vt ad summū sapiētię virtutisqꝫ portū sine vllo errore ꝑducat. Suscipiēda igit̄ dei lex ē q̄ nos ad hoc iter dirigat:illa sancta:illa cęlestis:quā Marcus Tul. in lib. de rep. tertio pene diuina voce depinxit:cuius ego ne plura dicerem verba subieci. Est quidē lex: recta ratio naturę congruens:diffusa in omnes:constans: sempiterna:quę vocet ad officium iubendo:vetando a fraude deterreat:quę tum neqꝫ improbos frustra iubet:aut vetat:nec improbos iubēdo:aut vetando monet.

¶Cyprian⁹ in ep̄la de malignitate demōis. — Cyprianus

Lata ꝛ spatiosa itinera viæ letalis:illic illecebræ:ꝛ mortiferæ voluptates:illic diabolus blanditur vt fallat:arridet vt noceat: allicit vt occidat. ¶Vergi. in paruo tractatu de Y littera. — Vergi.

Littera Pythagoræ discrimine secta bicorni:
Humanæ vitæ speciē preferre videtur:
Nam via virtutis dextrum petit ardua callē:
Difficilemqꝫ aditū primū spectantibus offert:
Sed requiē prebet fessis in vertice summo.
Molle ostentat iter via lata:sed vltima meta
Præcipitat captos:voluitqꝫ per ardua saxa.
Quisquis enim duros casus virtutis amore
Vicerit:ille sibi laudemqꝫ decusqꝫ parabit.
At qui desidiam luxūqꝫ sequetur inertem:
Dum fugit oppositos incauta mente labores:
Turpis inopsqꝫ simul miserabile trāsiget æuū.

¶Dātes florentin⁹ purgatorij cātica ca.iiij. — Dantes.

Questa montagna e tale
Che sempre al cominciar di sotto e graue
Et quanthom piu va su e men fa male.
Pero quandella ti parra soaue
Tanto che su andar ti fia legiero
Come a secunda in giuso andar per naue.
Allor sarai al fin desto sentiero.
Quiui di riposar laffanno aspetta.

¶Dātes paradisi cantica cap.v.

Siate Christiani a mouerui piu graui.
Non siate come penna ad ogni vento:
E non crediate chogna qua vi laui:
Haueti il nouo el vechio testamento
El pastor de la giesa:che vi guida.
Questo vi basti al vostro saluamento.
Se mala cupidiggia altro vi grida
Homini siate e non pecore matte:
Si chel giudeo de voi tra voi non rida.
Non fatte comagnel che lascia il late
De la soa madre semplice e lascivo
Seco medesmo a suo piacer combatte.

¶Iubilatio grece ἀλαλαγμός.οῦ.ὁ.ꝛ ἀλαλάζω iubilo dicitur. Est autē iubilatio declaratio quędam ꝛ illustratio gaudij concepti. Eadē iubiluꝫ dici potest. Sane iubilare dicit̄ a iubare. Iubar enī proprie lucifer dicitur:ꝙ iubas lucis effundat. Sunt aūt iubæ crines a collo aīalium pendentes:vnde iubatos leones dicim⁹: qui iubas habent:ad differentiam non habentium iubas.

Hac etiā metaphora non modo ad solē:sed etiā ad homines vtimur. Claudianus. Per fratris legale iubar. Iubilare aliqui a iuuando deduci volunt:quasi animi iucunditatē ostendere. Iuuare eñ delectare est:vñ ꝛ iucunditas. Alij vero dicunt iubilare dici a sono ipso vocis. Ita enim dictum est iubilo:vt ouo a vocibus quibus lęti: ac triumphantes vti solemus.

Iubileus est letitia immensa:q̄ verbis exprimi non pōt:sed voce datur intelligi scđm. b. Tho. super psal.xxxij.col.ij.

¶Iucunditas grece χρηστότης.ητος.ἡ.ꝛ χρηστός.οῦ.ὁ. iucundus dicitur. Est aūt iucunditas gaudiū ad exteriora adeo prorumpēs:vt alios excitet ad gaudendū. ex. b. Tho. iiij. sen. di. xlix. q. iij. ar. j. venitqꝫ a iuuo:vt in iubilatio supra dictū ē.

¶Iudeus communiter est quicunqꝫ legem Mosaicam ad litteram tenet:dicunturqꝫ iudæi a nomine principalis tribus. s. Iudæ:qui etiā prius hebręi dicebantur ab Heber:cuius familia cultum dei tenuit:cęteris idololatria fœdatis. Dicuntur præterea recutiti propter circuncisionē.

IUdex grece κριτής.οῦ.ὁ.ꝛ κρίνω iudico dicit̄. Venit a iudico quasi ius dico: ꝛ iudicatio quæ est iusti iudiciū secundū Aristotelem lib.j.politicorum. hinc etiam iudicium q̄ est actus iudicis inquantum iudex est. i. inquantuꝫ est ius dicens. Ideo est actus iustitiæ. i. executio iustitiæ secundum beatū Tho. scđa scđæ. q. lx. ar. j.

¶Exodi cap.xxiij. — Exodi.

Non sequaris turbā ad faciendū malū: neqꝫ ī iudicio plurimorum acquiesces sententiæ:vt a vero denies. Pauperis quoqꝫ non misereberis in iudicio. ¶Exodi cap.xxiij.

Nō declinabis ī iudiciū pauperis. ¶Ibidē.

Insontem ꝛ iustū non occides:qꝛ auersor impium. Nec accipies munera quæ etiā excæcāt prudentes:ꝛ subuertunt verba iustorū.

¶Leuitici cap.xix. — Leuitici.

Non facies quod iniquum est:nec iniuste indicabis. Non consideres personaꝫ pauperis:nec honores vultum potentis. Iuste iudica proximo tuo. ¶Ibidem.

Noli facere iniquum aliquod in iudicio. s. in pondere:in numero:in mensura.

¶Deuteronomij cap.j. — Deuteronomij.

Audite illos:ꝛ qđ iustum est iudicate:siue ciuis sit ille:siue peregrinus:nulla erit distantia ꝑsonarum. Ita paruum audietis:vt magnum:nec accipietis cuiusꝙ personā:qꝛ dei iudicium est.

¶Idem cap.xvj.

Iudices ꝛ magistros constitues in oībus portis tuis:quas dominus deus tuus dederit tibi per singulas tribus tuas:vt vindicent populum iusto iudicio:ne in alterā partē declinent. Non accipies ꝑsonā:nec munera:quia munera excęcāt oculos sapientū:ꝛ mutant verba iustorum. Iuste qđ iustum est persequeris:vt viuas ꝛ possideas terram:quā dominus deus dederit tibi.

¶Deuteronomij cap.xxiiij.

Non occident̄ patres pro filijs;nec filij pro patribus. Sed ꝛ vnusquisqꝫ pro peccato suo morietur. Nō peruertes iudiciū aduenæ:ꝛ pupilli: nec auferes pignoris loco viduæ vestimentum.

¶Deuteronomij.cap.xxvij.

Maledictus qui peruertit iudiciū aduenę:pupilli:ꝛ viduæ:ꝛ dicet omnis populus amen.

¶Ibidem.

Maledictus qui accipit munera vt ꝑcutiat aīaꝫ sanguinis innocentis:ꝛ dicet oīs popul⁹ amen.

¶Regum quarti cap.xiiij. — Regum.

Non morientur patres pro filijs:nec filij pro patribus:sed vnusquisqꝫ in peccato suo morietur.

¶Paralipomenon lib.ij.cap.xix. — Paralipomenō

Non enī hominis exercebitis iudiciū:sed domini:ꝛ quodcūqꝫ iudicaueritis in vos redundabit: sit timor dñi vobiscum ꝛ cū diligentia cuncta facite. Nō est enī apud dominū deū nostrū iniquitas:nec personarū acceptio:nec cupido munerum. ¶Ibidem cap.xxiiij.

Nō occident̄ patres pro filijs:nec filij pro patribus:sed vnusquisqꝫ morietur in peccato suo.

¶Dauid psal.ij. — Dauid.

Et nunc reges intelligite:erudimini qui iudicatis terrā. Seruite dño in timore:ꝛ exultate ei cū tremore. Appræhendite disciplinā:nequādo irascatur dominus:ꝛ pereatis de via iusta.

¶Psalmo.lvij.

Si vere vtiqꝫ iustitiam loquimini:recte iudicate filij hominum. ¶Psalmo.lxxxj.

Deus stetit in synagoga deorum. In medio aūt deos diiudicat. Vsqꝫquo iudicatis iniquitatē: ꝛ facies peccatorū sumitis. Iudicate egeno:pupillo:humilē ꝛ pauperē iustificate. Eripite pauperem:ꝛ egenū de manu peccatoris liberate.

¶Prouerbiorū.iiij. — Prouerbiorum.

Oculi tui recta videant. ¶Ibidē.ca.xvij.

Qui enī iustificat impiū:ꝛ cōdemnat iustū vterqꝫ abominabilis apud deū. ¶Ibidem.

Munera de sinu impius accipit:vt peruertat semitas iudicij. ¶Prouerbiorū ca.xviij.

Accipere personam impij in iudicio nō est bonum:vt declines a veritate iudicij.

¶Ibidē cap.xxiiij.

Cognoscere personam in iudicio non est bonū: qui dicunt impio iustus es:maledicent ei populi:ꝛ detestabuntur eos tribus.

¶Ibidem cap.xxviij.

Qui cognoscit in iudicio faciē non bene facit. Iste ꝛ pro bucella panis deserit veritatem.

¶Ecclesiastes cap.viij. — Ecclesiastes.

Etenim qꝛ non profertur cito contra malos sententia:absqꝫ timore vllo filij hominū perpetrāt mala. ¶Sapientię cap.j. — Sapientię.

Diligite iustitiam:qui iudicatis terram.

¶Ibidem cap.vj.

Audite ergo reges terræ:ꝛ intelligite:discite iudices finium terræ:præbete aures vos qui continetis multitudines:ꝛ placetis vobis in turbis nationum:quoniam data est a domino potestas vobis:ꝛ virtus ab altissimo:q̄ interrogabit opera vestra:ꝛ cogitationes scrutabit̄:qm̄ cū essetis ministri regni illius:non recte iudicastis:nec custodistis legē iustitię:neqꝫ scđm voluntatē dei

ambulastis. ¶Sapientię.xxxiiij.
a Cum tranquillitate iudica.

Ecclesiastici. ¶Ecclesiastici cap.iiij.
a In iudicãdo esto pupillis misericors: vt pater: & pro viro matri illorum: & eris tu velut filius altissimi obediẽs: & miserebitur tui magis quam mater.

¶Ecclesiastici cap.vij.
a Noli quærere fieri iudex: nisi valeas virtute irrumpere iniquitates: ne forte extimescas faciẽ potentis: & ponas scandalum in agilitate tua.

¶Ecclesiastici cap.xx.
b Xenia & dona excæcant oculos iudicum/ & quasi mutus in ore auertit correctiones eorum.

Esaias. ¶Esaias cap.j.
b Omnes diligunt munera/sequuntur retributiones/pupillo non iudicant/& causa viduæ nõ ingreditur ad illos. ¶Esaias ca.v.
b Veh qui dicitis malum bonum/ponentes tenebras lucem/& lucem tenebras/ponentes amarũ in dulce & dulce in amarum. ¶Ibidem.
b Veh qui iustificatis impium pro muneribus/& iustitiam iusti aufertis ab eo/propter hoc sicut deuorat stipulam & ligna ignis/& calor flammæ exurit/sic radix eorum/quasi fauilla erit/& germen eorum vt puluis abscondetur.

¶Esaias cap.x.
b Veh qui condunt leges iniquas: & scribentes iniustitiam scripserunt/vt opprimerent pauperes in iudicio: & vim facerent causæ humilium populi vt essent viduæ præda eorum/& pupillos diriperent. ¶Esaias cap.lix.
b Conuersum est retrorsum iudiciũ/& iustitia longe stetit/quia corruit in plateis veritas: & æquitas nõ potuit ingredi. ¶Hieremias ca.v.

Hierem. b Causam viduæ non iudicauerunt: causam pupilli non direxerunt: & iudicium pauperum non iudicauerunt. Nunquid super his non visitabo? dicit dominus: aut super gentem huiuscemodi nõ vlciscetur aĩa mea? ¶Ibidem.ca.xxij.
a Hæc dicit dñs: facite iudiciũ & iustitiã: & liberate vi oppressum de manu calumniatoris: & aduenã & pupillũ & viduã nolite contristare: neque opprimatis inique: & sanguinẽ innocentẽ ne effundatis in loco isto. ¶Lucas cap.xj.

Lucas. b Jesus ait. Et vobis legis peritis veh: quia oneratis homines oneribus que portare nõ possunt: & ipsi vno digito vestro non tangitis sarcinas.

Jacob. ¶Jacob.j.
b Ira enim viri iustitiam dei non operatur.

August. ¶Aug.li.de vera religiõe: & habet.di.iiij.In istis.
In istis temporalibus legibus quanquam de his homines iudicent: quum eas instituunt: tamen quum fuerint institutæ: & firmatę: non licebit iudici de ipsis iudicare: sed secundum ipsas.

¶Aug.li.de pœ. & habet.xj.q.iij.Quãuis.
Quãuis vera sint quædã: tamen iudici non sunt credenda: nisi certis indicijs demonstrentur.

¶Augustinus ad Macedonium: & habetur.xiiij.q.v.Non sane.
Non ideo debet iudex vendere iustum iudicium: aut testis testimonium verum: quia vendit aduocatus iustũ patrociniũ: & iurisperitus verum consiliũ. Illi enĩ inter vtranque partẽ ad examen adhibent: isti ex vna parte cõsistunt. Quum autẽ iudicia testimonia: quę nec iusta nec vera sunt vendenda: iniqua & falsa venduntur: multo sceleratius vtique pecunia sumitur: quia scelerate etiam quibus a volentibus datur.

¶Augustinus contra Macedonium.
Iusti est intercedere recta intentiõe. Iudicis autem est iudicare iusto ordine. Modus rogandi iudicem est: vt faciat quod salua fide facere potest.

Hiero. ¶Hieronymus super epistolã ad Galatas: & habetur.xxiij.q.v.Iudex.
a Iudex nõ est author sceleris: hoĩes vincendo.

¶Hiero.super Hieremiã: & habet ibi.
Homicidas: sacrilegos: & fœnerarios punire nõ effusio sanguinis est. ¶Ambrosius sup. Beati immaculati: & habetur.iij.q.vij.Iudicet.
a Iudicet ille de alterius errore: qui non habet in seipso quod cõdemnet: iudicet qui non agit eadem quę in alio putauerit punienda: ne quum de alio iudicat in se ferat sententiam. Iudicet ille: qui ad pronunciandũ nullo odio: nulla offensione: nulla leuitate ducatur. ¶Ibidem.
a Bonus iudex nihil ex arbitrio suo facit: & proposito domesticę voluntatis: sed iuxta leges: & iura pronũciat: statutis iuris obtemperat: nõ indulget proprię volũtati: nihil preparatum: & meditatum de domo defert: sed sicut audit: ita iudicat. & sicut se habet natura decernit: obsequit legibus: nõ aduersat: examinat causæ merita: nõ mutat. Discite iudices sæculi quẽ in iudicando tenere debeatis affectũ: quam societatẽ: quã sobrietatem: quam synceritatem. ¶Ibidem.
a Qui iudicat: volũtati suę obtemperare nõ oportet: sed tenere quod legum est. ¶Ibidem.
a In iudicando cordi magis est custodia veritatis: quam obedientia voluntatis.

¶Ambrosius lib.de officijs.
a In iudicio gratia absit: causæ merita decernantur. ¶Grego. & habetur.ij.q.iij.Qui recte.

Grego. a Qui recte iudicat: & præmium remunerationis expectat: fraudẽ in deũ perpetrat: quia iustitiam quã gratis ĩpartiri debuit: acceptiõe pecuniæ vendidit. Bonis male vtuntur: qui pro tẽporali lucro iuste iudicãt. Tales quippe ad veritatẽ: nõ iustitię defensio: sed amor pręmij prouocat: quibus si spes nummi subtrahit: confestim a iustitię cõfessione recedũt. Acceptio nummorũ preuaricatio veritatis est. vñ & pro iusto dicitur. Qui excutit manus suas ab omni munere: iste in excelsis habitabit. ¶Gregorius mora.xix.
Maiora crimina credenda non sunt mox quum audiuntur: sunt tamen citius punienda: quum veraciter cognoscuntur.

¶Greg.mora.xix.sup illud Job.xxix. Causam quã nesciebã diligẽtissime inuestigabã.
a Ad proferendã sententiã nunquam præcipites esse debemus: ne indiscussa temere iudicemus: nec quælibet mala audita nos moueãt: ne passim sine probatione credamus. ¶Grego.homelia.xxvj.
b Plerunque contingit: vt iudicis locum teneat: cuius ad locum vita minime concordat: ac sæpe agitur: vt vel ĩmeritos damnet: vel aliquos ipse ligatus soluat. Sæpe in soluẽdis ac ligandis subditis: suę voluntatis motus: non autem causarũ merita sequit: vnde fit: vt ipse ligandi aut soluẽdi potestate se priuet.

¶Gregorius in moralibus.
b Iudicare digne de subditis nequeunt: qui ĩ subditorum causis nõ merita: sed odiũ vel gratiam sequũtur. ¶Isidorus: & hr di.xxix. Sciendũ.

Isidorus. Sciendũ est quod pleraque capitula: ex causa: ex persona: ex loco: ex tẽpore: cõsideranda sunt: quorũ modi: quia medullitus nõ indagãtur: in erroris labyrinthum nonnulli intricando impinguntur: cum ante iudicent quam intelligãt: ante inculpẽt quam iterando lecta perquirant.

¶Isidorus de summo bono lib.iij.cap.lviij.
a Quattuor modis humanũ peruertitur iudiciũ: timore: cupiditate: odio: amore. Timore: dũ metu potestatis alicuius veritatẽ loqui pauescimus. Cupiditate: quũ præmio muneris alicuius corrũpimur. Odio: quũ cõtra quẽlibet aduersariũ molimur. Amore: dum amico vel propinquis placere contendimus. ¶Isidorus ibidem.
Diues muneribus cito corrumpit iudicem. Pauper autem dum non habet quod offerat: non solũ audiri contemnitur: sed etiã cõtra veritatem opprimitur. Cito violatur auro iustitia. Nullam reus pertimescit culpã: quã redimere nummis existimat. ¶Idẽ Soliloquiorũ lib.j.cap.j.
Perimit leges auaricia iudicantiũ præmia & dona legibus iura tollunt: vbique pecunia vincit: vbique venale iudicium est.

Cassiodorus. ¶Cassiodorus lib.j.epistola.iij.
a Facilis recti persuasor est innocẽs iudex. Excessus tunc sunt ĩ formidine: quũ credũt iudicibus displicere. ¶Cassiodorus lib.iij.epl'a.xxviij.
a Tam diu iudex dicitur: quam diu iustus putatur.

¶Cassiodorus lib.iij.epl'a.xxix.
b Inumbrat publicã formã ĩ cõsule tenacitatis obscuritas. ¶Boetius de cõso.li.j.Prosa.iiij.

Boetius. Si inflãmare sacras ædes voluissem: si sacerdotes impios iugulare gladio: si bonis oĩbus necẽ struxisse diceremur: præsentem tamẽ sententia confessum conuictumque me punisset.

Alanus. ¶Alanus de Complanctu naturæ.
Si aurẽ iudicis vel aduocati sulphuret pecunia: Orphei lyra: carmẽ Amphionis: Musa Vergilij voce pecunię suffocant. Quid plura. Vbi nũmus loquitur: Tulliani eloquij tuba raucescit. Vbi nummus militat: Hectoreę militię fulgura cõpescuntur. Vbi pugnat pecunia: virtus expugnat herculea. Nũmus vincit. Nummus regnat. Nummus imperat vniuersis.

Innocentius. ¶Innocentius de miseria hominis.
b Iudices mali nõ attendũt merita causarũ: sed pecuniarũ merita: nõ iura: sed munera: nõ iustitiã: sed pecuniã: nõ quod ratio dictat: sed quod voluntas affectat. Non quod lex sentit: sed quod mẽs cupit. Non inclinãt ad iustitiam animũ: sed iustitiã declinant ab animo: non vt quod licet hoc libeat: sed vt liceat: quod libet.

Seneca. ¶Seneca Ad lucilliũ epistola.lxxxviij.
Prorsus: persuasimus: quod multi furto non erubescunt: quod multi adulterio gloriant. Nã sacrilegia minuta puniunt: magna in triũphis ferũtur.

¶Seneca in Prouerbijs.
Ad pœnitẽdum properat: qui cito iudicat. In iudicando criminosa est celeritas.

¶Seneca in Hercule furente.
Iudex futurus sanguine humano abstine quicunque regnas scelera taxant modo maiore nostra.

¶Seneca Tragœdia.vij.
Si iudicas cognosce: si regnas iube.

¶Ibidem.
Qui statuit aliqd parte inaudita altera. Aequũ licet statuerit: haud æquus est.

Aristo. ¶Aristoteles lib.j.Rhætoricorũ.
Litigantis nihil est: nisi ostendere: quia res est: vel non est: vel quia facta est: aut quia nõ facta est: vtrũ aũt sit iusta: vel iniusta oportet ipsum iudicem cognoscere: et nõ discere a litigantibus.

¶Aristoteles lib.vij.Aethicorum.
Iudex est qui in ciuilibus cõcertationibus inquisita iudicat. ¶Aristoteles lib.iij.Topicorum.
Nemo eligit Iuuenes iudices: aut duces: quia non cõstat eos prudẽtes esse: sed eligit ad fortitudinẽ.

¶Aristoteles lib.j.Rhætoricorum.
Amor: & odiũ: et proprium commodum: sæpe faciunt iudicem non cognoscere verum.

Laertius dioge. ¶Laertius Diogenes de moribus et vita philosophorum.
Interrogatus Solon quid est rex? Respondit. Fortis potestas. Quid lex? Araneæ tela. Quia si in eã ĩciderit quid debile retinetur: graue aũt pertrãsit tela rescissa. ¶Ibidem.
Iudex bonus nemo erit nisi qui de se alterum cognouerit iudicari. ¶Laertius Dioge.ibidẽ.
Qui innocẽtem damnat seipsum vulnerat: quoniã sua sententia semper reus: seipsum punit cõscientia. ¶Laertius Diogenes ibidem.
Quum Xenocrates vidisset quẽdã latronẽ duci ad patibulũ subrisit dicens: quod magni fures minores morte damnabant.

Cicero. ¶Cicero Rhætoricorum veterũ lib.ij.
In iudicijs quid æquũ sit quærit. ¶Ibidem.
Non oportet ante suppliciũ: quam iudicium interponere. ¶Cicero Rhætoricorum lib.ij.
Duabus de causis iudicẽ iudicare oportet: si aut scriptũ sit obscure: aut neget aliqd aduersarius. Quũ & scriptũ sit aperte: & aduersarius oĩa cõfiteat: tũc iudicẽ legi parere: nõ interpretari legem oportet. Nã summa ĩpudẽtia est: quũ quis cõtra id quod scriptum sit aliquid probare velit.

¶Ibidem.
Iudex is videt legi obtẽperare qui sentẽtiã eius: nõ qui scripturã sequit. Si leges duę: aut plures: aut quotquot erũt cõseruari nõ possunt: quia discrepãt inter se ea maxime cõseruãda putet: quę ad maximas res ptinere videt: & maxime cõseruãda est ea lex: quę diligẽtissima & sctã est: multis etiã in legibus multa pterita sunt: quę iccirco preterita arbitrãtur: quod ex cæteris de quibus scriptũ est intelligi possint. Nã oportet cõiecturã ex eo quod scriptum est: ad id quod nõ sit scriptũ peruenire. Nemo enĩ potest oẽs res per scripturã cõplecti: sed is cõmodissime scribit: qui curat: vt quedam ex quibusdam intelligantur.

¶Cicero lib.de Oratore.

Iuditium dei et hominum fo. 161.

Plura multo homines iudicāt odio: aut amore: aut cupiditate: aut iracundia: aut dolore: aut læticia: aut spe: aut timore: aut errore: aut aliqua pmotione mentis: q̄ veritate: aut præscripto: aut in eis norma aliqua: aut iudicij formula: aut legibus. ¶ Idē officiorū lib. iij. cap. xj.

Ponit em̄ personas amici: quū induit personaz iudicis. Tātum dabit amicitię: vt verā amici causam esse malit: ꝛ vt orādę litis tēpus: quo aliq̄d per leges liceat accommodet.

¶ Idem officiorū lib. iij. cap. xvj.

Judicis est enī semper in causis sequi verū: patroni autem nonnunq̄ verisimile.

Valeri⁹ maxi. ¶ Valerius maximus lib. vij.

Quam porro subtiliter Anacharsis leges Aranearū telis cōparabat: nā vt illas īfirmiora animalia retinere: valentiora transmittere. Ita his humiles ꝛ pauperes cōstringi: diuites ꝛ præpotentes non alligari aiebat.

Quintilianus. ¶ Quintilianus declamatione. x.

Multū me: vel vos fallit opinio iudices: si vllā causam ita euidēter deferri in forū posse putatis: cui nulla mendacij velamenta contingant.

Lucius apulei⁹. ¶ Luci⁹ Apuleius de Asino Aureo lib. iij.

Non ad instar barbaricę feritatis: vel Tyrānicę impotētię dānari debet aliquis inauditus: et in pace placida tā dirum sæculo prodi non debet exemplum.

Phocylides. ¶ Phocylides.

πᾶσι δίκαια νέμειν μηδὲ κρίσιν ἐς χάριν ἕλκειν. id est

Omnibus iusta distribue: neq̧ iudicium ad gratiam trahas. ¶ Idem.

μὴ κρῖνε πρόσωπον. id est

Noli iudicare faciem. ¶ Idem.

ἢν σὺ κακῶς δικάσῃς, σὲ θεὸς μετέπειτα δικάσει. id est.

Si tu male iudicaueris: te de⁹ postea iudicabit.

¶ Idem.

μήδε ποτε κρίνειν ἀδαήμονας ἄνδρας ἐάσῃς. i.

Nunq̄ iudiciū facere imperitos viros pmittes.

Cleobulus. ¶ Cleobulus.

τὰ δίκαια κρῖνε. id est

Justa indica. ¶ Menander.

Menander. κατηγορεῖν οὐκ ἔστι καὶ κρίνειν ὁμοῦ. id est

Accusare non licet: ꝛ iudicare simul. ¶ Idē.

ἀνεξέταστον μὴ κόλαζε μηδένα. id est

Inexanimatum ne punias vllum.

Ouidi⁹. ¶ Ouidius Tristium lib. j. Elegia. j.

Judicis officium est: vt res: ita tempora rerum Quærere: quæsito tempore tutus eris.

¶ Idem de ponto lib. ij. Elegia. ij.

Non est confessi causa tuenda rei.

Horati⁹. ¶ Horatius carminum lib. ij.

Quotiens bonus atq̧ fidus
Judex honestum prætulit vtili:
Reiecit alta dona nocentium.
Vultu per obstantes cateruas.
Explicuit sua victor arma.

¶ Horatius sermonum lib. ij.

Male verum examinat omnis
Corruptus Judex.

Juuena. ¶ Juuenalis satyra. ij.

Dat veniā coruis: vexat censura columbas.

Judicium finale erit vniuersalis separatio bonoꝝ a malis. ex bea. Tho. iiij. sen. di. xlvij. q. j. ar. j. Judiciū generale fiet circa montē oliueti: vbi ē vallis Josaphath, et circa locū illū Christus descēdet: sicut inde ascendit: vt idē esse ostendatur: qui descendit et qui ascendit. ex. b. Tho. iiij. sen. di. xlviij. q. j. ar. iiij.

David. ¶ David psalmo. xcv.

Judicabit orbez terrę in æquitate ꝛ populos in veritate sua. ¶ Ecclesiastes cap. xj.

Eccle. Lætare ergo iuuenis in adolescentia tua: ꝛ in bono sit cor tuum: in diebus iuuētutis tuę: ꝛ ambula in vijs cordis tui: ꝛ in intuitu oculorum tuorū: et scito q̄ pro omnibus his adducet te deus in iudicium. ¶ Ecclesiastes cap. xij.

Cuncta quę fiunt adducet deus in iudiciuz: pro omni errato siue bonum: siue malum sit.

¶ Ecclesiastici cap. xij.

Et impijs ꝛ peccatoribus reddet vindictā custodiens eos in die vindicte.

Esaias. ¶ Esaias cap. iij.

Dominus ad iudiciū veniet cū senib⁹ populi sui: et principibus eius. ¶ Johel cap. ij.

Johel. Magnus em̄ dies domini ꝛ terribilis valde: ꝛ q̄s sustinebit eum? ¶ Malachias cap. iij.

Malachias. Et accedā ad vos ī iudicio: ꝛ ero testis velox maleficis: et adulteris: ꝛ periuris: et qui calumniātur mercedem mercennarij: ꝛ humiliant viduas et pupillos: et opprimunt peregrinū: nec timuerūt me: dicit dn̄s exercituum.

Machabeorū. ¶ Machabeorum lib. ij. cap. xij.

At vo fortissimus Judas hortabatur pp̄lm conseruare se sine peccato sub oculis: videntes quę facta sunt pro peccatis eoꝝ: qui pstrati sunt. Et facta collatione duodecim milia drachmas argēti misit Hierosolymā offerri p peccatis mortuorū sacrificium: bene ꝛ religiose de resurrectione cogitās. Nisi em̄ eos qui ceciderāt speraret resurrecturos: superfluū videret ꝛ vanū orare pro mortuis: ꝛ quia considerabat q̄ hi q̄ cuz pietate dormitionez acceperant optimā haberent repositā gratiā. Sancta ergo ꝛ salubris est cogitatio pro defunctis exorare: vt a peccatis soluantur.

Matth. ¶ Mattheus cap. xiij.

Sicut ergo colliguntur zizania: et igni comburuntur. Sic erit in cōsummatione sæculi. Mittet filius hominis angelos suos: ꝛ colligēt de regno eius omnia scādala: ꝛ eos qui faciunt iniq̄tatē: ꝛ mittet eos in caminū ignis. Ibi erit fletus et stridor dentiū. Tūc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorū. ¶ Matthæus cap. xxv.

Quū aūt venerit filius hominis ī maiestate sua: et oēs angeli cū eo: tūc sedebit sup sedē maiestatis suę: ꝛ cōgregabūtur ante eum oēs gentes: ꝛ separabit eos abinuicem: sicut pastor segregat oues ab hœdis. Et statuet oues q̄dez a dextris: hœdos aūt a sinistris. Tunc dicet rex his q̄ a dextris ei⁹ erūt. Venite bn̄dicti pr̄is mei possidete paratū vobis regnū a cōstitutione mūdi. Esuriui enī: ꝛ dedistis mihi māducare. Sitiui: ꝛ dedistis mihi bibere. Hospes eram: ꝛ collegistis me.

Nudus eram: ꝛ operuistis me. Infirmus eram: ꝛ visitastis me. In carcere erā: ꝛ venistis ad me. Tunc rn̄debunt ei iusti dicentes. Dn̄e qn̄ te vidimus esuriētē? ꝛ pauimus: sitientē? ꝛ dedim⁹ tibi potū? Quādo aūt te vidimus hospitē? ꝛ collegimus te: aut nudū? ꝛ cooperuimus te: aut quādo te vidimus infirmū? aut in carcere: ꝛ venimus ad te? Et respōdēs rex dicet illis. Amē dico vobis: q̄diu fecistis vni de his fratribus meis minimis mihi fecistis. Tūc dicet: et his q̄ a sinistris erūt. Discedite a me maledicti in ignē ęternū: qui paratus est diabolo: ꝛ āgelis ei⁹. Esuriui em̄ et nō dedistis mihi manducare. Sitiui: ꝛ nō dedistis mihi potū. Hospes erā: ꝛ nō collegistis me. Nudus: ꝛ nō operuistis me. Infirmus ꝛ in carcere: ꝛ nō visitastis me. Tunc respondebunt ei ꝛ ipsi dicentes. Dn̄e quādo te vidimus esurientē: aut sitientē: aut hospitē: aut nuduz: aut infirmū: aut in carcere ꝛ non ministrauimus tibi? Tūc respōdebit illis dicens. Amen dico vobis q̄diu nō fecistis vni de minoribus his: nec mihi fecistis: et ibūt hi ī suppliciū ęternū: iusti aūt ī vitā ęternā.

Marcus. ¶ Marcus cap. xij.

Quum enim a mortuis resurrexerint: neq̧ nubēt: neq̧ nubenť: sz erūt sicut āgeli dei in cœlis.

¶ Marcus cap. xiij.

Erunt enim dies illi tribulationis tales: quales non fuerūt ab initio creaturę: quā condidit de⁹ vsq̧ nunc: neq̧ fient. Et nisi breuiasset domin⁹ dies nō fuisset salua omnis caro.

¶ Ibidem.

De die autē illo vel hora nemo scit: neq̧ angeli in cœlo: neq̧ filius: nisi pater. Videte: vigilate: ꝛ orate. Nescitis em̄ quādo tempus sit.

¶ Marcus ibidem.

Vigilate ergo: nescitis enim: quādo dominus domus veniet: sero an media nocte: an galli cantu: an mane: ne quum venerit repente: inueniat vos dormientes. Quod autem vobis dico: omnibus dico: vigilate.

Lucas. ¶ Lucas cap. xvij.

Nam sicut fulgur coruscans de sub cœlo: in ea q̄ sub cœlo sunt fulget: ita erit fili⁹ hominis in die sua. ¶ Lucas capi. xxj.

Erūt signa in sole ꝛ luna ꝛ stelis: ꝛ ī terris pressura gētiū: præ cōfusione sonitus maris: ꝛ fluctuū arescētibus hominibus prę timore ꝛ expectatione quæ superuenięt vniuerso orbi. Nā virtutes cœlorū mouebuntur. Et tunc videbunt filiuz hominis venientem in nube cū potestate magna: ꝛ maiestate. ¶ Lucas ibidem.

Vigilate itaq̧ omni tēpore orātes: vt digni habeamini fugere ista omnia: quæ futura sunt: et stare ante filium hominis. ¶ Joan. c. v.

Joannes. Sicut em̄ pater habet vitā in semetipso: sic dedit ꝛ filio habere vitā in semetipso. Et potestatē dedit ei iudiciū facere: q̄ filius hominis est. Nolite mirari hoc q̄ venit hora in qua om̄es qui in monumentis sunt: audient vocem filij dei: ꝛ procedent qui bona fecerunt in resurrectionē vitæ: qui vo mala egerunt in resurrectionē iudicij.

¶ Joannes cap. xj.

Scio q̄ lazarus resurget in resurrectione in nouissimo die. ¶ Paulus ad corin. ij. capi. iij.

Paulus. Dies em̄ domini declarabit: q̄ in igne reuelabiť: ꝛ vniuscuiusq̧ opus quale sit: ignis probabit.

¶ Paulus ad corin. j. cap. v.

Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal christi: vt referat vnusquisq̧ ppria corporis prout gessit: siue bonum siue malum.

¶ Paulus ad Thessaloñ. j. c. iiij.

Nolumus aūt vos ignorare fratres de dormientibus: vt nō cōtristemini sicut ꝛ ceteri qui spem nō habēt. si enim credimus q̄ iesus mortuus est ꝛ resurrexit: ita deus eos qui dormierunt per iesum adducet cum eo. Hoc enim vobis dicim⁹ in verbo domini: quia nos qui viuimus: qui residui sumus: in aduentu domini non preueniem⁹ eos qui dormierunt. Qm̄ ipse dominus in iussu ꝛ in voce archāgeli: ꝛ in tuba dei descendet de cœlo: ꝛ mortui qui in christo sunt resurgent primi. Deinde nos qui viuimus: qui relinquimur simul rapiemur cū illis in nubib⁹ obuiā christo in aera. Et sic semper cum domino erimus. Itaq̧ consolamini inuicem in verbis istis.

¶ Paulus ibidem.

De temporibus autem ꝛ momentis fratres non indigetis: vt scribamus vobis. Ipsi enim diligēter scitis: quia dies domini: sicut fur in nocte: ita veniet. Quum enim dixerint pax ꝛ securitas: tūc repentinus eis superueniet interitus: sicut dolor in vtero habentis: ꝛ non effugient.

¶ Paulus ad Timoteum. ij. cap. iij.

Hoc aūt scito: quia in nouissimis dieb⁹ instabūt tēpora periculosa: ꝛ erūt homines seipsos amātes: cupidi: elati: superbi: blasphemi: parentib⁹ nō obedientes: ingrati: scelesti: sine affectiōe: sine pace: criminatores: incontinentes: immites: sine benignitate: proditores: proterui: tumidi: ꝛ voluptatū amatores magis q̄ dei: habentes speciē quidē pietatis: virtutē aūt eius abnegātes.

Petrus aposto. ¶ Petri apostoli prima cap. iiij.

Omniū aūt finis appropinquabit. Estote itaq̧ prudētes: ꝛ vigilate in orationibus. ¶ Ibidē.

Et si iustus quidē vix saluabiť: impius ꝛ peccator vbi parebunt? Itaq̧ ꝛ hi qui patiunť s̄m voluntatem dei fideli creatori cōmendent animas suas in benefactis. ¶ Petri aposto. ij. ca. iij.

Venient in nouissimis diebus in deceptione illusores: iuxta pprias cōcupiscētias ambulātes.

¶ Petrus ibidem.

Vnus dies apud dn̄m sicut mille āni: ꝛ mille anni sicut dies vnus. Nō tardat dn̄s promissionē suā: sicut quidā existimāt: sed patiēter agit propter vos: nolens aliquos perire: sed om̄es ad pœnitentiā reuerti. Aduēniet aūt dies domini sicut fur: in quo cœli magno impetu transiēt: elementa vero calore soluentur. Terra aūt ꝛ quę in ipsa sunt opera exurentur. Quū igitur hæc omnia dissoluenda sint: quales oportet vos esse in sanctis conuersationibus: ꝛ pietatibus expectātes: ꝛ properātes in aduentū diei domini: p quē cœli ardentes soluenť: ꝛ elementa ignis ardore tabescēt. Nouos vo cœlos: ꝛ nouā terrā: ꝛ pmissa illi⁹ expectam⁹: in q̄bus iustitia habitat. Propter qd̄ charissimi hæc expectātes: satagite im-

maculati ꝛ inuiolati ei inueniri in pace: ꝛ domini nr̄i iesu xp̄i lōganimitatē: salutē arbitramini.

Apoca. ¶ Apocalypsis cap. j.

Ecce venit iesus christus cuꝫ nubibus ꝛ videbit eum omnis populus: ꝛ qui eū pupugerūt.

August. ¶ Augu. homelia. xij.

De aduentu sponsi clamor in media nocte fit: qr sic dies iudicij surrepit: vt præuideri nō valeat: qn venit. ¶ Aug. lib. de ciuitate dei.

Tunc manifestus veniet inter iustos iudicaturꝰ iuste. Qui occulte venerat iudicandus ab iniustis iniuste. ¶ Aug. li. iij. de Symbolo.

Ille iudex nec gratia preueniet: nec misericordia iam flectet: nec pecunia corrumpet: nec satisfactione vel pœnitētia mitigabit. Hic dū tempus habet agat anima pro se q̄diu locus est misericordie: qr ibi erit locus iustitie.

¶ Hiero. ꝛ hr̄. xj. q. iij. Estimant quidā.

Nec arbitrandū est in die iudicij illos tātū a dei filio denegandos: qui in martyrio Christū negauerūt: sꝫ ꝛ illos oēs q̄s opere/ vel sermone/ vel cognitione christus negat: vel cōfessus cōfitet: de hac puto cōfessione qua discipulis p̄cepit dicens. Eritis mihi testes in hierusalē: ꝛ in omi iudea: ꝛ samaria: ꝛ vsqꝫ ad vltimum terre.

¶ Heronymus ad Heliodorum.

Veniet dies illa veniet in qua corruptum hoc ꝛ mortale induat incorruptionem/ ꝛ immortalitatē. Beatus ille seruus quē inuenerit dn̄s vigilātē/ tunc ad vocē tubæ pauebit terra cū populis tu gaudebis. Judicaturo dn̄o lugubris mūdus immugiet/ ꝛ tribus ad tribū pectora ferient. Potentissimi quōdā reges nudo latere palpitabūt. Exhibebit tūc cū prole sua igneus Jupiter adducet cū suis stultus Plato discipulis/ Aristoteli argumenta nō proderūt/ tūc tu rusticanus/ ꝛ paup exultabis/ ꝛ dices/ ecce iudex/ qui obuolutus pānis in presepio vagijt/ hic est operarij ꝛ questuarie filius/ hic qui matris gestatꝰ sinu/ deꝰ homo fugit in egyptū: hic vestitus coccino: hic pungētibus spinis coronatus: hic magus demoniū habēs: ꝛ samaritanus: cerne manꝰ Judea quas fixeras: cerne latus Romane qd foderas: videte corpus an idē sit: quod cedebatis.

Hiero. ¶ Hiero. episto. xxxiiij.

Dicimus quoqꝫ ꝛ iudiciū futurū: in quo iudicio vnusquisqꝫ recipiat propria corporis prout gessit: siue bona/ siue mala. q si homines recepturi sunt pro operibus suis: quantomagis ꝛ diabolꝰ qui omnibus existit causa peccati: De quo sentimus illud quod scriptū est in euangelio: qr ꝛ ipse diabolus: ꝛ omnes angeli eius cū ijs q̄ opa eius faciūt: ꝛ criminant fratres: cū ipso pariter eterni ignis hæreditatē patient. Si quis aūt negat diabolū ignibus æternis mācipandum nō esse: partē hæreditatis dei cū ipso: sed eā in igne accipiat: vt sentiat verū esse quod negauit.

¶ Hyerony. super Matthæum.

Siue comedā: siue bibā: siue aliquid aliud faciā: semp vox illa videt sonare in auribus meis. Surgite mortui: ꝛ venite ad iudiciū. Quotiēs diē iudicij cogito totus corde ꝛ corpore contremisco. Si qua presentis vite est letitia: ita agenda est; vt nunq̄ amaritudo futuri iudicij recedat a memoria. ¶ Hiero. sup Matthæum.

Nō est nostrū nosse tempora. i. nō expedit nobis diē iudicij nosse: sed semp incerti de aduentu iudicis sic quotidie viuamus: quasi die altera iudicandi simus. ¶ Idem super Matthēū.

In die iudicij sol ꝛ luna obscurabuntur: nō diminutiōe luminis: sed comparatiōe veri luminis. Alioquin legimus solē habiturū septuplū luminis: sed comparatiōe vere lucis omnia tenebrosa erunt. ¶ Ambro. lib. de officijs.

Ambro. Nihil est qd magis proficiat ad vitā honestā: q̄ vt credamus eū iudicē futurū: quē ꝛ occulta non fallunt: indecora offendunt: ꝛ honesta delectāt.

Grego. ¶ Grego. ꝛ habet di. xxv. qualis.

Qualis hinc quisqꝫ egredit talis in iudicio apparebit: vel representabit: sed tn̄ de quibusdam culpis esse ante iudiciū purgatiōis ignis credēdus est: pro eo q veritas dicit: qr si quis in spiritū sanctū blasphemias dixerit: neqꝫ in hoc sæculo remittit ei: neqꝫ in futuro: in qua sentētia dat intelligi quasdam culpas in hoc sæculo: quasdā in futuro posse relaxari. Qd aūt de vno negatur consequens intellectus pateat: qr de quibusdā cōceditur. Sed tamen vt prædixi: hoc de paruis minimisqꝫ peccatis fieri posse credēdū est: sicut est assiduus ꝛ ociosus sermo: immoderatus risus: vel peccatū cure familiaris qd vix sine culpa: vel ab ipsis agitur qui culpā qualiter declinare debeāt sciūt: quæ ꝛ post mortē grauāt: si adhuc in vita positis minime morte fuerint relaxata. ¶ Grego. lib. xxxiiij. moraliū.

Sunt enī nunc etiā qui iccirco peccatis suis ponere finē negligūt: quia habere quādoqꝫ finem futura sup se iudicia suspicant: quibus breuiter respōdemus. Si quādoqꝫ finienda sunt supplicia reproborū: quādoqꝫ ergo finienda sunt gaudia bonorū. Per semetipsam nanqꝫ veritas dicit. Ibunt hi in suppliciū æternum. Justi autem in vitā æternā. ¶ Greg. in home. Homo quidam erat diues.

Ante retributionē extremi iudicij iniusti quosdā iustos in requie cōspiciūt: vt eos videntes in gaudio nō solū de supplicio suo: sed etiā de illorum bono crucientur. Justi aūt in tormētis semp intuent iniustos: vt hinc eorū gaudiū crescat: quia malū cōspiciūt qd misericorditer euaserūt. Tantoqꝫ maiores creatori suo gratias referūt: quanto plus vidēt in alijs quod ipsi perpeti: si essent derelicti potuerant.

¶ Grego. homelia. xxv.

In extremo die iudicij quum aptis cœlis: ministrātibus angelis: cōsedētibus apostolis in sede maiestatis sue xp̄s apparebit. Oēs hūc electi pariter ꝛ reprobi videbūt: vt ꝛ iusti de munere retributiōis sine fine gaudeāt: ꝛ iniusti de vltione supplicij in perpetuum gemant.

¶ Grego. super Matthæum.

In illa districtione vltime increpatiōis oīe argumentū cessat excusatiōis: q̄ppe qr ille foris increpat: q̄ testis consciētiæ intus animā accusat.

¶ Gregorius super illud Matthæi.

Omnes capilli vestri numerati sunt.

Sic deus vias nostras considerat: ꝛ gressus dinumerat: vt nec minime cogitatiōes ac verba minutissima: quæ apud nos viguerūt eius iudicio indiscussa remaneant.

¶ Gregorius super illud Matthei. xxiiij.

In nubibus cœli cum maiestate.

In maiestate visuri sunt: quē in humilitate videre noluerūt: vt tanto districtiꝰ virtutē sentiant: quantū ceruicē cordis ad eius presentiā non inclinant. ¶ Joannes chrysostomꝰ super illud Matthei. xxiiij. Et virtutes cœlorū mouebunt.

Joannes chrysost. Exurgente rege cœlesti iudicare viuos et mortuos virtutes angelicæ mouebuntur: terribiles ministri terribilem dominum præcedent.

¶ Joannes chrysostomus ibidem.

Patrefamilias moriente domus turbatur: familia plangit: ꝛ nigris se vestimentis induit: sic humano genere: propter quod facta sunt circa finem constituto: cœli mysteria lugent: ꝛ candore posito tenebris induuntur.

¶ Joannes chrysostomus super Matthæū.

In illo die nihil est: quod respōdeamus: vbi cœlum ꝛ terra: aer ꝛ aqua: ꝛ totus mūdus stabit aduersus nos in testimoniū peccatorū nr̄oꝝ: et si oīa taceant ipsæ cogitationes nostræ ꝛ ipsa opera specialiter stabunt ante oculos nostros: nos ante deum accusantes.

¶ Joānes chryso. super. j. ad corint. xv.

Vere vox magna: vox tube terribilis: cui omnia obediunt elementa: quæ petras scindit: inferos aperit: portas ereas frangit: vincula mortuorū dirūpit: et de profundo abyssi animas liberatas corporibus suis assignat. Hæc autem omnia citius consumit in opere: q̄ sagitta transit in ære: dicente apostolo. In momento: in ictu oculi.

Bernar. ¶ Bernardus super cant.

Veniet dies illa in qua plus valebunt pura corda: q̄ astuta verba: cōscientia bona: q̄ marsupia plena. Quoniam quidem iudex ille non falletur verbis: nec flectetur donis. ¶ Lactantius firmianus lib. vij. diuinarum institutio. capi. xv.

Lactātiꝰ Propinquante igitur huius seculi termino humanarum rerum statum cōmutari necesse est: et in deteriꝰ nequitia inualescente prolabi: vt iam nostra hec tempora quibus iniquitas et malitia vsqꝫ ad summū gradum creuit: in illius tamen insanabilis mali cōparatiōe fœlicia ꝛ prope aurea possint iudicari: ita etenim iustitia rarescet: ita impietas ꝛ auaritia: ꝛ cupiditas: ꝛ libido crebescet: vt si q̄ tum forte fuerint boni prędæ sint sceleratis: ac diuexentur vndiqꝫ ab iniustis. Soli autem mali opulenti sint: boni vero in omnibus contumelijs: atqꝫ in egestate iactentur. Confundetur omne ius: et leges interibunt. Nihil tunc quispiā habebit: nisi vt quesitum: aut defensum manu: audacia: ꝛ vi oīa possidebunt. Non fides in hoībus: non pax: non humanitas: non pudor: non veritas erit. Atqꝫ ita neqꝫ securitas: neqꝫ regimen: neqꝫ requies a malis vlla. Oīs eniꝫ terra tumultuabitur: frement vndiqꝫ bella: oēs gentes in armis erunt: et seinuicē oppugnabūt.

¶ Lactantius ibidem capi. xvj.

Quomodo auteꝫ id futurū sit: ne quis incredibile arbitretur: ostendam: imprimis multiplicabitur regnum: ꝛ summa rerum potestas per plurimos dissipata: ꝛ concisa minuetur. Tunc discordię ciuiles in perpetuū serentur: nec vlla requies bellis exitialibus erit: donec ꝛ reges decem pariter existant: q̄ orbem terre non ad regendū sed ad consummandū partiantur: hi exercitibus in immēsum auctis: ꝛ agrorum cultibus destitutis: quod est principiū euersionis et cladis: disperdent oīa: ꝛ cōminuent: ꝛ vorabunt. Tunc repente aduersus eos hostis potētissimus ab extremis finibus plagę septētrionalis orietur: tunc asiam obtinebūt: assumet in societatē a ceteris: ac princeps oīm constituetur. Noua consilia in pectore suo volutabit: vt proprium sibi constituat imperium. Leges cōmutabit: ꝛ suas sanciet: contaminabit: diripiet: spoliabit: occidet. Deniqꝫ immutato noīe: atqꝫ imperij sede trāslata: confusio ac perturbatio generis consequet. Tam vero detestabile atqꝫ abominandū tēpus existet: q nulli hoīm sit vita iucūda. Euertētur funditus ciuitates: atqꝫ interibunt: nō mō ferro: atqꝫ igni: verū etiam terręmotibꝰ assiduis: ꝛ eluuie aquaruꝫ: et morbis frequētibus: ꝛ fame crebra. Aer enī vitiabitur: ꝛ corruptꝰ ac pestilens fiet: ꝛ mō importunis imbribus: modo inutili siccitate: nunc frigoribus: nunc æstibus nimijs: nec terra homini dabit fructū: nec seges quicq̄: non arbor: non vitis feret. Sed quū in flore spem maximā dederint: in fruge decipiēt. Fontes quoqꝫ cum fluminibꝰ arescēt: vt ne potꝰ quidē suppetat: ꝛ aque in sanguinē: aut amaritudinē mutabunt. Propter hec deficient: ꝛ in terra quadrupedes: ꝛ in ære volucres: et in mari pisces. Prodigia quoqꝫ in cœlo mirabilia mētes hoīm maxīo terrore cōfundēt. Et crines cometaꝝ: ꝛ solis tenebre: ꝛ color lune et cadentiū syderū lapsus. ¶ Lactātius firmi. diui. institu. aduersus gētes lib. vij. ca. xvij.

Sed planiꝰ qūo id eueniat exponā. Imminēte iā tēporū ɔclusiōe. Propheta magnꝰ mittet a deo: qui cōuertat hoīes ad dei cognitionē: ꝛ accipiat potestatē mirabilia faciēdi. Vbicūqꝫ non audierint eum hoīes claudet cœlū/ ꝛ abstinebit ibres: et aquā cōuertet in sanguinē/ ꝛ cruciabit illos siti ac fame/ ꝛ quicūqꝫ conabit eū ledere/ pcedet ignis de ore eius/ atqꝫ cōburet illū. His pdigijs atqꝫ virtutibꝰ cōuertet multos ad dei cultū/ peractisqꝫ operibꝰ eius alter rex orietur ex syria malo spiritu genitꝰ/ euersor ac pditor generis humani/ qui reliquias illius prioris mali cū ipso simul deleat. Hic pugnabit aduersus pphetā dei et vincet/ ꝛ interficiet eū/ ꝛ insepultū iacere patietur/ sꝫ post diem tertiū reuiuiscet/ atqꝫ inspectantibꝰ/ ꝛ mirantibꝰ cūctis rapiet in cœlū. Rex vero ille deterrimꝰ erit quidē/ ꝛ ipse/ sed mendaciorū ppheta: ꝛ seipsum ɔstituet: ac vocabit deū: et se coli iubebit: vt dei filiū. Et dabitur ei ptās: vt faciat signa: ꝛ prodigia: quibus visis irrætiat hoīes: vt adorēt eū. Jubebit igneꝫ descēdere de cœlo: ꝛ solē a suis cursibꝰ stare: ꝛ imaginē loqui: et fient hæc sub verbo eius; quibus miraculis etiam sapientiū plurimi allicientur ab eo. Tunc eruere dei templū conabitur: ꝛ iustum populum

persequetur/ et erit pressura et contritio qualis numquam fuit ab initio mundi. Quicunque crediderint/ et accesserint ei: signabuntur ab eo tanquam pecudes. Qui autem recusauerint notam eius aut in montes fugiant: aut comprehensi exquisitis cruciatibus necabuntur. Idem iustos homines obuoluet libris prophetarum: atque ita cremabit: et dabitur ei desolare orbem terrae mensibus .xlij. id erit tempus quo iustitia proijcietur: et innocentia odio erit: quo mali bonos hostiliter prędabuntur. Non lex aut ordo aut militię disciplina seruabitur. Non canus quisquam reuerebitur. Non officium pietatis: non sexus: aut infantię miserebitur.

¶ Lactantius Firmianus diuinarum institutionum aduersus gentes lib. vij. ca. xvij.

Hęc ita futura esse tum prophetę omnes ex dei spiritu: tum etiam vates ex instinctu dęmonum cecinerunt. Hydaspes enim quem superius nominaui descripta iniquitate sęculi huius extremi pios ac fideles a nocentibus segregatos. Ait cum fletu et gemitu extensuros ad cęlum manus: et imploraturos fidem Iouis: Iouem respecturum ad terram et auditurum voces hominum atque impios extincturum: quę omnia vera sunt: prętер vnum: quod Iouem dixit illa facturum quae deus faciet: sed et illud non sine demonum fraude subtractum est. Missum iri tunc a patre filium dei: qui deletis omnibus malis pios liberet.

¶ Lactantius firmianus diuinarum institutionum lib. vij. capi. xix.

Oppresso igitur orbe terrę: quum ad destruendam immensarum virium tyrannidem humanę opes defecerint: siquidem capto mundo cum magnis latronum exercitibus incubabit. Diuino auxilio tanta illa calamitas indigebit. Commotus igitur deus: et ancipiti periculo: et miseranda comploratione iustorum mittet protinus liberationem. Tunc aperietur cęlum medium intempesta nocte: et tenebrosa: vt in orbe toto lumen descendentis dei tanquam fulgor appareat: quod sybilla his versibus locuta est. ὁπόταμ ἔλθῃ πύρ ἔσαι σκότος ἐν μέσῃ νυκτὶ μελαίνῃ. i. quum venerit ignis erunt tenebrę in media nocte obscura. Hęc est nox quae a nobis propter aduentum regis ac dei nostri peruigil celebratur. Cuius noctis duplex est ratio: quod in ea et vitam tum recepit: quum passus est: et postea orbis terrae recepturus est regnum. Hic est enim liberator: et iudex: et vltor: et rex: et deus: quem nos christum vocamus: qui prius quam descendat hoc signum dabit. Cadet repente gladius e cęlo: vt sciant iusti ducem sanctę militiae descensurum. Et descendet comitantibus angelis in medium terrę: et praecedet eum flamma inextinguibilis: et virtus angelorum tradet in manus iustorum multitudinem illam: quę montem circumsederit: et concidetur ab hora tertia vsque ad vesperum: et pluet sanguis more torrentis: deletisque omnibus copijs impius solus effugiet: et peribit ab eo virtus sua. Hic est autem qui appellatur antichristus: sed se ipse christum mentietur: et contra verum dimicabit: et victus effugiet: et bellum saepe renouabit: et sępe vincetur: donec quarto prœlio confectis omnibus impijs debellatus et captus: tandem scelerum suorum luet pœnas.

¶ Idem libro vij. capi. xx.

Post haec aperientur inferi: et resurgent mortui: de quibus iudicium magnum ipse idem rex ac deus faciet: cui summus pater: et iudicandi: et regnandi dabit maximam potestatem.

¶ Lactantius lib. vij. ca. xxj.

Primum igitur dicimus tantam esse dei potestatem: vt etiam incorporalia comprehendat: et quemadmodum voluerit afficiat. Nam et angeli deum metuunt: quia castigari ab eo possunt inenarrabili quodammodo. Et daemones reformidant: quia torquentur ab eo et puniuntur. Quid ergo mirum: si quum sint immortales animae tamen patibiles sint deo? Nam quum in se nihil habeant solidum: et contrectabile a solidis et corporalibus nullam vim pati possunt: sed quia in solis spiritibus viuunt a solo deo tractabiles sunt: cui virtus et spiritalis substantia est: sed tamen docent nos sanctę litterę quemadmodum pœnas impij sint laturi. Nam quia peccata in corporibus contraxerunt: rursus carne induentur: vt in corporibus piaculum soluant: et tamen non erit caro illa quam deus homini superiecerit: huic terrenae similis: sed insolubilis ac permanens: in ęternum: vt sufficere possit cruciatibus: et igni sempiterno: cuius natura diuersa est ab hoc nostro quo ad vitae necessaria vtimur: qui nisi alterius materię fomite alatur: extinguitur. At ille diuinus per seipsum semper viuit: ac viget sine vllis alimentis: nec admixtum habet fumum: sed est purus ac liquidus: et in aquę modum fluidus. Non enim vi aliqua sursum versus vrgetur: sicut noster quem labes terreni corporis: quo tenetur: et fumus intermixtus exilire cogit: et ad cœlestem naturam cum trepidatione mobili subuolare. Idem igitur diuinus ignis eademque vi atque potentia et cremabit impios: et recreabit: et quantum ex corporibus absumet: tantum reponet: ac sibi ipse aeternum pabulum subministrabit: quod poetę in vulturem et tytium transtulerunt. Ita sine vllo reuiuiscentium corporum detrimento: aduret tantum: ac sensum doloribus afficiet. Sed et iustos: quum iudicauerit deus: etiam igni eos examinabit. Tum quorum peccata vel pondere: vel numero pręualuerint praestringentur ab igni/ atque comburentur. Quos autem plena iustitia/ et maturitas virtutis incoxerit/ illum ignem non sentient. Habent enim aliquid in se dei quod vim flammę repellat/ ac reijciat. Tanta est vis innocentię/ vt ab ea ignis ille refugiat innoxius/ qui accipit a deo hanc potestatem/ vt impios vrat/ iustis obtemperet.

¶ Lactanti⁹ firmia. diui. insti. lib. vij. ca. xxiij.

Non igitur renascentur/ quod fieri non potest/ sed resurgent: et a deo corporibus induentur: et prioris vitę factorumque omnium memores erunt: et in bonis cœlestibus collocati: ac fruentes iucunditate innumerabilium copiarum pręsenti deo gratias agent: quod malum omne deleuerit: quod eos ad regnum vitamque perpetuam suscitarit.

¶ Lactantius lib. vij. capi. xxiiij.

Veniet summi et maximi dei filius: vt viuos ac mortuos iudicet. ¶ Lactanti⁹ lib. vij. ca. xxv.

Completis annorum sex millibus mutationem istam

fieri oportere: et iam propinquare illum summum conclusionis aeternę diem de signis quae dicta sunt a prophetis licet noscere. Praedixerunt enim signa quibus consummatio temporum: et expectanda sit nobis in singulos dies: et timenda. Quando tamen compleatur hęc summa docent: hi qui de temporibus scripserunt: colligentes ea ex litteris sanctis: et ex his varijs historijs quantus sit numerus annorum ab exordio mundi: qui licet varient: et quamquam aliquantulum numeri eorum summa dissentiat: omnis tamen expectatio non amplius quam ducentorum videtur annorum: etiam res ipsa declarat lapsum: ruinamque breui fore: nisi quod incolumi vrbe roma nihil istius videtur esse metuendum. At vero quum caput illud orbis ceciderit: πύρρος esse cœperit quod sybillae fore aiunt: quis dubitet venisse iam finem rebus humanis: orbique terrarum? Illa est ciuitas quę adhuc sustentat omnia: precandusque nobis: et adorandus est deus cœli: si tamen statuta eius et placita differri possunt: ne citius quam putemus tyrannus ille abominandus veniat: qui tantum facinus moliatur: ac lumen illud effodiat: cuius interitu mundus ipse lapsurus est.

Origen.

¶ Origenes super epistolam ad roma. lib. ij.

Quum bona vel mala cogitamus in corde nostro: tam bonarum quam malarum cogitationum notę quaedam et signa relinquuntur/ quę in die iudicij reuelabuntur.

Anselm⁹

¶ Anselmus de similitudinibus mundi.

A dextris erunt peccata accusantia/ a sinistris infinita daemonia/ subtus horrendum chaos inferni/ desuper iudex iratus/ foris mundus ardens/ intus conscientia vrens/ ibi vix iustus saluabitur. Heu miser peccator sic deprehensus quo fugies? latere erit impossibile/ apparere intolerabile.

Lucan⁹

¶ Lucanus in principio libri primi pharsalię.

Sic quum compage soluta
Saecula tot mundi suprema coegerit hora/
Antiquum repetens iterum chaos/ omnia mixtis
Sydera syderibus concurrent: ignea pontum
Astra petent: tellus extendere littora nollet:
Excutietque fretum: fratri contraria phœbe
Ibit: et obliquum bigas agitare per orbem
Indignata diem posset sibi: totaque discors
Machina diuulsi turbabit fœdera mundi.

Ouidius

¶ Ouidius metamorphoseos lib. j.

Ipse quoque in fatis reminiscitur affore tempus
Quo mare: quo tellus: correptaque regia cœli
Ardeat: et mundi moles operosa laboret.

Francisc⁹ petrar.

¶ Francisc⁹ petrarcha in triumpho ęternitatis.

De guadagni
Veri et di falsi si fara ragione:
Che tuti fien a lhora opra daragni.
Vedrassi quanto in van cura si pone:
Et quanto in darno saffatiga et suda
Come sono ingannate le persone.
Nesum secreto fia chi copra o chiuda.
Fia ogne conscientia o chiara o foscha
Auanti a tuto el mundo aperta et nuda.
Et fia che region iudichi et cognosca.
Poi vederem praehender ciascun suo viagio:
Come fera scaciata si rimbosca.
Et vedrassi in quel puncto di parragio.
Che vi fanno ir superbi oro et terreno
Esser stato danno: et non vantagio.

Iudicium temerarium seu suspitiosum est quum aliquis iudicat de his quę sunt dubia: vel occulta: propter aliquas leues coniecturas secundum b. Tho. secunda secundę. q. lx. arti. ij.

¶ Leuitici capi. xix. — Leuitici.

Non facies quod iniquum est: nec iniuste iudicabis.

¶ Ecclesiastici cap. xix. — Eccli.

Ex visu cognoscitur vir: et ab occursu faciei cognoscitur: sensatus. Amictus corporis: et risus dentium: et ingressus hominis enunciant de illo.

¶ Matthaeus capitulo. ix — Matth.

Vt quid cogitatis mala in cordibus vestris.

¶ Idem capitulo. xj.

Venit enim ioannes neque manducans: neque bibens: et dicunt daemonium habet. Venit filius hominis manducans et bibens: et dicunt ecce homo vorax: et potator vini publicanorum: et peccatorum amicus.

¶ Lucas capitulo. vj. — Lucas.

Nolite iudicare: et non iudicabimini: nolite condemnare et non condemnabimini.

¶ Idem capitulo. vij.

Venit autem ioannes baptista neque manducans panem: neque bibens vinum: et dicitis demonium habet. Venit filius hominis manducans: et bibens: et dicitis: ecce homo deuorator: et bibens vinum: amicus publicanorum et peccatorum.

¶ Joannes capitulo. vij. — Joannes

Nolite iudicare secundum faciem: sed iustum iudicium iudicate.

¶ Paulus ad roma. capi. xiiij. — Paulus

Is qui manducat: non manducantem non spernat: et qui non manducat manducantem non iudicet. Deus enim illum assumpsit. Tu quis es qui iudicas alienum seruum? Domino suo stat aut cadit. Stabit autem. Potens est enim deus statuere illum. Nam alius iudicat diem inter diem: alius autem iudicat omnem diem.

¶ Paulus ibidem.

Tu autem quid iudicas fratrem tuum? aut tu quare spernis fratrem tuum? Omnes enim stabimus ante tribunal Christi. Scriptum est enim. Viuo ego dicit dominus: quoniam mihi flectetur omne genu: et omnis lingua confitebitur deo. Itaque vnusquisque nostrum pro se rationem reddet deo. Non ergo amplius inuicem iudicemus. Sed hoc iudicate magis: ne ponatis offendiculum fratri vel scandalum.

¶ Paulus ad corint. primę capitulo. iiij.

Itaque nolite ante tempus iudicare quoadusque veniat dominus: qui et illuminabit abscondita tenebrarum et manifestabit consilia cordium: et tunc laus erit vnicuique a deo.

¶ Ibidem capi. vj.

Sic non est inter vos sapiens quisquam: qui possit iudicare inter fratrem suum: sed frater cum fratre iudicio contendit.

¶ Jacob⁹ in epistola c. iiij. — Jacobus

Nolite detrahere alterutrum fratres mei: qui detrahit fratri: aut qui iudicat fratrem suum: detrahit legi: et iudicat legem. Si autem iudicas legem non es factor legis: sed iudex: vnus est enim legislator: et iudex: qui potest perdere: et liberare. Tu autem quis es qui iudicas proximum tuum?

¶ Augu. in sermone domini in monte: et habetur — Augusti.

xj.q.iij.capi.temerarium.
Temerarium iudicium plærūqȝ nihil nocet ei de quo temere iudicatur: ei autem qui temere iudicat: ipsa temeritas necesse est: vt noceat.

¶ Augustin⁹ in epistola ad parentuꝫ comitē arrianum: ꝛ habetur.xxxij.q.vj.iniquum.

Iniquū est: vt quisqȝ de alio iudicare velit: ꝛ iudicare de se nolit. ¶ Augu.cōtra manicheos li.ij.

a Nolite iudicare. Hoc loco nihil aliud nobis pręcipi existimo: nisi vt ea facta quę dubium est quo animo fiant in meliorē parteꝫ interpretemur. Quod enim scriptum est. A fructibus eorum cognoscetis eos: de manifestis dictum est: quæ non possunt bono modo fieri. Sunt quædam facta media quæ ignoramus quo animo fiant: quia in malo ꝛ bono fieri possunt: de quibus temerariuꝫ est iudicare: maxime vt condemnemus.

¶ Augustinus ibidem.

a Duo sunt in quibus temerariū iudiciuꝫ cauere debemus: quum incertum est: quo animo: quid factum sit: vel incertum est: qualis futurus sit: qui nunc vel bonus: vel malus apparet.

¶ Augustinus lib.xix. de ciuitate dei.

a Ignorantia iudicis plærunqȝ est calamitas innocentis. ¶ Augustinus de pasto.

b Temerarijs iudicijs plena sunt oīa. De quo desperamus subito conuertitur: et fit optimus. De quo multum præsumpseramus deficit: ꝛ fit pessimus. Nec timor noster cert⁹ est: nec amor. Quid sit hodie quisq̄ homo vix nouit. Ipse homo tamen vtcunqȝ ipse nouit quid hodie: quid autem cras nec ipse.

¶ Augustinus in sermone dn̄i in monte.

a Maxime hi temere iudicant: qui de meritis aliorum ꝛ facile reprehendūt: ꝛ qui mage amant vituperare: ꝛ damnare: q̄ emēdare: ꝛ corrigere: quod vitium vel superbię est: vel inuidiæ.

Hieron. ¶ Hieronymus epistola.v.

b Non enim conscientię latebras hominibus scire: aut nudare permissum est: dicēte scriptura. Homo in facie videt: deus autem in corde. Deus solus intima: ꝛ secreta circūspicit: sꝫ manifesta est vox domini monentis. A fructibus eorum cognoscetis eos. ¶ Hieronymus epistola.ix.

Unusquisqȝ enim non de futuris: sed de pręsentibus iudicat. Ambro.

¶ Ambrosius super Beati immaculati.

Iudicet ille de alterius errore: qui non habet in seipso quod cōdemnet. Iudicet ille: qui non agit eadem quæ in alio putauerit esse punienda: ne quum de alio iudicat in seipsum sententiam ferat. Iudicet ille qui ad pronūciandū nullo odio: nulla leuitate ducitur.

Grego. ¶ Gregori⁹ sup illud Eccli.vij. Noli q̄rere fieri iudex nisi valeas v̄tute irrūpere iniq̄tates.

Debet quisqȝ proprias virtutes perpendere: et pro qualitate virium curam aliorū suscipere: ne dum delectetur loco glorię: fiat subditis author ruinæ: ꝛ qui grauatur pondere suarum velit fieri iudex alienarū culparum. Durum enim est: vt qui nescit tenere moderamina vitę suę: iudex fiat vitæ alienę. ¶ Grego.moraliū lib.xxvj.

b Hoc solet esse proprium infirmantiū iudicum: vt tanto quempiā existiment iustum quanto adipisci conspiciunt omne quod appetit: quum videlicet nouerimus nōnunq̄ bona terrena iustis subtrahi: quę largo munere tribuuntur iniustis: ꝛ desperatis ægris medici quicquid poposcerint dare præcipiunt: ꝛ eis quos ad salutem reduci præuident: quod appetunt dari contradicunt.

¶ Joannes chrysostomus. Joannes chryso.

Sunt aliqui qui de oībus male iudicant: dicunt enim si quis studet ꝛ vacat humilitati: hypocrita est. Si recreationi: gulosus est. Si patientiæ: timidus est. Si iustitiæ: impatiens est. Si simplicitati: fatuus est. Si prudentię: maliciosus est. Si maturitati: phlegmaticus est. Si iucūditati: dissolutus est. Si religioni: singularis est. Si societati: sæcularis est. Si silētio ꝛ paci: dissimulator est. Si aliorum correptioni præsumptuosus est. Si instat vigilijs ꝛ orationibus: indiscretus est. Si dormitioni somnolent⁹ est. Si prędicationi: et aliorū saluti: appetitor laudis est. Si desistat: negligens est. Si habet gratiam hoīm: adulator est. Si adulari renuit: dicitur q̄ superbus est.

¶ Isidorus lib.j. soliloquiorum capi.xxix. Isidorus

Animus in corporis habitu apparet: gestus corporis signū est mentis: occultare potest nec sua vota venus. ¶ Idem lib.ij.capi.ij.

Ancipitem diu delibera sententiam.

¶ Idem capitulo.xv.

b In ambiguis deo serua sententiam.

¶ Isidorus soliloquiorum lib.viij.ca.xxxj.

Sermo vanus vanę conscīētię index est: mores hominis lingua pandit. Qualis sermo ostenditur talis animus comprobatur.

¶ Seneca epistola.lv. Seneca.

Argumentū morū ex minimis licet capere. Impudicum incessus ostendit: improbū vultus. Insanum risus habitusqȝ.

¶ Boetius de pħica cōso.lib.j.metro.vij. Boetius.

Tu quoqȝ si vis
Lumine claro
Cernere verum:
Tramite recto:
Carpere callem:
Gaudia pelle:
Pelle timorem:
Spemqȝ fugato:
Nec dolor adsit
Nubila mens est
Vinctaqȝ frenis:
Hæc vbi regnant.

¶ Seneca lib.de beneficijs. Seneca.

Molestius est inter duos amicos q̄ inter duos inimicos iudicare.

¶ Seneca in prouerbijs.

Ad pœnitendū prouocat: cito qui iudicat.

¶ Seneca in tantalo tragœdia.ij.

Multa sꝫ trepid⁹ solet detegere vult⁹. ¶ Ibidē.

Magna nolentem quoqȝ consilia produnt.

¶ Aristoteles lib.j.æthicorum. Aristoteles

Unusquisqȝ bene iudicat quæ cognoscit: ꝛ horū est bonus iudex.

¶ Aristoteles lib.ij.politicorum.

Melius est iudicare secundū leges et litteras: q̄ ex propria scientia: vel sententia.

¶ Aristoteles lib.iij. Politicorum.

Turba multa melius iudicat: q̄ vnus tantum.

¶ Aristoteles lib.prædicamentorū.

Dubitare de singulis non est inutile.

Cicero. ¶ Cicero Rhetoricorum veterū lib.ij.

Ex victu multę trahuntur suspitiones: quū quē admodū apud quos: ꝛ a quib⁹ educatus: ꝛ eruditus sit quæritur: ꝛ quibuscū viuat: qua ratione viuat: quo more domestico viuat.

¶ M.T. Cicero de Oratore lib.ij.

Imago animi est vultus. Iudices oculi. Nā hæc sunt vna pars corporis: quę quot animi motus sunt: tot significationes possit efficere.

Frācisc⁹ petrar. ¶ Frāciscus Petracha li.j.de vita solitaria.

Esse autē occultissimę profundissimęqȝ rei: humanę conscientię iudex nolim: ꝛ possunt omnes deo largiente bene viuere.

Terētius ¶ Terentius Comœdia.iij.

Ita comparatam esse naturā omniū hominū: vt aliena magis iudicent q̄ sua. Idqȝ eo fit: q̄ in re nostra sumus: aut gaudio præpediti nimio: aut ægritudine.

Martialis. ¶ Martialis.Epig.lib.xij.ad Priscū.

Sæpe rogare soles: qualis sim Prisce futurus
Si fiam locuples: simqȝ repente potens.
Quēq̄ posse putas mores narrare futuros?
Dic mihi: si fias tu leo: qualis eris?

¶ Martialis Epig.li.xij.ad zelotypam.

Quū tibi nota tui sit vita fidesqȝ mariti:
Nec p̄mat vlla tuos sollicitetqȝ thoros:
Quid quasi pellicib⁹ torqueris īepta ministris?
In quib⁹ ꝛ breuis est: ꝛ fugitiua Venus.

Horati⁹. ¶ Horati⁹ Sermonum lib.j.Satyra.iij.

Stultus ꝛ īprobus hic amor est: dignusqȝ notari
Quum tua puideas oculis mala lipp⁹ inunctis:
Cur in amicorū vitijs tam cernis acutum
Quā aut aquila: aut serpens Epidaurius?

¶ Horati⁹ Sermonū lib.j.Satyra.iij.

Parcius hic viuit frugi dicatur. Ineptus
Et iactantior hic paulo est? concinn⁹ amicis
Postulat vt videat. At est truculentior: atqȝ
Plus æquo liber? simplex fortisqȝ habeat.
Caldior est? acres inter numeret. Opinor
Hæc res ꝛ iungit: iunctos ꝛ seruat amicos.
At nos virtutes ipsas inuertimus: atqȝ
Sincerū cupimus vas incrustare. Probus quis
Nobiscum viuit? multū demissus homo: illi
Tardo cognomen pingui damus. Hic fugit oēs
Insidias: nulliqȝ malo latus obdit apertum:
Quū genus hoc inter vitę versef: vbi acris
Inuidia: atqȝ vigēt vbi crimina: p bene sano:
Ac non incauto fictum astutumqȝ vocamus.
Simplicior q̄s et est? qualem me sæpe libenter
Obtulerim tibi Mecœnas: vt forte legentem
Aut tacitū impellat quouis sermone molestus:
Cōmuni sensu plane caret inquim⁹: heu heu
Quā temere in nosmet legem sancimus iniquā?
Nā vitijs nemo sine nascitur: optimus ille est
Qui minimis vrgetur.

Dantes. ¶ Dantes florētinus Paradisi Cātica.c.iij.

Ne sien le genti anchor tropo sicure
A giudicar: si come quei che stima
Le biade in campo pria che sian mature.
Chiho veduto tutol verno prima
Il prun monstrarsi rigido e feroce
Poscia portar la rosa in su lascima.
Elegno vidi gia forte e veloce
Correr lo mareper tuto suo camino:
Perir al fine allentrar della foce:
Nō creda Monna Berta e ser Martino:
Per veder: vn furare: altro offerere
Vederli dentro al consiglio diuino:
Che quel puo surgere: e quel puo cadere.

¶ Iumentum græce κτῆνος.εος.τὸ.dicitur. Est omne animal seruiēs homini scdm bea. Tho.prima parte.q.lxxij.ar.ij.

Iumenti appellatione aīalia continenf: q̄ vel salmas gerunt: vel currus trahunt: bobus dūtaxat exceptis: a iuuando: hoc est auxiliando.

Iuramentū siue iusiurādū græ. ὅρκος.ου.ὁ.ꝛ ὀκόω iuro dicitur. Est aūt assertio vel negatio de aliquo licito possibili: ꝛ honesto sacrę rei attestatione firmata secūdum Gofre.ꝛ Host. Iuramētū est duplex.s.assertoriū: qd est de p̄senti. Et pmissoriū: qd de futuro s̄m.b.Tho.ij.ij.q.lxxxix.ar.iiij.

Iuramētum debet habere tres comites.s. Veritatē: Iudiciū: ꝛ Iustitiā scdm eundē ibidem.

Iurare est deum in testem vocare: ꝛ est actus latrię. Unde Hieronym⁹ super Matthæum. Qui iurat: aut veneratur: aut diligit eum: per quem iurat.ex.b.Tho.ibidem.

Iuramentum a iuro dicif: iuro aūt a iure. Quid em̄ est aliud iurare: q̄ pmittere adhibitis testibus nos ita seruaturos: ac si ius esset. hinc etiaꝫ adiuratio de qua supra in adiuratio.

¶ Leuitici cap.v. Leuitici.

Aīa q̄ iurauerit ꝛ ptulerit labijs suis: vt vel male qd faceret: vel bene ꝛ nō fecerit: ꝛ ipsum iuramēto: ꝛ sermone firmauerit oblitaqȝ postea intellexerit delictū suū: agat pœnitentiā pro peccato: ꝛ offerat de gregibus agnā: siue caprā: orabitqȝ pro eo sacerdos: ꝛ pro peccatis eius.

¶ Leuitici cap.xix.

Nō piurabis in noīe meo: nec pollues nomē dn̄i dei tui. ¶ Deuteronomij cap.vj. Deut.

Nō vsurpabis nomen dn̄i dei tui frustra: q: non erit impunitus: qui super re vana nomen ei⁹ assumpserit. ¶ Ecclesiastes cap.viij. Eccles.

Ego os regis obseruo: ꝛ p̄cepta iuramenti dei.

¶ Ecclesiastici cap.xxiij. Eccli.

Iurationi non assuescat os tuū: multi em̄ casus in illa. Nominatio vo dei nō sit assidua ī ore tuo: et nominibus sanctorū nō admiscearis: qm̄ non eris immunis ab eis. Sicut enim seruus interrogatus assidue: a liuore non minuitur: sic omnis iurans: et nominans in toto a peccato non purgabitur. Vir multum iurans implebif iniq̄tate: et non discedet a domo illius plaga.

¶ Paulus ab hebræos cap.vj. Paulus

Hoīes em̄ p maiorē sui iurāt: ꝛ oīs controuersię eorū finis ad cōfirmationem est iuramentum.

¶ Iacobus apostolus in epistola cap.v. Iacobus

Cursino. sabbā. dñc. 4e xl. de iuramēto et periurio./.

Ante oīa autē fratres mei nolite iurare: neqꝫ ꝑ cœlū: neqꝫ per terram: neqꝫ ꝑ aliud quodcunqꝫ iuramētū. Sit autē sermo vester: est est: nō non: vt nō sub iudicio decidatis.

Augu.

¶ Augustinus de sermone dñi: ⁊ habetur xxij. q. j. Ita ergo.

Ita ergo ꝓcepisse dominū intelligit: ne iuraret ne quispiā sicut bonū appetat iusiurandū: ⁊ assiduitate iurādi ad periuriū ꝑ consuetudinē delabatur. Quapropter q̄ intelligit nō in bonis: sed in necessarijs iurationem habēdam: refrenet se quātū pōt: vt nō ea vtat nisi necessitas cogat: videlicet quū videt pigros esse hoīes ad credēdū qđ eis vtile est credere nisi iuratione affirmetur.

¶ Augustinus de sermone dñi in mōte: et habetur. xxij. q. j. Tu malum.

Tu malū non facis: qui vteris bene iuratione: q̄ ⁊ si non bona tamen necessaria est: vt alteri ꝑsuadeas qđ vtiliter persuades: sed a malo est illius cuius infirmitate iurare cogeris.

¶ Augustin⁹ in decollatione scti Joānis baptistæ: ⁊ habet. xxij. q. iiij. qđ Dauid.

Qđ Dauid iuramentū per sanguinis effusionē non īpleuit maior pietas fuit. Video Dauid piū hominē ⁊ sanctū in iurationē temerariā icidisse ⁊ maluisse nō facere quod iurauerat ꝙ̄ iurationē suā hominis fuso sanguine adimplere.

¶ Augustinus ibidem: ⁊ habetur. xxij. q. v. Ille qui.

Ille qui hominē ꝓuocat ad iurationē ⁊ scit eum falsum iuraturū esse vincit homicidā. Quia homicida corpus occisurus est. Ille animam (imo duas animas) ⁊ eius animam quē iurare prouocauit: ⁊ suam. Scis verū esse quod dicis: ⁊ falsuꝫ qđ ille dicit: ⁊ iurare cōpellis. Ecce iurat: ecce ꝑiurat: tu quid inuenisti: immo ⁊ tu perijsti qui de illius morte satiari voluisti.

¶ Augustinus in sermone de Periurijs: ⁊ habet. xxij. q. v. Qui exigit.

Qui exigit iurationē multū interest: si nescit illum iuraturum falsum: an scit. Si enim nescit et ideo dicit iura mihi vt fides ei sit: non est peccatū: tñ humana tētatio est: si autē scit eū fecisse: ⁊ cogit eū iurare homicida est. Ille em̄ se suo periurio interimit: sed iste manū interficiētis impressit: ⁊ pressit.

¶ Augustinus in sermone: et habetur. xxij. q. v. Ecce dico.

Ecce dico charitati vestræ: ⁊ q̄ super lapidē falsum iurat: ꝑiurus est. Vn̄ hoc dico: q: multi etiā in hoc fallūtur: ⁊ putāt: q: nihil est: ꝑ qđ iurāt: nō se crimine teneri ꝑiurij: prorsus ꝑiurus est: q: ꝑ id qđ sctm̄ nō putas falsum iuras. Sāctū putat cui iuras: non em̄ q̄n iuras: tibi aut lapidi: sed ꝑximo tuo iuras: homini iuras ante lapidē. Sed nunquid nō ante deū? non te audit lapis loquētem: sed punit deus te fallentem.

¶ Augustinus epistola ad publicolam: et habetur. xxij. q. j. In nouo.

In nouo testamento dictū est ne oīno iuremus: qđ mihi quidē ꝓpterea dictū esse videt: nō quia iurare pctm̄ est. Sed q: ꝑiurare immane peccatum est: a quo longe nos esse voluit: q̄ omnino ne iuremus commonuit.

¶ Augu. ⁊ habetur ibidem. Vt noueritis.

Vt noueritis verū iurare nō esse peccatū: inuenimus ⁊ apostolū Paulū iurasse. Quotidie morior ꝑ vestram gloriā fratres: quā habeo ī Christo Jesu dño nostro: ꝑ gloriā vestrā iuratio est: nō em̄ sic ait. Per vestrā gloriā morior quasi vestra gloria me facit mori: quomodo si diceretur per venenum: per gladiū: ꝑ bestiam: per inimicū mortuus est: intelligeretur faciente inimico: faciēte gladio: faciente veneno mortuus est.

¶ Augu. ibidē: ⁊ hebet ibidē. Quāuis.

Quāuis dictū sit: ne iuremus nusq̄ me ī scripturis sanctis legisse memini: ne ab aliquo iurationem recipiamus.

¶ Aug. ibidē: ⁊ habet ibidē. cap. Mouet.

Mouet te vtrū ei⁹ fide vtendum sit: qui vt eā seruet ꝑ demonia iurauerit: vbi te volo prius cōsiderare: vtrū si quispiā per deos falsos iurauerit se fidē seruaturū: ⁊ eā seruauerit: non tibi videtur bis peccasse? si enim tali iuratione ꝓmissam seruaret fidē: ideo tñ peccasse iudicaretur: quia per falsos deos iurauerit. Illud aūt nemo reprehenderet quia fidem seruauit: Nunc vō quia ⁊ iurauit: per quos non debuit: ⁊ contra pollicitam fecit fidem: qđ nō debuit: bis vtiqꝫ peccauit. At per hoc qui vtitur fide illius: quē constat iurasse per falsos deos: et vtitur non ad malum: sed ad bonum: et licituꝫ non peccato illius se sociat: q̄ per demonia iurauit.

idolatria

¶ Augustinus Seuero episcopo: ⁊ habet xxij. q. iiij. cap. Inter cætera.

Nec credo sacramētum ad hoc debere fieri: vt in iusta iuratio suorum bonorū sit iniuste iurantibus expoliatio: ⁊ accipiēti æterna dānatio. Per iurij nāqꝫ percutitur pœna: ⁊ velut homicida in extremo examine a iusto iudice degrandinabit. per quem sacrosanctū euangelium ad iniustuꝫ: et illicitum: et deo minime amabile quasi testimonium iustæ ⁊ humanæ petitionis adducitur.

¶ Augu. sup psal. Domini est terra. et habet. xxij. q. ij. cap. In dolo.

In dolo iurat q̄ aliter factur⁹ est: ꝙ̄ ꝓmittit: quū periuriū sit nequiter decipere credentem.

¶ Augustin⁹ sup epistolā ad Galathas: ⁊ habetur. xxij. q. j. cap. Nō est contra.

Non est cōtra ꝓceptū dei iuratio: q̄ a malo nō iurātis est: sed increduli a quo iurare cogit. Nam hinc intelligit ita dominū ꝓhibuisse a iureiurando: vt quantum in ipso est quisqꝫ nō iuret: quod multi faciūt: in ore habentes iurationem tanq̄ magnum ⁊ suaue aliquid.

¶ Augu. de verbis apostoli sermone xviij. ⁊ habet. xxij. q. ij. cap. homines.

Homines falsum iurāt: vel quū fallūt: vel quum fallūtur. Putat homo verū esse qđ falsum est temere iurat: aut scit vel putat falsum esse: ⁊ tamē pro vero iurat: ⁊ nihilominus cum scelere iurat.

¶ Augustinus de verbis Apostoli sermone. xxviij. ⁊ hꝫ. xxij. q. j. cap. Si pctm̄.

Si peccatū esset iuratio: nec in veteri lege diceret: Non ꝑiurabis. Reddes dño iuramēta tua. Nō em̄ pctm̄ nobis ꝓciperet. Itē nō vobis dicimus nō iurare. Si enim hoc dicimus mentimur.

Quantum ad me pertinet non iuro: sed quantū mihi videt magna necessitate cōpulsus: quū video: nisi faciā: mihi nō credi: ⁊ ei qui mihi nō credet nō expedire: ꝙ nō credit. Hac perpensa ratione ⁊ cōsideratione librata cū magno timore dico coram deo: aut testis est mihi deus: aut scit christus: ꝙ sic est ī meo animo. Et ideo qđ plus est. i. quid amplius est: ꝙ̄ est: est: nō: nō: sed hoc qđ amplius est a malo est non iurantis: sed non credentis.

¶ Augu. lib. de mendacio.

Dico vobis: nō iurate omnino: ne scꝫ iurādo ad facilitatē iurandi veniat: de facilitate ad cōsuetudinē: de cōsuetudine in periuriū decidatur.

Hiero.

¶ Hieronymus super Hieremiā: ⁊ habetur. xxij. q. j. cap. Et iurabunt.

Et iurabunt viuit dominus in veritate: ⁊ in iudicio: ⁊ in iustitia: ⁊ benedicent eū gentes: ipsumqꝫ laudabūt: quomodo ergo euangeliū iurare nos prohibet: sed hic iuramentum pro confessiōe dicit: ⁊ ad condemnationē Idolorū ꝑ quæ iurabat Israel. Deniqꝫ offendicula offerunt: ⁊ iurat per dominū deū: quodqꝫ dicit. Viuit dñs in testamēto veteri iusiurandū est: ad condemnationē mortuorū deorum: ꝑ quos iurauit omnis idololatra.

¶ Hieronymus sup Hieremiam lib. ij. ⁊ habet. xxij. q. ij. Animaduertendum.

Animaduertendū est ꝙ iusiurandū hos habeat comites: veritatē: iudiciū: atqꝫ iustitiā: si ista defuerint: nequaq̄ iuramentum erit: sed periuriū.

¶ Hieronymus super Matthæū lib. j. ⁊ habet. xxij. q. j. considera.

Considera ꝙ saluator nō per deū iurare prohibuit: sed per cœlū: ⁊ terrā: ⁊ ꝑ Hierosolymā: ⁊ ꝑ caput tuū: ⁊ hoc quasi paruulis fuerat lege concessum: vt quomodo victimas deo immolabant: ne eas immolarent idolis. Sic ⁊ iurare permittētur per deū: nō ꝙ recte hoc facerēt: sꝫ ꝙ melius est deo id exhibere: ꝙ̄ demonijs.

¶ Hiero. ⁊ habet ibidē capi. Habem⁹.

Habemus in lege dei scriptū. Nō periurabis in nomine meo: nec pollues nomē dei tui in vanū. Ideo admonendi sunt omnes: vt diligenter caueāt periuriū: nō solum in altari seu sanctorū reliquijs: sed in cōmuni loquela.

ꝑiuriū

Grego.

¶ Greg. sup illud Matthæi. Nō ꝑiurabis.

Nō penitus iurare prohibuit: sed occasionē periurij: quod perfectius est: euitare docuit.

Joānes chrysost.

¶ Joānes chrysosto. ⁊ habetur. xxij. q. j. capi. si aliqua.

Si aliqua causa fuerit modicū videt facere: qui iurat per deū: qui autē per euangeliū maius aliquid fecisse videt: quibus dicēdū est. Stulti propter deum scripturæ sancte sunt: non deus propter scripturas.

¶ Joannes chrysosto. ⁊ habet. xxij. q. v. capi. iuramenti.

Juramenti huiusmodi causa est: quia omnis qui iurat ad hoc iurat: vt qđ verū est loquat. Et ideo dominus inter iuramentum: ⁊ loquelā nostram nullā vult esse distantiam: q: sicut in iuramento nullā cōuenit esse perfidiā. Ita quoqꝫ in verbis nostris nullum debet esse mēdaciū: q: vtrūqꝫ et periuriū: ⁊ mendaciū: diuini iudicij pœna damnatur dicente scriptura. Os quod mentitur occidit animā. Quisquis ergo verū loquit iurat. Qr scriptum est. Testis fidelis nō mētietur.

¶ Joan. chrysosto. ⁊ habet ibidem.

Qui periurare parat⁹ ante ꝙ̄ periuret iam periurus eē videt: q: de⁹ nō ex operibus iudicat: sꝫ ex cogitationibus: ⁊ ex corde. consensus

¶ Joan. chrysosto. super illud Matthæi. v. Dico vobis: non iurare oīno ⁊c.

Nemo est qui frequenter iurat: qui aliquādo nō periuret: sicut qui consueuit multa loqui: aliquādo loquitur importuna.

¶ Isidorus sentē. lib. ij. ⁊ habetur. xxij. q. j. capi. non est contra. Isidorus

Nō est contra dei præceptum iurare: sed dum iurandi vsum facimus: periurij crimen incurrim⁹.

¶ Isidorus ibidem: ⁊ habetur. xxij. q. v. capi. quacunqꝫ.

Quacunqꝫ arte verborū quis iuret: deus tamen qui conscientiæ testis est: ita hoc accipit: sicut ille qui iurat intelligit. Dupliciter aūt reus fit: q̄ ⁊ nomen dei in vanū assumit: ⁊ ꝓximū dolo capit. fallatia est

¶ Isidorus soliloquiorum lib. ij.

Assiduitas iurandi periurij consuetudinē facit. Vsus iurandi ad periuriū inducit. Veritas iuramento nō indiget: firma sit sacramēti tui fides.

¶ Hugo de sanctovictore lib. j. pte. ij. c. xiiij. Hugo.

Qui malū se facturū iurat: peccat: ⁊ melius est tunc iuramētū frangere: ꝙ̄ implere. Ita ꝙ ⁊ malū caueat qđ iurauit: ⁊ nihilominus culpā agnoscat in eo ꝙ male iurauit.

Origen.

¶ Origenes super matthæum.

Aestimo quoniam nō oportet: vt vir qui ſm euāgeliū vult viuere adiuret alterum. Si em̄ iurare nō licet ſm euangelicuꝫ christi mandatū notum est ꝙ nec adiurare alterum licet. Beda.

¶ Beda in omelia. xliij. ⁊ habetur. xxij. q. iiij. cap. si aliquid.

Si aliquid forte nos incautius iurare contigerit: quod obseruatum in peiorem vergat exitū: libere illud salubriori cōsilio mutandū nouerimus: ac magis instante necessitate peierandū nobis: ꝙ̄ pro vitando periurio in aliud crimen grauius esse diuertendum.

¶ Cicero lib. officiorum. Cicero.

Sed in iureiurādo non quis metus: sed quæ vis debet intelligi.

¶ Ibidem.

Est enim iusiurandum affirmatio religiosa. Qđ autem affirmatiue quasi deo teste ꝓmiseris: id tenendum est. Jam enim non ad iram deorum quæ nulla est: sed ad iustitiā ⁊ ad fidem pertinet.

¶ Cicero lib. officiorum.

Est autē ius etiā bellicū fidesqꝫ iurisiurandi sæpe cū hoste seruanda. Quod enim ita iuratū est: vt mens concipiat fieri oportere id seruandum est. Quod aliter id si non fecerit nullum est periurium.

¶ Ibidem.

Nec fides: nec iusiurandum debet esse cōmune. Nam falsum iurare peierare est.

¶ Phocylides. Phocylides.

μήτ' ἐπιορκήσῃς μήτ' ἀγνώς, μήτε ἑκοντί. i.

Non iurabis: neqꝫ pure neqꝫ sponte.

¶ Pythagoras. Pythag.

Auramentū. Iurgiū. Iurisdictio.

Iuuenal. Perian. Perian. Senan. Iuuenal. Iuuenal. Iuuenal

Justitia grece. ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗ. ης. η. & ΔΙΚΑΙΟΣ. ου. η. iustus: & ΔΙΚΑΙΩΣ iuste dicit. Est autem Justitia habitus ꝑ quem iusto rū operationes fiunt: & ꝑ quez agunt: & volunt res iustas ſm Aristotelē lib. v. æthicorum.

Justitia ē virtus: q̄ singuli, sua scd̄m leges possident scd̄m Arist. lib. j. Rheto.

Justitia est virtutū ꝑclarissima: & ipsa est omnis virtus scd̄m Arist. lib. vj. æthicorum.

Justitia est splendor magnus: ex quo viri boni nominantur. Cuius munus primum est: ne cui quis noceat: nisi lacessitus iniuria. Deinde vt cō munibus pro communibus vtatur: priuatis vt suis secundum Cicero. li. j. officiorum.

Justitia est habitus animi cōmuni vtilitate con seruatus suā cuiqz tribuens dignitatem. Eius ptes sunt Religio: Pietas: Gratia: Uindicatio: Obseruātia: Ueritas ſm Ciceronē li. ij. Rheto.

Justitia est æquitas ius vnicuiqz rei tribuens: ꝓ dignitate cuiusqz scd̄m Cicero. lib. iij. Rheto.

Justitia est seruare vnicuiqz qd̄ suum est. De iu stitia veniunt Innocentia: Amicitia: Concordia: Pietas: Religio: Affectus: Humanitas. His vir tutibus vir bonus primū fit: atqz deinde reip. rector efficitur secundum Macro.

Justitia est constans & perpetua voluntas ius suum cuiqz tribuens scd̄m Ulpianum.

Deuteronomij. ¶ Deuteronomij cap. xv.

Quod iustum est: iuste exequere.

David. ¶ David psal. xcj.

Justus vt palma florebit: sicut cedrus libani mul tiplicabitur. ¶ Psal. xcvj.

Lux orta ē iusto: & rectis corde lætitia. Lætami ni iusti in dn̄o: & confitemini memoriæ sanctifica tionis eius. ¶ Psal. cv.

Beati qui custodiunt iudicium: & faciunt iustitiā omni tempore. ¶ Psal. cxj.

Prouer. In memoria æterna erit iustus: ab auditiōe ma la non timebit. ¶ Prouerbiorum cap. iiij.

Justorū aūt semita quasi lux splendēs procedit: & crescit vsqz ad perfectam diem.

¶ Prouerbiorum cap. x.

Nil proderūt thesauri impietatis: iustitia vero liberabit a morte. Non affliget dominus fame ani mam iusti: & insidias impiorum subuertet.

¶ Prouerbiorum cap. x.

Benedictio domini super caput iusti: os autem impiorum operit iniquitatez. Memoria iusti cū laudibus: & nomen impiorū putrescet.

¶ Prouerbiorum cap. x.

Opus iusti ad vitam: via aūt impij ad peccatū.

¶ Prouerbiorum cap. xvj.

Initiū vię bonę facere iustitiā: accepta est apud deum magis q̄ immolare hostias.

¶ Prouerbiorum cap. xx.

Ecclesiastes. Justus q̄ ambulat in simplicitate sua: beatos post se filios relinqt. ¶ Ecclesiastes ca. vij.

Justus perit in iustitia sua: & impius multo vi uit tēpore in malitia sua. Noli esse iustus multū: necplus sapias q̄ necesse est: ne obstupescas.

¶ Ecclesiastes ibidem.

Bonū est te sustētare iustū: sed & ab illo ne sub trahas manū tuam: quia qui timet deū nihil ne gligit. ¶ Ecclesiastes cap. vij.

Non est enim hō iustus in terra: qui faciat bonū: & nō peccet. ¶ Sapientię cap. j.

Sapientię. Diligite iustitiā: q̄ iudicatis terrā. ¶ Ibidem.

Justitia eīn perpetua est & immortalis: iniustitia aūt mortis acquisitio. ¶ Sapientię cap. iij.

Justorū aūt aīæ in manu dei sunt: & nō tanget il los tormentū mortis. ¶ Sapientię cap. iiij.

Justus aūt si morte preoccupatus fuerit in re frigerio erit. ¶ Sapientię cap. v.

Stabunt iusti in magna cōstantia aduersus eos qui se angustiauerūt: & qui abstulerunt labores eorum. ¶ Sapientię cap. vj.

Qui eīn custodierint iustitiā iuste iudicabunt: & qui didicerint iusta: inuenient q̄d respondeant.

¶ Sapientię cap. viij.

Ecclesiastici. Et si iustitiā q̄s diligit: labores huius magnas habent virtutes. ¶ Ecclesiastici cap. iiij.

Pro iustitia agonizare: & vsqz ad montē certa ꝓ iustitia: & deus expugnabit ꝓ te inimicos tuos.

¶ Ecclesiastici cap. x.

Regnū a gente in gentē transfert: ꝓpter iniusti tias: & iniurias: & cōtumelias ac diuersos dolos.

Joannes apostolus. ¶ Jo. Apostolus prima cap. ij.

Omnis qui facit iustitiam ex deo natus est.

August. ¶ Aug. de vera religione.

Hæc est vera iustitia qua potius potiora: & minus minora diligimus. ¶ Ibidem.

Nimia iustitia incurrit peccatum. Temperata iu stitia facit perfectos. Salsitudinem correctio nis amor Christi tēperet: & dilectionē ꝓximi sal iustitię cōdiat. ¶ Aug. ad Macedonium.

Hoc certe alienū non est qd̄ iure possidet: hoc autē iure quod iuste: & hoc iuste: quod bn̄. Om ne igitur quod male possidetur alienū est. Ma le autem possidet qui male vtitur.

¶ Aug. de Agone Christiano.

Humana iustitia diuinę iustitiæ comparata in iustitia est: q2 & lucerna in tenebris fulgere cer nitur: sed in solis radiū posita tenebratur.

Hiero. ¶ Hieronymus ad Demetriaden.

Oēs virtutū species vno iustitię noīe cōtinent.

¶ Hieronymus ibidem.

Homo deo suppositus iustitiā percipit: compa ratus amittit. Quia quisquis se authori bonorū cōparat: se qd̄ acceperat priuat.

¶ Hiero. in epistola ad filiā Mauricij.

Justitia non aliud est q̄ non peccare. Non pec care enim est pręcepta legis seruare. Præcepto rum legis obseruatio duplici genere obserua tionis custoditur: vt nulla eorum quę prohibē tur facias: & cuncta quę iubentur impleas.

¶ Hiero. ad Rusticum monachū: & ha betur de pœni. di. iij. Septies.

Septies ī die cadit iustus & resurgit. Si cadit q̄uo iustus: si Justus q̄uo cadit: sed iusti vocabulū non amittit: qui per pœnitentiam semper resur git: & non solum septies sed etiam septuagesies septies delinquenti: si conuertatur ad pœniten tiam: peccata donantur: cui plus donatur plus diligit.

Ambro. ¶ Ambrosius lib. de Officijs.

Justitia est quę nil alienum vendicat: q̄ cuilibet dat quod suum est: quę negligit propriam vtilita tem: vt seruet cōem æquitatez: & secundū ipsum prima iustitia in deum: secunda in patriam: ter tia in parentes: quarta in omnes.

¶ Ambrosius lib. de officijs.

Sapienti & iusto totus mūdus diuitiarū est. Ju stus cōmunia pro suis habet: & sua pro cōibus: iu stus semetipsuz ei prius q̄ alios accusat: ille eīn est iustus qui nec sibi parcit: nec alteri: et occulta sua latere non patitur. ¶ Ibidem.

Male se rectum putat: qui regulam summæ re ctitudinis ignorat.

¶ Ambrosius lib. de paradiso.

Justitia magis alijs: q̄ sibi prodest: & vtilitates suas negligit: cōmunia emolumenta ꝑponens.

¶ Ambrosius in hexamero.

Ubi prudentia: ibi et malitia. Ubi fortitudo: ibi iracundia. Ubi temperātia: ibi impatientia: plæ runqz autem alia vitia. Ubi autem iustitia est: ibi concordia est cæterarū virtutum. Non enim per se pars est iustitia: sed quasi mater est oīm.

Grego. ¶ Gregorius lib. v. moralium.

Sæpe ipsa nostra iustitia ad examen diuinę iu stitię deducta iniustitia est: & sordet in districtio ne iudicis: qd̄ in æstimatione fulget operantis.

¶ Gregorius ibidem.

Sancti viri q̄n cum personis minoribus contē tionū negocia subeunt: dum grauare vel in mini mis timent ipsi contra iustitiam grauari nequa q̄ refugiunt. ¶ Gregorius ibidem.

Sicut nonnunq̄ grauius est peccatum diligere q̄ perpetrare: ita nequius est odisse iustitiam: q̄ non fecisse. ¶ Grego. lib. viij. moralium.

Justi nec oblata bona pro magno suscipiunt: nec illata mala valde pertimescunt: sed quum bo nis pręsentibus vtantur: ventura mala metuūt: et dum malis pręsentibus gemunt bonorū sequē tium amore consolant: licet tēporali refoueātur subsidio: sicut viator vtitur stabulo q̄uo pausat: & recedere festinat: quiescit corpore: sed aliud tē dit mēte: nōnunq̄ tn̄ & aduersa perpeti appetūt & in transitorijs prosperare refugiūt: ne delecta tione itineris a patria retardent: ne gressum in via peregrinationis figant: & quandoqz vt ad aspectū cęlestis patriæ sine mora perueniant: gaudēt despici: nec dolēt necessitatibus affligi.

¶ Gregorius in Registro.

Summū bonū in rebus est iustitiā colere: ac vni cuiqz sua iura seruare: & subiectis nō sinere qd̄ potestatis est fieri: sed quod æquum est custo diri. ¶ Ibidem.

Turpe est mihi defendere qd̄ prius non constat mihi iustū esse. Quia ego hoīes ꝓpter iustitiaz diligo: nō aūt iustitiā propter hoīes postpono.

Bernar. ¶ Bernardus in sermone de aduentu.

Justitia est virtus quę suum cuiqz tribuit. Red de superiori siue prelato obedientiā: siue reue rentiam: quarum altera cordis: altera corporis est. Neqz enim sufficit exterius obtēperare ma ioribus nostris: nisi ex intimo cordis affectu si militer de eis sentiamus.

Cassio. ¶ Cassio. sup illud psal. Et operat iustitiā. i

Justitia non nouit patrē: non nouit matrē: veri tatē nouit: ꝑsonam non accipit: deū imitatur.

Boecius. ¶ Boetius de consolatione li. j. prosa. iiij.

Sed esse apud cæteros tutior debui: quæ mihi amore iustitię nihil apud Aulicos: quo essez tu tior obseruaui. ¶ Idem lib. j.

Obtemperare iustitię summa libertas est.

Lactan. ¶ Lactantius fir. lib. v. diuinarum insti tutionum aduersus gentes.

Nunc de iustitia: q̄ aut ē summa virtus: aut fons virtutis: quam non mō philosophi quæsierunt: sed poetę quoqz qui priores multo fuerunt. Hi plane intellexerūt abesse hāc a rebus humanis: eāqz finxerūt offensam vitijs hominū recessisse a terra: in cœlūqz migrasse: sed imprudēter poe tę eam ad cœlum confugisse ad Jouis regnū ce cinerunt. In cōspectu enim oīm iustitia est. Su scipite si potestis: eamqz in domicilio vestri pe ctoris collocate. Estote æqui ac boni: & sequet vos sua sponte iustitia quā quęritis. Deponite oēm malā cogitationē de cordibus vestris: & sta tim vobis tempus illud aureū reuertet: qd̄ ali ter consequi non potestis: q̄ si deū colere cœpe ritis. Cuius quidē iustitiæ: quasi venę sunt pie tatis & æquitatis: his eīn duobus fontibus cōstat tota iustitia. Nā fides: tēperantia: ꝓbitas: inno centia: ītegritas: & cætera eiusmodi vel natura vel institutiōe parentū possunt esse in his hoī bus: q̄ iustitiā nesciunt. ¶ Lactantius ibidē.

Deniqz vt concludā disputationē: non posse eun dem stultū esse ac iustū & eundē sapientē & iniu stum: docet ipsa ratio. Qui eīn stultus est quid sit bonū ac iustū nescit: & ideo semp peccat. Duci tur eīn quasi captiuus a vitijs: nec resistere vllo mō pōt: q2 caret virtute: quā nescit. Justus autē ab oī peccato se abstinet: qd̄ aliter facere nō po test: q̄ si habeat praui rectiqz notitiam. Rectum autem discernere a prauo q̄s pōt: nisi sapiens? Ita fit vt nunq̄ possit iustus esse: qui stultus ē: neqz sapiens qui fuerit iniustus.

Cypria. ¶ Cyprianus de. xij. abusionibus.

Justitia regis pax est populorū: tutamē patrię: immunitas plæbis: munimentū gentis: cura lan guorū: gaudiū hoīm: tēperies aeris: serenitas maris: terrę fœcunditas: solatiū pauperū: here ditas filiorū: & sibimetipsi spes futuræ beatitu dinis.

Anselm. ¶ Anselmus lib. Cur deus homo.

Justitia est animi libertas tribuēs vnicuiqz suā propriā dignitatē: maiori reuerentiā: pari cōcor diam: minori disciplinā: deo obedientiā: sibi san ctimoniā: inimico patientiā: egeno operosaz mi sericordiam.

Aristo. ¶ Arist. li. v. æthicorum.

Præclarissima virtutū est iustitia: neqz hesperus neqz lucifer est ita admirabilis. ¶ Idē cap. v.

Justitia est habitus scd̄m quē iustus dicit: ope ratiuus scd̄m electionē: iusti non est iustitia ad seipsum. ¶ Aristo. lib. j. Politicorū.

Sicut optimū animaliū est homo lege fruēs: sic pessimum animaliū est homo a lege & iustitia se paratus. ¶ Ibidem.

Sæuissima iusticia est habens arma.

¶ Idem lib. Politicorum.

Sine iustitia impossibile est habitari ciuitatē.

Iniusto reluctare pabi.

fo.34.lit./

Justitia. Jus.

¶Aristo.lib.iij.cap.vij.Politicorū.

Cōmunicatiuā virtutē dicimus esse iustitiā cui necessariū est oēs alias assequi. ¶Idē ca.xix.

Justum quærentes mediū querunt.

¶Aristo.lib.v.Politicorum.

Politię maxime dissolunt propter iusti transgressionem. ¶Aristo.ibidē.lib.v.cap.vj.

Quod iustum est æquale videtur esse.

¶Aristo.Politicorū lib.vj.cap.ij.

Semp querunt qđ iustū ⁊ æquale est:qui minores sunt:præeminentes aūt nihil curant.

¶Aristo.lib.ij.Topicorū.

Justitia regentis est vtilior subditis:q̄ fertilitas tēporis. ¶Aristo.lib.ij.Topicorū.

Qđ iuste fit scienter fit:qđ vero iniuste ignoranter. ¶Aristoteles lib.iij.Topicorum.

Si oēs essent iusti:nō vtilis eēt fortitudo.Sed si oēs fortes essent adhuc vtilis iustitia esset:ergo melior iustitia q̄ fortitudo.

¶Aristo.magnorū Moraliū lib.j.ca.lxj.

Melius est iustū qđ scōm naturā est:eo qđ est scōm legem. ¶Idem ca.lxiiij.

Iniustum pati lędi est.

Plutarchus.

¶Plutarchus in Apophtegmatibus.

Agesilaus quū de fortitudine iustitiaq̄ rogaretur:vtra esset melior?nihil ait.Fortitudine indigem?si iusti oēs sum?. ¶Cicero li.j. Officiorū.

Deminerimus aūt etiā aduersus infimos iustitiam eē seruandā.Est aūt infima cōditio ac fortuna seruorū:ębus non male p̄cipiūt:q̄ ita iubēt vti mercēnarijs ad opera præbēda:⁊ iusta exhibenda. ¶Cicero li.j.officiorū.

Cicero. Justoꝝ casus.

Quū aūt duobus modis.i.aut vi:aut fraude fiat iniuria fraus quasi vulpeculę:vis leonis videtur.vtriq̄ ab hoīe alieniſſimum est:sed fraus odio digna maiore.Totius aūt iustitiæ nulla capitalior est:q̄ eoꝝ qui quum maxime fallunt:id agunt:vt viri boni videant. ¶Ibidem.

paral. ibi cassio.

Justitia hæc vna virtus sola domina omniū ⁊ regina virtutū. ¶Cicero ibidem.

Fundamentū aūt iustitiæ est fides.i.dictorū cōuentorumq̄ constantia ⁊ veritas.

¶Idem li.j.officiorum.

Justitię munus primum est:vt ne cui ꝙs noceat nisi lacessitus iniuria. ¶Ibidem.

Ea animi elatio q̄ cernit in periculis aut laboribus:si iustitia vacat:pugnatq̄:non pro salute cōmuni:sed pro suis commodis in vitio est.Itaq̄ probe diffinit a stoicis fortitudo quū eam eē virtutem dicunt pugnātem pro æquitate.

Justi persecuti.bi. Cassio. de copia scribo.

¶Cicero li.j.officiorum.

Præclarū illud Platonis.Scientia q̄ est remota a iustitia calliditas potius q̄ sapiētia est.appellanda. ¶Ibidem.

Difficile autem:quū præstare omnibus cōcupieris seruare æquitatem:quæ est iustitiæ maxime proxima. ¶Ibidem.

Et iusta omnia decora sunt.Iniusta omnia contra sic indecora sunt vt turpia. ¶Ibidem.

Prudentia sine iustitia nihil valet ad faciendum fidem. ¶Ibidem.

Justitia sine prudentia multū poterit:sine iustitia nihil valebit prudentia. ¶Idē li.j.Officiorū.

Justi persecutibi. Justiarma. Crisso.lib.2.Actio.pa.2. fo.7.

Justi simen. cassa.timor hoīg./

Dei iustitia. dc.5. Dei securitas

i.21.ꝙ.i.indecest iustū. 22.se.dist.46.2

Justitia dei. Justitia. Justitia. Justitia.

3.in.authen.quibus. Justitia emissaria. cap.62.

¶Anta vis est iustitiæ:vt ne illi quidem qui male officio ⁊ scelere pascuntur possint sine vlla partem iustitię vivere. sapi.63. ¶Ibidem. Justi.

Qui igitur adipisci veram iustitiæ gloriā volēt iustitię fun gantur officijs. ¶Cicero ibidem.

Sublata beneficētia:liberalitas:bonitas:iustitia funditus tolluntur. Quæ qui tollunt etiā aduersus deos immortales impij iudicandi sunt. ¶Cicero lib.de Amicitia.

Facile est iustitiā homini iustissimo defendere. ¶Ibidem.

Fundamentū est perpetuæ commendationis ⁊ famę iustitia:sine qua nihil pōt esse laudabile.

¶Cicero ibidem.

Nihil est honestum:qđ iustitia vacet.

¶Cicero lib.j.de legibus.

Nihil est p̄fecto præstabilius:q̄ plane intelligi nos ad iustitiā esse natos:neq̄ opinione:sed natura esse constitutū ius:⁊ iam patebit:si hominū inter ipsos societatem cōiunctionemq̄ prospexeris. ¶Cicero ibidem.

Etenim oēs viri boni ipsam æquitatem ⁊ ius ipsum amant:nec est viri boni errare ⁊ diligere:qđ per se nō sit diligendū ⁊ colendū. Per se igitur ius est expetendū ⁊ colendū. Qđ si ius:etiā iustitia. Sic ⁊ reliquæ quoq̄ virtutes per se colendę sunt. ¶Cicero ibidem.

Justitia nihil expetit præmij:nihil præcij:p se igit expetitur. ¶Cicero ibidem.

Quod si amicitia p se colenda est:societas quoq̄ hoīm ⁊ æqualitas:⁊ iustitia per se expetenda sunt.qđ ni ita est omnino iustitiam nulla est.Id eēm iniustissimū ipsum cōiustitię mercedē querere.

¶Cicero li.j.de finibus bonorū ⁊ malorū.

Imitat igit vera ratio bene sanos ad iustitiam æquitatē fidēq̄s. ¶Cicero li.ij.de fini.bo.⁊ ma.

Quā multa vero iniuste fieri possunt:quę nemo possit reprehēdere. ¶Cice.li.iij.de natu.deo.

Justitia suum cuiq̄ distribuit.

¶Cicero Rhetoricorū veterū lib.ij.

Justitia est habitus animi communi vtilitate cōseruatus suā cuiq̄ tribuēs dignitatē.Initiū iustitiæ est a natura profectum.Deinde quædā ex consuetudinē ex vtilitatis ratione venerūt.Post ea res ⁊ a natura p̄fectas ⁊ a cōsuetudine p̄batas legum metus ⁊ religio sanxit.

Sallustius. ¶Sallustius in Catilinario.

Oēs hoīes qui de rebus dubijs consultant:ab odio:ira:amicitia:atq̄ misericordia vacuos esse decet.Haud facile animus verū prouidet:vbi illa officiunt. ¶Sallustius ibidem.

Labore ⁊ iustitia respu.est.

Valeri maxi. ¶Valerius maxi.li.vj.titu.de Veneritate.

Jam Cambises iustitię severitatis q̄ mali cuiusdam iudicis ex corpore pellem detractā sellę intendit:in eaq̄ filiū eius iudicaturū cōsedere iussit.Cæterū ⁊ rex:⁊ barbarus atroci ac nouā pœna iudicis:ne ꝙs postea corrūpi inde posset,puidit.

¶Valeri maxi.li.vj.ti.de iustitia.

Timocharis Ambraciensis Fabricio cōsuli pollicit? ē se Pyrrhū veneno p filiū sui q̄ potionib? p̄erat necaturū.Ea res quū ad senatū delata

Justi vimen. cassa.timor hoīg./

esset:missis legatis. Pyrrhum monuit:vt aduersus hui? generis insidias cauti? se gereret.De quo:vbem a filio Martis cōditā armis bella nō venenis gerere.Timocharis aūt nomen suppressit: vtroq̄ modo æquitatez amplexus:q̄ nec hostem malo exemplo tollere:neq̄ eū q̄ bene merituri paratus fuerat prodere voluit.

¶Valerius maximus ibidem.

Nihil illis etiā iustitię exemplis fortius. Seleucus vbe Locrensiū a se saluberrimis atq̄ vtilissimis legibus munita:quum filius ei? adulterij crimine damnatus secundū ius ab ipso cōstitutū vtroq̄ oculo carere deberet:ac tota ciuitas ī hoīe patris necessitatem pœnę adolescentulo remitteret aliquādiu repugnauit.Ad vltimū p̄cibus populi euict?:suo primo:deinde filij oculo eruto:vsum vtriq̄ videndi reliquit:ita debitum supplicij modū legi tradidit æquitatis admirabili tēperamento se inter misericordē patrem:et iustū legis latorem partitus.

Ex primo epigrāmaton.

Ex.j.epy grāmatō

ἀνδροφόνου σαθρον παρα τειχος ὑπωμοντε.
νυκτος ἐπισήναι φασὶ σαρασιμ ὅμαρ
καὶ χρησμῶ πίσαι κατακρμενος ὄυτος ἀνίσω.
καὶ κοιμῶ μεταβας ὡταλασ ἀλλαχόθι
ὁσ δὲ διυπνιοσθεὶς μετέβη τὸ δὲσ αθρον
ἑκφυ
τειχίου ἐξαιφνης ἐνθυδ ἐκειτο χαμαί
σῶσρα δέωθεν ἔβνε θεόισ χαίρων ὁ κακούργοσ
ἡλέσθαι μομίσασ τὸν θεὸν ἀνδροφόνοισ.
ἀλλ ὁ σαρασισ ἐχρησεπαλιμ πίσαι νυκτὸσ
ἐωισάσ
κήδεσθαι μελοκεῖσ αθλιε τῶν ἀδίκων
εἰ μὴ νῦν σεμεθήκα θανεῖμ θάνατον μὲμ ἄλυπον
νῦν ἔρυγεσ. σαυρῶ δίσθι φιλατ τόμενοσ.

hoc est

Domicidę ruinosum iuxta murum dormienti
Nocte astitisse aiunt Sarapin in somnijs:
Et vaticinatum fuisse iacens tu surge
Et face mutatus o miser alibi.
Hic aūt excidat? mutauit locū. Marcid? aūt ille
Durus de repente statim iacuit humi.
Præmia redēptionis aūt mane sacrificauit, ōjs
gaudens malignus.
Delectari putans deum homicidis.
Sed sarapis vaticinat? est rursus p̄nocte astās.
Curam habere me putas miser iniustorum.
Nisi nūc te prmisi mori mortē quidē sine tristitia.
Nunc effugisti. Cruci autem scias te asseruari.

Ex tertio epigrāmatō

Ex tertio epigrā

ὄμμα Δικῆσ καθορᾶ πάντα τὰ γόμενα. id est
Oculus iustitię inspicit omnia que fiunt.

Hesiodus. Hesiodꝰ

Hesiodus.

ἢ Δετε παρθένοσ ἐσὶ Δίκη διοσ ἐκγεγαύια
κυ Δνὴ τῶ Δοῖητε θεοὶ οι ὄλυμπαν ἔχουσιμ
κάιρ ὁ πόσ ἄμτιο μιμ βλάπτησ καλιῶσ
ὁμοτάζωμ
αυτίκα τὰρ Διί πάτρι κατεζομένη κρονίωμι
γηρύετ ἀνθρώτωμν ἀδικον νόον ὄφρα πο τίσῃ
δήμοσ ἀτασθαλίασ βασιλήων. οι λυγρά.
μοευντεσ
ἀλλη παρακλίμουσι Δίκασ σκολιῶσ ἐνέμοντεσ

Ipsa aūt iustitia est virgo ex ioue nata.

Justi persecuti. bi. Cassio. de copia scribo.

fo.205.4ª

cassa. de copia scribo.

fo.101.4ª./ 119.4ª.col./ 139.4ª. Justi persecuti. Crisso.lib.8. Actio.pa.1.col.2.

174.1.8 177.2ª. 184.4ª.col./ mors col./ 200.4ª/ Actio.pa.3. pgria./

205.4ª 261.2ª/

ꝑm numerū. ex Aristo. lib. v. æthicorum.
Ius ciuile est quod quisqz populus: vel ciuitas sibi proprium diuinaqz humanaqz causa constituit: vt habetur di. j. circa prin.
Ius gentiū est sediū occupatio: ædificatio: munitio: bella: captiuitates: seruitutes: postliminia: fœdera pacis: inducię: legatorū non violandorum religio: ꝯnubia īter alienigenas prohibita. Hoc inde ius gētiū appellat̃: qz eo iure oēs fere gētes vtunt̃: vt habetur di. j. Ius gentium.
Ius militare est belli inferēdi solēnitas: fœderis faciēdiqz nexus: signo dato egressio ī hostē: vel pugnę cōmissio. Item signo dato receptio: vt habetur di. j. Ius militare.
Ius primo impositum est ad significandū rem iustam. secundo artem: qua cognoscitur. tertio locum. quarto id quod redditur a iudice. ex bea. Tho. scđa secundę. q. lvij. ar. j.
Ius ⁊ equitas sic differūt: ꝙ ius oīa recta ⁊ inflexibilia exigit. Aequitas ꝟo est quę de iure multum remittit scđm Donatū super Terentium.
Ius ⁊ fas quō differant. Vide supra in fas.
Ius ⁊ lex differunt: qz ius generale nomen est: lex ꝟo iuris est species scđm Isidorū li. æthymologiarum: et habetur di. j. prin.
Ius patronat⁹ est potestas pręsentandi clericū ad beneficiū ecclesiasticum scđm bea. Tho. iiij. sen. di. xxv. q. iij. ar. ij.
¶ Iustificatio græ. Δικαίωμα. ατος. τό. et Δικαιόω iustifico dicit̃. Est aūt iustificatio iniustificationis correctio scđm Aristo. lib. v. æthicorū. Iustificatio nominatur a iustitia: vt dicit rectitudinē ordinis hoīs ad deū: ⁊ partiū hominis īter se: nō autē a iustitia particulari: vel legali scđm bea. Tho. ꝑma scđę. q. c. ar. ij.

Iuuentus græce νεότης. ητος. ἡ. ⁊ νέος. ου. ὁ. iuuenis dicitur. Est autē Iuuentus primę refrigeratiuę ꝑticulę augmentatio secundū Arist. lib. de morte ⁊ vita. Iuuenis est qui adolescētiā ætatē excessit: vt Marcellus testat̃. diciturqz a iuuādo: ꝙ ea ætas maxime sit ad laborē tolerādū apta. hinc iuuenesco. i. iuuenis fio.
Iuuentus nonnunꝙ ipsam ætatem iuuenilem significat. Interdū frequentiam iuuenum.
¶ Homerus in Υ odysseę.
αἰδὼς δ' ἄνδρα νέον ἄνδρα γεραίτερον ἐξερέεσθαι. id est
Pudor certe iuuenem virū: seniorē interrogare.
¶ Menander.
ἀκμὴ τὸ σύνολον οὐδὲν ἄνθους διαφέρει. id est
Vigor iuuentutis penitus nihil a flore differt.
¶ Idem.
μέμνησο νέος ὢν ὡς γέρων ἔσῃ ποτέ. i.
In memoriam redige iuuenis existens: ꝙ senex eris quandoqz. ¶ Idem.
νέος πεφυκὼς πολλὰ χρηστὰ μάνθανε. i.
Iuuenis existens multa bona disce.
¶ Idem.
νέῳ δὲ σιγᾶν μᾶλλον ἢ λαλεῖν πρέπει. i.
Iuueni autem tacere magis: ꝙ loqui conuenit.
De hac materia vide supra in Adolescentia.

Labor græ. πόνος. ου. ὁ. et πονέω laboro dicit̃. Est aūt labor functio quædā: vel animi: vel corporis grauioris operis vel muneris secūdum Ciceronē lib. ij. Tus. quest. Antiqui dicebant labos sicuti honos: lepos. hinc laboro verbum deducit: qđ nonnunꝙ significat fatigor: ⁊ cū labore ago: ⁊ metaphoricos male habeo: quare laborare febre: laborare dolorib⁹ iliacis: laborare podagra: ⁊ huiusmodi dicim⁹. Interdū idem est qđ conor ⁊ enitor: qđ etiā significat ei⁹ cōpositū elaboro. Itē illaboro qđ est labore vaco. Differunt aūt inelaboratū: ⁊ illaboratū: ꝙ inelaboratū dicitur qđ nō satis artificio excultum est. illaboratū ꝟo qđ sine labore videt̃ factū. illud vitio dari solet: hoc laudi. Aliqñ laborare ē cōponere. Verg. arte laboratę vestes. i. cōpositę. hinc laboriosus laboris sustinēs: ⁊ laboriosum qđ multo labore perfectum est. ¶ Genesis. iij.
In labore comedes cunctis diebus vitę tuę. ¶ Ibidem.
Multiplicabo erūnas tuas ⁊ cōceptus tuos.
¶ Job. xv. — Job.
Homo nascitur ad laborem.
¶ Paulus ad Thessalonicēses. iij. — Paulus.
Qui non vult laborare: non manducet.
¶ Paulus ad Corynthios ꝑme. c. iij.
Vnusquisqz aūt propriā mercedē accipiet secūdum suum laborem. ¶ Lucas. x. — Lucas.
Dignus est enim operarius mercede sua.
¶ Augustinus lib. de virginitate. — August.
Diuersis seminib⁹ pectoris tui tolles: fere nunc alimonijs mediocrib⁹: nūc ieiunijs parciorib⁹: lectione: ope: prece: vt mutatio laboris īducię sit quietis. ¶ Gregorius Maximiano Siracusano episcopo: ⁊ habet̃. xij. q. ij. Charitatem. — Gregor.
Iustum nāqz est: vt illi consequātur stipendiū: q pro tpe suum cōmodare reperiunt̃ obsequium.
¶ Gregorius. v. moralium.
Non desinatis in labore persistere: qz subleuatio laboris est vitio collaborantis.
¶ Greg. xix. moraliū: ⁊ hr̃ di. xlvij. Oēs.
Oēs hui⁹ scl'i dilectores in terrenis reb⁹ fortes sunt: in cœlestib⁹ debiles. Nā ꝓ tpali gl'ia vsqz ad mortē desudare appetūt: ⁊ ꝓ spe ꝑpetua nec parū i labore qđē subsistūt. Pro terrenis lucris q̄slibet iniurias tolerāt: ⁊ ꝓ cœlesti mercede vel tenuissimi ꝟbi ferre ꝯtumeliā recusant. Terreno iudici toto etiā die assistere fortes sunt. In oratione ꝟo corā dño: vel vnius horæ momēto lassant̃. Sæpe nuditatē: deiectionē: famē: ꝓ acquirendis diuitijs: atqz honorib⁹ tolerāt: ⁊ earum rerū spe se ꝓ abstinentiā cruciāt: ad quas adipiscēdas festināt. Supna aūt laboriose quęrere tanto magis dissimulāt: quāto magis ea retribui tardi⁹ putāt.
¶ Leo papa in Ieiunio septimi mēsis. — Leo papa.
Libentius suscipit̃ labor ꝓ desiderio voluntatis:

ꝙ ꝓ amore virtutis. ¶ Seneca episto. xxxj. — Seneca.
Generosos animos labor nutrit: laborē si recuses parū esse potes. Nō est viri timere sudorē.
¶ Seneca lib. de prouidentia.
Quis vir est qui nō est erectus ad honesta: q̄ nō est laboris iusti appetens: qui nō ad officia cum periculo sit paratus. ¶ Ibidem.
Nihil infœlicius (ait Democrit⁹) eo cui nil aduenit vnꝙ aduersi. Nō licuit illi se experiri. Male de illo dijudicauerunt. Indignus visus est: a quo vinceret̃ aliquādo fortuna: quæ ignobilissimū quęqz refugit: cōtumacissimū. i. fortiter obniantē quęqz: ⁊ rectū aggredit̃: aduersus quem vim suā intendāt. Ignē experit̃ in Mutio: paupertatē in Frabitio: exiliū in Rutilio: venenum in Socrate: mortē in Catone.
¶ Cicero. v. Tuscu. quæst. — Cicero.
Socratem ferūt: quū vsqz in vesperā cōtentius ambularet: quæsitūqz esset ab eo: quare id faceret: respōdisse: ꝙ melius cœnaret: obsonare ambulando famē. ¶ Cice. tuscu. quęst. lib. ij.
Leges lichurgi laboribus erudiūt iuuentutem: venando: currendo: natando: esuriendo: sitiēdo: algendo: æstuando.
¶ Cice. lib. j. de oratore.
Iustus ac honestus labor: honoribus ꝑmijs: splēdore decoratur.
¶ Idem lib. j. de finibus bono. ⁊ malo. prin.
Nam vt Terētianus cremes nō inhumanus: qui nouū vicinū non vult fodere: aut arare: aut aliq̄d ferre deniqz. Nō illū ab industri: sed ab illiberali labore deterret. ¶ Cice. ibidem.
Quis nostrū exercitationem corporis suscipit laboriosam: nisi vt aliquid ex ea commodi consequatur. ¶ Cice. lib. ij. de fini. bono. ⁊ ma.
Snauis est laborū pręteritorū memoria.
¶ Sallustius in Jugurtha. — Sallusti.
Audiui sæpenumero a sanctis viris: mundicias mulieribus: laborem viris cōuenire: hominibus bonis oportere plus gloriæ: ꝙ diuitiarum esse.
¶ Phocylides. — Phocyl.
οὐδὲν ἄνευ καμάτου πέλει ἀνδράσιν εὐπετὲς ἔργον
οὐδ' αὐτοῖς μακάρεσσι πόνος δ' ἀρετὴν μέγ' ὀφέλλει. id est
Nullū sine labore est hominibus facile opus:
Neqz ipsis beatis. Labor sane ꝟtutē valde iuuat.
¶ Menander. — Menan.
ἔργοις φιλόπονος ἴσθι. μὴ λόγοις μόνον. id est
Operibus laboriosus sis: non sermonibus solū.
¶ Idem.
ἐν μυρίοις τὰ καλὰ γίγνεται πόνοις. id est
In infinitis pulchra fiunt laboribus. ¶ Idē.
μοχθεῖν ἀνάγκη τοὺς θέλοντας εὐτυχεῖν.
Laborare necesse volentibus fortunatos esse.
¶ Idem.
φιλόπονος ἴσθι καὶ βίον κτήσῃ καλόν. id est
Laboriosus: ⁊ vitā acq̄res pulchrā. ¶ Idē.
ὡς ἡδὺ τοῖς σοφοῖσι μεμνῆσθαι πόνων. id est
Quā suaue sapientibus recordari laborū.
¶ Euripedes. — Euripe.
μοχθεῖν δὲ βροτοῖσιν ἀνάγκη. id est
Laborare autem mortalibus necesse est.

¶ Sophocles. — Sopho.
ὅρα πόνου τοι χωρὶς οὐδὲν εὐτυχεῖ. id est
Vide: labore quidē sine: nihil bene succedit.
¶ Vergi. lib. j. georgicorum. — Vergili⁹.
Labor omnia vincit.
Improbus: ⁊ duris vrgens in rebus egestas.
¶ Vergi. j. æneidos.
O passi grauiora: dabit deus his quoqz finem.
¶ Ibidem.
Forsan ⁊ hæc olim meminisse iuuabit.
¶ Ibidem.
Durate ⁊ vosmet rebus seruate secundis.
¶ Horatius lib. j. epl'arū. Epistola. j. — Horati⁹.
Non possis oculo quantū cōtendere lynceus:
Nō tamē iccirco cōtemnus lippus inungi.
Et qz desperes inuicti membra Gliconis:
Nodosa corpus nolis prohibere chyragra.
Est quoddā prodire tenus si nō datur vltra.
¶ Ouidius lib. artis. — Ouidi⁹.
Dum vires anniqz sinunt tolerate labores.
Iam veniet tacito curua senecta pede.
¶ Horatius sermonū primo. Satyra. ix. — Horat.
Nil sine magno
Vita labore dedit mortalibus.
¶ C. Manilius Astronomię suæ. li. j. — C. Manilius.
Longa dies acuit mortalia corda:
Et labor ingenium miseris dedit: ⁊ sua quemqz.
Aduigilare sibi iussit fortuna premendo.
¶ Lac græce γάλα. κτος. τό. ⁊ γαλακτοτροφέω. lacte alo dicitur. Est aūt lac sanguis cōcoctus: nō corruptus ꝑm Aristo. lib. iiij. de genera. ⁊ corrup. Ab hoc noīe γάλα dicitur Galaxias circulus in cœlo: quē Ouidius primo Metamor. vocat lacteā viā dicens. Est via sublimis cœlo manifesta sereno. Lactea nomē habet candore notabilis ipso. Est autem galaxias siue galactites ignis purus: propinquus orbi: inflammatus: ⁊ lucidus: in quo loco sunt paruæ stellæ multæ. s. spissę: ⁊ magnæ propinquæ: luminosæ. Ex cōiunctione luminis stellarū sibijnuicem suscipientiū ⁊ splēdore solis: insuper adiuncto lumine ignis puri ⁊ inflammati: videt̃ lumē oblongū: ⁊ qz sunt stellæ fixę in cœlo propterea videt̃ in vno loco orbis nō recedens ab eo. ex Alberto magno sup libro metheororum.

Lachryma græ. δάκρυον. ου. τό. ⁊ δακρυόεις. όεντος. ὁ. lachrymosus: ⁊ δακρυχέω lachrymo: quæ vsus obtinuit: vt cū aspiratione scribant̃. Est aūt lachryma humor ex oculis flentium manans. Flere aūt lachrymas fundere: vnde fletus quādoqz substātiuū ⁊ quartę declinationis. Ennius. Nemo me lachrymis decoret: nec funera fletu. Interdū adiectiuum est. s. participiū a fleor. Vergilius. Hic multum flecti ad superos. multū fletos posuit: pro nobilibus: quorum mortē magna sequitur lamētatio. Hinc flebilis dignus qui fleatur. Et flebiliter: cum fletu: ⁊ cōpositum defleo quod est valde fleo.
Lachrymę causant̃ ex tristitia: ⁊ aliquādo ex affectus teneritate: ꝑcipue cū cōsiderat̃ delecta

bile cũ tristabili: vt ex deuotiõe. ex bea. Tho. secũda scdę. q. lxxxij. arti. iiij. Teren. Ohe lachrymo prę gaudio.
A lachryma diminutiuũ fit lachrymula: ⁊ lachrymor verbũ: a quo illachrymor: ⁊ collachrymor: ⁊ lachrymabilis flebilis: ⁊ lachrymabundus flẽs: ⁊ illachrymabile: hoc est fletu indignum.

David ¶ David ps. cxxv.
Qui seminat in lachrymis in exultatiõe metet.
Lucas. ¶ Lucas cap. vj.
Beati qui nunc fletis: q2 ridebitis.
Augu. ¶ Aug. lib. soliloquior: ⁊ habet de pœniten. distin. j. cap. Irrisor.
Frequenter peccans ⁊ lugens: vix veniã merebitur. Nihil prosunt lamẽta: si replicant peccata. Nihil valet veniã a malis poscere: ⁊ denuo iterare. ¶ Augu. ad probantium.
Absit ab oratione multa ꝑcatio: sed feruẽs perseueret intentio. Nã multũ loqui est in orando rẽ necessariã superfluis agere rebus. Multum aũt precari est eũ q̃ precat̃ diuturna cordis oratione pulsare. Nã plerũqz hoc negociũ plus gemitibus: q̃ sermonib⁹ agit̃: plus fletu q̃ affatu.
Hiero. ¶ Hiero. sup Esaiam.
Ambro. Oratio deũ lenit: sz lachryma cogit: hæc vngit: illa pungit. ¶ Ambro. super Lucã: ⁊ habetur de pœni. di. j. cap. petrus.
Petrus doluit ⁊ fleuit: q2 errauit vt hõ. Nõ inuenio quid dixerit: scio q̃ fleuit. Lachrymas ei⁹ lego: satisfactionẽ nõ lego. Sed qđ defendi nõ potest: ablui põt. Lachrymæ veniã nõ postulãt: sed merentur. ¶ Ambro. de obitu Valentini.
Pascũt frequenter lachrymæ: ⁊ mentẽ alleuant fletus: refrigerãt pectus: ⁊ mœstũ consolantur. Est enim piis affectibus quędã flendi voluptas: ⁊ plerunqz grauis lachrymas euaporat dolor.
Grego. ¶ Grego. in pastorali: ⁊ habet̃ de pœniten. distin. iij. qui admissa.
Qui admissa plangunt: nec tñ deserũt: cõsiderare sollicite sciant: q2 flendo inaniter se mundãt: qui viuẽdo se nequiter inquinãt: cũ iccirco se lachrymis lauant vt mundi ad sordes redeant.
¶ Gregorius in pastorali.
Uniuscuiusqz mens tantũ pœnitendo compunctionis suæ bibat lachrymas: quãtũ se a deo meminit amisisse ꝑ culpas.
¶ Greg. li. viij. mora.
Sæpe quod torpẽtes latuit: fletibus innotescit ⁊ afflicta mens certius inuenit malũ qđ fecerat: ⁊ reatũ suũ cui⁹ secura nõ meminit: hũc in se cõmota deprehendit.
¶ Greg. sup Ezechielẽ Homelia. vij. sup illud Holocaustũ tuũ pingue fiat.
Holocaustũ siccũ est bonũ opus qđ orationis lachrymæ nõ infundunt. Holocaustũ pingue est: quãdo hoc qđ bene agit̃ corde humili etiã ꝑ lachrymas irrigatur.
¶ Grego. sup Axa filia caleph.
Irriguũ superius accipit aĩa tua: quũ se lachrymis regni cœlestis desiderio affligit. Irriguũ vo inferius accipit quũ inferni supplicia flẽdo pertimescit.
Ioãnes chrysost. ¶ Ioan. chryso. ⁊ habet̃ de pœniten. distin. j. cap. lachrymæ.
Lachrymę lauãt delictũ: qđ pudor est cõfiteri.
¶ Ioan. chrysosto. super Matthæum.
Sicut post vehementes hymbres mundus aer ac purus efficit̃. Ita ⁊ post lachrymarũ pluuias serenitas mentis sequitur atqz tranquillitas.
¶ Isidorus de summo bono: ⁊ habetur de pœniten. distin. iij. ca. irrisor. Isidorus
Multi em̃ lachrymas indesinenter fundunt: et peccare nõ desinũt. Quosdam accipere lachrymas ad pœnitentiã cerno: ⁊ affectũ pœnitẽtiæ nõ habere: q2 incõstãtia mẽtis nõ recordatione peccati lachrymas fundũt. Nũc vo reminiscente vsu ea q̃ fleuerunt iterãdo omittũt. Esa. de peccatoribus dicit. Lauamini mundi estote. Lauat̃ ⁊ mundus est: qui ⁊ prȩterita plãgit: ⁊ flenda iterũ nõ admittit. Lauatur ⁊ non est mundus qui plangit quæ gessit: nec deserit: ⁊ post lachrymas ea quæ fleuerat repetit.
¶ Bernardus super cantica. Bernar.
Lachrymæ pœnitentiũ vinum sunt angelorum: q2 in illis odor vitę: sapor gratię: gustus indulgẽtiæ: sanitas redeũtis innocẽtiæ: recõciliationis iucunditas ⁊ serenę conscientię suauitas.
¶ Bernardus de cõtemptu mundi.
Fœlices lachrymæ quas benignę manus conditoris abstergũt: ⁊ beati oculi qui in talibus liquefieri elegerũt: q̃ eleuari in superbiã: q̃ omne sublime videre: q̃ auaritiæ ⁊ petulãtiæ famulari.
¶ Cassiodorus sup ps. Fuerũt mihi lachrymæ meæ. Cassiod.
Fletus est cibus animarũ: corroboratio sensuũ: absolutio peccatorũ: refectio mentiũ: lauacrum culparum. ¶ Verg. in buccolicis. Vergil.
Nec lachrymis crudelis amor: nec gramĩa riuis:
Nec cythiso saturant̃ apes: nec frõde capellæ.
¶ Horatius in epodo. Horati.
Uos quibus est virtus muliebrẽ tollite luctum.
¶ Ouidius de remedio amoris. Ouidi.
Neue puellarũ lachrymis moueare caueto:
Ut flerent oculos erudiere suos.
¶ Ouidius in epl'a ad Demophoonta.
Uidi etiã lachrymas: an ⁊ est ps fraudis in illis?
Hæ quoqz habẽt artes: quoqz iubent̃ eunt.
¶ Oui. lib. iij. de ponto. Elegia vltima.
Interdũ lachrymæ pondera vocis habẽt.
¶ Ouidius metamorpho. lib. ij. Fabula. ix.
Neqz enim cœlestia tingi
Ora decet lachrymis.
¶ Lene grece λεῖον. ου. ὁ. ⁊ λειαίνω lenio: polio: explano dicitur. Est autem lene cuius partes in rectum sibi iacẽt ꝑm Aristo. lib. predicamẽtorũ. Lene est cui⁹ partes ȩqualiter porrectę sunt ꝑm Gilbertum Porrectanum.
Lene est quod tactu nullam asperitatem habet: transferturqz ad animum ⁊ pro modesto accipitur: a quo fit lenio verbum: quod est mitigo: placo: mulceo. Hinc lenitas: mansuetudo: suauitas: quam etiam veteres lenitudinem dicebant. Sũt qui velint lene dictum a lento. Lentum enim inter alias significationes etiam significat tenerum ⁊ facile flexuosum. Vergilius. Lenta quibus torno facili superaddita vitis. Est est lene ꝑducta prima syllaba; quod non est tactu aspe-

rum: vt Iuuenalis. Et pumice læuis: id est depilatus: politus: ⁊ non asper. Parum autẽ significatione læne: ⁊ læue distare videntur. A læuis fit læuigo verbum quod est complano: polio. Hinc etiam læuigator: ⁊ læuigatio deducuntur. Item læuor nomẽ: cuius cõtrariũ est asperitas.
¶ Lænia est idem quod patientia: ⁊ est pars annexa fortitudini ꝑm. b. Tho. scđa scdæ. q. cxxviij. Videturqz deduci a λαίμος. ου. ὁ. qđ est lapide⁹: qui ⁊ λίθινος. ου. ὁ. dicitur.
¶ Lætitia græce εὐφροσύνη. ησ. ἡ. ⁊ εὐφραίνομαι lætor dicitur. Est autez lætitia gestientis animi elatio voluptaria ꝑm Ciceronem lib. iij. de finibus bono. ⁊ malo.
Lætitia in aĩo est cõmotio suauis iucunditatis in corpore ꝑm Cicero. lib. ij. de fi. bono. ⁊ malo.
Lætitia est exultatio quędã animi gaudio efferuentiore euentu rerum expetitarũ ꝑm Aulũ gellium libro. ij. noc. at. ca. xxvij.
Lætitia est expressio: vel effectus interior: scđm q̃ ipse affectus dilatatur roborat⁹: ⁊ perfectus ex coniunctione appetit⁹: diciturqz lætitia quasi latitia. ex. b. Tho. iiij. sen. di. xlix. q. j. art. primo. Quid autẽ differat lætor: ⁊ gaudeo: ⁊ de hac materia multa vide supra in gaudium.
¶ Lamentatio græce θρῆνος. ου. ὁ. ⁊ θρηνέω lamẽtor dicit̃. Est autẽ lamẽtatio ægritudo cũ eiulatu ꝑm Cicero. in rheto. Lamẽtari est voce q̃rula et tristi orõne cladem suam testari: a quo lamentum ⁊ lamentatio descẽdunt. Lamentor: vt quibusdaz placet: dicitur a lamero quod est scindo.
¶ Lasciuia grȩce ἀσέλγεια. ας. ἡ. ⁊ ἀσελγής. έος. ὁ. ἡ. lasciuus: et ἀσελγαίνω lasciuio dicitur. Est autem lasciuia indecens motus dissoluti animi et corporis ex intemperantia carnali procedẽs: ꝑm Cassiodorũ super ps.
Lasciuia mollicies est: petulantia: ⁊ neq̃tię: ⁊ lasciuio molliter ago: ⁊ lasciuię molliter: nequiter. Lasciuus is dicitur qui placere oĩbus studet voluptatis causa: nec ob aliud quicq̃ illud agit. Si vero vtilitatem aliquam inde adipiscitur in pecuniis: aut re pecuniaria adulator est. Ex aristotele lib. iiij. æthicorum.
¶ Latitudo græce πλάτος. εος. τὸ. et πλατύς. έος. ὁ. latus dicitur. Est autem latitudo dimensio magnitudinis corporalis ꝑm. b. Tho. p²ia secunde. q. xxxiij. arti. j.
Latria græca dictio est: nã λατρεία. ας. ἡ. cult⁹: et λατρεύω colo dicitur. Quid autem sit: vide supra in dulia: ⁊ idololatria.
¶ Latro græce ληστής. οῦ. ὁ. ἡ. ⁊ ληστεύομαι latrocinor dicitur. Est autem latrocinari vias diripiẽdi gratia obsidere. Latrociniũ ipsa direptio. Latro vel latrocinator qui ita diripit. Antiqui eos latrones vocabant: qui circa imperatorem se habere consueuerant: quos nunc satellites vocamus: quasi laterones a latere. Aliquando pro venatore capit̃. Vergili⁹. Fixũqz latronis ĩpauidus frãgit telũ. A latrone diminutiuũ fit latrũculus a quo latrũculatores vocant̃ iudices: q̃ de latrociniis: et aliis maleficiis cognoscũt. Latro proprie diurn⁹ est: fur aũt nocturn⁹. De hac materia habes supra vbi furtũ: et infra vbi rapina.

Aus græce ἔπαινος. ου. ὁ. vel αἶνος. ου. ὁ. ⁊ ἐπαινέω vel αἰνέω laudo dicitur. Est autez laus sermo elucidans magnitudinẽ virtutis ꝑm Aristotelez lib. j. ⁊ iij. rhet. et b. Tho. sup ps. xvij. col. iij. Dicit̃ autem a laudo verbo: qđ aliq̃n significat verbis extollo. Horatius. Laudabũt alij clarã rhodon: aut mithilenẽ. Aliq̃n idem qđ nomino. Plaut⁹. Id vt scias iouẽ supremũ testem laudo. vnde illaudatus: q̃ ne noĩari quidez dignus est: hoc est illaudabilis. Vergi. Quis aut eurysthea durum: aut illaudati nescit busyridis aras? Quidam tñ putãt laudo verbũ a laus deriuari: nomẽqz ipm̃ dici ἀπὸ τοῦ λαοῦ: hoc est a populo: qđ proprie laus sit vox populi de aliquo recta loquentis. Laus ⁊ laudatio sic differũt: q̃ laudatio est oratio ipsa laudantis laudes continẽs ipsius laudati. Laus vero est virtus ipsa non aliunde prouenīens: sed suis nixa radicibus. Vergi. Primã merui qui laude coronam. Hinc laudabile dignum laude: ⁊ collaudo simul laudo deducuntur.
¶ Prouerbiorum capi. xxvij. Prouer.
Laudet te alienus: ⁊ non os tuum: extraneus et non labia tua.
¶ Augustinus de sermone dñi in monte. Augusti.
Laus humana non appetit̃ a sapiente: sed subsequi debet sapientẽ: ⁊ recte facientẽ: vt illi proficiant: qui etiam imitari possint qđ laudant.
¶ Augustinus super ps. v.
Esse humilẽ est nolle laudari se. Qui ergo se laudari appetit: superbus esse conuincitur.
¶ Augustinus super genesim.
Apuleius auditoribus suis admirãtibus doctrinam cõmendabat: non auiditate consequendæ laudis: sed charitate seminandæ veritatis.
¶ Augustinus ad diascorum.
Ibi est a vanitate remota laudatio: vbi etiaz vituperatio ab offensiõe secura est. ¶ Aug. ibidẽ.
Non laudis huius vires sentit: nisi qui ei bellum indixerit: quia et si cuiq̃ facile est laude carere: dum negatur: difficile est ea non delectari: dum offertur. ¶ Augustinus ad volusianum.
Hanc opinionẽ faciliter prȩsumptam quȩso deponas: tuumqz animũ q̃uis erga me beniuolentissimũ soluas atqz eruas: ac de me mihi magis q̃ vlli alteri credas. ¶ Augu. ibidem.
Nec valde gaudere debemus: q̃n laudamur: nec contristari: q̃n vituperamur. Quia nec deprauare iniuria: nec coronare potest laus aliena.
¶ Augustinus: de doctrina christiana.
Quid est qđ dicis: ego diues: ille paup: sarcinaz tuam cõmemoras: pondus tuuz laudas: taceas laudes tuas qui miserias tuas non consideras.
¶ Hieronymus ad nepotianum. Hieron.
Caue ne hoĩm rumusculos acceperis: caue ne offensam dei in populorum laudes cõmutes.
¶ Ambrosius in natali sancti Eusebij. Ambro.
Dicit sermo diuin⁹. Ne laudaueris hoĩez in vita sua: tãq̃ si diceret: lauda post mortez: magnifica post cõsummationẽ. ¶ Grego. viij. moraliũ.
Quum per accepta bona reprobi in sua laude se eleuant ipsis muneribus contra largitorez pu-

giant. Inde quippe contra dantem superbiunt: vnde ei amplius humiles esse debuerunt.

¶ Gregorius ibidem.

Qui inchoatæ virtutis ab humano honore laudem recipit: quasi plantati ligni ante tp̄s fructum comedit. ¶ Gregori⁹ .xxij. moralium.

Quo arbor altius ad sup̄iora surrexerit eo vim ventorū vehementius sentit: qꝛ quo plus quisqꝫ in bona opera attollitur: eo ampliori ab ore laudantium flatu fatigatur. ¶ Grego. ibidem.

Ualde perfectorū est: sic ostenso opere authoris gloriam quærere: vt de illata laude nesciat priuata exultatione gaudere. ¶ Grego. ibidē.

Quasi latrūculus est appetitor laudis humanę: qui recto itinere gradientib⁹ ex latere iungitur: vt ex occultis educto gladio gradientiū vita trucidetur. ¶ Gregori⁹ in pastorali.

Nescit laudē dum suppetit fugere: q̄ ad hanc di dicit quū deesset anhelare. ¶ Grego. ibidē.

Quibus em̄ pro recto opere laus transitoria quęritur ęterna retributiōe res digna vili pręcio vendantur. ¶ Gregorius in pastorali.

Quisquis laudis concupiscētias calcare nō sufficit: ædificationis fraudem perpetrat: si bona quę egit occultat.

¶ Gregorius super Ezechielē lib. j. homelia. ix. ꝛ habet. xj. q. iij. inter verba.

Inter verba laudantiū siue vituperantiū ad mentem semper recurrendū est: ꝛ si non inuenit in ea bonum: qđ de nobis dicitur: magnam tristitiā generare debet: ꝛ rursum si non in ea inuenit malū: quod de nobis hoīes loquūtur in magnam debemus lætitiam prosilire. Quid em̄ si non oēs homines laudant: ꝛ conscientia liberos nos demonstret? Habemus paulū dicentē: gloria nostra hęc est testimoniū conscientię nostræ. Job quoqꝫ dicit. Ecce in cœlo testis meus. Si igitur est nobis testis in cœlo: testis in corde: dimittam⁹ stultos foris loqui qđ volunt. Quid enim aliud detrahētes faciunt? nisi ꝙ in puluerem sufflant: ꝛ in oculos suos terram excitāt: vt vn̄ plus detractionis perflant: inde magis nihil veritatis videant.

¶ Gregorius ibidem.

Quid enim prodest si te omnes laudant: et conscientia te accusat? aut quid obesse potest si oēs te derogent: ꝛ conscientia defendat.

¶ Joānes chriso. de laudib⁹ pauli homel. v. — Joannes chryso.

Extrema dementia est nulla imminente necessitate rerum: ꝛ necessitate violenta totis laudibus velle decorari. Non est ſm deum loqui: iudicium est potius istud insaniæ: hoc enim omnem nobis mercedem euacuat.

¶ Joannes chrysostomus super illud Matthei. viij. Audiens iesus miratus est.

Non laudatur de fide leprosus: qꝛ in lege doct⁹: hic alienigena. s. centurio laudatur: qꝛ legis ignarus: in modico enim sermone sapientię plus laudatur rustic⁹: ꝙ in magno pb̄s: ꝛ puer si aliquid dixerit sapiēter: laudat: vbi ꝑfectior: nō auditur:

¶ Seneca ad lucillium epistola. xl. — Seneca.

Lauda in illo quod nec eripi possit: nec dari.

¶ Seneca epistola. xlj.

In homine quoqꝫ illud laudanduꝫ est qđ ipsius est. Familiam formosam habet ꝛ domū pulchrā: multum serit: multum fœneratur: nihil horum in ipso est: sed citra ipsum laudem in illo: quod nec eripi potest: nec dari: quod propriū hominis est. Quæris quid sit? Animus: ꝛ ratio in animo perfecta. ¶ Seneca ibidem.

Quid stultius est ꝙ in hoīe aliena laudare? quid eo dementius qui ea miratur quę ad alium trāsferri protin⁹ possunt? Nemo gloriari nisi de suo debet. ¶ Seneca lib. de moribus.

Bonū est laudari: sꝫ prestāti⁹ est esse laudabilē. Neminē cito laudaueris. Neminē cito accusaueris. Uitiū est oīa credere: vitiū est nihil credere.

¶ Aulus gellius lib. vj. noctium atti. — Aulus Gellius.

Turpius dicebat fauorinus exigue atqꝫ frigide laudari: ꝙ insectanter vituperari. Qui em̄ male dicit ꝛ vituperat: quanto id acerbius facit: tanto pro iniquo ꝛ pro inimico habetur: ꝛ propterea fidem non capit. Sed qui infœcunde laudat destitui a causa videtur: et amicus quidem creditur eius: quem laudat: ꝛ ei creditur.

¶ Aristoteles lib. ij. æthicorum. — Aristo.

Uirtuti debetur laus.

¶ Cicero rhetoricorū nouorum lib. iij. — Cicero.

Neqꝫ solum laudis causa rectum sequi cōuenit. Sed si laus cōsequitur: duplicat recti appetēdi voluntas. ¶ Cicero rhetoricorū nouoꝝ li. iiij.

Uide ne facias īpudēter: q̄ tuo noīvelis ex aliorum laborib⁹ libare laudē. ¶ Cice. in parado.

Ut em̄ quisqꝫ maxime est boni particeps: ita et laudabilis maxime. ¶ Ibidem.

Quicquid est laudabile idem ꝛ beatum: ꝛ florēs: et expetendū videri decet.

¶ Uergilius æneidos lib. v. — Uergili.

Hi propriū decus: ꝛ partum indignant honorē. Ni teneant: vitāqꝫ volunt pro laude pacisci.

¶ Menander. — Menan.

ὑπὲρ σεαυτοῦ μὴ φράσῃς ἐγκώμια. id est Pro teipso ne dicas laudes. ¶ Idem.

φίλων ἔπαινον μᾶλλον ἢ σαυτοῦ λέγε. id est Amicorum laudem magis: ꝙ tuipsius dic.

¶ Juuenalis satyra. viij. — Juuena.

Respice quid moneāt leges: quid curia mandet. Premia quanta bonos maneant.

Lectio græce ἀνάγνωσις. εως. ἡ. et ἀναγνώστης. οῦ. ὁ. lector dicit. Ueniunt autem lectio ꝛ lector a lego quod est oculis scripta percurro.

¶ Aug. li. ij. de doctrina xp̄iana.

Quicqđ hō extra didicerit: si noxium est: ibi dānabitur. si vile est: ibi inuenietur.

¶ Augustinus epistola. iij. — Augusti.

Nullæ litterę comparantur duobus dominis præceptis: in quibus omnis ars est.

¶ Augustinus super Joannē homelia. j.

Lectio est sicut oleum in flāma. Si est ibi quod nutriatur: nutritur: crescit: ꝛ permanet.

¶ Hieronymus epistola. lxxxviij. — Hierony.

Statue tibi quot horis sacram scripturā legas: non ad laborē: sed ad delectationem.

¶ Bernardus libro meditationū. — Bernar.

Nihil aliud docet me tota scriptura: nisi religionis vnionem seruare.

¶ Cassiodorus lib. de institutione scripturarum loquens de libris origenis.

Succos saluberrimos caute ꝛ sapiēter sumere debemus: ne pariter venenū ꝑfidię sorbeamus.

¶ Seneca ad lucilliū epistola. cix.

Illud tn̄ prius scribam: quēadmodū tibi ista cupiditas discendi: qua flagrare te video digerenda sit: ne ipsa impediat. Nec passim carpenda sunt: nec auide inuadenda vniuersa. Per partes peruenitur ad totum. Aptari onus viribus debet: nec plus occupari: ꝙ cui sufficere possum⁹. Non quantū vis: sed quantum capis hauriendū est. Quo plus recipit anim⁹: hoc se magis laxat. ¶ Idem epistola. xlv.

Lectio certa prodest: varia delectat. Qui quo destinauit peruenire vult: vnam sequat viam: non per multas vagetur: nō ire istud: sed errare est.

¶ Seneca ad lucilliū epistola. xlvj.

Nō refert ꝙ multos: sꝫ ꝙ bonos habeas libros. Lectio certa prodest: varia delectat. Multitudo librorum onerat: non instruit. Et satius est paucis authorib⁹ te tradere: ꝙ errare per multos. ¶ Seneca epistola. xciij. Quominus legas non te terreo: dum quicquid legeris ad mores statim referas.

¶ Ouidius lib. ij. tristium. — Ouidius

Nec tamen est facinus molles euoluere versus. Multa licet castæ non facienda legant.

Legatio græce πρεσβεία. ας. ἡ. et πρεσβευτής. οῦ. ὁ. legatus dicitur. Est autem legatio missio legatorū. Dicunturqꝫ legatus et legatio a lego legas: quod est mando: decerno: delibero. Uñ et legatum: quod est deliberatio quædam hæreditatis: quam testator ex eo quod vniuersum hæredis foret: alteri collatum voluit: vt ait florentinus iurisconsultus. Item legatum est quædam donatio testamento relicta: scđm modestinū iurisconsul. Hinc legatarij: quibus aliquid testamento legatum est. Hinc etiam composita allego: hoc est adduco. Delego: hoc est demando: cōmitto. Suetonius de nerone: Nulli delegauit officium: vt non addiceret. Unde subdelegare dicimur delegatas nobis a principe causas: alteri cognoscendas iniungere.

¶ Legispositiua est idem qđ virtus regnatiua. i. principalis species prudentiæ q̄ conuenit regi ſm. b. Tho. scđa secūdę. q. l. arti. j.

Legispositiua ꝛ eugnomosina. i. bona gnome attribuūtur prudentiæ ſm directionē: ꝛ attribuuntur iustitiæ ſm executionē. ex. b. Tho. secunda secundę. q. lxxx.

¶ Leno grece πορνοβοσκός. οῦ. ὁ. ꝛ πόρνος. ου. ὁ. scortum: cinędus: catamytus: ꝛ πορνοβοσκεῖον. ου. τό. lupanar dicitur. Est autem leno qui quæstuaria mancipia habet. Uel sic. Leno est q̄ dam natam adulteraꝫ ducit: vel qui eam sibi reconciliat ſm glo. j. s. quod si in adulterio. xxxij. q. j.

¶ Leuitas græce κουφότης. ητος. ἡ. et κοῦφος. ου. ὁ. leuis dicitur. Est autem leue quod est natū ferri a medio ſm Aristo. lib. j. de cœlo ꝛ mundo. Leuissimum autem quod superfertur omnibus alijs ab eo sursum latis.

Leuitas aliqñ dicitur de re sine pōdere. Modo pro stultitia: incōstantia: vilitate ponitur. Hinc leuo leuas verbum: hoc est in altum tollo: velut leue. Modo aufero. Uergili⁹. Atqꝫ arcta leuari vincla iubet priamus. Interdum alleuo: molestiam: laborēqꝫ extenuo. Uergilius. Sis fœlix nostrūqꝫ leues quęcūqꝫ laborem. Hinc alleuo: hoc est in altum tollo: vel de imo sursum tollo. Item subleuo: hoc est defendo: adiuuo: ꝛ releuo quod pœne idem significat quod alleuo.

Lex græce νόμος. ου. ὁ. ꝛ νομικός. οῦ. ὁ. legalis dicitur. Est autem lex ratio summa insita in natura: quę iubet ea quę facienda sunt prohibetqꝫ cōtraria. Eadem ratio quū est in mente hoīs cōfirmata: ꝛ cōfecta est lex ex Cicerone lib. j. de legibus.

Lex est neqꝫ hoīm ingenijs excogitata: nec scitū aliquod populorū: sed æternum quiddā: qđ vniuersum mūdū regeret: imperādi ꝓhibendiqꝫ sapientia ſm Ciceronē lib. ij. de legibus.

Lex est recti pręceptio: prauiqꝫ depulsio ſm Ciceronem lib. ij. de natura deorum.

Lex est constitutio populi: in qua maiores natu simul cum plebibus aliquid sanxerunt: vt habet distin. ij. ca. lex.

Lex est regula et mensura actuū agendorū: vel omittēdorū. ex. b. Tho. prima scđę. q. xc. ar. j.

Lex dicit a legādo: qꝛ obligat. vel dicitur a legēdo: ꝙ publice legat ſm Isidorū. ex. b. Tho. ibidē.

Ouidius metamorphoseos. Nec verba minātia fixo ære legebantur: vel ligabantur:

Lex est dictamen rationis practicæ ſm. b. Tho. prima secundæ. q. xcj. arti. j. A lex veniunt illex: et exlex: q̄ sine lege viuit: ꝛ legislator: et legifer qui legem tulit.

Lex ꝛ ius quō differant: vide supra in ius.

¶ Prouerbiorum capi. xxix. — Prouer.

Qui custodit legē beatus est. ¶ Esaias. ca. x. — Esaias.

Ueh qui condunt leges iniquas: ꝛ scribentes iniustitiā: vt opprimerent in iudicio pauperes.

¶ Paulus ad timotheū primę capi. j.

Bona est lex: si quis ea legitime vtatur.

¶ Paulus ad collossenses ca. iij. — Paulus.

Lex est vinculum perfectionis.

¶ Paulus ad ro. capi. ij.

Gentes quę legem non habent: sed ea quæ legis sunt faciunt: ipsi sibi sunt lex.

¶ Jacobus in epistola capi. ij. — Jacobus

Quicunqꝫ autem totam legem seruauerit: offendat autem in vno: factus est oīm reus. Qui enim dixit nō mœchaberis: dixit ꝛ nō occides: ꝙ si nō mœchaberis occides autem: factus es trāsgressor legis. ¶ Augu. lib. viij. de ciuitate dei. — Augusti.

Omnium legum est inanis censura: nisi diuinæ legis imaginem gerat.

¶ Augu. ad macedoniū: ꝛ habetur. xxiij. q. v.

Non frustra sunt instituta: potestas regis: ꝛ cognitoris ius: vngulę carnificis: arma militis: disciplinę dominātis: seueritas etiaꝫ boni patris: habent oīa ista modos: suas causas: rationes: vtilitates: ꝛ hęc quum timentur: ꝛ mali coercentur: ꝛ boni quieti inter malos viuunt.

¶ Aug. ɔ̄ petilianū: ꝛ hꝫ. xxiij. q. v. c. ad fidē.

Nunquid quia mores optimi libertate voluntatis eliguntur: ideo mores pessimi non legis integritate puniuntur? Sed tamen vltrix male viuendi disciplina prepostera est: nisi cura precedens bene viuendi doctrinā pretēdat. Sic igitur quæ versus vos leges cōstitute sunt non his benefacere cogimini: sed malefacere prohibemini.

¶ Augustinus de vera religione: et habetur distin. iiij. capi. in istis.

In istis temporalibus legibus quamquam de his hoies iudicent quum eas instituunt: tamen quum fuerint institute & firmatæ: non licebit iudici de his iudicare: sed secundū ipsas. Leges instituūtur: promulgant: firmātur: quū moribus vtentiū approbantur. Sicut enī moribus vtentium in contrarium nonnullæ leges hodie abrogatæ sunt. Ita moribus vtentium ipse leges confirmātur.

¶ Augustinus in lib. de spiritu & littera.

Quod imperatorū lex minando imperat: hoc fidei lex credendo impetrat.

¶ Augustinus ibidem.

Lex dei charitas est: lex data est: vt gratia quæreretur: gratia data est vt lex impleretur.

Hieronī. ¶ Hieronymus lib. iij. contra ruffinum.

Coronam minime carpendam id est leges vrbiū conseruandas.

Grego. ¶ Gregorius in registro: et habetur. xxv. q. ij. imperiali.

Imperiali constitutū est sanctione aperte: vt ea quæ contra leges fiunt: non solum inutilia: sed etiam pro infectis habenda sint.

Isidorus ¶ Isidorus lib. ij. ethymologiarū.

Facte sunt autē leges: vt earum metu humana coerceatur audacia: tutaq; sit inter improbos innocentia in ipsis improbis reformidato supplicio refrenetur audacia: et nocendi facultas.

¶ Isidorus ibidem.

Erit autē lex honesta: iusta possibilis: secundū naturam: & scdm consuetudinē patrie: loco temporiq; conueniens/necessaria/ & vtilis/manifesta quoq; ne aliquid per obscuritatē incautum captione cōtineat nullo priuato cōmodo/ sed pro cōmuni ciuium vtilitate cōscriptū. Ideo in ipsa constitutione ista considerāda sunt/ quia quum leges institute fuerint/non erit liberum iudicare de ipsis/sed oportebit iudicare scdm ipsas.

¶ Isidorus lib. v. ethymologiarum: et habetur distin. ij. priuilegia.

Priuilegia sunt leges priuatorū: quasi priuatæ leges. Nā priuilegiū dictū est eo quod in priuato feratur. ¶ Isidorus ibidem: et habet ibidem.

Omnis autē lex permittit aliquid: vt vir fortis petat præmiū/aut vetat: vt sacrarum virginum nuptias nulli petere liceat: aut punit/vt qui cædem fecerit capite plectatur. Eius enī premio aut pœna vita moderatur humana.

¶ Isidorus lib. v. ethymologiarū: et habet distin. j. in principio decreti.

Omnes leges diuinæ sunt: aut humanæ: diuine natura: humanæ moribus constant. Ideoq; hæ discrepant: quoniā aliæ gentibus aliis placent: fas lex diuina est. Ius lex humana. Trāsire per agrum alienum fas est: ius non est.

¶ Isidorus ibidē: & habet di. vij. ca. Moyses.

Moyses gentis hebreæ primus oīm diuinas leges: & sacris litteris explicauit. Phoroneus rex græcis primus leges iudiciaq; cōstituit. Mercurius trismegistus leges egyptijs tradidit. Solon quidem primus leges atheniēsibus edidit. Licurgus primus lacedemonijs iura ex apollinis authoritate confinxit. Numa pompilius: qui romulo successit in regno prim⁹ romanis leges edidit. Deinde: quum populus seditiosos magistratus ferre non possent: decem viros legibus scribendis creauit. Qui leges ex libris solonis in latinum sermonē translatas duodecim tabulis exposuerunt. fuerunt autem hi: Appius Cladius: Titus Genutius: Publius Sestius: Lucius Veturius: Caius Julius: Aulus Mālius: Publius Sulpitius: Publius Curiatius: Titus Romulius: Spurius Posthumius.

¶ Isidorus lib. ethymologiarū: et habetur distin. j. capi. ius.

Jus generale nomen est: lex autem iuris est species: ius autē est dictum quia iustum est: omne autem ius legibus & moribus constat.

¶ Isidorus lib. ij. ethymologiarum.

Octo genera pœnarū in legibus contineri Tullius scripsit. i. damnū: vincula: verbera: tallionē: ignominiā: exilium: seruitutē: & mortem.

Valeri⁹ maxim⁹ ¶ Valerius maximus lib. vij. titu. Sapiēter dicta aut facta.

Quā porro subtiliter anacharsis leges aranearū telis cōparabat. Nam vt illas infirmiora animalia retinere: valentiora transmittere: ita his humiles & pauperes constringi: diuites & prepotentes non alligari agebat.

Aristo. ¶ Aristoteles lib. v. æthicorum.

Duplex est ius scilz naturale & legale. Naturale est qd apud omnes habet eandem potestatē. Legale est quod constitutū est lege.

¶ Aristoteles lib. vj. politicorum.

Non facile est permanere ciuitatē non legibus: et consuetudinibus compositam.

Laerti⁹ diogen. ¶ Laertius diogenes de vita & moribus philosophorum.

Interrogatus solon. Quid est rex: respondit: fortis potestas. Quid lex: aranee tela: quia si in eam inciderit quid debile retinetur: graue autē pertransit tela rescissa.

¶ Cicero rhetoricorum veterum lib. j.

Quāobrem leges seruari oportet: & ad eam causam scripta omnia interpretari cōuenit: hoc est quoniā reipu. seruimus et reipu. commodo atq; vtilitate interpretemur. Nā vt ex medicina nihil oportet putare proficisci: nisi quo ad corporis vtilitatem spectet: quoniam eius causa est instituta: sic a legibus nihil conuenit arbitrari: nisi quod reipubli. conducat proficisci: quoniā eius causa sunt comparate.

¶ Cicero rhætoricorū veterum lib. ij.

Nulla est lex: que aliquam rem inutilem: aut iniquam fieri velit. Omia supplicia que a legibus proficiscuntur culpæ aut malicie vindicāde causa ↄstitutæ sunt. Nulle res neq; legib⁹: neq; scriptura vlla deniq: neq; in sermōe quotidiano: atq; imperijs domesticis possunt administrari: ñ

vnusquisq; velit verba expectare: & non voluntatem eius: q ea verba habuerit attendere.

¶ M. T. Cicero ibidem.

Leges nobis chare esse debent: nō propter litteras q̄ tenues & obscure note sunt voluntatis: sed propter earū rerū: quibus descriptū est vtilitatē: et eorū q̄ scripserūt sapientiā & intelligentiam.

¶ Cicero lib. j. de legibus in fine.

Profecto sic se res habet: vt quoniā vitiorū emēdatricē legē esse oportet: commēdatricēq; virtutum ab ea viuendi doctrina ducatur.

¶ Cicero lib. ij. de legibus.

Hanc igit video sapientissimorū fuisse sententiā legē neq; hoīm ingenijs excogitatā: nec scitum aliqd esse populorū: sed æternū quiddā: qd vniuersum mundū regeret imperādi prohibendiq; sapiētia. Ita principē legē illā & vltimā mentem esse dicebāt oīa ratione aut cogentis: aut vetantis dei: ex qua illa lex quā dij humano generi dedērit recte est laudata.

¶ Cicero ibidem.

Sed intelligi sic oportet: & hæc & alia iussa hac vetita populorum vim habere ad recte facta vocandi: & a peccatis auocandi: que vis non modo senior est quam ætas populorum et ciuitatum: sed æqualis illius cœlū atq; terras tuentis & regentis dei.

¶ Cicero ibidem.

Nec quia nusquam erat scriptū: vt cōtra oēs hostiū copias in pōte vnus assisteret: a tergoq; pōtem interscindi iuberet. Jccirco minus Coclitē rem gessisse tante fortitudinis lege atq; imperio putabimus. Nec si regnante. Tarquinio nulla erat Rome scripta lex de stupris. Jccirco nō cōtra illam legem sempiternā Sextus Tarquinius vim Lucretie Tricipitini filie attulit. Erat enim ratio profecta a rerū natura: & ad recte faciendum impellens: & a delicto auocans: q̄ non tū demū incepit lex esse: quū scripta est: sed tunc quum orta est. Orta est aūt simul cū mente diuina: quāobrē lex vera atq; princeps apta ad iubendū & adiuetandū ratio est recta summi Jouis.

¶ Cicero ibidem.

Constat profecto ad salutem ciuium ciuitatumq; incolumitatem vitamq; hominū: & quietam: & beatam inuentas esse leges.

¶ Cicero lib. iij. de legibus.

Quum dico legem a me dici: nihil aliud intelligi volo quam imperium: sine quo nec domus vlla: nec ciuitas: nec gens: nec hominum vniuersum gens stare: nec rerū natura omnis: nec ipse mūdus potest.

¶ Menander.

ἰσχυρόν ὁ νόμος ἐστὶν ἂν ἄρχοντ᾽ ἔχῃ. i.

Validum quid lex est: si regentem habeat.

¶ Idem.

νόμῳ τὰ πάντα γίγνεται καὶ κρίνεται. i.

Lege omnia fiunt: et iudicantur.

¶ Idem.

νόμοις ἕπεσθαι τοῖσιν ἐγχωρίοις καλόν. i.

Leges sequi regionales pulchrum.

¶ Idem.

βίας παρόντος οὐδὲν ἰσχύει νόμος. id est

Ui præsente nihil potest lex.

Liberalitas græ. ἐλευθεριότης. ητος. ἡ. et ἐλευθέριος. ου. ὁ. liberalis dicitur. Est autem liberalitas virtus pecunijs benefactiua: cuius contrarium est illiberalitas secundum Aristo. lib. j. Rhætoricorum.

Liberalitas est virtus beneficiorum erogatrix: quā pro affectu benignitatē: pro effectu beneficentiam dicimus.

Liberalitas est mediocritas circa pecunias dandas. Nam liberalis dabit propter honestatem: et recte: quibus oportet: et quū oportet. ex Aristo. lib. iiij. æthicorum.

Liberalitas est virtus bene dispensandi diuitias in vsus bonos sibi: suisq; & alijs. ex. b. Tho. scda scdæ. q. cxvij. ar. j.

Liberalitatis due sunt comites: humanitas: et clæmentia secundum Valerium maxi. lib. v.

Liberalitas dicitur a liber: vnde liberaliter: large: magnifice. Et liberales disciplinæ libero homine digne.

¶ Prouerbiorum. xix. Prouerbiorum.

Diuitie (scz erogate) addūt amicos plurimos.

¶ Paulus ad Corinthios prime cap. viij. Paulus.

Hilarem enim datorem diligit deus.

¶ Matthæus. vj. Matth.

Nesciat sinistra quid faciat dextera tua.

¶ Augustinus super Joānem parte scda: et habet di. lxxxvj. Donare. Augu.

Donare res suas histrionibus vitium est immane: non virtus: & scitis de talibus quam sit frequens fama cum laude: quia laudat peccator in desiderijs anime sue: et qui iniqua gerit benedicetur. ¶ Augustinus de sermone domini in monte.

Dandū est qd nec tibi: nec alteri noceat: & quū negaueris quod petit: indicanda est iustitia: & non eū inanē dimittas: & aliquādo melius aliquid dabis: etiam quum iniuste petentem correxeris.

¶ Hieronymus ad Paulinum. Hiero.

Cōsidera Christi substātiam: ne imprudēter offendas. i. ne īmoderato iudicio rē pauperū tribuas nō pauperib⁹ secundū dictū prudētissimi viri: ne liberalitate liberalitas pereat.

¶ Hieronymus lib. de Viduis.

Liberalitas non cumulatione patrimonij: sz largitatis diffinitur affectu.

¶ Ambrosius sup epl'am ad Corinthios. Ambro.

Non solum queritur quantū: sed de quāto: & quo animo detur.

¶ Ambrosius lib. j. de officijs.

Dominus non vult simul effundi opes: sz dispēsari: nisi forte vt Helyseus boues suos occidit: & pauperes pauit: ex eo quod habuit: vt nulla cura teneretur domestica.

¶ Ambrosius ibidem.

Si adiuues eum qui possessiones aliorum eripere conatur: non probatur largitas. Nec illa perfecta est liberalitas: si iactantie eam magis: quam misericordie largiaris.

¶ Ambrosius ibidem.

X dei liberalitas.
cop⁹62.f.9|..|

X ... largitas.
cop⁹.62.f.13..|

Non probaṫ liberalitas vel largitas: si qḋ alter largitur alteri q̄s extorqueat: si iniuste quærat: et iniuste dispensandum putat.
¶Ambrosius lib.j.de officijs.
Perfecta est liberalitas: vbi silentio quis tegit opus suū: ⁊ necessitatibus singulorū occulte subuenit: quē laudat os pauperis: ⁊ nō labia sua. Deniq̄ pfecta liberalitas fide: causa: loco: tpe: cōmēdaṫ: vt principiū opis circa domesticos fidei.
¶Ambrosius lib.j.de officijs.
Est alia pbanda liberalitas: vt proximū seminis tui nō despicias: si egere cognoscas. Meli⁹ eñ est vt ipse subuenias tuis: quibus pudor est ab alijs sumptum deposcere: aut alicui postulare subsidiū necessitati. ¶Ibidem.
Est duplex liberalitas: vna q̄ subsidio rei adiuuat.i.vsu pecunię: altera q̄ operū collatione impendit: quę multo frequēter splēdidior multoq̄ pręclarior. Quāto vtilius regē Pharaonē sctūs Joseph consilio prudentię instruit: q̄ si contulisset pecuniam? Pecunia eñ vnius ciuitatis non redimeret vbertatē: prospiciētia ꝟo tot⁹ Aegypti per quinquēniū famē reppulit.
¶Ambrosius ibidem.
Quicquid ex affectu puro ac sincero pmittitur: hoc est decorū: nō supfluas ædificatiões aggredi: nō prætermittere necessarias.
Grego. ¶Grego.⁊ habeṫ di.lxxxvj. Fratrē nostrū.
In ipsa aūt liberalitate modus adhibēdus est rerū ⁊ personarū: rerū vt non oīa vni: sed singulis quędā pręstētur: vt pluribus prodesse possim⁹. Personarum: vt primū iustis: deinde peccatoribus: quibus tamē dare phibemur: non q̄ homines sunt: sed q̄ peccatores.
¶Gregorius.xix.moralium.
Quibusdā inopiā ferre non valentib⁹ tolerabilius est minus tribuere: q̄ post largitatē suā ex inopię angustia murmurare. ¶Greg.ibidē.
Nunq̄ est vacua manus a munere: si arca cordis est repleta bona voluntate.
Leo papa. ¶Leo papa in Apparitione dñi.
Nulli paruus est cēsus: cui magnus est animus nec de rei familiaris mēsura pendet modus pietatis. Maiora quidē sunt impēdia diuitū: sꝫ minora mediocrium. Sed nec discrepat fruct⁹ operū: vbi non deest affectus operantium.
¶Ibidem.
Si non est oīm æqualis facultas debet esse par pietas: qm̄ fideliū largitas: nō de muneris pensatur pōdere: sed de beniuolentię quantitate.
¶Leo papa in apparitione dñi.
Semper illi qḋ largiatur occurrit: cui benevelle non deficit.
Boetius ¶Boetius lib.ij.de cōsola.
Tunc solū preciosa est pecunia: quando vsu largiendi desinit possideri.
¶Boetius lib.ij.Prosa.v.
Diuitię ne vel vestri: vel sui natura pciosę sunt? Scripta est supra in Diuitię.
Seneca. ¶Seneca lib.j.de Clementia.
Non est liberalis: qui de alieno est liberalis: sed ille qui quod alteri donat sibi detrahit.
¶Idem lib.de beneficijs.
Quidā beneficiū ab homine duro ⁊ aspero datum panem lapidosum vocauit: quē esurienti accipere necessarium est: sed tamen acerbum.
¶Seneca lib.j.de beneficijs.
Beneficiū siue liberalitas fit dupliciter: aut opera: aut pecunia: altera ex Archa: altera ex virtute depromitur. ¶Seneca epl'a.lxxxiij.
Refert cuius animi sit qui præstat: nō cuius status. Nō est gloriosum quod ab inuito ⁊ tergiuersante fit. Nihil facit virtus: quod necesse est.
¶Seneca ibidem.
Multi sunt q̄ non donāt sed pijciūt nō voco liberalē pecunie suę iratū. ¶Seneca lib.de bñficijs.
Ois benignitas pperat: ⁊ pprium est libēter facientis cito facere. Qui de die ī diē trahēs pfuit: nō exanimo fecit. Itaq̄ duas maximas res pdidit: ⁊ tēpus ⁊ argumētum amicę voluntatis.
¶Seneca lib.de beneficijs.
Nunq̄ magis nos obligat q̄ dedit parua magnifice: qui regū opes æquauit aīo: qui exiguū tribuit: sed q̄ libenter: qui pauptatis suę oblit⁹ est: dū in ea respicit: qui occasionem qua prodesset quæsiuit. ¶Seneca ibidem.
Multo gratius venit qḋ facili: q̄ ex plena manu venit seu daṫ. Exiguū est qḋ in me contulit: sed amplius nō potuit. At hoc qḋ dedit magnū est: sed dubitauit: sꝫ distulit: sꝫ quū daret gemuit: sed supbe dedit: sed quū cōtulit ambitioni dedit: nō mihi. ¶Seneca ibidem.
Caue ne beneficiū maius sit facultate tua. Inest eñ tali liberalitati cupiditas rapiendi: vt ad largiendum suppetant copię: sequuntur enim talem largitionem rapinę: quū enim dando egere cœperint: alienis bonis manus inferre cogūtur: ⁊ maiora odia eorū assequūtur quibus ademerūt: q̄ fauores eorū quibus dederunt.
¶Seneca ibidem.
Officiū liberalitatis est omni petenti dare: deos imitari. Si deos imitaris da etiā ingratis, nā et sceleratis sol oriṫ, ⁊ pyratis maria patent. Dij rerum omniū optimi authores ignorantibus beneficia dare incipiunt, ingratis perseuerant: nō cessant dij beneficia cōgerere. Vnam sortiti intentionē.s.prodesse. Imitemur illos, demus etiam si multa in irritum data sunt. Ingratus est: nō fecit mihi iniuriā, sed sibi, nā gratū beneficiū semper delectat, ingratum semel.
¶Seneca lib.ij.de Beneficijs.
Ab Antigono Cynicus petit talentū. Respōdit plus esse q̄ cynicū deceret petere. Repulsus petit denariū. Respōdit minus esse q̄ quod regem deceret dare. Turpissima huiusmodi cauillatio est. Inuenit eñ quomodo neutrū daret. In talento Cynicū. In denario regem respexit: quū posset ⁊ denariū cynico dare: ⁊ talentū tanq̄ rex.
¶Seneca ibidem.
Melius Alexander quū daret ciuitatē cuidā dicenti nō cōuenire ciuitatē humili fortunę suę: respondit. Non quæro quid oporteat te accipere: sed quid deceat me dare.
¶Seneca lib.v.de beneficijs.
Sicut nō est liberalis: q̄ sibi donat. Nec clemens qui sibi ignoscit: nec misericors: qui malis suis tangitur: sed qui alijs. Ita etiam nemo sibi ipsi

beneficium dat: sed naturæ suę parat quę monet ad refutanda nociua: ⁊ appetenda pficua.
¶Seneca lib. de beneficijs.
Inter multos ac varios errores temere, viuentiū inconsulteq̄: nihil propemodū viri optime liberalis q̄ beneficia: nec dare scimus nec accipere. ¶Seneca ibidem.
Quum beneficia in vulgus largiri institueris, multa perdenda sunt: vt vnum bene des.
¶Ibidem.
Gratissima sunt beneficia: quæ sunt parata: facilia occurrentibus: in quibus nulla mora fuit: nisi accipientis verecundia. ¶Seneca ibidē.
Nihil ita vitandū dādo beneficia: sicut supbia.
¶Seneca lib.de officijs.
Dabo egēti: sed nō vt ipse egeā. Succurā perituro: sed non vt ipse peream. ¶Ibidē.
Videamus ne mittamus munera supuacua: vt fœminę arma. Rustico libros: aut studijs debito rhetia. ¶Seneca ibidem.
Videndū est ⁊ cōsiderādū, quid, cui, qualiter, quādo, vbi, ⁊ quare, sit dandū.
¶Seneca lib. de officijs.
Turpissimū genus beneficij est incōsulta donatio in dando.
¶Seneca ibidem.
In dādo beneficia eligendus est vir simplex: memor: gratus: alieni abstinēs: nō sui auarus: ⁊ maxime beniuolus. ¶Seneca in puerbijs.
Bis peccas: quū peccāti obsequiū accōmodas.
Cicero. ¶Cicero lib.j.de legibus.
Quid liberalitas? gratuita ne est: an mercenaria si sine pręmio: benigna est: gratuita: si cū mercede conducta. Nec est dubiū quin is qui liberalis benignusve dicitur: officiū nō fructū sequatur.
¶Cicero lib.j.officiorum cap.xviij.
Ea liberalitate vtamur quę amicis prosit: nemini noceat: nihil enim liberale quod nō iustum.
¶Cicero lib.ij. officiorum.
Multi patrimonia effundunt: inconsulte largiēdo. Quid aūt stultius, q̄ quod facis libenter, curare ne id diutius facere possis? ¶Ibidem.
Duo sunt largorū genera, quorū alteri prodigi: scꝫ qui in epulis ⁊ inuitationibus, ⁊ gladiatorū muneribus: ludorū venationūq̄ apparatu, pecunias profundūt, ⁊ in eas res quarū memoriam aut nullam: aut breuē relicturi sunt. Alij sunt liberales, qui facultatibus suis aut captos a prędonibus redimunt: aut æs alienū suscipiūt amicorū causa: aut in filiarū collocatione adiuuant aut opitulantur in re acquirenda: vel augenda.
¶Cicero lib.officiorum.
Largitio quæ fit ex re familiari fontem ipsū benignitatis exhaurit. ¶Ibidem.
Qui opera.i.virtute ⁊ industria liberales sunt: ⁊ benefici: primū quo pluribus pfuerint eo plures ad benefaciendū adiutores habebunt: deinde cōsuetudine beneficentiæ paratiores erunt: ⁊ tanq̄ exercitatiores ad bene de multis promerendum. ¶Ibidem.
Sino meminisse debem⁹ id qḋ a nostris hominibus vsurpatū sæpissime: iā in prouerbij consuetudinē venit: largitionē fundū nō habere: quū et idē q̄ cōsueuerūt: ⁊ idē illud alij desiderent.
¶Cicero ibidem.
Causa igitur largitiōis est: si aut necesse: aut vtile. ¶Cicero ibidem.
Gratissima est liberalitas: eo etiā studiosius eā pleriq̄ laudant. ¶Ibidem.
Conueniet autē tum in dando munificū esse: tum in exigendo non acerbum. ¶Cicero ibidem.
Gallinae multum ouantes cito moriuntur.
¶Aristoteles ibidem.
In omnibus animalibus est appetit⁹ et dilectio coitus. ¶Idem ibidem.
Oē quadrupes magis desiderat inuere coitū: q in alio tēpore. ¶Idē lib.xv.de aīalibus.
Sperma est superfluum nutrimenti.
¶Aristoteles lib.xvij.de animalibus.
Accidit hoībus: & quadrupedibus coitum desiderantibus ad tactum & visum subito spermatizare. ¶Aristoteles lib.aīalium.xviij.
Viri multorū pilorū ad coxas: & a parte inferiori sunt multi coitus. ¶Aristo.ibidem.
Mulier & equa super omnes foeminas diligunt coitum. ¶Aristo.lib.xviij.de aīalibus.
Puberes plus delectant in coitu q caetere aliae aetates: & quanto plus asuescunt: tanto plus appetunt. ¶Cōmentator super lib.de causa longitudinis & breuitatis vite. Cōmēta.
Qui multū coeūt parum viuunt. Unde castrati plus viuunt: q non castrati. ¶Ibidem.
Propter paucitatem coitus plus viuit mulus q equus: & masculi q foeminae.
¶Laertius diogeñ.de vita & mori.philoso. Laerti⁹ diogeñ.
Demosthenes pect⁹. Laidis nobilissime meretricis iocādo suppalpitās: & quaeritās: hoc quāti: illa dicente mille denariis respondit: ego poenitere tanti non emo. ¶Cicero lib. officiorū. Cicero
Atq; etiā si cōsiderare volum⁹: que sit in natura hois excellentia: et dignitas: intelligemus q sit turpe defluere luxuria: & delicate: ac molliter viuere: q; honestum parce: cōtinenter: seuere ac sobrie. ¶Cicero lib.officiorum.
Luxuria vero quū oī etati sit turpis: tum maxie senib⁹ foedissima est. ¶Cice.rheto.nouorum.li.ij.
Maius est maleficiū stuprare ingenuā: q sacrū legere: quum alterū propter egestatem: alterum propter intēperatam superbiam fiat.
¶Cicero lib.de senectute.
Libidinosa intemperansq; adolescentia effoetum corpus tradit senectuti.
¶Macrobius saturnalium lib.iij. Macro.
Viros triūphales victores gentiū luxuria vicit. Valeri⁹
¶Valerius maxim⁹ lib.ix.titu. de luxuria. maxim⁹.

Blandū est malum luxuria: quā accusare aliquā
to facilius est: ꝙ vitare. ¶ Ibidē de Annibale.
At cāpana luxuria perꝙ vtilis ciuitati nrē fuit:
inuictū eñ armis annibalē illecebris suis cōple
Claudia. xa vincēdū romano militi tribuit. ¶ Claudian⁹.
Luxuries prædulce malum: quę dedita semper
Corporis arbitrijs hebetat caligine sensus.
Ouidius ¶ Ouidius lib. ij. de remedio amoris.
Nec minus erucas aptum est vitare salaces:
Et quicquid veneri corpora nostra parat.
Vtilius sumas acuentes lumina rutas:
Et quicquid veneri corpora nostra negat.
¶ Ouidius epistola briseidis ad achillem.
Est aliquid solitis collum tetigisse lacertis:
Præsentesq; oculos admonuisse sinu.
Proper. ¶ Propertius lib. iij. elegia. xij.
Certa quidē tantis causa est manifesta ruinis:
Luxuriē nimium libera facta via est.
Martia. ¶ Martialis lib. ix. ad ponticum.
Pontice ꝙ nunꝗ futuis: sed pellice læua
Vteris: & veneri seruit amica manus:
Hoc nihil eē putas: scel⁹ ē (mihi crede) sꝫ ingēs:
Quantum vix animo concipis ipse tuo.
Nempe semel futuit generaret Horati⁹ vt tres.
Mars semel: vt geminos ilia castra daret.
Omnia perdiderat: si mastrubatus vterq;
Mandasset manibus gaudia fœda suis.
Ipsam crede tibi naturam dicere rerum
Istud, quod digitis pontice perdis: homo est.
Horati⁹. ¶ Horatius sermonū lib. j. satyra. j.
Desine matronas sectarier: vnde laboris
Plus haurire mali est: ꝙ ex re decerpere fruct⁹.
Iuuena. ¶ Iuuenalis satyra prima.
Sane mercedem sanguinis: & sic
Palleat: vt nudis pressit qui calcibus anguem:
Aut lugdunensem rhetor dicturus ad aram.
¶ Iuuenalis satyra. vj.
Quod enim non excitet inguen
Vox blanda & neq;: digitos habet.
Dantes. ¶ Dantes inferni cant. ca. v.
Iuenni in loco dogne luce mutto:
Che mugia come fa mar per tempesta:
Che da contrario vento e combatuto.
La buffera infernal che mai non resta
Menar li spiriti cum la sua rapina:
Voltando & percotendo gli molesta.
Et quando egiongon inanzi alla ruina:
Quiui le strida: col pianto: & lamento:
Blasteman quiui la virtu diuina.
Intesi chal cusi facto tormento
Eran damnati i peccator carnali:
Che la ragion sometten al talento.

Agister græce διδάσκαλος. ου. ό. dicit. Et
is appellatur q̄ alicui⁹
rei prę ceteris curā ge
rit ſm Hostien.
Magistri proprię dicū
tur artiū preceptores:
trāsfert tū hoc nomen
ad oēs: quibus pcipua
cura rerū incūbit. Dicū
tur aūt vel a monēdo:
vel monstrādo: vel ꝙ magis ceteris possint: vel
ꝙ magis ꝙ cæteri diligentiam: & sollicitudinē re
bus: qbus prę sunt: debēt. A magister: magistro:
hoc est moderor: guberno: & magisteriū: qd nōnul
li pro ipsa magistri dignitate vsurpant.
¶ Iacobus in epistola capi. iij. Iacobus
Nolite plures magistri fieri fratres mei: sciētes
quoniam maius iudicium sumitis.
¶ Augustinus lib. iiij. de ciuitate dei. Augusti.
Non debet curare q̄ docet: quanta eloquētia do
ceat: sꝫ quanta euidētia. Propter qd aliqñ negli
gat verba cultiora. Nec curet ꝙ bñ sonet: sꝫ quid
quomodo indicet: quod offerendo intendit.
¶ Augustinus lib. iiij. de doctrina christiana.
Doctor in suo sermone mallet rebus placere ꝙ
verbis. Nec existimet dici melius: nisi qd dicit ve
rius: nec doctor verbis seruiat: sꝫ verba doctori.
¶ Idem lib. iiij. de doctrina christiana.
Bonus doctor vulgi more loquat: vt ambiguitas
obscuritasq; vitent: non sic dicat: vt a doctis: sed
ab indoctis dici solet. Quid eñ pdest locutiōis
integritas: quā non sequit intellect⁹ audientis?
¶ Hieronymus super illud Matthæi. xxij. Hieroñ.
Magister scimus quia verax es.
Magistrum vocant: vt quasi laudatus mysteriū
cordis sui simpliciter aperiat: eosq; velit habe
re discipulos. ¶ Hierony. super episto
lam ad titum super illud: Non iracundum &c.
Nihil est fœdius pręceptore furioso: qui quum
debeat esse māsuetus & humilis ad oēs ex diuer
so: toruo vultu: tremētibus labijs: rugata frōte:
effrenatis conuicijs: facie inter pallorem & rubo
rem variata clamore perstrepitat: & errātes non
tam a bono retrahit: ꝙ ad malū sua sæuitia præ
cipitat. ¶ Hieronymus epistola. xxxvj.
Habet nescio qd latētis energiæ viua vox: et in
aures discipuli de doctoris ore trāsfusa fortius
sonat. ¶ Hieronymus epistola. lxxxix.
Magister probę ætatis & vitę eruditionisq; eli
gendus est. Nec puto erubescit doctus vir illud
facere in propinqua vel nobili virgine qd fecit
Aristoteles in philippi filio: vt ipsa librorum va
rietate: initia monstraret litterarū. Non sunt cō
temnenda quasi parua: sine quibus constare ma
gna nō possunt. ¶ Hieronymus ibidem.
Græcorum narrat historia Alexandrū potētissi
mum regem moribus & incessu leonidis pæda
gogi sui non potuisse carere vitijs: quibus ad
huc paruulus fuerat infectus.
¶ Hieronymus epistola. lxxxix.
Procliuis eñ est malorū æmulatio: & quorū vir
tutes assequi nescis vitia imitaris.
¶ Gregorius in pastorali capi. j. Grego.
Sūt plerīq; q̄ metiri se nesciūt: q̄ non didicerint
docere ocupiscūt: q̄ pōd⁹ magisterij tāto leui⁹
existimāt: quātovim magnitudinis illi⁹ ignorāt.
¶ Ioannes chryso. sup illud. xxij. Matthei. Ioannes chryso.
Magister: qd est magnū mādatum in lege.
Magistrū vocat: cuius nō vult esse discipulus.
De mandato magno interrogat: qui nec minimū
seruat. ¶ Isidorus in sinonymis. Isidorus
Dionysius magistrū sibi in grāmatica elegit Do
natum: in rhætorica Victurinum: in theologia
Gregoriū nazanzenū. Similiter sibi Theophra
stus elegit Aristotelem: Aristoteles Platonē:
Plato Socratē: Regina austri sapientissimum
Salomonem.
Boetius. ¶ Boetius lib. de scholastica disciplina.
Doctor debet esse erudit⁹. Prius enim oportet
vt discat ꝙ doceat. Debet esse mansuetus: prout
opportunū est. Debet esse rigidus: vt lites dissol
uat: oblatrātes remordeat: obloquētes repmat:
proteruiētes castiget. Debet esse diligēs. Nam si
cut in vnoquoq; ope mater cōstātia inuenit: ita
vniuersæ doctrinę nouerca ē negligētia. ¶ Ibidē
Sit in sermone verax: in iudicādo iustus: in con
silio prouidus: in cōmisso fidelis: et constans in
vultu: pius in aspectu: virtutibus insignis: boni
tate laudabilis. ¶ Boetius ibidem.
Qui non nouit se subijci nunꝗ sciet magistrari.
¶ Boetius ibidem.
Miserum est enim esse magistrū: qui nunꝗ no
uit se esse discipulum.
¶ Boetius lib. de scholastica disciplina.
Discipulus debet esse beniuolus animo: attētus
ad audiendū: docilis ad intelligendū: beniuolus
ad retinendum. ¶ Boetius ibidem.
Non est dignus scientia: qui sciētię insurgit prę
ceptori. ¶ Boetius ibidem.
Oportet ꝙ prius quis discat ꝙ doceat.
¶ Bernardus de pręcepto & dispensatione.
Melius est obedire deo: ꝙ hoībus: et ipsis me
lius magistris: ꝙ discipulis. Porro in magistris
melius nostris ꝙ extraneis: qbus autē melius
cōstat obedire: ipsis pculdubio non obedire est
Seneca. detestabilius. ¶ Seneca epistola. vij.
Plus hoīes oculis ꝙ aurib⁹ credūt. Longū eñ
iter per pcepta: efficax & breue per exēpla. zeno
nem eñ cleanthes non expressisset: si tantū eum
audisset. Obseruauit illum: vt ex forma viueret.
¶ Seneca epistola. lxv.
Multū egerūt qui ante nos fuerūt: sed non per
egerunt. Suscipiēdi tū sunt & ritu deorum colen
di quam venerationē pceptoribus meis debeo
eandem illis pceptoribus generis humani a qui
bus tanti boni initia fluxerunt: si consulē video:
aut pretorē: omnia quibus honor haberi solet fa
ciam: equo desiliam: caput adaperiā: semitam ce
dam. Quomodo ergo Marcum Catonē: et Læ
lium sapientē: & Socratem cum Platone in ani
mum meum sine dignatione summa recipiam?
Ego illos veneror & tantis nobilibus assurgo.
Aristo. ¶ Aristoteles lib. ix. æthicorum.
Magistris dijs et parentibus non potest reddi
equiualens. ¶ Aristo. lib. de morte & pomo.
Docentes alios mentiri non debent.
Iuuena. ¶ Iuuenalis satyra. vij.
Nosse volunt omnes: mercedem soluere nemo.
Mercedē appellas? quid eñ scio? culpa docētis
Scilicet arguitur: ꝙ læua in parte mamillę
Nil salit arcadico iuueni. ¶ Ibidem.
Hos inter sumptus sestertia quintiliano.
Vt multum duo sufficient. Res nulla minoris.
Constabit patri ꝙ filius. ¶ Ibidem.
Pœnituit multos: vanę sterilisq; cathedræ.
¶ Iuuenalis satyra. vij.
Dij maiorū vmbris tenuē: & sine pōdere terram:
Spirantesq; crocos: & in vrna perpetuū ver:
Qui pręceptorem sancti voluere parentis
Esse loco. ¶ Iuuenalis satyra. vij.
Rara tamen merces: quæ cognitione tribuni
Non egeat: sed vos sæuas imponite leges:
Vt præceptori verborum regula constet:
Et legat historias: authores nouerit omnes
Tanꝗ vngues digitosq; suos: vt forte rogatus
Dum petit aut thermas: aut phœbi balnea: dicat
Nutricem anchisæ: nomen patriāq; nouercæ
Archemoli: dicat quot acestes vixerit annos:
Quot siculus phrygibus vini donauerit vrnas.
De hac materia habes supra vbi disciplina: & do
ctrina.

Agnanimitas græce μεγαλοψυχία. ας. ή. et μεγαλόψυχος. ου. ό.
magnanim⁹ dicitur. Est autē ma
gnanimitas virtus quæ versatur
circa magna ſm Arist. li. iiij. ęthi.
Magnanimitas est virt⁹ magno
rum beneficiorū effectiua: cuius cōtrariū est pu
sillanimitas ſm Aristo. lib. j. rhætoricorum.
Magnanimitas importat extensionē animi: vel
ad magna absolute: vel ſm proportionem. ex b.
Tho. secunda secūdę. q. cxxix. arti. j.
Magnanimitas est virtus tendens ad maxima:
ſm rectam rationē. ex b. Tho. ibidem. arti. iij.
Magnanimitas quid differat a fiducia: vide su
pra in fiducia. Quid differat a fortitudine: vide
supra in fortitudo.
¶ Ambrosius ad simplicianum. Ambro.
Sapiens non metu frangitur: non potestate mu
tatur: non extollitur prosperis: nō tristibus mer
gitur. ¶ Seneca in epistola. xciij. Seneca.
Cogitāda ergo sunt oīa: & animus aduersus ea
quæ possunt euenire firmandus: exilia: tormēta:
morbi: bella: naufragia: meditare.
¶ Seneca de quattuor virtutibus.
Si magnanimis fueris: nunꝗ iudicabis tibi con
tumeliā fieri: de inimico dices non nocuit mihi
sed animū nocendi habuit: & quū illum in ptāte
tua videris: vindictā putabis vindicare potuisse.
Scito enim magnum & honestū vindictæ esse ge
nus ignoscere. ¶ Seneca ibidem.
Magnanimitas autē si vltra modum suum se ex
tollat: faciet virum minacē: inflatum: turbidū: in
quietū: & in quascūq; excellētias dictorū: atq; fa
ctorum neglecta honestate festinū: q̄ momentis
oībus supercilia subrigens vt bestiarius inquie
tat: excitat: alium ferit: alium fugat: sed talis aut
miserum appetit finem: aut erumnosam sui me
moriam derelinquit. Mēsura ergo magnanimi
tatis est: nec timidum esse hoīem: nec audacem.
¶ Seneca de quattuor virtutibus.
Eris magnanimus: si pericula nō appetas: vt te
merarius: nec formides vt timidus. Nam timidū
non facit animum: nisi reprehensibilis vitæ con
scientia. ¶ Seneca ibidem.
Magnitudo autem animi: si a comitate humana
sit remota: feritas quędam erit: & immanitas.
¶ Seneca in epistolis.
Paup fiam? inter plures ero? exul fiam? me nat

putabo quo mittar. Nō sum vni angulo nat⁹: patria mea tot⁹ mūdus est. ¶Seneca ep̄la. xxxvij.
Magnanimi est magna contēnere: & mediocria malle: q̄ nimia. ¶Seneca epistola. xl.
Animū excellentē moderatū oīa tanq̄ minora transeuntē: quicq̄d timemus: optamusq; ridentem cœlestis potētia agitat. Non pōt res tanta sine adminiculo numinis stare quemadmodū radij solis contingunt quidē terram: sed ibi sunt: vnde mittuntur: sic animus magnus ac sacer conuersatur quidē nobiscū: sed hæret origini suę.
¶Seneca epistola. lxvj.
Animus intuēdus: vt pariter fugiendorū ac petendorū: non ex opinione: sed ex natura precia rebus imponens: asperis blandisq; pariter inuictus: neutri se fortunę submittēs: supra oīa quæ contigunt accidūtq; eminens: inturbatus intrepidus: quem nulla vis frāgit: quem non attollūt fortuita: nec deprimūt: talis animus virtus est: hęc est eius facies. ¶Seneca ibidem.
Magnanimo de reb⁹ magnis iudicandū est: fortunacior est qui oīa rerum diuersarū onera rigida sustollit ceruice eo q̄ supra fortunā extat. Nō mirum est in trāquillitate non cōcuti. Illud mirare: ibi extolli aliquem: vbi oēs deprimunt. Ibi stare: vbi oēs iacent. ¶Seneca ep̄la. lxxij.
Magnanim⁹ stat rectus sub quolibet pōdere. Nulla illum res minorē facit. Nil illi eorū q̄ ferēda sunt displicet: quicq̄d cadere in hoīem pōt: in se cecidisse non quærit: vires suas nouit: vincit fortunam virtute. ¶Seneca lib. de moribus.
Nihil magnū est in rebus humanis: nisi magno animo despicias. ¶Seneca ibidem.
Propriū em̄ est magnanimitatis vere se non sentire percussam: immanis em̄ fera & magna ad latratum canum lenta respicit.
Cicero. ¶Cicero lib. j. de officijs.
Uiros fortes magnanimos eē eosdē volum⁹ veritatis amicos: mineq; fallaces. ¶Cice. ibidē.
Ad magnanimum pertinet neq; perturbationi animi: neq; hominis: neq; fortunæ succumbere.
¶Cicero ibidem.
Ad magnanimū pertinet ea quę vidētur acerba ita ferre vt nihil a statu naturæ discedat: nihil a dignitate sapientis. ¶Cicero ibidem.
Magnanimitas est virtus spōtanea difficiliū aggressio & rōnabilis.
¶Lucanus lib. ij. pharsalię.
Sit subitū quodcūq; paras. ¶Ibidem.
Sed cæsar in omnia preceps.
Nil actum credens: quum quid superesset agendum: instat atrox.
Magnificentia græce μεγαλοπρέπεια. ας. ἡ. & μεγαλύνω magnifico dicitur. Est autē magnificentia magnarū rerū: & excelsarū cum animi ampla quadā: & splēdida ꝓpositiōe cogitatio: atq; administratio ꝑm Ciceronem in rhæto.
Magnificētia est virt⁹ magnitudinis sumptuū effectiua: cuius contrariū modicitas ꝑm Aristotelem lib. j. rheto.
Magnificētia est virtus factiua magnorū. Et est virtus gn̄alis si sumat̄ facere cōiter. s. p oī ope. Si vō ꝓprie. s. pro opatione exteriori est virtus spālis. ex. b. Tho. scda secūde. q. cxxxiiij. arti. j.
¶Maiestas græce δόξα. ης. ἡ. dicit̄. Estq; dec⁹: amplitudo: & dignitas: vel ppl'i: vl' senat⁹: vel magistrat⁹: vel principis: vel impatoris: aut etiā priuati magni viri: vel alteri⁹ etiam rei inanimatæ.
Maiestatis crimen: iurisconsulti diffiniunt: esse quod aduersus populum romanum: vel aduersus securitatem eius cōmittitur.
Maiestas est summa potestas ꝑm bea. Tho. super epistolam ad hebræos lect. ij. fin.
Malitia græce κακία. ας. ἡ. et κακός. ου. ὁ. malus dicitur. Est aūt malitia mētis atq; animi deprauatio: a tramite veritatis deuia ꝑm Ambrosium in hexamero.
Malitia est vsuta et fallax ratio nocendi ꝑm Ciceronē lib. iij. de natura deorum. Differt autē malitia a vitiositate: q malitia certi cuiusdam vitij nomen est: vitiositas omnium.
Regum. ¶Regum primi capi. xij.
Si pseuerauerītis in malitia: & vos: et rex vester pariter peribitis. ¶Sapiētię capi. xvj.
Sapiētię. Homo autem occidit quidem per malitiam animam suam. ¶Ambrosius in hexamero.
Ambro. Mala non sunt nisi q̄ crimine mentē implicant: et conscientiā ligant. ¶Grego. sup iohelem.
Grego. Sicut ignis amoris mentē erigit: ita ignis malitiæ inuoluit: q; & spūsanct⁹ cor qd replet eleuat et ardor malitiæ ad inferiora semper incuruat.
¶Gregorius lib. xij. moralium.
Mens praua semper in laborib⁹ est: q; aut molitur mala q̄ inferat: vel metuit ne sibi ab alijs inferantur: & q̄cquid cōtra proximos excogitat: hoc contra se cogitari a proximis formidat.
¶Gregorius nazanzenus in apologetico.
Uelocius malitiæ parua scintilla cōsumimur: q̄ virtutis ignibus cōcalescere possim⁹: nā & melli plurimo parū absynthij iniectum velocē amaritudinem tradit: mellis etiā si duplū inijciat̄ absynthio non poterit eius obtineri dulcedo.
Joannes chryso. ¶Joānes chryso. super Matthæum ca. ij.
Coerceri oīno neq̄t anim⁹ praua semel volūtate vitiat⁹: q; zelus sapere nescit: & ira cōsiliū nō h;.
¶Joānes chryso. super Mattheū ca. xxij.
Sicut ignis quāto amplius ligna susceperit in maiorē flammā erigitur: sic aīa mala quanto magis veritatē audierit: eo amplius in malitia excitatur. ¶Joānes chryso. ibidem.
Aetate minores: malitia pares. Nā pulli serpentium statura breuiores sunt: veneno autē æquales: catuli luporū: & si venatiōe nocere nō possunt iam tamē sanguine gaudēt: & morsibus lædunt.
¶Joannes chryso. super Mattheū ca. xxij.
Debuerunt saducei timere pharisæorum exemplum: vt ne similiter interrogantes cōfundant. Sed ardēs malitia dū se satiare festinat: rei exitum nō aspicit: maliuolētia em̄ et liuor nutriunt imprudentiam. ¶Bernardus super cantica.
Bernar. Habet malitia cursum suum rotis quattuor cōsistentē: sæuitia: impatiētia: audacia: impudētia. Ualde enī velox est currus iste ad effundendū sanguinē: qui nec innocētia sistitur: nec patiētia retardatur: nec timore frenatur: nec pudore inhi-

betur. Trahitur autē duobus pernicibus equis: et ad omnē perniciem paratissimis. Terrena potentia: & sæculi pompa. Porro president his duobus equis aurigę duo: Timor: & Liuor. Timor q̄dem pompam: liuor potentiam agit.
Cassiod. ¶Cassio. sup illud. Anni eorū sicut Aranea.
Malignitatem vitę nostrę similitudo declarat. Aranea est animal debile ac tenuissimū: qd trāseuntibus muscis quædam rhætia dolosa contexit: sic anni illorū qui sceleratis operibus dediti sunt: inanibus & subdolis machinationibus occupant̄. ¶Ricardus de verbis apostoli sup
Ricard⁹. illud. Non in fermento malitię et nequitię.
Malitia est ex proposito & deliberatione malo cognito prono animo consentire.
Seneca. ¶Seneca epistola. lxxxij.
Malitia ipa maximā partem veneni sui bibit: at venenū qd serpētes in alienā pniciē pferunt sine sua ꝓtinēt: nō est huic simile: hoc habētib⁹ pessimū est. ¶Seneca in prouerbijs.
Male facere q̄ vult nusq̄ nō inuenit causam: maliuolus semper sua natura nititur.
¶Seneca Tragœdia. vj.
Capiēda reb⁹ in malis p̄ceps via. ¶Ibidē.
Menander. Nil ratio & vsus audet ĩ magnis malis: tenet horror artus. ¶Menander.
ἄγει τὸ θεῖον τοὺς κακοὺς πρὸς τὴν δίκην. i.
Ducit diuinitas malos ad iudiciū. ¶Idem.
θεοῦ δὲ πληγὴν οὐχ ὑπερπηδᾷ βροτός. id est
Dei autem plagā nō euitat mortalis. ¶Idē.
λήσειν διὰ τέλους μὴ δόκει πονηρὸς ὤν. i.
Latere vsq; in finem ne putes quū sis malus.
¶Idem.
ὀξὺς θεοῦ δ' ὀφθαλμὸς εἰς τὸ πανθ' ὁρᾶν. i.
Acutus dei autem oculus ad oīa inspicienda.
¶Idem.
ἀνὴρ πονηρὸς δυστυχεῖ κἂν εὐτυχῇ. id est
Uir malus infœlix est: & si fœlix sit. ¶Idē.
ἀνδρὸς πονηροῦ φεῦγε συνουσίαν ἀεί. i.
Uiri mali fuge concilium semper. ¶Idem.
ἀνδρὸς πονηροῦ σπλάγχνον οὐ μαλάσσεται. i.
Uiri mali cor non mitigatur. ¶Idem.
δύσμορφος εἶην μᾶλλον ἢ καλὸς κακός. id est
Deformis sim morgis: q̄ pulcher malus.
τὸν δόλιον ἄνδρα φεῦγε παρ' ὅλον τὸν βίον. i.
Dolosum virū fuge per totā vitā. ¶Ibidē.
θεοῦ δ' ὄνειδος τοὺς κακοὺς εὖ δαιμονεῖν. i.
Dei vituperiū malos beneficio afficere.
καὶ ζῶν ὁ φαῦλος καὶ θανὼν κολάζεται. i.
Et viuens malus: & mortuus punitur.
κακῷ σὺν ἀνδρὶ μὴ δὸλῳ ὁδοιπόρει. i.
Malo cū viro neq; oīno iter facias. ¶Idē.
πονηρὸν ἄνδρα μὴ δέποτε ποιοῦ φίλον. i.
Malum virū nunq̄ facias amicum.
φασὶν κακίστοις οἱ πονηροὶ τοὺς καλούς. i.
Dicūt pessimos mali illos q̄ sunt boni. ¶Idē.
ὡς ἔργον εὑρεῖν ἐν πονηροῖς ἤθεσιν. id est
Quā difficile bene viuere inter malos mores.
Ex. j. epigramatō. ¶Ex primo Epigrammaton.
οὐδεὶς ἀνθρώπων ἀδικῶν τίσιν οὐκ ἀποτίσει.
id est
Nullus hominū iniustorum pœnā soluet.
De hac materia habes infra vbi peccatum.

¶Malignitas græ. κακία. ας. ἡ. & πονηρός. οῦ. ὁ. malignus dicit̄. Malignus vō dicit̄ quasi malus ignis. i. prauā habens intentionē scdm. b. Tho. super psal'. xxxvj. prin. Est em̄ malignus asper: difficilis: inuidus: auarus. Hinc dicunt malignā viam quę angusta: atq; ardua est. Uergili⁹. Aditusq; maligni.
¶Maliuolentia græce κακόνοια. ας. ἡ. vel κατερεκακία. ας. ἡ. & κακόνοος. οῦ. ὁ. maliuolus. Est autē maliuolētia voluptas ex malo alteri⁹: sine suo emolumēto scdm Ciceronē li. Tus. quæst.
¶Malum græ. κακόν. οῦ. τό. dicit̄. Et nihil est aliud q̄ boni priuatio: sicut tenebrę sunt priuatio luminis scdm Joan. Damascenū lib. ij. ca. iiij. Malum nihil aliud est q̄ bonū impfectum scdm bea. Tho. scdo sen. di. xxxiiij. q. j. De hac materia vide supra in malitia. Et infra in Peccatum.
¶Malluuiū græce λεκάνη. ης. ἡ. dicitur. Et est vas in quo manus lauantur: vt pelluuium ĩ quo pedes lauantur: quod etiam peluis appellatur. Hæc eadem fœminino quoq; genere malluuiæ et pelluuię dicuntur.
¶Manifestatio græce ἐπιφάνεια. ας. ἡ. & φανερός. οῦ. ὁ. manifestus dicitur. Est autem manifestum id quod vel per cōfessionē vel probationē legitime notum fuerit: aut euidentia rei: q̄ nulla possit tergiuersatione cælari: vt habetur in. c. quum olim. de ver. signi.
Manifestū: hoc est clarū: apertum: quasi ad manus foris stans: hinc manifesto verbū: & manifeste aduerbiū: hoc est clare. Et manifestari⁹: q vulgo notorius dicitur. Plautus. Capio fustem: obtrūco gallum furem manifestarium.
Mansuetudo græce πραότης. ητος. ἡ. & πρᾶος. ου. ὁ. mansuetus dicitur. Est autē māsuetudo mediocritas circa iram ꝑm Arist. lib. iiij. æthicorum. Māsuetudo est depressio atq; sedatio irę secundū eūdē lib. j. & ij. Rhætoricorum.
Mansuetę ferę dicunt̄ cicures. Nā cicurare antiqui dicebant māsuefacere scdm. M. Uarronē. Et q̄cq̄d a fero discretū est dicit̄ cicur. Cicur ingeniū dicimus mite atq; mansuetū. Uideturq; deductū a cico. Nā cicū veteres dicebāt mēbranā tenuē: q̄ est in malo punico discrimē.
Mansuetudo quid a clæmentia differat: vide supra in clæmentia.
Māsuetudo q̄d a fortitudīe: vide. s. ĩ Fortitudo.
Mansuetus & mitis q̄ūo differant: vide infra in Mitis. ¶Matthæus cap. v.
Matth. Beati mites qm̄ ipsi possidebunt terram.
Jacobus ¶Jacobus cap. j.
Abijcientes omnē immundiciā & abundantiā malitię: in māsuetudine suscipite insitū verbū: quod pōt saluare animas vestras.
Augu. ¶Aug. sermone dn̄i in monte.
Mites sunt q̄ cedunt ĩprobitatib⁹: & nō resistūt in malo sed vincunt in bono malum.
Ambro. ¶Ambrosius sup Lucam lib. v.
Quū deposuero omne peccatum: & eruero oēm malitiam & simplicitate contētus fuero: inops

dementia. crudelitas. ira. mitis.
dieta septima. 37.

malorum: superest vt mores temperē. Quid eñ mihi prodest carere sceleribus: nisi fuero mitis: atq3 mansuetus.

Grego. ¶ Greg. moraliū lib. xix. pte. iiij. ca. xxiij. et habeť di. xlv. c. Sunt nanq3.

Sūt nāq3 nonnulli ita districti: vt & omnē mansuetudinē benignitatis amittāt: & sunt nulli ita māsueti: vt pdant districti iura regiminis. Unde cunctis rectoribus vtraq3 summopere sunt tenenda: vt nec in disciplinę vigore benignitatē mansuetudinis: nec rursus in mansuetudine districtionem deserāt disciplinę. Quatenus nec a cōpassione pietatis obdurescant: quum cōtumacē corrigunt: nec disciplinę vigorē molliant: quū infirmorum animos consolantur. Regat ergo vigor disciplinę mansuetudinem: et mansuetudo ornet sermone vigorem. Et sic alterum commendetur ex altero: vt nec vigor sit rigidus: nec mansuetudo dissoluta.

Joannes chryso. ¶ Joānes Chrysostom⁹ sup Matthæū.

Ille vō mansuetus est: qui quū puocatus fuerit nec malum cogitat facere: nec facit.

Bernar. ¶ Bernardus sup canť.

Sūt quidā mites: sed ꝙdiu nihil dicitur: vel agitur: nisi p eorū arbitrio. Patebit aūt ꝙ lōge sunt a vera māsuetudine: si leuis oriatur occasio.

Isidorus. ¶ Isidorus soliloquiorum lib. ij.

Magna est virtus: si non lædas a quo læsus es.

¶ Ibidem.

Magna est fortitudo: si etiā læsus remittas.

¶ Ibidem.

Magna est gloria: si cui potuisti nocere parcas.

Cassiodorus. ¶ Cassiodorus sup psaľ. xxxiij.

Māsueti lætentur: non dixit: in lege docti: nō ieiunātes: nō psallentes: sed mansueti lætentur: q charitate pręcipua habere omnium rerum temperantiam consueuerunt.

¶ Cassiodorus super psaľ. xxxvj. Mansueti hæreditabunt terram.

Mansuetos appellamus manu consuetos. i. patientes & mites: qui alienas iniquitates tolerāt nec aliquem grauare pręsumunt.

Seneca. ¶ Seneca in Hercule furēte tragœdia pma.

Quisquis est placidę potēs dominusq3 vitę.
Seruat innocuas manus:
Et incruentum mitis imperium regit.
Animę quę parcit: longa permensus diu
Fœlicis æui spacia: vel cœlum petit.
Uel læta fœlix nemoris Elisij loca.

De hac materia vide supra in clæmentia.

¶ Manducatio dicit tria. s. fractionē: deglutitionē: & nutritionem secundū. b. Tho. iiij. sen. di. xij. questio. j. ar. iij.

¶ Manumissio est libertatis datio/secundū Ulpianum: vt habetur insti. de liber. §. j. & xij. q. ij. Quum redemptor.

¶ Manus græce χείρ, ρός, ἡ. dicitur. Est aūt manus organū organorū: quia facit omnia īstrumēta: & est loco omniū instrumentorum scdm. b. Tho. tertia parte. q. lxxxiij. ar. v. Dicit autē a manādo (vt quidā volūt) ꝙ a brachijs manet: & ab ea digiti manent: estq3 mēbrū decentissimum. Manus interdum significat multitudinē. Uerg. Hic manus ob patriam, pugnando vulnera passi. Aliquando pro potestate. Ouidius. An nescis longas regibus esse manus?

¶ Mare grece θάλασσα. ης. ἡ. & θαλάσσιος. ου. ὁ. marinus dicit. Qr aūt mare fluat & refluat: est ex motu lunę: cui aqua naturaliter subditur scdz. b. Tho. prima parte. q. cv. ar. vj.

Maria interpretatur stella maris: vel illuminatrix. Et syro sermone domina ex. b. Tho. super Matthæū col. xxiiij. Maria debet pferri penultima breui: vt Marius. Ita & lucia proferri debet penultima breui: quēadmodū & Lucius: licet vsus oppositum vsurpet apud plærosq3.

¶ Aug. in sermone assumptionis.

Auctrix peccati Aeua: auctrix meriti Maria. Aeua occidēdo obfuit. Maria viuificādo pfuit. Illa pcussit. Ista sanauit.

¶ Augu. in sermone de natiui. btē Marię.

Aue maria gratia plena dñs tecum: tecū in corde: tecū in ventre: tecū in vtero: tecum in auxilio.

¶ Augustinus ibidem.

Exultauit Maria: & matrē se leta mirať: & de spiritu scto se protulisse gaudet. Nec qr pepit innupta terreť: sed qr genuit cum exultatione mirať.

¶ Augu. in sermone annūciationis.

Uera ratione censeo confitendum. Mariam in Christo: & apud Christū esse. In Christo: qr in ipso viuim⁹ mouemur & sum⁹: apud Christū: qr gloriose ad æternitatē assumptā benignitate christi honoratius susceptam cæteris: atq3 ad cōmunē vtilitatē nō additam post mortem putredini videlicet vermi & pulueri.

¶ Aug. in sermone de assumptione.

A maledictione Aeuę excipitur Maria: cui dictū est: in dolore paries filios: qr ipsa in lætitia parturiuit dominū. Igitur similiter a maledictione Adæ excipi debuit: cui dicitur puluis es: & in puluerem reuerteris. Ergo nō debuit incinerari: licet mortua sit. Præceptū eñ ē honorare patrē et matrē. Quū ergo Christus in vita pre cæteris honorauerit matrē: piū est credere ipm in morte speciali gratia ipam prę cæteris honorasse. Caro christi: caro virginis est: & multo specialius est ꝙ Joseph: Judę cæterorūq3 fratrum: q dicebant frater & caro nostra est. Unde sicut caro christi nō vidit corruptionē: sic nec caro virginis. Thronū dei & thalamū domini & tabernaculū Christi dignū est ibi esse: vbi ipse: preciosissimum thesaurū digni⁹ est in cœlo seruari ꝙ ī terra. Tantā igitur integritatē merito incorruptibilitas nō putredinis vlla resolutio sequitur.

¶ Augustinus ibidem.

Facta est Marię humilitas scala cœlestis: p quā de⁹ descēdit ad terrā. Quid eñ est dicere respexit hūilitatē: nisi approbauerit? Multi eñ videtur in ɔspectu hominū humiles esse: sed eorum humilitas a dño nō respiciť. Si eñ veraciter humiles essent: nō ab hominibus laudari se vellēt: nō in hoc mūdo: sed ī deo spirit⁹ eorum exultaret.

¶ Aug. lib. de natura & gratia.

Excepta virgine Maria: de qua ppter honorē domini nullā prorsus habere volo quæstionem. Inde enim scimus: ꝙ ei plus collatū fuit gratiæ ad vincendū oñi ex parte peccatū: qr concipere ac parere meruit eū: quē constat nullū habuisse peccatū. Hac ergo virgine excepta: si oñes sanctos & sanctas: quū hic viuerent cōgregare possem & interrogare vtrū essent sine peccato: quid fuisse responsum putamus? nisi quod ait Joan. Si dixerimus qr peccatū nō habemus &c.

¶ Augu. lib. de virginitate.

Fœlicior partus spūalis: ꝙ carnalis: beatior eñ maria fuit concipiendo xpm fide ꝙ carne. Materna eñ propinquitas nihil ei profuisset: nisi fœlicius ipm fide: ꝙ carne gestasset.

¶ Idem super illud luce. xj.

Beati qui audiunt verbum dei &c.

Hoc est dicere. Mater mea quā appellatis fœlicem. Inde fœlix est: qr verbum dei custodit: nō quia in illa verbum caro factum est.

¶ Aug. lib. contra duas hereses.

Sicut in transitu meo mariæ non est corrupta virginitas: sic mea ibi nō ē maculata maiestas.

¶ Augustinus ibidem.

Unde sordes in maria q̄ nec in concipiendo libidinē: nec in pariendo est passa dolorē? Unde sordes in domo in qua nullus habitator terrę accessit. Solus ad eā eius fabricator: & dñs venit?

¶ Augu. ibidem. Quomodo fiet istud.

Aeua inobediens meruit pœnā. Maria obediens consecuta est gratiā. Illa gustando prohibitū maledicta: hec credendo angelo bñdicta.

¶ Augu. lib. de virginibus.

Quod profecto nō diceretur nisi deo virginem seam vouisset. Sed qr hoc Israelitarū mores adhuc recusabāt desponsata est viro iusto: nō violēter ablaturo: sed potius cōtra violātes custodituro quod illa iam vouerat.

¶ Hiero. in sermone de assumptione.

Aue maria gratia plena dñs tecū &c. Talib⁹ nāq3 decebat virginē oppignerare muneribus. Ut esset gratia plena: quę reddidit cœlis gloriā: terris deū: pacēq3 refudit: fidē gentibus: finem vitijs: vitę ordinē: moribus disciplinam.

¶ Hiero. ibidem.

Quod natura nō habuit: vsus nesciuit: ignorauit ratio: mens nō capit humana: pauet cœluz: stupet terra: creatura omnis etiā cœlestis miratur. Hoc totū est qd p Gabrielē mariæ diuinit⁹ nunciatur.

¶ Ambrosius sup Lucam.

Non mirū si dñs redēpturus mundū operationē suā tunc inchoauit a Maria: vt per quā salus omnibus parabatur: eadē prima fructū salutis hauriret ex pignore.

¶ Ambro. sup lucā. li. ij.

Maluit dominus aliquos de suo ortu ꝙ de matris pudore dubitare. Sciebat eñ tenerā virginis verecūdiā & lubricā famā pudoris. Nec putauit ortus sui fidē matris iniurijs astruēdā. Seruatur itaq3 sanctæ mariæ: sicut pudore integra: ita inuiolabilis opiniōe virginitas. Oportet eñ sanctos & ab ijs testimoniū habere: q foris sunt: nec decuit sinistra virginis opinio ne viuētibus velamē excusatiōis relinqui: ꝙ infamata mater quoq3 dñi videreť.

¶ Ambro. ibidem.

Surgens maria &c. Nō quasi incredula de oraculo: nec quasi incerta denūcio: nec dubitās de exēplo: sed quasi læta p voto: religiosa pro officio: festina pro gaudio: in mōtana perrexit. Quo eñ iā deo plena nisi ad superiora cū festinatione cōscēderet? Nescit tarda molimina spūssancti gratia.

¶ Ambro. super lucā lib. x.

Seruatur itaq3 sanctæ mariæ sicut pudore integra: ita inuiolabilis opinione virginitas. Nec decuit virginibus sinistre viuentibus velamen excusatiōis relinqui ꝙ infamata quoq3 mater domini videretur. Quid aūt iudeis. Quid herodi posset ascribi? si natū viderent ex adulterio persequi. Quēadmodū ipse diceret: nō veni soluere legē: sed adimplere: si videretur incipere a legis iniuria: quum partus innuptæ lege damnareť.

¶ Ambrosius de virginitate.

Quicunq3 sibi Mariæ optat præmiū: imitetur exemplum.

¶ Ambrosius ibidem.

Uirgo maria erat nō solū corpore: sed & mente: quę nullo doli ambitu sincerū adulteraret affectū. Corde humilis: verbis grauis: aīo prudēs: loquēdi parcior: legendi studiosior: nō in incerto diuitiarū: sed in prece pauperū spem ponēs intenta opere: verecunda sermone.

¶ Ambrosius de virginibus.

Quid nobilius dei matre? quid splendidius ea quē splēdor elegit? Quid castius ea quę corpus sine corporis cōtagiōe generauit.

¶ Ambrosius ibidem.

Arbitriū mētis non hominem: sed deū quęrere: nullum lædere? oībus bene velle: maioribus assurgere: æqualibus nō inuidere: iactantiā fugere: rationē sequi: veritatē amare. Quādo ista fastidiuit humilē? quando risit debilē? quando vitauit inopē. Nihil in oculis toruū. Nihil in verbis procax: nihil in actu inuerecundū: nō gestus fractior: nō incessus solutior: nō vox petulantior: vt ipsa corporis species simulacrū fuerit mentis: figura pbitatis: talē hāc euāgelista mōstrauit: talem angelus reperit: talē spūssanctus elegit. Quid enim in singulis morer? Quę digna fuit ex qua dei filius nasceretur.

¶ Ambrosius de virginibus lib. ij.

Quātæ in vna virgine species virtutū emicant? secretū verecūdiæ: vexillū fidei: deuotiōis obsequiū: virgo intra domū: comes ad ministeriū: mater ad templū.

¶ Ambro. de virginib⁹. lib. ij.

Sit igitur nobis tanꝙ in imagine descripta virginitas vita Marię: in qua velut in speculo refulget spēs castitatis: & forma virtutis. Hinc sumatis exempla virtutis: vbi tāꝙ in exēplari magisteria expressa probitatis: quid corrigere: qd fugere: quid tenere debeatis ostendunt.

¶ Ambro. li. de virginitate.

Talis fuit Maria: vt eius vnius vita omniuz disciplina sit.

¶ Ambrosius in sermone de natiuitate beatæ virginis.

Beata maria priusꝙ conciperet: vel nasceretur erat prenunciata: & designata miraculis: nata vō de progenie diuinit⁹ ordinata priuilegio virtutū insignis emicuit: saluatorē condidit: a q gloriſicata ī cœlis nūꝙ terrigenis pͦcinari desistit.

¶Ambrosius ibidem.

Ipsa conteret caput tuū. Uirgo serpenti caput cōtriuit in eo q̄ humilitatē ⁊ virginitatē deo sanctificauit. Uirginitate nanq̄ seruata probat̄ extinxisse cōcupiscētiā mētis: sicq̄ principali suggestiōe diaboli victa vitiosum caput virtutis pede cōtriuit. Nō tamē hoc solo: sed eo q̄ maxime triumphauit: q̄ de sua mundissima carne cōparata sapientia vincit.

¶Ambro. in sermone natiuita. beatę virginis.

Beata maria nō fortuitu: aut solū placito: vt quidā putāt: sed diuina dispensatione nomen accepit. Ita vt ipsa quoq̄ vocabuli sui figura magnū quoddā innueret. Interpretat̄ em̄ stella maris. Nautis em̄ mare transeuntibus vocare est op⁹ stellā maris longe a supremo cœli cardine coruscantē: ⁊ ex respectu illius dirigere cursum: vt possint portū destinatū apprehendere. Simili modo fratres oportet vniuersos christicolas inter fluctus huius sæculi. Hanc ad Mariā q̄ supremo rerū cardine deo proxima est: ⁊ respectu exempli eius cursum vitæ dirigere. Quod q̄ fecerit nō iactabit̄ vanæ gloriæ vento: nec frangetur scopulis aduersoꝝ: nec absorbebit̄ voragine voluptatū: sed prospere veniet ad quietis æternæ portum.

Grego. ¶Grego. in registro.

Dn̄s vnigenitus dei existēs ante sæcula ex mariæ vtero natus est homo: inuestigabili miraculo facta est: ⁊ ancilla hoīs per deitatē: ⁊ mater verbi per carnē. ¶Greg. mora. sup illud. Uirtus altissimi obumbrabit tibi.

Quia vmbra nō aliter exprimitur: nisi per lumē ⁊ corpus: virtus altissimi mariā obumbrat: q̄ in ei⁹ vtero lux incorporea corpus sumpsit: ex qua videlicet obumbratiōe om̄e in se refrigeriū mentis accepit. ¶Grego. ibidem.

Christus nō operāte coitu: sed spiritusancto superueniente cōceptus est. Natus autem materna viscera: ⁊ fœcunda exhibuit: ⁊ incorrupta seruauit.

Joānes chrysost. ¶Joan. chrysost. sup Matthēū.

O inestimabilis marię laus ⁊ Joseph: plus credidit castitati: q̄ vtero intumescēti: plus gratiæ q̄ naturæ: cōceptionē vidit: sed fornicationē nō existimauit: possibilius credebat mulierē sine viro cōcipere: q̄ mariā posse peccare. ¶Ibidē.

Comesatrix ac vinolēta nunq̄ maria fuit: q̄ omnis mulier q̄ vinolēta est ⁊ comesatrix: meretrix est. Nō leuis: nō iocosa: nō cantatrix: nō turpium verboꝝ amatrix: sicut solēt plærūq̄ puellæ: quę libenter talia: aut loquuntur: aut audiūt. Nō super virū oculos suos extulit: aut infixit aspectū.

¶Joan. chryso. super Matthæum.

Ideo fabro lignario desponsata fuit: q̄ christus ecclesiæ sponsus omnē salutē hominū p lignum crucis operaturus erat.

Bernar. ¶Bernardus in sermone lib. ij.

Uirgo regia ipsa est via per quā saluator aduenit procedens de ipsius vtero tanq̄ sponsus de thalamo suo. Per te accessum habeamus ad filiū: o benedicta inuētrix gratiæ: genitrix vitę: mater salutis: vt per te suscipiat nos: q̄ per te dat⁹ est nobis. Excuset apud ipm integritas tua: culpam nostræ corruptiōis: ⁊ humilitas deo grata nostræ veniā impetret vanitati. Copiosa charitas tua nostroꝝ cooperiat multitudinē peccatorū: ⁊ fœcunditas gloriosa fœcunditatē nobis cōferat meritorum. Bernar. ibidem.

Ad beatā virginē sicut ad mediū: sicut ad archanū dei: sicut ad rerū cām: sicut ad negociū sæculorū respiciūt: ⁊ q̄ in cœlo sunt: ⁊ qui in inferno habitāt: ⁊ q̄ nos p̄cesserunt: ⁊ nos qui sumus: et qui sequunt̄: ⁊ nati natoꝝ: ⁊ q̄ nascent̄ ab illis: et qui in inferno: vt eripiant̄: ⁊ q̄ precesserunt: vt prophetę fideles inueniant̄: ⁊ qui sequunt̄: vt glorificentur. ¶Idem in sermone. xcviij.

Per te virgo sancta cœlū impletū est. Infernus euacuatus est. Instauratæ ruinæ cęlestis Hierusalē miseris expectātibus pdita vita data est.

¶Ibidem.

Maria facta est omnibus sapientibus ⁊ insipientibus copiosissima charitate. Debitricē se fecit: omnibus misericordiæ sinū aperuit: vt de plenitudine eius accipiāt vniuersi: captiuus redemptionē: æger curationē: tristis cōsolationē: peccator veniā: iustus gratiā: angelus lætitiā: deniq̄ tota trinitas gloriā: filij persona carnis hūanæ substantiā: vt nō sit qui se abscōdat a calore eius. ¶Bernardus super Missus est.

Maria virginē se oblita gloriatur de humilitate: ⁊ tu negligēdo humilitatē blādiris tibi de virginitate. ¶Bernardus.

O peccator ad filiū dei nō audes accedere: quare nō liq̄fias vt cęra a facie ignis. Uade ad matrē peccatorū: ⁊ ostēde ei tua facinora: ⁊ ipsa ostēdet pro te filio pectus ⁊ vbera: ⁊ fili⁹ ostēdet patri latus ⁊ vulnera. Pater nō negabit filio postulanti: ⁊ filius nō negabit matri interpellāti: mater nō negabit peccatori ploranti.

¶Bernardus in sermone de cōceptione.

Dico virginē gloriosam de spiritusancto concepisse: nō cōceptā fuisse: dico peperisse virginem nō tamē partā a virgine. Alioquin vbi erat prærogatiua matris dn̄i? q̄ singulare credit̄ exultare ⁊ munere prolis: ⁊ integritate carnis. Si tantum dederis ⁊ matri eius: nō est virginē honorare: sꝫ honori detrahere. Quum igit̄ hæc ita se habeāt quæ nā erit festiuitas cōceptionis? Quo v[illegible]acto aut sanctus assereret̄ cōceptus: qui de spiritu sancto nō est: aut festus habebit̄: q̄ minime sanctus est? ¶Bernar. in sermone de aduētu.

Christus flos campi: ⁊ nō horti. Campus em̄ sine omni humano floret adminiculo: non seminatus ab aliquo: nō defossus sarculo: nō impinguatus fimo. Sic omnino virginis aluus floruit: sic inuiolata ⁊ casta marię viscera: tāq̄ pascua æterni uitoris floruerūt. Cuius pulchritudo nō vidit corruptionē. Flos in ppetuū non marcescet.

¶Bernardus in sermone de beata virgine.

Ecce corā tremēdo iudice peccatores assistim⁹: cui⁹ man⁹ terribilis: gladiū iræ suę vibrat super nos. Et q̄s auertet eā? Nemo dn̄a tā idoneus: vt gladio dn̄i obijciat manū: vt tu dei amātissima: p quā primū in terris suscepim⁹ misericordiam de manu dn̄i. ¶Bernar. in sermo. de aduētu.

Domina nostra: mediatrix nostra: aduocata nostra filio tuo nos recōcilia: ⁊ repræsenta patri: o

benedicta per gratiā quam inuenisti: vt qui mediante te fieri dignat⁹ est particeps infirmitatis nostrę: ⁊ miseriæ nostræ: te quoq̄ intercedēte participes nos faciat suæ gloriæ.

¶Bernardus in sermone de natiuitate.

Aduocatā vis habere ad Christū. Ad Mariā recurre. Exaudiet itaq̄ matrē filius. Cæterū quicquid illud est qd̄ offerre paras Mariæ cōmendare memento: si non vis sustinere repulsam.

¶Bernardus ibidem.

Si pie a nobis pulsata fuerit ⁊ inuocata compatietur nobis: nec deerit necessitati nostrę: si q̄dē nec facultas deesse poterit: nec voluntas: q̄m regina cœlorū misericors est: ⁊ mater misericordiæ. ¶Bernardus sup Cant. iij.

Est sagitta electa amor Christi: q̄ Marię animā non solummō confixit: sed etiā pertransiuit: vt nullā in pectore virginali particulā vacuā relinqueret: sed tota virtute: toto corde: tota anima diligeret: ⁊ esset gratia plena: aut certe ptransiuit eā: vt veniret vsq̄ ad nos: ⁊ de plenitudine illa oēs acciperem⁹: ⁊ fieret mater charitatis. Cuius pater est charitas deū parturiens: ⁊ in sole ponens tabernaculū: vt scriptura impleret̄: q̄ dicit. Dedi te in lucē gentinm: hoc est impletum per Mariam q̄ in carne visibili edidit quē inuisibilem: nec de carne: nec cū carne suscepit.

¶Bernardus ibidem. sermone. xxxij.

Uirtus altissimi obumbrabit tibi: vere virtus in carne Christi: q̄ virtus obumbrauit: vt qd̄ impossibile erat mortali fœminæ obiectaꝫ viuifici corporis præsentiā maiestatis: ⁊ lucē sustineret inaccessibilē. Uirtus plane in qua vnius fortitudo cōtraria debilitata est: ⁊ virtus ⁊ vmbra fugans dęmones: tutans homines: aut certe virtus vegetans: ⁊ vmbra refrigerans.

¶Bernardus ser. lv.

Christus transiliuit Gabrielē: ⁊ puenit ad virginem eodē archangelo attestante: q̄ ait. Aue gratia plena dn̄s tecū. Quid quē mō reliquisti i cœlo in vtero reperis? Transilijt te: qui p̄misit te. vnde dicitur. Exultauit vt Gygas ad currendā viam. ¶Bernardus li. v. de Consideratiōe.

Mulier euangelica: q̄ cōmiscuit tria sata farinę fuit beata virgo: quæ incarnatione fermento fidelis suę cōmiscuit tria sata: nouū: antiquū: ⁊ æternum: scdm animā de nouo creatā. Corpus de natura Adā: ⁊ æternū in vnione diuinitatis.

¶Bernar. ad canonicos Lugdunenses.

Magna fuit sanctificatio Hieremiæ: qua potuit vitare faciliter culpā mortaliū. Maior sanctificatio Joannis baptistæ: qua potuit vitare frequentiā venialiū. Maxima virginis Marię: qua potuit vitare (immo vitauit) omne peccatum.

¶Bernardus sup Missus est.

Hæc est virgo carne ⁊ mēte: virgo pfessione: virgo deniq̄ qualē scribit Apostolus: mente ⁊ corpore sancta. ¶Bernardus sup illud Apocalipsis. Habebat in capite coronam stellarū. xij.

Q̄ triennis in tēplo præsentata est beata virgo ⁊ in contubernio virginū posita: nondum plene verba formabat. ⁊ iam gressu maturo incedebat: vt non infantula putaret̄: sed grandæua; horas sic discernebat: q̄ mane vsq̄ ad tertiā orationi vacabat: a tertia vsq̄ ad nonā texebat vel nebat ad cultū templi: nona aūt orationi instabat: donec angelus veniebat: de cuius manu cibū sumebat: cibū vero: quē cū alijs virginibus sumebat.

¶Origenes super illud Matthei. j.

Joseph quū esset iustus

Joseph iustus erat verbo: iustus in facto: iustus in legis cōsummatione: iustus in initio gratiæ. Ideo eā dimittere volebat: q̄m virtutē mysterij: ⁊ sacramentū quoddā magnificū in ea eē cognoscebat: cui approximare se indignū æstimabat: exēplo Petri lucæ. v. Recede a me: q̄ homo peccator sum.

¶Petrus Damian⁹ in sermone sup euangeliū Liber generationis. Petrus damian⁹

Hinc fratres: hinc ergo ppendite: quib⁹ laudib⁹ digna sit beata ⁊ gloriosa virgo Maria: q̄ illum de castissimis suis viscerib⁹ nobis genuit: q̄ nos de tā profundo gutture auidissimi drachonis eripuit. Ad eius nāq̄ digna ferenda pręconia non Rhetoricorū diserta facunda: non dialecticorum subtilia argumēta: nō acutissima philosophoruꝫ apta reperiunt̄ ingenia. Et quid mirū: si hęc ineffabilis virgo in suis laudibus modū humanę vocis exuperat: quū ⁊ ipsaꝫ humani generis naturā excellentiū meritorū dignitate trāscendat.

¶Idē in sermone natiuitatis beatę virginis.

Quo pacto eius festiuitatē digne celebrare pōt infirmitas hominū? q̄ gaudiū parere meruit angelorū? Qualiter eam laudare poterit mortalis hominis transitoriū verbū quę illud de se ptulit verbū: qd̄ manet in æternū. Quę lingua in eius laude inueniet̄ idonea? quę illum genuit: cui oīa benedicunt: ⁊ cum tremore obediunt elementa.

¶Anselmus de laudibus Marię. Ansel.

O fœmina mirabiliter singularis / ⁊ singulariter mirabilis / p quā elementa renouantur. Angeli reintegrātur. Inferna euacuant̄. Homines saluant̄. O fœmina plena: ⁊ superplena gratia. de cuius plenitudinis exundantia respersa resultat oīs creatura. O virgo benedicta p cuius beatitudinē benedicit̄ oīs creatura: ⁊ nō solū creatura a creatore / sed etiā creator a creatura laudatur. O Maria dulcissima semp q̄ beatissima. Si oīs peccator ad te conuersus ⁊ a te sit despectus necesse est vt intereat. Si oīs peccator ad te cōuersus ⁊ a te cōspect⁹ īpossibile est vt peat.

¶Ansel. de cōceptu beatę virginis Marię.

Si Hieremias q̄ lugentibus erat ppheta futur⁹ in vulua est sanctificat⁹: ⁊ Joannes in spiritu et virtute Helyę ventur⁹ seruus est in vtero matris spiritusancto repletus: q̄s dicere audeat singulare totius sæculi propiciatoriū: ⁊ filij dei vnicū reclinatoriū mox in suę cōceptionis exordio spiritussancti gratia destitutum?

¶Ansel. de conceptu virginali ca. xij. ⁊ xiij.

Decebat vt illius hominis conceptio de matre purissima fieret. Nēpe decēs erat: vt ea puritate: qua maior sub deo nequit intelligi virgo illa niteret: cui deus pater vnicū filiū: quē de corde suo æqualē sibi genitū tanq̄ seipsum diligebat: ita dare disponebat vt naturaliter esset vnus idemq̄ communis dei patris ⁊ virginis filius.

¶ Anselmus ibidem.
Nihil tibi domina ē æquale: nihil comparabile. Omne enim quod est: aut supra te est: aut infra te est. Quod supra te est: solus deus est. Quod infra te est: est omne quod deus non est.
¶ Anselmus ibidem. ca. xxvj.
O domina: si tuus filius fact⁹ est ꝑ te frater noster: nonne tu per illum facta es mater nostra? Ecce inquit dominus mater tua. O peccator homo gaude: & exulta. Non est vnde desperes. Non est vnde formides: id qđ iudicabitur de te totū dependet ex sententia fratris tui & matris tuæ.
¶ Idem in orationibus.
O beata fiducia: o tutū refugium: mater dei est mater nostra. Iudex noster ē frater noster. Qua igitur certitudine debemus sperare? qua consolatione possimus timere: quorum: siue salus: siue damnatio de boni fratris: & de bonæ matris pendet arbitrio.
¶ Anselmus. Cur deus homo. ca. j.
Oportebat vt sicut per hoīs inobedientiā mors in humanum genus intrauerat: ita ꝑ hoīs obedientiam vita restitueret: & quēadmodū peccatum: quod fuit causa nostrę damnatiōis initium habuit a fœmina: sic salutis author nasceret de fœmina: vt sicut diabolus per gustum ligni suauis hominem vicerat: sic per passionē quam intulit in ligno ab homine vinceretur.

Dantes.
¶ Dantes Paradisi cantica ca. vltimo.
La tua benignita non pur soccorre
A chi domanda: anci multe fiate.
Liberamente al domandar precorre.
In te misericordia: in te pietade:
In te magnificentia: in te se aduna
Quantunche in creatura e di bontade.

Baptista Mantuanus.
¶ Baptista Mantuanus Carmelita Parthenices li. j. c. ij.
Nulli adeo viuax animi solertia: nulli
Tam fœlix aderit florentis gloria linguæ:
Ut Mariæ possit laudes æquare loquendo.
Quæ data sunt illi nunꝗ mortalibus vllis
Antea concessit: nec post concedet olympus.

Martyriū greca dictio est. Nā μαρτύριον.ου.τὸ. testimoniū significat: & μάρτυρ.υρος.ὁ. testis dicit. Est aūt martyriū actus virtutis quadruplicis scilicet fortitudinis: vt elicientis pricipaliter. Patientiæ vero: vt elicientis cōsequenter. Sed charitatis: vt imperātis. Et fidei: vt finis. ex. beato Tho. scđa scđæ. q. cxxiiij. ar. j. & ij.
Matyrium est actus maximæ perfectionis: non quidē secundū se: sed vt imperatur a charitate: & vt eā ostendit: vt ibidem ar. iij.
Mors est de ratione martyrij: vt Ibidem ar. iiij.

Matth.
¶ Mattheus in Euangelio. ca. xj.
A diebus aūt Joannis Baptistę vsq₃ nunc regnum cœlorū vim patit̄ & violenti rapiūt illud.

August.
¶ Augustinus super. ps.
Sæculi homines īfœliciter fœlices sunt: martyres autem fœliciter infœlices erant.
¶ Augustinus contra petilianū: & habetur. xxiij. q. v. ca. Tu dixisti.
Neq₃ enim veneramur nomine martyrum: eos ꝗ sibi collum ligauerunt.
¶ Augustinus de verbis Apostoli.
Iniuria est pro martyre orare: cuius debemus orationibus commendari.

Hiero.
¶ Hieronymus in Jonam prophetā: & habetur. xxiij. q. v. Non est nostrum.
Non est nostrū mortem arripere: sed illatam ab alijs libenter accipere: vnde in persecutionibus nō licet mihi propria perire manu absq₃ eo vbi castitas periclitatur: sed percutienti colla submittere.

Ambro.
¶ Ambrosius: & habetur. xxiij. q. viij. cap. Conuenior.
Uultis in vincula rapere? Uultis in mortem? voluntas est mihi. Non ego me vallabo circunfusione populorum: nec altaria tenebo vitam obsecrans: sed ꝓ altaribus gratis immolabor.

Grego.
¶ Gregorius in Homelia de virginibus.
Martyr pro Christo mori nō potuisset corpore: nisi prius desiderijs terrenis mortuus fuisset in mente. Erectus nanq₃ animus ad virtutis culmen tormenta derisit: præmia calcauit: ante armatos reges: & præsides ductus imperterritus stetit: feriente robustior: iudicante sublimior.
¶ Gregorius super euang. Homelia. iij.
Quāuis occasio persecutionis deest: habet tamen & pax nr̄a martyrium suum: quia & si carnis colla ferro nō subdimus: spirituali tamē gladio desideria in mente trucidamus.
¶ Gregorius in Homelia.
Duo sunt quippe martyrij genera: vnū in publico: aliud in mente simul & in actione. Itaq₃ esse martyres possumus: etiā si nullo ferro ꝑcutientiū trucidemur.
¶ Idem in Homelia.
Mori a persequente martyrium in aperto opere est. Ferre vero contumelias: & odientem diligere: martyrium est in occulta cogitatione.
¶ Grego. Homelia. xxxv.
Si adiuuāte nos dn̄o virtutē patiētiæ seruare contēdimus & in pace ecclesiæ viuimus: & martyrij palmam tenemus.
¶ Gregorius ibidem.
Nos sine ferro & flamine martyres esse possum⁹ si patientiam veraciter in animo custodiamus.

Joannes chryso.
¶ Joannes Chrysostomus super Mattheū.
In prælijs sensibilibus qui paratior est ad occisionem: propior est: & hostibus terribilior: ꝗuis eum rex non possit suscitare post mortem: quanto magis hic vbi tanta spes resurrectionis est?

Bernar.
¶ Bernardus in sermone.
Quod martyrium grauius: ꝗ inter epulas esurire? inter vestes multas preciosas algere: paupertate premi: inter diuitias: quas offert mundus: quas ostentat; malignus: quas desiderat noster appetitus. Propterea pauperibus pariter & martyribus regnū celorū promittit: quia paupertate quidē emitur: sed ī passione ꝓ xp̄o absq₃ dilatione percipitur.

Hugo.
¶ Hugo de Claustro aīe.
Fortissimus abraham: sed beat⁹ laurētius fortior fortissimo. Audiamus qualr abraham sua dimisit: & Laurenti⁹ sua dispersit: & dedit pauperibus. Abrahā filium suū deo obtulit: Laurentius seipm ꝓ filio dei. Hic ignem parat: collo ligat filiū: gladiū euaginat: sed angelū audit phibentē: ne pficiat. Ille ad ignē positus xp̄m prędicat: carnifices vero vrgentes carbones ministrādo: verbis exasperat: efficit holocaustū dn̄o. i. totū incensum: intus igne charitatis: exterius vero flamma tribulationis. Hic quia obediens efficit filium recipit incolumen. Ille quia perseuerat in tormentis: a dei filio recipitur ad salutem.

¶ Mathematica greca dictio est. Nā μαθηματική.ῆς.ἡ. dicit: & est scīa quadriuialis. Periti vero huius sciæ μαθεματικοὶ dicunt. Iuue. Nota mathematicis genesis tua. Diciturq₃ mathematica: qm̄ veteres greci Geometriā: Musicam: Arithmeticā: & Astrologiā: disciplinas altiores μαθήματα appellabāt. Uulg⁹ aūt Caldeos quoq₃ magos: mathematicos vocat. Exinde aūt his sciētijs ornati ad pdiscenda mūdi opera. & principia naturæ procedebant: ac tunc deniq₃ φυσικοὶ physici id est naturales nominabantur.

Matrimoniū grece συζυγία.ας. ἡ. & σύζυγος.ου.ὁ.ἡ. cōiunx dicit. Est autem matrimonium legitima societas inter virum & vxorem in qua ex pari cōsensu semetipm alter alteri debet scđm Augustinum li. de virginitate beatæ Uirginis.
Matrimoniū est viri mulierisq₃ coniunctio maritalis inter legitimas psonas vitā indissolubilē retinens scđm Magistrū sen. iiij. sen. di. xxvij.
Matrimonium est coniunctio maris & fœminę: inter personas legitimas indiuiduam vitę consuetudinem retinens: vt habetur. xxij. q. ij. ¶. j.
Matrimonium est viri & mulieris cōiunctio: indiuiduam consuetudinē vitę retinens: vt habet̄ institu. de patria potestate. ¶. Nuptiæ.
Matrimonium dicitur quasi matris munium id est officium: vel quasi matrem muniens: vel monens: vel quasi mater vnius: vel quasi a matre & nato. Dicitur aūt magis a matre: quia magis ꝑtinet ad rationem eius: ꝗ pater. Nam mulier pricipaliter facta est propter hoc: nō autem vir. Et mulier circa prolem est magis officiosa. ex bea. Tho. iiij. sen. di. xxvij. q. j. ar. j.
Matrimonium contrahendum impedientia: & iā contractum dirimentia sunt quæ continentur in his versibus.
Error: Conditio: Uotum: Cognatio: Crimen:
Cultus: Disparitas: Uis: Ordo: Ligamen: Honestas:
Si sis affinis: Si forte coire nequibis:
Hęc sociāda vetant: connubia facta retractant.

Thobias
¶ Thobias capitulo. vj.
Angel⁹ Raphael dixit Thobiæ. Audi me & ostēdam tibi qui sunt ꝗbus præualere potest Demoniū. Hi nāq₃ qui cōiugium ita suscipiunt: vt deū a se: & a sua mēte excludāt: & suę libidini ita vacent: sicut equus & mulus in quibus nō est intellectus: habet potestatem Demoniū super eos. Tu autem cum acceperis eam ingressus cubiculum per tres dies continens esto ab ea: & nihil aliud nisi orationibus vacabis cum ea.

Prouerbiorum.
¶ Prouerbiorum capitu. xix.
Domus & diuitiæ dantur operantibus. A domino autem proprie vxor prudens.

Ecclesiastici.
¶ Ecclesiastici capitulo. vij.
Noli discedere a muliere sensata & bona: quā sortitus es in timore dn̄i: gratia eīn verecundiæ illius super aurum.
¶ Ecclīastici capi. vij.
Trade filiā: & grande opus feceris: & homini sensato da illam.
¶ Ecclesiastici capitulo. xxv.
In tribus placitū est spiritui meo: quæ sunt probata coram deo & hominibus. Concordia fratrū: et amor proximorū: et vir & mulier sibi bene consentientes.
¶ Ecclesiastici capitulo. xxv.
Beatus qui habitat cum muliere sensata.

Matth.
¶ Mattheus capitulo. v.
Dictum est aūt: quicūq₃ dimiserit vxorem suam det ei libellum repudij. Ego autē dico vobis: q₃ oīs qui dimiserit vxorē suam excepta fornicationis causa facit eā mœchari: & qui dimissam duxerit adulterat.
¶ Mattheus capitulo. xix.
Accesserūt ad Jesum Pharisei tentātes eū & dicētes: si licet homini dimittere vxorē suā quacūq₃ ex causa? Qui rn̄dens ait eis. Nō legistis q₃ qui fecit ab initio hominē masculū & fœminā fecit eos. Et dixit. Propter hoc dimittet homo patrem & matrē & adherebit vxori suę: & erunt duo in carne vna. Itaq₃ iam nō sunt duo: sed vna caro. Quod ergo deus coniunxit hō non separet.
¶ Mattheus capitulo. xix.
Quicunq₃ dimiserit vxorem suam: nisi ob fornicationē: & aliam duxerit: mœchatur. Et ꝗ dimissam duxerit mœchatur.

Lucas.
¶ Lucas cap. xvj.
Oīs qui dimittit vxorem suā & alterā ducit mœchatur: & qui dimissam a viro ducit mœchatur.

Paulus.
¶ Paulus ad Romanos capi. vij.
Nam quę sub viro est mulier viuente viro alligata est legi. Si aūt mortuus fuerit vir eius: soluta est a lege viri. Igit̄ viuente viro vocabitur adultera: si fuerit cum alio viro. Si autem mortu⁹ fuerit vir eius liberata est lege viri: vt non sit adultera: si fuerit cum alio viro.
¶ Paulus ad Corinthios. j. c. vij.
Bonū est homini mulierē nō tangere. Propter fornicationē aūt vnusquisq₃ suā vxorē habeat. Uxori vir debitū reddat. Similiter autē & vxor viro. Mulier sui corporis potestatem non habet: sed vir. Similiter aūt & vir sui corporis potestatē nō habet: sed mulier. Nolite fraudare inuicem: nisi forte ex consensu ad tēpus vt vacetis orationi: & iterum reuertimini in idipsum: ne tentet vos Sathanas: propter incontinentiam vestram.
¶ Ibidem.
Q? si non se cōtinent nubant. Melius est enim nubere ꝗ vri. His autem qui matrimonio iuncti sunt præcipio: non ego: sed dominus: vxorem a viro nō discedere. Q? si discesserit manere innuptam: aut viro suo reconciliari.
¶ Paulus ad Corinthios prime. ca. vij.
Alligatus es vxori? noli quærere solutionē. Solutus es ab vxore? noli quærere vxorem. Si aūt acceperis vxorem non peccasti: & si nupserit virgo non peccauit.
¶ Paulus ibidem.
Reliquū est: vt & qui habēt vxores: tanꝗ nō habētes sint: & qui flent: tanꝗ nō flentes: & ꝗ gaudēt: tanꝗ nō gaudētes: & qui emunt: tāꝗ nō possidētes: & qui vtunt̄ hoc mūdo: tanꝗ nō vtant. Præ

terit em̄ figura huius mundi. Uolo autē vos sine sollicitudine esse. Qui sine vxore est sollicitus est quę domini sunt: quomodo placeat deo. Qui autem cum vxore est sollicitus est que sunt mundi: quomodo placeat vxori: ⁊ diuisus est. Et mulier innupta ⁊ virgo cogitat que dn̄i sunt: vt si corpe sancta ⁊ spiritu. Quę aūt nupta ē cogitat quę sunt mūdi: qūo placeat viro. ¶ Ibidē. Si quis aūt turpē se videri existimat sup virgine sua ꝙ sit sup adulta: ⁊ ita oportet fieri: quod vult faciat. Nō peccat si nubat. Nā qui statuit in corde suo firmus non habens necessitatē: potestatem aūt habēs suæ voluntatis: ⁊ hoc iudicauit in corde suo seruare virginē suā: bene facit. Igitur ⁊ qui matrimonio iungit virginē suaz: bene facit: ⁊ qui nō iungit melius facit.

¶ Paulus ad Corinthios primę. ca. xj.

Uolo autem vos scire ꝙ omnis viri caput Christus est: caput autem mulieris vir: caput vero Christi deus est. ¶ Paulus ad Ephesios. c. v.

Mulieres viris suis subditæ sint: sicut dn̄o. Quoniā vir caput est mulieris: sicut Christ⁹ caput est eccl'ię. Ipse saluator corporis eius: sed sicut eccl'ia subiecta est Christo: ita ⁊ mulieres viris suis in oībus. Uiri diligite vxores vestras sicut ⁊ Christus dilexit ecclesiā: ⁊ seipm̄ tradidit ꝓ ea: vt illā sanctificaret. Mundans eā lauacro aquę in verbo vitę: vt exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiā nō habētē maculā: aut rugā: aut aliquid hmōi: sed vt sit sancta ⁊ imaculata. Ita ⁊ viri debēt diligere vxores suas: vt corpa sua. Qui suā vxorē diligit seipm̄ diligit. Nemo em̄ vnꝙ carnē suā odio habuit: sed nutrit ⁊ fouet eā: sicut et Christus ecclesiā: qꝛ mēbra sumus corporis ei⁹: de carne eius ⁊ de ossibus eius. Propter hoc relinquet hō patrē ⁊ matrē suā: ⁊ adherebit vxori suæ: ⁊ erunt duo in carne vna. Sacramentū hoc magnū est. Ego aūt dico in christo ⁊ in ecclesia. Uerūtamen ⁊ vos singuli vnusquisqꝫ vxorē suā sicut seipm̄ diligat. Uxor aūt timeat virum suū.

¶ Paulus ad Colossen. ca. iij.

Mulieres subditę estote viris: sicut oportet in dn̄o. Uiri diligite vxores vestras: ⁊ nolite amari eē ad illas. ¶ Paulus ad Titum. ca. iij.

Adolescentulas decet vt viros suos ament: filios suos diligant: prudentes: castas: sobrias: domus curam habentes: benignas: subditas viris suis: vt non blasphemetur verbum dei.

¶ Paulus ad Hebreos. ca. xiij.

Honorabile cōnubiū in oībus: ⁊ thorus immaculatus. Fornicatores em̄: ⁊ adulteros iudicabit deus. ¶ Petrus apostolus primę. ca. iij.

Petrus apostol⁹

Similiter ⁊ mulieres subditę sint viris suis.

August.

¶ Aug. ⁊ habetur. xxvij. q. j. Nuptiarum.

In coniugali quippe vinculo: si pudicitia nō seruatur: damnatio non timetur.

¶ Aug. ⁊ habetur. xxv. di. v. Ad eius.

Ad eius vero cōcubitū vir suus accedere nō debet quousqꝫ ꝙ gignitur ablactet. Praua aūt consuetudo ī coniugatorū moribus irrepsit: vt filios quos gignūt nutrire mulieres cōtemnāt: eosqꝫ ad nutriēdū alijs mulierib⁹ tradāt. Quod videlicet ex sola carnis incontinētia videt fuisse inuētum: qꝛ dū se cōtinere nolūt despiciunt lactare quos gignūt. Hę aūt sciant ꝙ filios suos ex praua cōsuetudine alijs ad nutriendum tradunt: nisi purgatiōis tp̄s prius trāsierit: viris suis nō debent admisceri. Quippe ⁊ sine partus cā: quia in mēstruis cōsuetis detinent viris suis misceri prohibent: ita vt lex sacra morte illum feriat: siquis vir ad menstruatam mulierem accedat.

¶ Aug. ⁊ habetur. xxxij. q. v. Si vxorem.

Si vxorē quis habeat sterilē siue corpore defor men: siue debilem mēbris: vel cæcā vel claudā: vt surdā: vel siquid aliud: siue morbis: siue laborib⁹ doloribusqꝫ cōfectam: ⁊ quicquid excepta fornicationis causa cogitari pōt vehementer horribile pro societate fideqꝫ sustineat.

¶ Aug. ⁊ habet. xxxiij. q. iiij. Quātuncunqꝫ.

Quotienscūqꝫ aut dies natalis dn̄i: aut reliquę festiuitates aduenerint: non solū ab infidelium concubinarū consortio: sed etiam a proprijs vxoribus abstinere debemus.

¶ Aug. ⁊ habetur. xxxv. q. iij. Si vir.

Si vir ⁊ vxor nō iam duo: sed vna caro sunt: non aliter est nurus deputanda ꝙ filia.

¶ Aug. lib. de bono coniugali.

Quidā nubentes post votū asserunt adulteros eē: ego aūt dico vobis: ꝙ grauiter peccāt: qui tales diuidunt. ¶ Ibidem: ⁊ habetur. xxvij. q. ij. Coniunx vocatur.

Cōiunx vocat a prima desponsatiōis fide quaz cōcubitu nō agnouerat: nec fuerat cogniturus. Nec perierat: nec mendax manserat cōiugis appellatio: vbi nec fuerat nec futura erat carnalis vlla cōmixtio: propter qd̄ fidele coniugiū ambo parentes Christi vocari meruerūt: nō solum illa mater: verum ⁊ ille pater eius: sicut ⁊ coniunx matris eius: vtrunqꝫ mente: non carne.

¶ Aug. ibidem: ⁊ habetur ibidem. Omne.

Omne itaqꝫ nuptiarū bonū impletū est in ipsis parentibus Christi: proles: fides: sacramentuz. Prolē cognoscim⁹ ipm̄ dn̄m. Fidē: qꝛ nullū adulteriū. Sacramentum: qꝛ nullū diuortiū: solus ibi nuptialis concubitus non fuit: qꝛ in carne peccati fieri non pōt sine pudenda concupiscētia carnis quę accidit ex peccato sine quo vere concipi voluit qui futurus erat sine peccato.

¶ Aug. ibidē: ⁊ habet. xxxij. q. ij. Quicquid.

Quicquid inter se coniugati immodestū: inuerecundum sordidumve gerunt: vitium est hoīm: non culpa nuptiarum. Jam in ipsa quoqꝫ immoderata exactione debiti carnalis: quam eis non secundum imperiū precepit: sed secundū veniā concedit apostolus: vt etiam preter causam procreandi sibi misceantur: ⁊ si eos praui mores ad talem concubitum impellunt: nuptiæ tamen ab adulterio seu fornicatiōe defendunt. Neqꝫ illud propter nuptias admittitur: sed ꝓpter nuptias ignoscitur. Debent ergo sibi coniugati non solū ipsius sexus sui cōmiscendi fidem liberorū procreandorum causa: que prima est humani generis in ista mortalitate societas: verumetiam infirmitatis inuicem excipiende ad illicitos concubitus euitandos mutuam quodammodo seruitutem: vt etiam si alteri eorum continentis

perpetuo placeat: nisi ex alterius consensu fieri nō possit. Non autē datur præsentia sanctispiritus tempore quo coniugales actus geruntur.

¶ Augustinus de bono coniugali: ⁊ habetur. xxxij. q. vij. Interueniente

Interueniente diuortio non absoluetur cōfœderatio nuptialis. Ita vt sibi cōiuges sint etiā separati: cū illis etiā comittit adulterium: quibus etiam fuerint post suum repudium copulati.

¶ Augustinus: ⁊ habetur ibidem tantum.

Tantū valet vinculū sociale: vt quū causa ꝓcreādi colligit: vt nec ipa causa procreandi dissoluatur: posset em̄ homo sterilē dimittere vxorem: et aliā ducere de qua filios haberet: ⁊ tū nō licet.

¶ Ibidem: ⁊ habetur ibidem. Usqꝫadeo.

Usqꝫadeo inter viuentes maneant inita iura nuptiarum: vt potius inter se sint coniuges etiam separati: ꝙ cum his quibus adhæserunt.

¶ Augustinus de adulterinis cōiugijs li. j. ⁊ habetur. xxxij. q. vij. c. Quemadmodum.

Quemadmodū non recte dici potest: si nescit homo nō peccat: sunt em̄ peccata ignorantiū ꝙuis minora ꝙ scientiū. Ita etiā non recte dici pōt: si causa fornicationis dimiserit vxorē vir: ⁊ aliam duxerit nō mœchatur. Est em̄ mœchatio ⁊ eorū qui alias ducunt relictis propter fornicationem priorib⁹: sed vtiqꝫ minor: ꝙ eorum qui non propter fornicationem dimittunt.

¶ Augustinus de adulterinis ꝯiugijs: et habetur. xxvij. q. ij. c. Si tu abstines.

Si tu abstines sine vxoris voluntate tribuis ei fornicādi licētiam: ⁊ pctm̄ illi⁹ tuę imputabit abstinētię. ¶ Augustinus lib. iiij. Cōfessionū: et habetur. xxvij. q. ij. c. Institutum est.

Institutum est vt sponsę iā pacte non statim tradant: ne vilem habeat maritus datā: quam suspirauerit sponsus dilatam.

¶ Augustinus de Adulterinis coniugijs: et habetur. xxxij. q. j. c. Non erit.

Non erit turpis neqꝫ difficilis etiā post patrata atqꝫ purgata adulteria recōciliatio cōiugij: vbi per claues regni cœlorū nō dubitatur fieri remissio peccatorū: non vt post viri diuortiū adultera reuocetur: sed vt post Christi consortium adultera non vocetur.

¶ Augu. de Adulterinis Coniugijs lib. j. et habetur. xxxiij. q. vij. Adulterij malum.

Adulterij malū vincit fornicationē. Uide in Sodomis. ¶ Augustin⁹ de Adulterinis Coniugijs lib. ij. ⁊ habetur. xxxij. q. vij. Licite.

Licite dimittit vxor ob causaz fornicationis: sed manet vinculum prioris: ꝓpter qd̄ fit reus adulterij quicunqꝫ duxerit dimissam ob causam fornicationis. ¶ Augu. de Adulterinis Cōiugijs: ⁊ habet. xxxiij. q. iiij. cap̄. Apostolus.

Apostol⁹ nec a tempus: vt vacent orationi: nisi ex consensu voluit coniuges: carnali inuicē fraudari debito.

¶ Augustinus in sermone dn̄i in Monte: ⁊ habetur. xxxij. q. vij. cap̄. Fieri potest.

Fieri pōt: vt vir dimittat vxorē causa fornicationis quam exceptā dn̄s esse voluit. Jam vō si nec illi nubere concedit viro suo a quo recessit: neqꝫ huic alterā ducere viua vxore sua quam dimisit: multominus fas est illicita cum quibuslibet stupra committere.

¶ Aug. ibidē: ⁊ habet ibidē. c. Dn̄s ad illud.

Dn̄s ad illud cōfirmādū vt nō facile dimittatur vxor solā fornicationis causam excepit: cæteras vō innumerabiles ⁊ vniuersas molestias: si quę extiterint: iubet pro fide coniugali: ⁊ pro castitate fortiter sustineri.

¶ Augu. ad Ualentiū de nuptijs vel concupiscentijs: ⁊ habetur. xxxj. q. j. c. Deniqꝫ.

Deniqꝫ mortuo eo cū quo fuerit verū cōnubiū: fieri pōt coniugiū cū quo præcessit adulterium.

¶ Aug. lib. ij. cōtra aduersariū legū ⁊ ꝓphetarū: ⁊ habetur ibidē. Deus masculum.

Deus masculū ⁊ fœminā ꝓpagādi generis causa nuptiali castitate cōiūxit: ⁊ secundas nuptias ꝙ in vno quoqꝫ testamēto ꝓmittūtur licitas esse mōstrauit. ¶ Augu. lib. q̄stionū Genesis: ⁊ habet. xxxiij. q. v. Est ordo.

Est ordo naturalis ī hoībus vt seruiāt fœminæ viris: ⁊ filij parētib⁹: qꝛ in illis hæc iustitia vt maiori seruiat minor.

¶ Augustinus in quæstio. numeri: ⁊ habetur ibidem. c. Manifestum.

Manifestū est ita legē voluisse fœminā sub viro esse: vt nulla ei⁹ vota que abstinētie causa vouerit reddātur ab ea: nisi author vir fuerit permittēdo. ¶ Augu. super primā epistolā ad Corinthios: ⁊ habetur. xxxj. q. j. cap̄. Q; si.

Q; si dormierit vir ei⁹: non dicit primus vel secundus vel quartus. Nec nobis diffiniendum est quod non diffinit Apostolus. vnde nec vllas debeo dānare nuptias: nec eis verecundiam inferre numerositatis.

¶ Augustinus ad Heditiā: ⁊ habet. xxxiij. q. v. capitulo. Secundum verba.

Secundū verba apostolica etiam si vir continere voluisset: ⁊ tu noluisses: tibi debitum reddere cogeretur: et illi deus imputaret in continentiam: si non suę: sed tuę cederet infirmitati: ne ī adulterium caderes.

¶ Augustinus de fide ad Petrum.

Quia ægritudini semp ꝯsulendū est: propterea si contigerit primo priuari coniugio: si voluerit secundas vel tertias inire nuptias: nullum de illis peccatum habebit: si eas caste seruauerit.

¶ Augustinus de Baptismo puerorum.

Bene vtitur malo concupiscentiam restringens cōnubio. ¶ Augustinus super psal. cxlvj. et habetur. xxxiij. q. v. Si dicat.

Si dicat vir cōtinere volo: nolo aūt vxor: nō pōt. Quod em̄ tu vis nō vult illa. Nūquid p cōtinentiā tuam debet illa fornicaria fieri? si alij nupserit te viuo: adultera erit: nō vult de⁹ tale damnū tali lucro cōpensari. Redde debitū: ⁊ si non exigis redde pro satisfactione: perfecta deus tibi computabit: si non tibi quod debetur exigis: sed reddis quod debetur vxori.

¶ Hieronymus in epistolā Pauli ad Corinthios: ⁊ habetur. xxxij. q. j. In coniugio. Hiero.

In cōiugio quis positus quecūqꝫ peccata fecerit non propriā infuscāt coniugē: sed fornicatio

vxorem coinquinat:vt iam nõ sit viro suo licita: se dadultera. ¶ Hieronymus de virginibꝰ: et habetur.xxxj.q.j.Quomodo.

b Quomodo virginibꝰ fornicationis periculo concedit nuptias:ⁿ excusabile facit qđ per se nõ appetitur. Ita eodẽ fornicationis periculo concedit viduis secunda matrimonia cõtrahere. Melius est eñ licet alterũ ⁊ tertiũ vnũ virũ nosse ꝙ plurimos:id est tollerabilius est vni homini prostitutã esse ꝙ multis. Siquidem ⁊ illa in euangelio Samaritana sextum maritum habere se dicens arguit a domino ꝙ non sit vir eius. Ubi eñ numerus maritorum est:ibi vir qui proprie vnus est:esse desistit:vna costa a principio in vnã vxorẽ versa est:⁊ erunt inquit duo in carne vna: non dixit tres neqꝫ quattuor: alioquin non duo sed plures. ¶ Hieronymus ad Pãmachium: et habetur.xxxj.q.j.Aperiant.

b Aperiant quæso aures obtrectatores mei:⁊ videant me secundas nuptias ⁊ tertias in domino concessisse:qui secundas et tertias nuptias non dãnaui:primũ potui damnare matrimonium.

¶ Ibidem.

b Non dãno bigamos immo nec trigamos:⁊ si dici põt octogamos. Idem. Ego nunc voce ꝓclamo libera non dãnari in ecclesia bigamiam:imo nec trigamiã:⁊ ita licere quinto ⁊ sexto ⁊ vltra. Quo modo ⁊ secundo marito nubere.

¶ Hieronymꝰ ad Oceanũ de morte fabeolę:⁊ habetur.xxxij.q.v.Præcepit.

a Præcepit dñs vxorẽ nõ debere dimitti excepta causa fornicationis:⁊ si dimissa fuerit manere innuptã:quicquid viris præcipit:hoc consequẽter redũdat ad fœminas:neqꝫ eñ adultera vxor dimittenda est:⁊ vir mœchus retinẽdus est.

¶ Hieronymus in epistola ad Rusticum.

Sicut boni filij adulterorũ nulla est defensio:sic mali filij cõiugatorũ nullũ crimẽ est matrimonij: quia nõ in feminibus:sed in volũtate nascentis causa vitiorũ est atqꝫ virtutum.

¶ Hieronymus ad Damasum.

Iuuenes ṽo hoc sunt admonẽdi modo:vt si vxores habeant doceant caste viuere cum vxoribus suis:alienã sciant sceleratũ esse contingere.

¶ Hieronymus cõtra Iouinianũ.ca.xv.

Nemo eñ meliꝰ scire põt qđ sit vxor vel mulier illo q̃ passus est. ¶ Hieronymus ibidem.

Quæ eñ mihi incũbet necessitas venire i dubiũ vtrũ bona an mala futura sit:quã duxero? Meliꝰ est inquit habitare in terra deserta:ꝙ cũ vxore litigiosa ⁊ iracũda: ꝙ rarũ sit vxorẽ sine hijs vitijs inueniri:nouit ille qui duxit vxorem:vnde pulchre. Variꝰ geminus sublimis orator:qui nõ inquit litigat cęlebs est. Melius est habitare in angulo tecti ꝙ cũ vxore maledica in domo communi? Si domus cõmunis est mariti ⁊ vxoris:erigit vxorẽ in superbiã:⁊ cõtumeliã viro facit:ꝙto magis si ditior vxor fuerit:⁊ in domo eiꝰ vir mãserit? Incipit eñ nõ vxor:sed dña esse:⁊ viro si offenderit migrandũ est. Stillicidia eijciũt hoĩem de die hyemali de domo sua: similiter et mulier maledica de propria domo. assiduis quippe iurgijs ⁊ quotidiana garrulitate facit ꝑfluere domũ eius:⁊ eijcit eũ de ædibus suis.i.de ecclesia.

¶ Hierony.contra Iouinianũ cap.xxvij.

Uenũ ad maritatas q̃ mortuis vł occisis maritis suis supuiuere noluerũt:ne cogerent̃ scđos nosse ꝯcubitꝰ:⁊ q̃ mire vnicos amauerũt maritos vt sciamꝰ bigamiã apud Ethnicos etiã reprobari. Dido soror Pygmalionis multo auri ⁊ argẽti pondere cõgregato:in Aphricã nauigauit. Ibiqꝫ vrbẽ Carthaginẽ cõdidit:⁊ cũ Hyarba rege libyę i cõiugiũ peteret̃:paulisper distulit nuptias:donec conderet ciuitatẽ:nec multo post extructa in memoriã mariti quõdã Sichei pyra maluit ardere ꝙ nubere. Casta mulier Carthaginẽ cõdidit: et rursũ eadẽ vrbs in castitatis laude finita est. Nã Hasdrubalis vxor capta ⁊ incẽsa:cũ se cerneret a romanis capiẽdã eẽ:apꝑhẽsis ab vtroqꝫ latere puulis filijs i subiectũ domꝰ suę deuolauit incẽdiũ. Quid loquar Nicerati coniugẽ q̃ impatiẽs iniurię viri mortem sibi ipsa consciuit:ne triginta Tyrannorum quos lysander victis Athenis imposuerat libidinem sustineret.

¶ Hieronymus contra Iouinianum.

Fertur Aureolus Theophrasti liber de nuptijs i quo quærit an vir sapiẽs ducat vxorẽ:⁊ cũ definisset si pulchra esset:si bñ morata: si honestis parẽtibꝰ:si ipse sanꝰ ac diues:si sapiẽter aliqñ inire matrimoniũ statim intulit:hęc aũt in nuptijs raro vniuersa concordãt. Nõ est ergo vxor ducenda sapiẽti. Primum eñ impediri studia philosophię:nec posse quẽꝙ libris ⁊ vxori pariter inseruire. Multa esse q̃ matrimoniorũ vsibus necessaria sunt:preciosæ vestes:aurũ:gẽmę: sumptꝰ: ancillę:supellex varia:lecticę:⁊ exhedra deaurata:deinde per noctes totas garrulę:cõquestiones. Illa ornatior ꝓcedit i publicum: hæc honorat̃ ab oĩbus:ego in cõuentu fœminarũ misella despicior. Cur aspiciebas vicinã? Quid cũ ancillula loquebaris? De foro veniẽs q̃d attulisti? Nõ amicum habere possumus:non sodalẽ: alterius amorem suũ odiũ suspicat̃. Si doctissimꝰ præceptori qualibet vrbiũ fuerit: nec vxorẽ linquere: nec cũ sarcina ire põt:pauperẽ alere difficile ẽ: diuitẽ ferre tormẽtũ. Adde qđ nulla est vxoris electio:sꝫ qualiscũqꝫ obuenerit habẽda. Si iracundia:si fatua:si deformis: si supba: si fœtida: quodcũqꝫ vitij est post nuptias discimꝰ:equus: asinus:bos: canis et vilissima mancipia:vestes quoqꝫ ⁊ lebetes:sedile ligneũ:calix ⁊ vrceolus fictilis probãtur prius:⁊ sic emũtur. Sola vxor nõ ostenditur:ne ante displiceat ꝙ ducatur.

¶ Hieronymus ibidem.

Legimus quẽdam apud Romanos nobilẽ: quũ eũ amici arguerẽt quare vxorẽ formosã:⁊ castã: ⁊ diuitẽ repudiasset:protendisse pedem ⁊ dixisse eis:et hic sotularis quem cernitis videtur vobis nouus et elegans:sed nemo scit ꝑter me vbi me premat. Scribit Herodotus ꝙ mulier deponat cũ veste ⁊ verecundiam:⁊ noster comicus fortunatum putat qui nunꝙ vxorem duxerit.

¶ Hierony.cõtra Iouinianũ lib.j.c.vltimo.

Amor formę rationis obliuio est:⁊ isanię proximus:fœdũ minimeqꝫ conueniẽs aĩo sospiti vitiũ:turbat cõsilia:altos ⁊ generosos spũs frangit:a magnis cogitatiõibus ad hũilimas detrahit:querulos:iracũdos:temerarios:dure imperiosos:seruiliter blandos:oĩbus inutiles: ipsi nouissime amori facit. Nã quũ fruendi cupiditate insatiabilis flagrat plura tempora suspitionibꝰ:lachrymis:cõquestionibus perdit:odiũ sui facit:⁊ ipse nouissime odium est. Tota amoris insectatio apud Platonẽ posita est:⁊ oĩa eiꝰ incõmoda Lysias explicat:qđ nõ iudicio sed furore ducat̃:⁊ maxime vxorũ pulchritudini grauissimus custos accubet. ¶ Hiero.ibidem.

Refert præterea Seneca cognouisse se quendã ornatũ hoĩem:qui exiturus in publicũ fascia vxoris pectus colligebat:⁊ ne puncto q̃dẽ horæ presentia eius carere poterat:potionẽqꝫ nullã sibi: nisi alternis tactã labris vir ⁊ vxor hauriebant. Alia deinceps nõ minus inepta faciẽtes in quę improuida vis ardentis affectus erũpebat. Origo quidẽ amoris honesta erat: sed magnitudo deformis. Nihil aũt interest ꝙ ex honesta causa quis insaniat. Unde ⁊ Sextus in sentẽtijs. Adulter est inquit in suã vxorẽ amator ardentior. In aliena quippe vxore oĩs amor turpis est: in sua nimius. Sapiens vir iudicio debet amare cõiugẽ:nõ affectu. Reget impetus voluptatis:nec ꝓceps feretur in coitũ. Nihil est fœdius:ꝙ vxorẽ amare q̃si adulterã. ¶ Hiero. ibidem.

Certe q̃ dicũt se causa reipublicę ⁊ generis hũani vxoribus iungi ⁊ liberos tollere imitent̃ saltẽ pecudes:⁊ postꝙ vxorũ vẽter intumuerit: nõ perdant filios:nec amatores vxoribus se exhibeant: sed maritos. ¶ Hiero.ibidem.

Multa sunt quæ preclara ingenia nobilitãt mulieris virtus propriæ pudicitia est. Hæc Lucretiã Bruto equauit:nescias an etiã ꝑtulerit: qđ Brutus nõ posse seruire a fœmina didicit. Hęc æquauit Corneliã Gracchi. Hęc Porciã alteri Bruto. Notior est marito suo Tanaquil. Illum inter multa regũ noĩa iam abscondit antiquitas. Hanc rara inter fœminas virtus altius seculorũ oĩm memoriæ:ꝙ vt excidere posset infixit.

Ambro. ¶ Amb.lib.de virginibꝰ:⁊ habet̃.xxvij. q.ij.Quum initiatur.

Quum initiatur coniugium:coniugij nomẽ asciscit:nã defloratio virginitatis nõ facit matrimoniũ:sꝫ pactio cõiugalis:deniqꝫ quum mulier cõiungitur viro coniugiũ est: nõ quum puella viri admixtione cognoscitur.

¶ Ambrosius lib.j. de patriarchis: ⁊ habet̃ xxvij.q.ij.In omni.

In omni matrimonio coniunctio intelligit̃ spiritalis: quã confirmat ⁊ perficit coniunctorũ commixtio corporalis.

¶ Ibidẽ ⁊ habet̃.xxx.q.v.Nec illud.

Nec illud ociosum: ꝙ quũ veniret Rebecca vidit Isaac deambulantẽ:⁊ quum interrogasset quis esset:cognito ꝙ ipse esset cui duceret̃ vxor:descẽdit:⁊ caput obnubere suũ cœpit:docẽs verecundiam in nuptijs preire debere. Inde enim ⁊ nuptiæ dictæ:ꝙ pudoris gratia se puellæ obnuberent. ¶ Ambro.ad paternũ:⁊ habet̃. xxvij.q. ij.Si quis desponsata.

Si q̃s desponsata sibi ⁊ tradita vtat̃ rite coniugiũ vocat̃. ¶ Ambro.⁊ habet̃.xxxij.q.j.nuptię.

Nuptiæ terrã replẽt:virginitas paradisum.

¶ Ambro.⁊ habet̃.xxxij.q.ij.An quod in.

An quod in subditos nephas est: in cõparẽ fas est? Dimittis ergo vxorẽ quasi iure sine crimine ⁊ putas hoc tibi licere:qꝛ lex humana nõ prohibet:sed prohibet lex diuina: qui hominibus obsequeris:deũ verere:audi legẽ dñi: cui obsequũtur:⁊ qui leges fecerũt. Quos deus cõiunxit homo non separet. ¶ Ambro. ad Sabinum:et habetur de pœni.di.ij.quando.

Quãdo Adam solus erat:nõ est præuaricatus: quia mens eius adhærebat deo.

¶ Ambro.in sermone de aduentu domini:⁊ habetur.xxxiij.q.iiij.Fratres.

g Fratres nõ solum debetis ab omni immũdicia abstinere:sed etiã ab vxoribus proprijs studiosissime cõtineatis. Nullus oĩno vxori suæ ieiuniorum diebus coniungatur.

¶ Ambro.super epistolã primã ad Corint. ⁊ habetur.xxxiij.q.iiij.si causa.

Si causa procreandorũ filiorũ ducit̃ vxor nõ multum tempus cõcessum videt̃ ad ipsum vsum: qꝛ ⁊ dies festi ⁊ dies professionis: ⁊ ipsa ratio cõceptus ⁊ partus iuxta legẽ cessare vsũ carnis his debere temporibus demonstrant.

¶ Ambro.lib.de viduis.

Propemodũ nõ inferioris virtutis est: eo abstinere coniugio:qđ aliquãdo delectauerit:ꝙ coniugij oblectamenta nescire. Copula nuptialis non est quasi copula vitanda:sꝫ quasi necessitatis sarcina declinanda. ¶ Grego. Tentitio patritio:⁊ habetur.xxvij.q.ij. Sunt qui dicunt.

a Sunt qui dicũt religionis gratia cõiugia debere dissolui:verũ sciendum est:si hoc lex humana concessit:lex tñ diuina prohibuit. Per se eñ veritas dicit. Quos deus coniunxit homo non separet. qui etiã ait. Nõ licet dimittere vxorẽ excepta causa fornicationis : quis ergo huius latori legis contradicat? Scimusqꝫ scriptũ est:erũt duo in carne vna.

¶ Greg.i registro:⁊ habet̃.xxvij.q.ij.decreta.

a Decreta legalia desponsatã si conuerti voluerit: nullo modo censuerunt damno mulctari.

¶ Grego.lib.xij.moralium.

Bonũ est cõiugiũ:sed mala sunt quæ circa illud ex huius mũdi cura succrescũt: dñ ergo tenetur quod non nocet ex rebus vix positis:cõmittitur plerũqꝫ quod nocet. Sicut sepe rectũ mũdũqꝫ in iter pergimus: ⁊ tamẽ ortis iuxta viã vepribꝰ per vestimẽta retinemur. Inuia quidẽ munda nõ offendimur:sed a latere nascit̃ quo pungamur.

¶ Grego.ibidem.

Qui tẽtationũ procellas cũ difficultate tolerãt: cõiugij portũ petant. Melius est nubere ꝙ vri. Sine culpa eñ ad cõiugiũ veniũt:si tamẽ necdũ meliora deuouerunt.

¶ Ioan.chrysosto.super mattheũ.⁊ habetur.xxxij.q.j.cap.Sicut.

Sicut crudelis ⁊ iniquus est qui castam dimittit vxorem:sic fatuus est ⁊ iniustus qui retinet meretricẽ. Patronus enim turpitudinis est qui cælat crimen vxoris.

Joānes chrysost.

¶Joan. chrysо. ꝛ habeť. xxxij. q. j. si quis.

Si quis vxorē suā inuenerit adulterā: ꝛ postea deinceps placuerit habere eā in mr̄imonio: duobus annis pœniteat: ideo q̄ quūq; adultera mirtus sit: q̄ adhuc crimine suo nō ē purgata. Aut abstineat se a matrimonio eius: donec expleat satisfactio criminis pœnitentiæ suę. Ideo quia post satisfactionē pœnitentię nō meretur vocari adultera. Similiter si virū suū vxor inuenerit adulterū nō ad imparia iudicantur.

¶Joan. chrysosto. super Matthæū: ꝛ habeť. xxvij. q. ij. Matrimonium.

Matrimoniū quidē non facit coitus: sed voluntas: ꝛ ideo nō soluit illud seperatio corporis: sz voluntatis. Ideo qui dimittit cōiugē suā: ꝛ aliā nō accipit adhuc est maritus. Nā ꝛ si corpore separatus est: tamē adhuc voluntate coniunctus est: quum ergo aliam acceperit: tunc eam plene dimittit. Non ergo qui dimittit mœchatur: sed qui alteram ducit.

¶Joan. chrysost. super Matthæū. xix. Quos deꝰ cōiunxit hō nō separet.

Quemadmodū si videas hominem assidue amicitias medico: ū colentē: ex hoc statim intelligis ꝙ infirmus est: sic ꝛ quīvideas siuevirū siue mulierē de dimittēdis vxoribus: aut viris legem interrogantes: cognosce q̄ vir ille lasciuus est: et

Isidorus

mulier illa meretrix est.

¶Isidorus lib. ix. ethymologiarū: ꝛ habetur. xxvij. q. ij.

Coniuges verius appellant a prima desponsationis fide: ꝙ nuis adhuc ignoretur inter eos coniugalis concubitus.

¶Isido. ibidē: ꝛ habeť. xxxij. q. iiij. liberi.

¶Liberi dicti sunt: qui ex libero matrimonio oriri sunt. Nā ꝛ filij ex libero ꝛ ancilla seruilis sunt conditionis. Semper enim qui nascitur deteriorem partem sumit. Naturales autem filij dicuntur ingenuarū cōcubinarū filij: quos sola natura genuit nō honestas cōiugij. Idēo qui nō sunt de legitimo coniugio: matrem potius ꝙ patrem sequuntur.

¶Isidorus ethymologiarū lib. xj. ꝛ habeť. xxxv. q. iiij. ca. consanguinitas.

Consanguinitas duz sępe paulatim propaginē ordinibus dirimēs: vsq; ad vltimum gradum se subtraxerit: ꝛ propinquitas esse desierit: tūc primum lex in matrimonij vinculum eam recipit: ꝛ quodāmodo renocabit fugientē. Ideo autē vsq; ad sextū generationis gradum consanguinitas statuta est: vt sicut sex ætatibus mundi genera tior hominis status finitur: ita propinquitas generis tot gradibus terminetur.

¶Isidorus super illud Matthæi. Quos deus coniunxit homo non separet.

Queris quō subandi violenter: sine lege: absq; ratione. Quos deus cōiunxit homo nō separat: non enim homo separet: quos pœna condēnat: quos reatus accusat: quos maleficiuz coarctat.

¶Isido. ꝛ habeť. xxxv. q. v. c. series.

Series consanguinitatis sex gradibus hoc modo diriūtur: filius ꝛ filia: qđ est frater ꝛ soror: sic ipse trūcus illis seorsum seiunctis ex radice

lius trunci egrediuntur isti ramusculi: nepos neptis prīm⁹: pronepos proneptis scōs: abnepos abneptis terti⁹: atnepos atneptis quartus: trinepos trineptis quintus: trinepotis filius: ꝛ trinepotis filia sextus.

¶Leo ꝛ habeť. xxxj. q. j. nullus. Leo pa.

Nullus ducat in matrimoniū quā prius polluit adulterio. ¶Seneca Tragœdia. ix. Seneca.

Vince obsequendo potius immitem viruz.

¶Aristo. lib. œconomicorum. Aristo.

Cōmunicatio vel cōiunctio viri ꝛ fœminę in animalibus irrationabilibus est solū gratia prolis procreandę. In hoibus aūt nō solū ist⁹ gratia: sed etiā gratia alterius vtilitatis: vt inuentur a filijs potentibus parentes impotentes in senio effecti: ꝛ vt q̄ parētes potētes existentes fecere filijs impotētib⁹: recipiāt a potētibus senio effecti. ¶Aristoteles lib. œconomicorum.

Natura fecit vnū animalium cōiugaliū forte scilicet masculū: vt vlciscaē prę fortitudine sibi illata: aliud vo fragile. s. fœminā: vtmagis se custodiat præ timore. ¶Aristo. ibidem.

Oportet virū puellā ducere in vxorē: vt doceat eā bonos mores. ¶Aristo. li. vij. politicoꝝ.

Mulieres cōiungari cōgruit circa ætatē annoꝝ xviij. viros vo circa ætatē. xxxvj. annorum.

¶Aristoteles lib. ij. prioꝝ.

Dilectio magis eligēda est ꝙ coitus: q̄ dilectio fit ꝑm bonā voluntatē: et coitus ꝑm actū corporalem. ¶Plato in Demnone. Plato.

Decet domū mulierē bene dispēsare: salua facie tē omnia quę intrinsecus: ꝛ obsequētē esse viro. ¶Laertius Diogenes de vita ꝛ moribus philosophorum. Laerti⁹ diogen.

Virgines sine dote nubere Lycurgus iussit: vt vxores nō pecuniæ causa eligerētur: seueriusq; matrimonia sua viri coercerēt: quum nullis frenis dotiū tenerentur. ¶Idem.

Nulla tam bona vxor est in qua nō inuenias ꝺd: Sicut nihil superius benigna cōiuge. Ita nihil infesta muliere crudelius. Est igitur vxor aut tu tū refugiū: aut pœnale tormentū. ¶Idē.

Quum quidā lætanter diceret Diogeni: se deno duxisse vxorē: ait illi. Paruū solatiū: ꝛ magnā sollicitudinē es lucratus. ¶Idem.

Euripedes; vt ait Boetius: carentem liberis in fortunio dicebat esse fœlicem.

¶Plutarchus in Apophthegmatibus. Plutar.

Obiurgatus Hiero tyrannus a quodā: ꝙ sibi os fœteret: suæ id vxori crimini dabat: vtpote q̄ nihil vnꝙ hac de re dixisset. At illa ait: existimabā eū viros omes ita olere.

¶Valeri⁹ maxi. lib. iiij. c. de amore cōiugali. Valeri⁹ maxim⁹.

Tuos quoq; castissimos ignes porcia. M. Cato nis filia cuncta sæcula debita admiratione prosequentur: quæ quum apud philippos victum ꝛ interemptū virū suū Brutū cognosceres: q; ferrū nō dabat ardētes ore carbones hausrire non dubitasti: muliebri spiritu virilē patris exitum imitata: sed nescio an hoc fortius: ꝙ ille vsitato tu nouo genere mortis absumpta es.

¶Valerius maxi. lib. vij.

Unicæ filiæ pater Temistoclē cōsulebat: vtrum

eam pauperi seu ornato: an locupleti sed parū probato collocaret? Cui is malo inquit virū pecunia: ꝙ pecuniam viro indigentem. Quo dicto stultum monuit vt generū potius ꝙ diuitias generi legeret. ¶Lucius apulei⁹ de magis. li. ij.

Lucius apuleius

Virgo formosa: ꝛ si sit oppido pauper tamē abūde dotata: affert quippe ad maritum nouā animi indolem pulchritudinis gratiam: floris rudimentum: ipsa virginitatis cōmendatio: iure merito: oībus acceptissima est maritis: Nam quotcunqz aliud in dotem acceperis potes quum libuerit ne fis beneficio obstrictus omne vt acceperas retribuere: pecuniā remunerare: mācipia restituere: domo demigrare: prędijs cedere: sola virginitas vbi accepta est reddi neqt: sola apud maritum ex rebus dotalib⁹ remanet: vidua autē qualis nuptijs venit: talis diuortio digreditur: nihil affert ipossibile: fz venit iam alio pflorata.

¶Lucius apuleius de dogmate plato.

Dites inferiores nuptias nō recusent: ꝛ locupletum cōsortia inopes cōsequant: ꝛ si vires opum non congruūt: ingenia tñ diuersa miscendaliesse: vt iracundo trāquilla iungatur: ꝛ sedato homini incitatior mulier applicetur: vt talibus obseruationum remedijs soboles natura discrepāte cōfecta: morum prouētu meliore coalescat: ꝛ ita cō positarum domoꝝ opibus ciuitas augeatur.

Aulus gellius.

¶Aulus gellius lib. j. noctium atticarum refert verba marcelli.

Si sine vxore possemus quirites esse omnes ea molestia careremus. Sed quoniā natura ita tradidit: vt nec cum illis satis cōmode: nec sine illis vllo modo viui possit: saluti perpetuæ potius ꝙ breui voluptati consulendū est.

Varro.

¶Varro in satyra quæ scribitur mępippea.

Vitium cōiugis aut tollendū est: aut ferendum. Qui tollit vitium cōmodiozem coniugē prȩstat. Qui fert seipsum efficit meliozem.

Homer⁹

¶Homerus in α iliados. Verba sunt iouis ad iunonem.

μήΔΗ πάντας ἐμοῦ ἐπιέλπεο μύθους ἐλέησειν. id est

Non sane offies meos speres sermones scire.

¶Idem in ι iliados.

ὅσις ἀγαθὸς καὶ ἐχέφρων τὴν ἀντοῦ φιλέῃ. καὶ κήΔεται. id est

Quicūqz bonus maritus ꝛ prudens suam amat et curat. ¶Homerus in ζ iliados. Verba hectoris ad andromachen.

ἀλλ' οὐ μοι τρῶων τόσσον μέλει ἀλγεσ' ὀπίσσω οὔτ' ἀντῆσ' ἑκάβης. οὔτε πριάμοιο ἄνακτος οὔτε κασιγνήτων. οἵκεν πελέες τε καὶ ἐσθλοί ξὺν κονίσι πέσοιεν ὑπ' ἀνδράσι δυσμενέεσσιν ὅσσον σεῖ ὄτε κέν τις' ἀχαιῶν καλκοχιτώνων ἀκρυόεσσαν ἄγηται. id est

Sed non mihi tantum curæ est troianorum dolor futurus.

Neqz ipsius hecubę: neqz priami regis:

Neqz fratrum: qui multi ꝛ boni.

In pulueribus cadant sub viris inimicis.

Quantum tui o andromache: quando aliquis græcorum armatorum.

Lachrymantem trahat.

¶Idem. in θ iliados. Verba iouis de iunone.

ἀιεὶ γὰρ μοὶ ἔωβεν ἐμικλᾶν ὅττι μάσσω. id est

Semper enim mihi conuenit perturbare quod cunqz cogitem. ¶Phocylides. Phocyli.

ξέρΥε τεὴν ἄλοχον. τί γὰρ ἄΥυτερον καὶ ἄρειον. id est

ἢ ὅταν ἀμ̓ ἀρὶ γυμὴ φρονέῃ φίλα Υήρασσ' ἀνὴρ καὶ ποσσὶ ἢ ἀλόχῳ. μὴ ἔμπεσῃ ἀμφιλύκῃ μεῖ κοσ'. id est

Arma tuam vxorē: quid eīn suauius et melius quā quū viro vxor cōuenit amice vsqz ad senectutē? Et maritus suæ vxori: neqz incidat inter eos contentio? ¶Idem. ατ̃ sterile facium.

μὴ μείρησ' ἀγάμου. μὴ πῶσ' μόμνησ' ὀλέκει Δόσ τὶ φύσει κ' ἀντ' ὀσ. τέκεΔεμ. πάλιν' ὥσ' ἐλαχένθησ'. id est

Ne maneas sine nupiis: ne sine noīe pereas Des aliquid naturę: ipse: gigne et tu rursus: sicuti genitus es. ¶Idem. grana arene faciun. ouum

ἴωπουσ' ΔεῦΥεμεσ' Δίξεσαι μὲμ κατ' οἶκομ ταύρουσ' Δὺ μιτένοντασ'. ἀταρ σκυλάκων ὠανα Υρίουσ' μυθιτ̃ subici: arrogantia.

Υήμασ Δ' ὐκ ἀγαθὴν ἐπιδαίμομεν ἀθρα μέοντεσ'. mat̃ sepe sua id est mithridine: sua pa

Equos autē nobiles quærim⁹ habere in domo: Taurosqz aliæ ceruicis: ꝛ catulos venatorios: Ducere autem in vxorem malam fœminam contendimus insipientes. tale disponam. lr̃ f.

Neqz post primas nuptias: nuptias alias celebres damnū supra damnum. ¶Hesiodus. Hosiod⁹

ὁρᾶσθαι Δὲ Υυναῖκα τεὸν πρῶτὶ ὄνκομ' ἀΥεσθαι μήτε τριηκόντον ἔτεων. μάλα πολλ' ἄτα λάπτων μήτ' ἐπιθεῖσ' μάλα πολλὰ. Υάμοσ Δ' ἐτοῖ ἄριστοσ οὗτοσ'. id est

Tempestiu⁹ autē mulierē tuam ad domū ducas. Neqz notus plures triginta annos

Neqz multo pauciores. Nuptiæ enim tempestiuę istæ. ¶Idem.

ὡραῖθ' ἑνικκην Δὲ Υαμεῖν. ὡσ' κ' ἥβεα κεδράλιδλάξησ'. id est.

Virginem autez duc in vxorem: vt mores castos doceas. ¶Idem.

τὴν Δὲ μάλισα Υαμεῖν ἥτισ' σέθεν ἐγγύθι ναίει πάντα μάλ' ἀμφῖσ' ἰδῶν. μήΥειτοσι χάρματα Υήμησ'. id est

Hanc autem maxime duc in vxorem: quæ prope te habitat.

Omnia valde circunspiciens: ne vicinis gaudia sint tuę nuptiæ. ¶Ex primo epigrāmaton. Ex. j. epigrāmatō

ἐιτισ' ἄπαξ Υήμασ'. παλιλΔεύτερα λέκτρα λιώκει μανυόσ' ὠλώσει Δισ' βυθόμ ἀρΥαλέον id est

Si quis semel duxerit vxorem: rursus secunda cubilia sequitur.

Naufrag⁹ naufragat bis pfundū difficile. ¶Ibidē.

ὐνκ ἔσι Υήμασ' ὅσισ' ὐνχει μάξεται λέΥουσι πάντεσ' καὶ Υαμούσαμ ἐλάστεσ' id est

Nō est ducēs vxorē qui non tēpestatibus agitet. Dicunt omnes: ꝛ ducunt vxores scientes.

¶Dionysius. Dionys⁹

ὥρη ἐράμ. ὥρη Δὲ Υαμεῖν. ὥρη Δὲ πεπαύσθαι. i.

Menan. Menander.
ἄλυπον ἕξεις τὸν βίον χωρὶς γάμου. id est
Sine tristitia habebis vitã sine nuptijs. Idẽ.
γαμεῖν ὁ μέλλων εἰς μετάνοιαν ἔρχεται. id est
Ducere vxorem qui est futurus in pœnitentiã vadit. Idem.
γάμος γὰρ ἀνθρώποισιν εὐκταῖον κακόν. i.
Nuptię eñ hoĩbus desideratũ malũ. Idem.
ἦθος προκρίνειν χρημάτων γαμοῦντα δεῖ. i.
Morem pręponere pecunijs ducturum vxorem oportet. Idem.
νόμιζε γήμας δοῦλος εἶναι τῷ βίῳ. id est
Tibi persuade: si duxeris vxorem seruus esse vitę. Idem.
ὁ μὴ γαμῶν ἄνθρωπος οὐκ ἔχει κακά. id est
Qui non ducit vxorem homo non habet mala.
Idem.
ῥᾶον βίον ζήσῃς ἂν γυναῖκα μὴ τρέφων. id est
Facilem vitam viues: si vxorẽ non nutrieris.
Idem.
ὡς τρὶς κακοδαίμων ὅστις ὢν πένης γαμεῖ. i.
Quã ter infœlix qui existens pauper ducit vxorem.

Plautus. Plautus in aulularia.
Dum morata recte veniat: dotata est satis: hæ sunt atq; alię multæ in dotibus magnis incommoditates: sumptusq; intolerabiles. Nam quæ indotata est ea in potestate est viri: dotatæ mactant & malo et damno viros. Ibidem.
Laudant sapienter factum et consilio bono opulentiores: pauperum filias vt indotatas ducãt.
Plautus in sticho.
Bonas mulieres æquum est facere: vt absentes viros perinde habeant quasi pręsentes sint.
Ibidem.
Stultitia est venatum ducere inuitos canes: hostis est vxor inuita: q̃ ad virum nuptui datur.

Ouidius. Ouidius epistola hermiones ad oresten.
Nec turpe marito.
Aspera pro charo bella tulisse thoro.
Ouidius epistola deyanirę ad herculem.
Quã male inæquales veniũt ad aratra iuuenci:
Tam premitur magno coniuge nupta minor.
Ibidem.
Si qua voles apte nubere: nube pari.
Ouidius lib.ij. artis amandi.
Lite fugant nuptęq; viros: nuptasq; mariti:
Inq; vicem credunt rem sibi semper agi.
Hoc decet vxores: dos est vxoria lites.
Audiat optatos semper amica sonos.
Ouidius tristium lib.v. elegia vltima.
Esse bonã facile est: vbi qd̃ vetet eẽ remotũ est.
Et nihil officij nupta quod obstet habet.
Quum deus intonuit non se subducere nymbo.
Id demum est pietas: id socialis amor.

Propti9. Propertius lib.ij. elegia.vj.
Fœlix admeti coniunx & lectus vlyssis.
Et quæcunq; viri fœmina limen amat.

Catull9. Catullus in epithalamio.
Et tu nec pugna cum tali coniuge virgo.
Non equum est pugnare pater cui tradidit ipse:
Quum par connubium maturo tpe adepta es:
Virginitas non tota tua est. Ex parte parentũ.
Ipse pater cum matre q̃bus parere necesse est;
Tertia pars matri data: pars data tertia patri:
Tertia sola tua est noli pugnare duobus:
Qui genero sua iura simul cum dote dederunt.
Catullus elegia prima.
Sed magis o nuptæ: semper cõcordia vestras:
Semper amor sedes incolat assiduus.
Catullus ode.xlij.
Aufillena viro contenta est viuere solo
Nuptarum. laus est laudibus eximijs.

Martia. Martialis libro primo.
Coniugis audisset fatum quum porcia bruti:
Et substracta sibi quereret arma dolor:
Nundum scitis ait mortem non posse negari.
Crediderim satis hoc vos docuisse patrem.
Dixit & ardentes auido bibit ore fauillas.
I nunc & ferrum turba molesta nega.
Martialis lib.j. ad flaccum.
Qualem flacce velim queris nolimve puellam?
Nolo nimis facilem difficilemq; nimis:
Illud qd̃ mediũ est: atq; inter vtrũq; probatur.
Nec volo quod cruciat: nec volo quod satiat.
Martialis lib.vj. de telassina.
Quæ nubit totiẽs: non nubit: adultera lege est.
Martialis lib.vij. de galla.
Difficile est vero nubere galla viro.
Martialis lib.viij. ad priscum.
Vxorem quare locupletem ducere nolim:
Queritis? vxori nubere nolo meę.
Inferior matrona suo sit prisce marito.
Non aliter fiunt fœmina virq; pares.
Martialis lib.xj. in vxorem.
Vxor vade foras: aut moribus vtere nostris.

Iuuena. Iuuenalis satyra.vj.
Veniunt a dote sagittæ:
Libertas emitur: coram licet innuat atq;
Rescribat: vidua est locuples quę nupsit auaro.
Ibidem.
Facies nõ vxor amatur. Iuue. satyra.vj.
Nulla ne de tantis gregibus tibi digna videtur?
Sit formosa: decẽs: diues: fœcunda: vetustos.
Porticibus disponat auos: intactior omni
Crinibus effusis bellum dirimente sabina:
Rara auis in terris: nigroq; simillima cygno.
Ibidem.
Quis feret vxorem cui constant omnia? malo
Malo venusinam: q̃ te cornelia mater
Graccorum: si cum magnis virtutibus affers
Grande supercilium: & numeras in dote triumphos. Iuuenalis satyra.vj.
Huius enim rari summiq; voluptas
Nulla boni. Iuuenalis satyra.vj.
Nil vnq̃ inuita donabis coniuge: vendes
Hac obstante nihil: nihil hæ si nolet: emetur.
Hæc dabit affectus. Ibidem.
Nulla vnq̃ de morte hominis cõtatio longa est:
O demens: ita seruus homo est: nil fecerit: esto:
Hoc volo: sic iubeo: sit pro ratione voluntas.
Imperat ergo viro.
Iuuenalis satyra.vj.
Semper habet lites alternaq; iurgia lectus
In quo nupta iacet. Minimũ dormitur in illo.

Aulus gellius. Aulus gellius noc. atti. lib.v. ca.xj.
Quum rogatus esset a quodam bias deberet ne

vxorem ducere: an vitam agere cælibem? inquit
ἤτοι καλὴν ἄξεις ἢ αἰσχράν. καὶ εἰ καλήν, ἕξεις κοινήν. εἰ δὲ αἰσχράν, ἕξεις ποινήν. ἑκάτερον δὲ οὐκ ἀγαθόν. οὐ ληπτέον ἄρα. id est
Aut pulchrã duces: aut deformẽ. Si pulchrã habebis cõmunem. Si turpẽ habebis pœnã: neutrum autẽ bonum. Non est igitur ducẽda vxor.

Medicina

Medicina græce ἰατρεία.ας.ἡ. et ἰάομαι medeor: & ἰατρός.οῦ.ὁ. medicus dicitur. Est autem duplex medicina scz remouẽs morbũ: et promouens ad perfectam sanitatem. Prima cõuenit infirmis: secunda vero sanis. ex b. Tho. tertia parte. q.lxxx. arti.iiij. Ars medicinę duplex est scilicet speculatiua & practica. Idem in questionibus de veritate. q.ij. arti.viij.

Matth. Matthæus capitulo.ix.
Non est opus valentibus medicus: sed male habentibus.
Marc. Marcus capitulo.ij.
Non necesse habent sani medico: sed q̃ male hñt.
Non enim veni vocare iustos sed peccatores.
Lucas. Lucas capitulo.v.
No egent q̃ sani sunt medico: sed q̃ male habẽt.
Non enim veni vocare iustos sed peccatores ad pœnitentiam. Lucas capitulo.viij.
Medice cura teipsum.

Hieroñ. Hieronymus super Hiere. lib.ij.
Omnis medicina habet ad tẽpus amaritudinẽ: sed postea fructus doloris sanitate mõstratur.

Ambro. Ambrosius super ps.cxxx. et habetur de conse. distin.v. contraria.
Cõtraria diuinę conditioni pręcepta medicinæ sunt: quæ a ieiunio reuocant: lucubrare non sinunt: ab omni intentione meditatiõis abducũt: ita qui se medicinis dederit seipsum sibi abnegat.

Grego. Gregorius in pastorali.
Improbus & imperitus est medicus: qui alienũ mederi appetit: et ipse vulnus quod patitur nescit. Gregorius in pastorali.
Moris medicinalis est vt sæpe feruorem viscerum in pruriginẽ cutis trahat: et plerumq; inde interius curat: vnde exterius sauciat. Ita nõnunq̃ diuinæ dispensationis medicamine agitur: vt exterioribus doloribus internũ vulnus ordinet.
Gregorius in homelia.
Modus medicinę est vt aliquando similia similibus: aliqñ cõtraria contrarijs curet: calidis frigida: frigidis calida curare consueuit. Veniens ergo ad nos desuper medicus noster: tãtisq; inueniens languoribus pressos quoddã nobis simile: et quoddam nobis contrariũ apposuit: ad hoĩes quippe hõ venit: et ad peccatores iustus: concordauit nobiscũ in veritate naturę: sz discordauit vel discrepauit a nobis in vigore iustitiæ.
Idem in homelia de vno martyre.
Sicut arte medicinæ calida frigidis: frigida calidis curantur: ita dñs nostra contraria opposuit medicamenta peccatis: vt lubricis continentiã: tenacibus largitatem: iracũdis mansuetudinẽ: elatis pręciperet humilitatem.

Ioannes chryso. Ioannes chryso. super illud Matthæi. viij. Ostende te sacerdoti & offer munus.
Spũali medico spũalẽ offerebat mercedẽ: nam oẽs medici pecunijs: iste autẽ solis orationibus placatur.

Isidorus. Isidorus lib.iiij. ethymologiarum.
Nomen medicinę a modo ac temperamento impositum existimatur: vt non satis: sed paulatim adhibeatur: nam in multo cõtristatur natura: mediocri autem gaudet. Vnde & qui pigmenta & antidota assidue biberint vexantur: immoderatio enim omnis non salutem: sed periculum affert.

Bernar. Bernardus in apologetico.
Delicata nimis medicina est pri9 alligari q̃ vulnerari: membrum non percussum plãgere & nondum suscepto ictu admouere manũ: fouere vnguento vbi non dolet: emplastrum adhibere vbi scissura non est. Bernardus super cãtica.
Vnde irrepsit morb9: inde remediũ intret: et per eadem sequatur vestigia: vita mortem: tenebras lux: venenum serpentis antidotum veritatis: et sanet oculum qui turbat9 est vt serenus videat: auris prima mortis ianua prima aperiatur & vitæ.

Boetius. Boetius lib.j. de consolatione.
Si operã medicãtis expectas: oportet vt vuln9 tuum detegas.
Anselm9. Anselmus super ps.vj.
Medicus ægroto confitenti suam infirmitatẽ: medicinam negare non debet: vt persuadeat anime in quę mala se pręcipitauit: et ideo et vt ex difficultate sanatiõis magis sibi caueat. Quod enim facile sanatur non multum cauetur.

Seneca. Seneca in prouerbijs.
Crudelem medicum intẽperantia facit: male secum agit æger: qui medicum heredem facit.
Seneca lib. de beneficijs.
Grauissima infamia est medici opus quærere.

Aristo. Aristoteles lib.ij. æthicorum.
Medicinę fiunt per contraria.
Aristoteles lib.j. topicorum.
Rhætor non semper persuadebit: nec medicus semper sanabit.

Seruius sulpiti9. Seru9 sulpi. epi. ad Ciceronẽ cõsolatoria.
Noli imitari malos medicos: q̃ in alienis malis profitẽtur tenere se medicinę scientiã: ipsi se curare nõ possunt.
Cicero. Cicero li.ij. de diuinatiõe.
At hoc ne hoĩes quidem probi faciũt: vt amicis impendentes calamitates pędicẽt: quas illi effugere nullo modo possint. At medici q̃q̃ intelligunt sępe: tamen nunq̃ ægris dicunt illo morbo eos esse morituros. Omnis enim prædictio mali tum probatur: quum ad pędictionẽ cautio adiungitur. Cicero lib.j. de fin. bo. et ma.
Medicorũ scientiã non ipsius artis sed valitudinis causa pbamus.

Homer9. Homerus in iliados.
ἰατρὸς γὰρ ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων. i.
Medicus enim vir multorum æquiualens aliorum.
Menan. Menander.
ἰατρὸς ἀδολέσχος νοσοῦντι πάλιν νόσος. i.
Medicus garrulus ægrotanti alius morbus.
Idem.
πολλῶν ἰατρῶν εἴσοδός μ᾽ ἀπώλεσεν. id est
Multorum medicorum ingressus me perdidit.

Euripe. Euripedes in hippolyto.
κρεῖσσον δὲ νοσεῖν ἢ θεραπεύειν
τὸ μὲν ἐστιν ἁπλοῦν, τῷ δὲ συνάπτει λύπη τε
φρενῶν χερσίν τε πόνος. id est

Melius autem est ægrotare: q̄ curare egrotū.
Illud quidem est simplex: huicvero adiungitur.
Tristiciaq; mentium: manuumq; labor.

Horati⁹. ¶Horatius sermonum lib. primo.

Quod medicorum est
Promittunt medici: tractant fabrilia fabri.

¶Horatius epistolarū lib. j. epi⁹a. xij.

Stultorum incurata pudor malus vlcera cælat.

Ouidius ¶Ouidius lib. j. de remedio amoris.

Tempori⁹ medicina valet. Data tēpore ꝓsunt.
Et data non apto tempore vina nocent.

¶Ouidius metamorphoseos lib. j.

Sed immedicabile vulnus
Ense recidendum est: ne pars sincera trahatur.

¶Ouidius de ponto lib. iij. elegia. iiij.

Ad medicam dubius confugit æger opem.

¶Ouidius de ponto lib. iij. elegia. vij.

Curando fieri quędam maiora videmus
Vulnera: quæ melius non tetigisse fuit.

Iuuena. ¶Iuuenalis satyra. xij.

Haec imago dei est in hoĩe: vt vnus factus sit dñs: ex q̃ caeteri oriantur: hñs imperiũ dei: quasi vicarius eius: quia vnius dei hz vir imaginẽ. Ideoque mulier ad imaginẽ dei nõ est facta: sic etẽm dicit: et fecit deus hominẽ: ad imaginẽ dei fecit illũ: hinc etiã apostolus. Vir q̃dẽ ait nõ dz velare caput: quia imago et gloria dei est. Mulier ideo velet: quia nõ ẽ imago: aut gloria dei. ¶ Hiero. in epla ad Nepotianum: et habetur. di. xxxij. Hospitiolum. Hiero.

Hospitiolũ tuũ: aut raro: aut nunq̃ mulieris pedes terant: oẽs puellas et virgines xpi: aut aequaliter dilige: aut equaliter ignora: nec sub eodẽ tecto cũ muliere mãseris: nec in praeterita castitate confidas. Nec sansone fortior: nec Dauid sanctior: nec Salomone poteris esse sapiẽtior.

¶ Hiero. ad Rusticũ monachum.

Matrẽ tuã ita vide: ne p illam alias videre coneris: quarũ vultus cordi tuo haereãt: et tacitũ viuat sub pectore vulnus. Ancillulas q̃ illi in obsequio sunt tibi scias esse in insidijs: et quanto vilior est earũ cõditio: tanto facilior est ruina.

¶ Hieronymus ad Rusticũ monachum.

Nunq̃ de mulierum formis disputes: nec quid in cuiusq̃ domo agatur: alia domus pro te nouerit. Foeminae nomẽ tuũ nouerint: vultũ tuũ nesciãt.

¶ Hieronymus cõtra iouinianũ.

Uxorẽ pauperẽ alere difficile est: diuitem ferre tormentũ est. Quid pdest diligẽs custodia? quũ vxor seruari impudica nõ possit: pudica non debeat. Infida enim custos castitatis est necessitas: et illa vere pudica dicenda est: cui licuit peccare sed noluit. ¶ Hieronymus ibidem.

Pulchra cito adamatur: foeda non facile cõcupiscitur: difficile custoditur quod plures amant. Molestũ ẽ possidere quod nemo habere dignetur. Minore tamen miseria deformis habetur: q̃ formosa seruatur.

¶ Hieronymus contra Iouinianum.

Nihil tuum est in quo totius populi vota suspirant. Alius forma: alius ingenio: alius facetia: alius liberalitate sollicitat. Aliquo mõ expugnatur: qđ vndique incessitur. ¶ Hiero. epla. viij.

Illae oculos xpianos scandalizant potius: quae purpurisso: et quibusdã fucis ora oculosque depingunt: quarũ facies aegyptiacae nimio candore deformes. Idola mentiuntur: quas nec numerus annorũ potest docere q̃ vetulae sint quae capillis alienis verticẽ struunt: et praeteritã iuuentutẽ in rugis anilibus polluũt. Erubescat mulier christiana si naturã cogit in decorẽ: sed carnis curam facit in cõcupiscẽtijs. ¶ Hiero. epla. xcviij.

Quid in facie christianae purpurissus facit: et cerusa? ¶ Hieronymus epistola eadem.

Ignis iuuenum et fomẽta libidinũ: impudice mẽtis indicia. Ornatus iste nõ dei est velamẽ: sed Antichristi. ¶ Ambro. lib. questionũ noui et veteris testamenti: et habetur. xxxiij. q. v. mulierẽ. Ambro.

Mulierem cõstat subiectam dominio viri esse: et nullam authoritatem habere: nec docere potest: nec testis esse: nec fidem dare: nec iudicare.

¶ Ambrosius in Hexamero in tractatu diei iiij. et habetur. xxxiij. q. v. Adam.

Adam per Euã deceptus est: nõ Eua p Adam quẽ vocauit ad culpã mulier. Iustũ est vt eã in gubernatione assumat: ne iterũ foeminea facilitate labatur. ¶ Ambrosius super primã epistolam ad Corin. et habetur. xxxiij. q. v. Mulier.

Mulier debet velare caput: quia nõ ẽ imago dei: sed vt viro ostendatur subiecta: et quia praeuaricatio p illã inchoata est: hoc signũ debet habere in ecclesia: ppter reuerentiã epãlem: nõ habet caput liberũ: sed velamine tectũ: nõ habeat potestatem loquendi: quia epũs habet personã Christi: q̃si ergo ante iudicẽ Christum: ita ante epm sit: quia vicarius dñi est: ppter pctm originale subiecta debet videri. ¶ Ambrosius in libro de paradiso: et habetur ibidem. Nec illud.

Nec illud ociosum est: q̃ nõ de eadẽ terra in qua plasmatus est Adã: sed de ipsius Adae costa facta sit mulier: vt sciremus vnã in viro: et in muliere corporis eẽ naturã: vnũ fontẽ generis humani. Ideo non duo a principio facti vir et mulier: nec duo viri: neque due mulieres: sed primũ vir: et deinde ex eo mulier: Unã enim naturã volẽs hominũ cõstituere deus ab vno principio creaturae hoc incipiẽs multarũ et disparium naturarum eripuit facultatẽ. ¶ Ambro. in li. j. de Dauid.

Sanson validus et fortis leonẽ suffocauit: sed amorẽ suũ suffocare nõ potuit. Vincula soluit hostiũ: sed suarum nõ soluit nexus cupiditatũ. Messes incẽdit alienas: sed vnius ipse mulieris accẽsus igniculo: messem suae virtutis amisit.

¶ Ambrosius li. j. de officijs.

Foeminarũ cũ clericis nullo pacto coniuncta pmittitur cõuersatio. Ianua diaboli: via iniquitatis: scorpionis percussio: nocuumque genus est

foemina. Quum proximat ignẽ accendit. Flãmigero igne pcutit cõsciẽtiã pariter laborãtis: et exurit fundamẽta montiũ. Si cũ viris foeminae habitent: viscariũ nõ deerit Diaboli. ¶ Ibidem.

Si pudicam quaeris foeminam: quam bene videris conuersantẽ mente dilige: non corporali accessu frequentes. Nemo miles cum vxore pergit ad bellum. Foeminae cum viris habitantes germinant spinas: et arcana mentium acuto mucrone percutiunt. ¶ Joan. Chry. in sermone de collationis Jo. Baptistae. Joannes chryso.

Quid enim quis dicat: aut quõ quis enarret mulierẽ illã crudelẽ: maliciosam? Ego quidẽ existimo nullã esse in hoc mũdo bestiã cõparabilẽ mulieri male. Quid inter quadrupedia aĩalia leone saeuius? sed nihil hac ferocius. Quid in serpentibus dracone acrius? Nec hic quidem cum muliere mala cõferri põt. Nã leo et draco in malo inferiores sunt. Danielẽ leones in lacu veriti sunt. Iustũ vero illud Naboth iezabel interfecit. Cetus Jonam in ventre custodit. Dalida Sansonem circumuentum illecebris: raso etiã capite deformatum alienigenis tradidit. Joannẽ baptistã in deserto viuentem dracones: et aspides cornutae subdita feritate tremuerunt. Herodias vero eidem caput abscidit: et tãti viri mortẽ in precium saltationis accepit. O malum summũ: et acutissimum telum diaboli. ¶ Ibidem.

Per te bella fiunt: per te sapientes se perdunt: per te sancti occisi sunt: p te ciuitates cõbuste sunt: per te vita pdita est: p te mors inuenta est: p te diuites pauperes: p te pulchri turpes: p te fortes debiles: p te veraces mẽdaces: p te casti luxuriosi: p te humiles superbi: per te poenitentes inobediẽtes: et deo odibiles fiunt. Haec ẽ mulier antiqua malitia: quae Adã eiecit de paradisi delitijs. Haec humanũ genus mersit in infernũ. Haec vitã abstulit mũdo: p vnius arboris pomũ. Hoc malũ hoĩes ducit ad mortẽ. ¶ Jo. Chry. sup illud Mat. xix. Nõ expedit nubere.

Quid est mulier nisi amicitiae inimica: ineffugabilis poena: necessariũ malũ: naturalis tẽtatio: desiderabilis calamitas: domesticũ periculum: delectabile detrimentũ? ¶ Jo. Chry. sup ps. l.

Quid est speciosa mulier? Sepulchrũ dealbatũ: nisi fuerit sobria: casta: pudica: pulchritudo autem sine his virtutibus est praecipitiũ patens: venenum inspicientibus compositum.

¶ Isidorus: et habetur. xxx. q. v. Foeminae. Isidorus

Foeminae dum maritantur: ideo velantur: vt se nouerint semper maritis suis subditas esse: et humiles. ¶ Lactantius Fir. diui. insti. li. iij. Lactãtius

At nulla vehemẽtior discordiarum est causa: q̃ vnius foeminae a multis maribus appetitio.

¶ Seneca Tragoedia. x. Seneca

O q̃ cruentus foeminas stimulat dolor:
Una quum patuit pellici ac nuptae domus.

¶ Seneca in Medea.

Nulla vis flammae: tumidique venti
Tanta: nec teli metuenda torti:
Quanta quum coniunx viduata taedis
Ardet et odit. ¶ Seneca Tragoedia. iiij.
Sed dux malorum foemina: et scelerũ artifex.

¶Ibidem.

Sileantur aliæ:sola cõiunx Alcestis
Medea reddet fœminas dirum genus ¶Idē
Detestor omnes:horreo:fugio:execror:
Sit ratio:sit natura:sit dirus furor.
Odisse placuit. ¶Ibidem.
Instruit omnis fraude fœmina dolos.

¶Aristoteles lib.viij.de animalibus.

Aristo.

Lac mulierum nigrarum melius est ꝛ pluris cibi:ꝙ albarum. ¶Aristo.li.v.de animalibus.
Nulli animaliũ accidit menstruũ sicut mulieri.

¶Idem libro.viij.de animalibus.

Mulier melioris est pietatis ꝛ compassionis ꝙ vir:sed maioris invidiæ:ꝛ diligit lites:ꝛ malitiosior:ꝛ de facili decipitur.

¶Aristo.li.ix.de animalibus.

Impregnatio accidit mulieribus naturaliter post menstruũ. ¶Ibidem.
Fœminæ post partũ cito crescunt. ¶Ibidem
Mulieribus tempore partus accidit fortis calor. ¶Ibidem.
Menstruum in mulieribus cessat post quadragintaquattuor annos. In aliquib⁹ vero remanet vsqꝫ ad quinquaginta. ¶Aristo.li.x.de aialib⁹.
Mulieres lactantes omnino non menstruant: vel modicuꝫ. ¶Aristo.li.xv.de animalibus.
Fœtus non fit expermixtione duorũ spermatiũ. Unde ꝛ mulier impregnatur sine effusione spermatis. ¶Ibidem.
Mas est principiũ motus in gñatione. Fœmia vero est sicut materia. ¶Ibidem.
Fœmina non generat per se:quia indiget principio motus:quod est mas. ¶Aristo.li.xvj.
Fœmina est mas occasionatus.

¶Aristo.lib.xviij.de animalibus.

Mulier ꝛ equa super omnes fœminas diligũt coitum. ¶Ibidem.
In hominibus citius formantur mares ꝙ fœmine. ¶Ibidem.
Fœminę debiliores sunt maribus:quia sunt frigidioris naturæ. ¶Aristo.li.j.Politicoꝝ.
Conflictus mulieris est invalidus:puerilis aũt imperfectus. ¶Aristo.li.iij.Politicoꝝ.
A mulieribus male regitur ciuitas. ¶Ibidē.
Melius est mulieris dotem modicaꝫ:vel mediocrem esse:ꝙ magnã. ¶Aristo.li.vij.politicoꝝ.
Finis generatiõis in viris:vt plurimũ est numerus.lxx.annoꝝ. In mulieribꝫ aũt ꝯquaginta.

¶Laer.Dioge.de vita ꝛ mo.philosophoꝝ.

Laertius Diogen.

Duo lachrymarum genera sunt in oculis mulierum(dicebat Pythagoras)Ueri doloris vnũ. Infidiarũ vero aliud. ¶Ibidem.
Mulier speciosa ꝛ pulchra templum est super cloacã ædificatũ:dicebat Socrates. ¶Ibidē.
Interrogatus Secidus philosophus quid eẽt mulier? Respondit:hominis confusio:Insanabilis bestia:Cõtinua sollicitudo:Indefinens pugna:Quotidianũ damnũ: Solicitudinis impedimentũ:Uiri incõtinentis naufragiũ: Adulteriꝫ vas:Perniciosum prælium:Animal pessimũ: Pondus grauissimum:Aspis insanabilis: Humanũ mancipiũ. ¶Cice.Rhetoricoꝝ nouoꝝ.li.iiij.
Maiores nostri:si quam vnius peccati damnabant mulierẽ simplici iudicio multoꝝ maleficiorũ convictã putabãt: quo pacto? Quoniã quã impudicã iudicarant:eã veneficij quoqꝫ dãnatam existimabãt. Quid ita? Necesse est eã quæ suũ corpus addixerit cupiditati timere permultos. Quos? Istos:virum:parentes:ad quos videt sui dedecoris infamiã pertinere. Quid post ea? Eos quos tantopere timeat: necesse est:vt quoquo modo possit veneficio petat. Cur? Quã nulla potest honesta ratio retinere:quã magnis tudo peccati facit timidaꝫ:intemperantia audacem:natura facit necesse est inconsideratam.

¶Cicero Rhetoricorum veterum li.j.

Cicero.

Mulierum genus est auarum.

¶Valerius maximus.li.ij.

Valerius maximus.

Vini vsus olim romanis:fœminis ignotus fuit: ne scilicet in aliquod dedecus prolaberentꝰ. Ac proximus a Libero patre intẽperantiæ gradꝰ ad inconcessam Venerẽ esse consuevit. ¶Ibidē.
Veneficij quæstio:ꝛ moribus:ꝛ legibus Romanis ignota complurium matronarum patefacto scelere orta est:quæ quum viros suos clandestinis insidijs veneno perimerent: vnius ancillæ indicio protracte:per senatum capitali iudicio damnatæ centum ꝛ lxxx.numerum expleuerũt.

¶Euripedes in Medea.

Euripes.

Γυμή γὰρ ἄλλα μὲμ φόβου πλέα
κακή δ' ἐσ ἀλκήμ. καὶ σὶ δ' ἀνδρὸμ εἰσορᾶν
ὅταμ εἰσ ἐννέμ ἠδικημέμη κυρή.
οὐκ ἔσιμ ἄλλη φρέμ μιαιφονωτέρα. id est
Mulier enim in alijs quædam timore plena
Timida aũt in pugnam:ꝛ ferrum inspicere.
Sed quando circa lectum iniuria affecta fuerit:
Non est alia mens magis homicida.

¶Idem ibidem.

Γυμαίκεσ' ἐσμεμ ἑσθλ' ἀμηχαμ ὅταται
κακῶμ δὲ πάντωμ τέκτονες σοφώτατοι. i.
Mulieres sumus ad bona consilij pauperrimę:
Malorũ autem omnium artifices sapientissimę.
πάντωμ δ' ὅσσ' ἐσ τ' ἔμ.ψυκα. καὶ Γυῶμμ ἔχει
Γυμαῖκεσ ἐσμεμ ἀβλιώτατον φυτόμ. i.
Omniũ aũt quæ sunt animata:ꝛ mentẽ habent.
Mulieres sumus miserrima planta.

¶Hesiodus.

Hesio.

μή δέ Γυμὴ σεμ δόμ πυγοδόλος ἑξαπατάτω
ἀιμύλα κωτὶλλουσα. τεὴμ διφῶσα κάλυμ. i.
Neqꝫ mulier ornans nates tuã mentẽ deciplat
Blanda loquens:tuã enaçuans domũ. ¶Idē.
ὃσ δὲ Γυναικι πέποιθε:πέποιθ' ὅγε φιλήτησι. i.
Qui mulieri credidit:credidit ille deceptoribꝰ.

¶Menander.

Menander.

Χειμών κατ' οἶκουσ ἐσιμ ἀνδράσι Γυμή. i.
Tempestas in domibus est hominibus mulier.

¶Idem.

ὃσ ἐσ' ἄπισομ ἡ Γυμαικία φύσισ. i.
Quam est infidum mulierbris natura. ¶Idem.
βίουσ πάντισ πέφυκεμ ἀνδράσι Γυμή.
Uitæ raritas est hominibus mulier. ¶Idem.
Γυμὴ δικαία τοῦ βίου σωτηρία. i.
Mulier iusta vitæ salus. ¶Idem.
Γυμαικοσ' ἐσθλῆσ ἐπιτυχεῖμ οὐ ῥᾴδιομ. i.
Mulierem bonã consequi non facile. ¶Idem.
Γυμαίκα βάπτειμ κρεῖσσομ ἐσιμ ἢ Γαμεῖμ. i.

Mulierem sepelire melius est ꝙ ũcere in vrorem. ¶Idem.

Γυμή τὸ σύμολομ ἐσι Δαπαμηρὸμ φύσει. i.
Mulier penitus est sumptuosum quid natura.

¶Idem.

Γυμαικί μὴ πίσευε τὸμ σαυτοῦ βίομ. i.
Mulieri ne crede tuipsius vitam. ¶Idem.
Γυμὴ γὰρ οὐ Δέμ δ' ἐλεῖμ πλήμ ὄβουλεται. i.
Mulier eẽ nihil nonit præter qđ vult. ¶Idem.
Γυμὴ δὲ χρησὴ πλάλιομ ἐσ' οἰκιάσ. i.
Mulier autem bona temo est domus ¶Idem.
Γυμὴ Γυμαικόσ πῶπωτ' οὐ Δέμ διαφέρει. i.
Mulier a muliere vnꝙ nihil differt. ¶Idem.
ἐμ γὰρ Γυμαιξὶ πίσιμ οὐκ ἔυεσ' ἰδεῖμ. i.
In mulieribus eẽ fidẽ non licet videre. ¶Idē.
θησαυρόσ ἐσι τῶμ κακῶμ κακὴ Γυμή. i.
Thesaurus est malorũ mala mulier. ¶Idem.
θηρῶμ ἅπάντωμ ἀγριοτέρα κακὴ Γυμή. i.
Feris omnibus agrestior mala mulier. ¶Idem.
θάλασσά καὶ πῦρ καὶ Γυμὴ κακά τρία. i.
Mare ꝛ ignis ꝛ mulier mala tria. ¶Idem.
ὁσ πέφυκεμ ἀσπὶ Δοσ κακὴ Γυμή. i.
Uenenum est aspidis mala mulier. ¶Idem.
ἰὸσμ λεαίνησ καὶ Γυμαικόσ ὰμοτησ. i.
Æqualis leenæ ꝛ muliebris crudelitas. ¶Idē.
καλὸμ Γυμαικόσ εἰσορᾶμ καλόμ' τρόπομ. i.
Pulchrum mulieris inspicere pulchros mores.

¶Ibidem.

καλὸμ φυτὸμ πέφυκεμ ἐμ βιῶ Γυμή. i.
Pulchra planta est in vita mulier, ¶Idem.
λύπη πάσωσα πάμτοτ' ἐσὶμ ἡ Γυμή. i.
Tristitia præsens vbiqꝫ est mulier. ¶Idem.
μύμφη Δ' ἀπροικοσ' οὐκ ἔχει παρρησίαμ. i.
Sponsa sine dote non habet audaciã. ¶Idem.
ῥύποσ Γυμὴ πέφυκεμ ἀργυρωμένοσ. i.
Sordes mulier est argentata ¶Idem.
τερπνὸμ κακὸμ πέφυκεμ ἀμδρασι Γυμή. i.
Delectabile malum est hoibus mulier. ¶Idem.
ὑπερηφάμου πράγμ' ἐσὶμ ὡραῖα Γυμή. i.
Superba res est pulchra mulier. ¶Pittacus.

Pittac⁹.

Γυμαικὸσ ἄρχε. i.
Mulieri impera. ¶Plautus in Asinaria.

Plaut⁹.

Sitis dicacula est amatrix:lingua poscit:corꝰ querit:animus orat:res monet.

¶Idem in Cassina.

Non matronarũ par est officium:sed meretricũ: viris alienis sublandiri.

¶Plautus in Mustellaria.

Mulier quę suam ætatem spernit:speculo elusa est. Mulier recte olet:vbi nihil olet. Na istęve teres:quę se vnguẽtis vnctitãt:vetule:edẽtulæ quę vitia corporis fuco occultant:vbi sese sudor cũ vnguentis consociauit:illico itidẽ olent:quasi vna cũ multa iura confundit corpus.

¶Plautus in Mustellaria.

Purpura ætate occultanda est: aurũ turpi mulieri:pulchra mulier nuda erit:ꝙ purpurata pulchrior. Postea nequicꝙ exornata est bene:si morata est male ¶Plautus in Mustellaria.
Ædes plenas continuarũ ꝛ mulierũ miserũ est opus. ¶Plautus in persa.
Omnes sunt lænæ leni fide:Neqꝫ stipulæ leni? pondus est:ꝙ fides lænonia. ¶Ibidem.

Virgo atqꝫ mulier nulla erit:quin sit mala quæ recitet:si quid peruerse fieri videt.

¶Idem in Rudente.

Tacita mulier est bona semper:ꝙ loquens.

¶Plautus in Stycho.

Qui põt mulieres vitare viter: vt quotidie: prudie caueat:ne faciat qđ pigeat postridie.

¶Plautus in Milite glorioso.

Quid muliere pejus? atqꝫ audacius? Nã neqꝫ eques:neqꝫ pedes præfectus quisꝙ est tãta audacia. ¶Plautus in Mercatore.
Nulla mulier bona est. ¶Plautus ibidem.
Ecastor lege dura viuũt mulieres? multoqꝫ iniquiores miserę ꝙ viri. Nam si vir scortũ ouerit clam vxore sua:id si resciuit vxor:impune est viro. Si clam domo egressa est foras:fit cã:exigit matrimonio. ¶Plautus in Penulo.
Bono ingenio me esse ornatã:ꝙ auro multo malo. ¶Plautus in Penulo.
Multa sunt mulierũ vitia:sed hoc e multis maximũ est:quũ sibi nimis placent:nimisqꝫ operaꝫ dant:vt placeant viris. ¶Plautus in Bacchid.
Miserius nihil est:ꝙ mulier. ¶Ibidem.
Usus merus meretricũ est blanditia. ¶Ibidē.
Juuenili ætati nõ cõducit mulier:nec latebrosus locus. ¶Plautus in Bacchid.
Ifthoc illecebrosius fieri nihil potest:nox:mulier:vinum homini adolescentulo.

¶Plautus in Senechmis.

Meretrix tantisper blãditur:dum illud qđ rapi at videt. ¶Teren.in Heautontimorumeno. Terentiꝰ
Nostri mores mulierũ? Dum moliunt:dum cõmutur:annus est. ¶Terentius Comœ.vj.
Omnes mulieres eadem æque studẽt:volũtaꝫ omnia. ¶Ibidem.
Itaqꝫ adeo vno animo omnes socrus oderũt nurus:viris esse aduersas æque studiũ est:similis pertinacia est. In eodem mihi videtur omnes ludo doctæ ad malitiam. ¶Ibidem.
Censes ne posse reperire vllam mulierem quæ careat culpa. ¶Terentius ibidem.
Mulier mulieri magis congruit. ¶Uerg.li.iiij.Aenei. Uergi.
Uarium ꝛ mutabile semper
Fœmina. ¶Idem libro.v.Aeneidos.
Notumqꝫ furens quid fœmina possit.

¶Ouidius Metamorphoseos li.x.fa.viij. Ouidi⁹.

Uiderat offensus vitijs:quę plurima menti.
Fœmineæ natura dedit. ¶Oui.amoꝝ li.j.ele.ij.
Casta est:quam nemo rogauit.
Aut si rusticitas non vetat:ipsa rogat.

¶Idem lib.ij.elegia.xvj.

Uerba puellarum foliis leuiora caducis
Irritaqꝫ:vt visum est:ventus ꝛ aura ferunt.

¶Ouidius li.j.artis amandi.

Spectatũ veniunt:Veniunt spectentur vt ipsæ.
Inuenit artem ¶Ibidem.
Fœmina:qua cupidi carpat amantibus opes.

¶Ibidem.

Fallite fallentes. Ex magna parte prophanum
Sunt genus. In laqueos quos posuere cadãt.

¶Ibidem.

Nim licet appelles:grata est vis ista puellis.

Quod iuuat inuitæ sæpe dedisse volunt.
¶ Ouidius li.ij.artis amandi.
Illæ mundicijs annorum damna rependunt.
Et faciunt cura ne videantur anus.
¶ Ouidius li.iij.artis amandi.
Cura dabit faciem: facies neglecta peribit:
Idaliæ similis sit licet illa deæ ¶ Ibidem.
Fœmina caniciem germanis inficit hærbis.
Et melior vero queritur arte color.
Fœmina procedit densissima crinibus emptis:
Proq; suis alios efficit ære suos. ¶ Ibidem.
Scitis & inducta candorem querere cera.
Sanguine q̃ vero nõ rubet: arte rubet. ¶ Ibidẽ.
Rara tñ menda facies caret: occule mendas:
Quaq; potes vitiũ corporis abde tui. ¶ Ibidẽ.
Cui grauis oris odor: nunq̃ ieiuna loquatur:
Et semp spacio distet ab ore viri. ¶ Ibidem.
Quo non ars penetrat? discunt lachrymare decenter.
Quoq; volũt plorãt tpe: quoq; modo. ¶ Ibidẽ.
Non nimium vobis formosa ancilla ministret:
Sæpe vicem dñæ præbuit illa mihi. ¶ Ibidẽ.
Nil igitur matrona leget: quę carmine ab omni
Ad delinquendum doctior esse potest.
¶ Ouidius epistola Herus ad Leandrũ.
Ut corpus teneris: sic mens infirma puellis.
Proper. ¶ Propertius li.ij.elegia.vj.
Nam nihil inuitæ tristis custodia prodest.
Quam peccare pudet cynthia: tuta sat est.
¶ Propertius libro.ij.elegia.viij.
Sed vobis facile est verba & cõponere fraudes.
Hoc vnum didicit fœmina semper opus.
Non sic incerto mutantur flamine syrtes:
Nec folia hyberno tam tremefacta notho:
Quã cito fœminea non constat fœdus in ira:
Siue ea causa grauis: siue ea causa leuis.
¶ Idem elegia.xvj.
Formosis leuitas semper amica fuit.
¶ Propertius li.iij.elegia.xviij.
Obijcitur totiens a te mihi nostra libido.
(Crede mihi) vobis imperat illa magis.
Uos vbi contempti rupistis fræna pudoris:
Nescitis captę mentis habere modum
Tibullus ¶ Tibullus libro.j.elegia.ix.
Tu procul hinc absis: cui formã vendere cura est.
Et precium plena grande referre manu.
¶ Tibullus libro.iij.elegia.iij.
Ah crudele genus: nec fidum fœmina nomen:
Ah pereat didicit fallere si qua virum.
Catull9. ¶ Catullus elegia.v.
Dicit. Sed mulier cupido quod dicit amanti
In vento: & rapida scribere oportet aqua.
Martia. ¶ Martialis epigrãmaton li.vj.de Thaide.
Oia quũ faciat Thaide Thais olet. ¶ Idẽ li.ij.
Scire suos fines matrona: & fœmina debet.
Iuuena. ¶ Iuuenalis satyra sexta.
Quid q̃ & antiquis vxor de moribus illi
Quæritur: o medici mediã pertundite venam:
Delitias hominis. Tarpeium limen adora
Pronus: & auratam Iunoni cæde iuuencam:
Si tibi contigerit capitis matrona pudici.
¶ Ibidem.
Iusta pericli.
Si ratio est: & honesta: timent: pauidoq; gelant
Pectore: nec tremulis possunt cõsistere plãtis.
Fortẽ aïum præstãt reb9 quas turpibus audẽt.
Si iubeat coniunx: durũ est conscendere nauim:
Tunc sentina grauis: tũc summus vertitur aer.
Quæ mœchum sequitur stomacho valet: illa maritum.
Conuomit: hec inter nautas & prandet: & errat
Per puppim: & duros gaudet tractare rudẽtes.
¶ Ibidem.
Faciunt grauiora coactæ
Imperio sexus: minimũq; libidine peccant.
¶ Ibidem.
Scilicet expectas: vt tradat mater honestos:
Atq; alios mores q̃ quos habet? ¶ Ibidẽ.
Nulla fere causa est in qua non fœmina litem
Mouerit. ¶ Ibidem.
Quę fugit a sexu vires amat: hec tamen ipsa
Uir nollet fieri. Nã quantula nostra voluptas.
¶ Ibidem.
Nihil est audacius illis
Deprensis. Irã atq; animos a crimine sumunt.
¶ Ibidem.
Iam fas est admitte viros: dormitat adulter.
Illa iubet sumpto iuuenem properare cucullo.
Si nihil est seruis incurritur. Abstuleris spem
Seruorum? veniet conductus aquarius: hic si
Queritur: & desint hoïes: mora nulla per ipsam
Quo minus imposito clunem supponat asello.
¶ Ibidem.
Iamq; eadem summis pariter minimisq; libido.
Nec melior pedibus silicem quæ conterit atrũ:
Quam quę longorum vehitur ceruice syrorum.
¶ Ibidem.
Multis res angusta domi. Sed nulla pudorem
Paupertatis habet: nec se metitur ad illum:
Quem dedit hęc posuitq; modum. Tamen vtile quid sit
Prospiciunt aliquãdo viri. Frigusq; famemq;
Formica tandem quidam expauere magistra.
Prodiga nõ sentit pereuntem fœmina censum?
Ac velut exhausta rediuiuus pullulet arca
Nummus: & ex pleno semper tollatur aceruo:
Non vnq̃ reputant quanti sua gaudia constent.
¶ Ibidem.
Intolerabilius nihil est q̃ fœmina diues.
¶ Ibidem.
Ad mœchum lota veniunt cute. Quãdo videri
Uult formosa domi? ¶ Ibidem.
Quæ non faciet quod principis vxor?
¶ Dantes Florentinus. Dantes.
Per lei assai di la vi si comprehende
Quanto in fœmina foco damor dura.
¶ Franci. Petrarcha Soneto.cliij. Franciscus petrarcha.
Fœmina e cosa mobil per natura.
Undio scio ben chuno amoroso stato
In cor di donna picol tempo dura.
¶ Idem Soneto.cccxvij.
Charita de segnor: amor di dona
Son le cathenę: one cum multi affanni
Ligato sum per chio stesso me strinsi
¶ Multiloquium græce πολυλογία.ας.ἡ. et lingua
πολυλογος.ου.ὁ. multiloquus dicitur. Est autẽ multiloquiũ multitudo locutionis cũ superfluitate: vel pter vtilitatẽ: vel necessitatẽ: & sic itelligit puer.x. In multiloquio nõ deerit pctm. ex Alex. de Ales scda scdę tract. de multilo. paral.
Multiloquium est filia gulę secũdum. b. Tho. secunda secũdę. q. cxlviij. ar. vj.
Quid aũt differat a scurrilitate vide ĩfra ĩ Scurrilitas. Multiloquiũ etiã multiloquẽtia dici põt.

Immundicia.

Mundus græ. κόσμος.ου.ὁ. & κοσμικὸς.ου.ὁ. mundanus dicit. Est autẽ mundus qui cõstat ex cœlo: terra: & terrenis: cœlestibusq; naturis: vt ait Possid. ĩ Meteoris. sine q̃ cõstat ex dijs & hoïbus: ijsq; reb9 quæ horũ gratia cõditę sunt: ab ornatuq; dicitur quem græci κόσμον vocant. Est etiã mundus ornatus muliebris: quasi munitus: q̃uis alij a mouendo dictũ velint: qm̃ mundus id genus ornatus sit: quod sumunt mulieres ac deponũt. Mundũ etiã neutro genere veteres dixerũt. Lucillius. Legauit quidã vxori mundũ omne penũq;. Hinc fit mundus da. dum. hoc est purus: tersus: politus: a quo immundus: impurus: obscœnus: & mundo: & mũdifico verba: hoc est depuro: detergo: & mundicia: quę & mundicies dicit: hoc est lautitia: & contrariũ eius immũdicia vel immundicies: & aduerbia munde: & immunde. Mũdus vo muliebris: vt placet Ulpiano: est quo mulier mũdior fit: quo dicit contineri speculum: matulas vnguenta: vasa vnguẽtaria: & si qua similia: vnguenta vo gratia valitudinis mundo muliebri dicuntur non contineri. paral.

Ioannes ¶ Ioannes pme can. cap. ij.
Nolite diligere mundum: neq; ea quę in mundo sunt. Si quis diligit mundũ: non est charitas patris in eo. Quoniã omne qd est in mundo concupiscentia carnis est: & cõcupiscentia oculorũ: et superbia vitę: quę nõ est ex patre: sed ex mundo est. Et mundus transit: et concupiscentia eius. Qui autẽ facit voluntatẽ dei manet in æternũ.

Augu. ¶ Augu. de verbis dñi: sermone. xiij.
Sæculũ est quasi mare. Unicuiq; aũt sua cupiditas est tẽpestas. Amas deũ? Ambulas supra mare. Sub pedib9 tuis est sæculi timor. Amas seculũ? Absorbet te. Amatores suos vorare nouit: nõ portare. Sz quũ fluctuat cor tuũ cupiditate: inuoca Christi diuinitatẽ vt vincas tuã cupiditatem. ¶ Aug. tractatu de cõtẽptu mundi.
Si Christus pte de cœlesti sede descendit: tu pter ipsum fuge terrena. Si dulcis est mundus: dulcior est Christus. Si amarus est mũdus: oĩa pro te sustinuit Christus.

Boetius. ¶ Boeti9 de phica cõsolatiõe lib. ij. psa. vij.
Omnẽ terrę ambitũ: sicut astrologicis demonstrationib9 accepisti: ad cœli spaciũ puncti constat obtinere rationẽ: id est vt si ad cœlestis globi magnitudinẽ conferat: nihil spacij prorsus habere iudicetur. Huius igit tã exiguę in mũdo regionis quarta fere portio est: sicut Ptolemæo testãte didicisti: quę ab nobis cognitis animãtibus icolat. Huic quartę: si quãtũ maria paludesq; pmunt: quãtũq; siti vasta vestra regio distendit cogitatione subtraxeris: vix angustissima inhabitandi hoïbus area relinquit. In hoc igit minimo puncti pũcto circũsepti: atq; cõclusi de pmulgãda fama: & proferendo noïe cogitatis. Ut quid habet amplũ magnificũq; gloria tam angustis exiguisq; limitibus arctata?

¶ Cyprianus de. xij. abusionibus.
Mundi amor: & dei: pariter in vno corde habitare nõ possunt: quẽadmodum oculi pariter cœlũ: et terram nequaq̃ conspiciunt.

¶ Cassiodorus super psal. xliiij. Cassiod.
Mari iuste comparatur hic mundus: qz falsitatib9 amarus est: fluctib9 diabolicis quatit: vitiorũ tempestatibus commouetur.

¶ Lactãtius Firmi. di. insti. lib. vij. c. v. Lactãti firmia.
Is artificẽ rerũ omniũ: is verũ patrẽ suũ debita veneratione psequitur: qui virtutem maiestatis ei9 de suorũ operũ inuentione: inceptione: perfectione metitur. Quod planius argumentũ pferri põt & mundũ hoïs: et hominẽ sui causa deũ fecisse: q̃ q ex omnibus animãtib9 solus ita formatus est: vt oculi eius ad cœlum directi facies ad deũ spectãs: vultus cũ suo parente cõmunis sit: vt videatur hominẽ deus: quasi porrecta manu alleuatũ ex humo ad cõtẽplationẽ sui excitasse.

¶ Seneca ad Lucilliũ epistola. xxvij. Seneca
Ideo nulli loco animũ adijcere debem9: cũ hac sit psuasione viuendũ. Nõ sum vni angulo nat9: patria mea totus est mundus.

¶ Plato in Thymæo. Plato.
Mundus a deo factus est. ¶ Ibidem.
Charitas dei causa fuit factionis mũdi: & originis oĩm rerũ. ¶ Aristo. li. j. de Cœlo & mũdo. Aristo.
Nõ sunt plures mũdi: nec est possibile esse plures mũdos. ¶ Aristo. lib. viij. phisicorum.
Motus est æternus. Mundus est æternus.
¶ Aristoteles de genera. & corruptione.
Terra est frigida & sicca. Aqua frigida & hũida.
Aer calidus & humidus. Ignis calidus & siccus.

¶ Cicero lib. j. de legibus. Cicero
Uniuersus hic mũdus vna ciuitas cõmunis deorũ atq; hominum existimanda est.
¶ Idem libro pmo de natura deorum.
Sin alia causa est cur mortalẽ fecerit mundũ: nõ quẽadmodũ Platonici dicũt sempiternum. Ab vtroq; autẽ sciscitor: cur mundi ædificatores repente extiterint: innumerabilia aũt sæcula dormierint. Non enim si mũdus nullus erat: sæcula nõ erant. Sæcula nũc dico nõ ea: quę dierũ noctiũq; numero annuis cursibus efficiũtur. Nam fateor ea sine mũdi cõuersione effici nõ potuisse. Sed fuit quædã ab infinito tẽpore æternitatas: quã nulla circunscriptio tẽporis metiebat: spatio tñ qualis ea fuerit intelligi non põt: quod ne in cogitationẽ quidẽ cadit: vt fuerit tẽpus aliqd: nullum quũ tẽpus esset. Isto igitur tam imenso spacio quæro Balbe cur Pronaea vestra cessauerit. Laborẽ ne fugiebat? At iste nec attingit deũ nec erat vllus: quum omnes naturæ numini diuino cœlũ: ignes: terrę: maria parerent. Quid autem erat: quod concupisceret deus mundum signis & luminibus tãq̃ ædilis ornare: si vt deus ipse melius habitaret: antea: videlicet tẽpore infinito in tenebris tãq̃ in gurgustio habitauerit:

post aũt varietate ne eũ delectari putam⁹: q͛ cœlũ ꝛ terra exornatas videm⁹? Que ista pōt esse oblectatio deo? Que si esset: nō ea tā diu carere potuisset. An hec fere: vt dicitis: hoīum causa a deo cōstituta sunt? Sapientū ne? Propter paucos ergo tāta est facta reꝝ molitio. An stultoꝝ? At primū causa nō fuit: cur de ĩprobis bene mereret. Deinde quidē assecut⁹: quū oēs stulti sint sine dubio miserrimi: maximeq₃ stulti sunt. Miserius eñ stultitia quid dicere possumus?

Lucius Apuleius. ¶ Lucius Apulei⁹ de dogmate Platonis.
Quid eñ mundo præstantius? lauda quā putas speciē: portio a te laudabitur mundi.

Munus græce Δῶρον.ου.τὸ. dicit. et est rei alicuius donatio: atq₃ honoris signū ſm Aristo. lib. j. Rhæ. Munus aũt: donū: ꝛ pmium (vt placet donato) sic differunt: ꝙ donū: ꝛ mun⁹ tam ante factū: ꝙ post factū datur. Præmiū nō nisi post factū. Donū volūtariū est. Præmiū debet. Donū diis datur: munus hoībus. Præmiū viris fortib⁹. Donū a liberali hoīe. Præmiū a præclaro. Inter donū et mun⁹ hoc interest secundū eũdem donatū: ꝙ mun⁹ est id qd̄ necessario subim⁹ lege more: ĩperio ei⁹ q̄ iubēdi habet ptātem. Donū aũt: qd̄ nulla necessitate iuris: s₃ spōte pꝛestat. Et si nō pstatur nulla repꝛehēsio: ꝛ si pꝛestat plerūq₃ ē laus. Munus: vt placet varroni dicit: quia qui mutuo animo sunt: id dāt officiis gratia: nec a dono differt: nisi quū p metaphorā: vel p officio ponit: quoniā officia aut a principib⁹: aut a rebus publicis muneris loco dari cōsueuerūt: vel pro ludis: qui a principe ppl'is quasi muneris loco exhibent. A munus fit ĩmunis: qui absq₃ onere liber est: ꝛ immunitas exēptio ab onere. Hinc remunero: hoc est retribuo: redono: ꝛ munificus liberalis: quasi munera large præbens. Et munificētia: liberalitas: et munifice liberaliter.

Deut. ¶ Deuteronomii cap. xvj.
Non accipies personā nec munera. Qꝛ munera excæcant oculos sapientū: ꝛ mutant v̄ba iustoꝝ.

Prouerbiorum. ¶ Prouerbiorum cap. xvij.
Munera de sinu impius accipit: vt puertat semitas iudicij.

Eccli. ¶ Ecclesiastici cap. xx.
Xenia ꝛ dona excæcant oculos iudicum.

Esaias. ¶ Esaias capitulo. j.
Oēs diligūt munera: sequuntur retributiones.
¶ Idem capitulo. v.
Væh qui iustificatis impiū p muneribus: ꝛ iustitiam iusti aufertis ab eo.

Ambro. ¶ Ambrosius sup epi. ad Corint. j.
Libertatē arguēdi amittit: ꝛ peccat: q̄ ab eo accipit q̄ ideo dat: ne corrigat. ¶ Ibidem.
Munera excæcāt oculos iudiciū: ꝛ vim authoritatis inclināt.

Grego. ¶ Grego. in tractatu euāgeliorū: ꝛ habetur. j. q. j. Sunt nonnulli.
Quū virū iustū ppheta describeret: ait. Btūs q̄ excutit manus suas ab omni munere: nō dixit solum a munere: sed ab oī munere. Quia aliud est munus ab obsequio: aliud a manu: aliud a lingua. Mun⁹ ab obsequio est seruit⁹ indebite impēsa. Munus a manu pecunia est. Mun⁹ a lingua fauor. ¶ Idem lib. xxij. moraliū.
Non Abel ex muneribus: sed ex Abel munera oblata placuerunt.

Ioannes chryso. ¶ Ioānes Chryso. ĩ tractatu de Symbolo.
Quis non erubescat dicere? Quid mihi dabis vt tibi iustitiā faciā? Nōne simile est ac si dicat? Quid mihi vultis dare vt meipm abnegē: officiū perdā: ꝛ deum vendam? ¶ Ibidem.
Quo beat⁹ Eugenius munera cauti⁹ abigebat: ad eum vndiq₃ multiplicius cōfluebāt. Hoc quoq₃ fere vbiq₃ accidit: vt fugiant: dū quærunt: dū fugantur: accelerent.

Isidorus. ¶ Isidorus lib. j. de summo bono.
Tres sunt munerū acceptiones: quib⁹ cōtra iustitiā humana vanitas militat. Fauor amicitiarū. Adulatio laudis: ꝛ corporalis acceptio muneris. Facili⁹ aũt puertitur anim⁹ rei corporee muneris: ꝙ gratie: laudisq₃ fauore.
¶ Isidorus: ꝛ habet. xj. q. j. Pauper.
Pauper: dū nō habet qd̄ offerat in iudicio: nō solū audiri contēnit: sed etiā cōtra veritatē opprimitur. Cito violat auro iustitia. Nullamq₃ reus ptimescit culpā: quā redimere nūmis existimat.

Cicero. ¶ Cicero lib. ij. de legibus.
Donis ipsi ne placare q̄dē audeāt deos. Platonē audiāt. Qui vetat dubitare qua sit mēte futurus de⁹: quū vir nemo bon⁹ ab improbo se donari velit.

Periander. ¶ Periāder.
Δωρό Δόκει χρησίμωσ. i.
Su scipe dona cū tua vtilitate.

Homer⁹. ¶ Homerus in Γ Iliados.
οὔτοι ἀπόβλητ᾽ ἐστὶ θεῶν ἐρικυδέα δῶρα. i.
Non abijcienda sunt deorū gloriosa dona.
¶ Idem in σ Odyssee.
οὐ γὰρ καλὸν ἀνήνασθαι δόσιν ἐστίν. i.
Nō eñ honestū negare donū est.

Hesiod⁹. ¶ Hesiod⁹.
καὶ δόμεν ὅς κεν δῷ. καὶ μὴ δόμεν ὅς κεν μὴ δῷ
δώτῃ μέν τις ἔδωκεν. ἀδώτῃ δ᾽ οὔτις ἔδωκεν. i.
Dat ibi qui dederit: qui non dederit tibi ne da.
Dāti aliquis dedit: at nō danti non dedit vllus.

Menander. ¶ Menander.
κακοῦ γὰρ ἀνδρὸς δῶρ᾽ ὄνησιν οὐκ ἔχει. i.
Mali enim viri dona vtilitatem non habent.

Euripedes. ¶ Euripedes in medea.
πείθειν δῶρα καὶ θεοὺς λόγος. i.
Persuadere dona ꝛ deis fama est.

Terēti⁹. ¶ Terētius comœdia. iij.
Quam inique comparatū est: vt ij qui minus habent semper addant aliquid ditioribus?

Ouidi⁹. ¶ Ouidius epistola Oenones ad paridē.
Turpiter ingenuum munera corpus emunt.
¶ Ouidius lib. iij. artis amandi.
Munera (crede mihi) placāt hoīesq₃ deosq₃.
Placatur donis Juppiter ipse datis.
Quid faciet sapiens? Stult⁹ q₃ mūere gaudet.
Ipse quoq₃ accepto munere mitis erit.

Martialis. ¶ Martialis ad Aemylianum.
Sēper eris pauper: si pauper es Aemyliane.
Dantur opes nullis nunc nisi diuitibus.
¶ Martialis lib. ix ad Ruffum.
Dum me captares mittebas munera nobis.
Post ꝙ cepisti das mihi Ruffe nihil.

Ut captū teneas: capto quoq₃ munera mitte:
De cauea fugiat ne male pastus aper.
De hac materia vide supra in donum: ꝛ infra in liberalitas.

Murmuratio grę. γογγυσμός. οῦ. ὁ. ꝛ γογγύζω murmuro. ꝛ γογγυστής. οῦ. ὁ. murmurator dicit. Est autē murmuratio oblocutio indebito modo facta cōtra deū: vel factū alicui⁹. Murmuratio est q̄dā querela cū impatientia in his q̄ homo deberet patienter ferre ſm postillā quandā sup illud sapientiæ primo. Custodite vos a murmuratiōe. Murmuro verbū factitiū est proprieq₃ de aqua dicit. murmur eñ leuis aquæ strepit⁹ appellat: ponit tñ p quocunq₃ strepitu. Accipit plerūq₃ murmuro pro eo quod est secreto obloquor: et maledico: vnde murmurator: murmuratio: murmurabūdus descendunt.

Prouer. ¶ Prouer. cap. vj.
Sex sunt quæ odit dn̄s: ꝛ septimum detestatur aīa eius: oculos sublimes: lingua mendacē: manus effundētes innoxiū sanguinē: cor machināns cogitationes pessimas: pedes veloces ad currēdū in malū: proferentē mēdacia: testē fallacē: et eū q̄ seminat inter fratres discordias.
¶ Prouerbiorū cap. xxvj.
Susurrone subtracto iurgia conquiescunt.

August. ¶ Aug. super Joannem.
De nulla re magis deu₃ offendisse ille populus iudaicus dicitur: ꝙ cōtra deū murmurando.

Grego. ¶ Grego. in moralibus.
Qui contra suprapositā sibi potestatē murmurat: liquet ꝙ illū redarguit: qui eandē potestatē homini dedit. ¶ Grego. ibidem.
Quisquis pro peccato percutit: nisi murmurando renitatur: eo ipso iam iustus esse inchoat quo ferientis iustitiam nō accusat.

Isidor⁹. ¶ Isidorus lib. iij. de summo bono.
Discat nō murmurare q̄ mala patit: etiā si ignorat cur mala patit: p hoc quisq₃ se iuste pati arbitretur: quia ab illo iudicatur: cuius nunꝙ iniusta iudicia sunt.

¶ Musica dictio greca est μουσική. ῆς. ἡ. ꝛ μουσικός. οῦ. ὁ. musicus dicit. Est aũt musica peritia modulationis sono cantuq₃ consistēs. Tria sunt genera q̄ circa artē musicā versantur. Unū genus est qd̄ instrumētis agit. Aliud qd̄ fingit carmina. Tertiū qd̄ opus carmēq₃ diiudicat. Secūdū genus profecto poetarū est: quod nō poti⁹ speculatiōe ac ratione: ꝙ naturali instrumento fertur ſm Alpharabium.

Mutatio grę. μεταβολή. ῆς. ἡ. ꝛ μεταβολικός. οῦ. ὁ. mutabilis dicit. Est aũt mutatio q̄ est in eadē specie alteratio in magis ꝛ minus ſm Arist. lib. v. physico. Mutatū esse est pars motus discreti: ꝛ termin⁹ motus continui ſm. b. Tho. prima parte. q. liij. arti. ij. Mutare a quo supradicta veniūt pprie est trāsferre. Uarro. Facvt te aliquo cū oīm familia mutes. Itē variare: vñ mutare animū: mutare sniam dicimus. A muto fit mutabile: quod facile mutatur. Uergilius. Uariū ꝛ mutabile semper femina. Idē immutabile qd̄ nullo modo mouetur: ac flectit. Cōmuto piter: simul muto: cōmutabile. Uerū cōmutare verba est litigare. Teren. Nū ꝙ hodie tecū cōmutaturū patrē vnū esse v̄bū. Ita permuto: permutabile hinc veniunt.

¶ Mutuatio. g. δάνεισμα. ατος. τό. ꝛ δανείζω mutuo dicit. Mutui datio dicit ab eo ꝙ de meo fiat tuū: ꝛ ideo si nō fiat tuū nō nascit obligatio. Mutuū dare est mutuare: mutuū dam⁹: vt Paulus iurisconsultus inquit: nō eandē speciē recepturi: quā dedimus: hoc eñ cōmodatū aut depositū est: sed idē genus. Nā si aliud genus: veluti pro tritico vinū recipiamus: nō erit mutuū. Mutui datio in his rebus est: que pōdere: numero: mēsurave consistūt. Quī in his nō idē specie redditur: sed genere: quū in cæteris reb⁹ aliud pro alio inuito creditore reddi nō possit. Mutuatio aũt est actus ipse mutuandi. Mutuū a fœnore sic separat Marcellus: ꝙ mutuū sine vsuris. Fœnus est cu vsuris. Plautus. Nā si mutuo nō potero: certū est sumā in fœnore. Mutuo ꝛ mutuorita differūt: ꝙ qui pecuniā dat mutuo: is mutare dr. Qui v̄o accipit: is pecuniā mutuat. Mutuus tua. tuū. p vicario accipit. Apulei⁹. Mutuā tibi operā pstiti. Idē. Fac me mutuo diligas: hoc est vicissim ames. Uenit aũt mutuo aduerbium a mutuus.

¶ Nanus greca dictio est νάνος. ου. ὁ. Sunt autem nani homines paruulæ stature: paululumq₃ supra terrā extantes: hos latini pomilios: siue pomiliones vocāt: ꝛ fœminas pomilias. Pomiliōes greci vocāt nanos: qm̄ illi nanū vas aquariū vocāt humile ꝛ cōcauū: qd̄ vulgo situlū barbatū appellāt. Hinc mala nana dicūt: q̄ alio noīe melimela vocantur: ꝙ sint mellei saporis. Nana aũt ab arboris paruitate. Eadē mustea a nōnullis appellant a nascendi celeritate: prima enim proueniunt.

¶ Naris græce ῥίν. νός. ἡ. dicit. Et ideo dicit naris: q꞉ per eā vel odor vel spūs nare non desinit ſm Lactan. lib. de opificio dei.

Natura græ. φύσις. εως. ἡ. ꝛ φυσικός. οῦ. ὁ. naturalis dicit. Est aũt natura principiū: ꝛ causa motus ꝛ quietis in eo in quo est p se: ꝛ nō ſm accidēs ſm Aristo. lib. ij. physicoꝝ. Natura dr a nascēdo ſm. b. Tho. prima pte. q. xxix. ar. j. Ea eñ facit nasci oīa. Natura interdū ponit p vi: vñ hærbarū arborūq₃ naturas dicimus. A natura fit naturale: quod est ſm naturā: ꝛ naturales filij dnr illegitimi: ꝙ sola natura: nō cōiugali lege sint orti. Naturale est qd̄ conuenit rei ſm substātiā eius: id est qd̄ p se inest ei ſm. b. Tho. prima scdæ. q. x. arti. j.

Jacobus ¶ Jacobus in episto. canonica cap. iij.
Oīs eñ natura bestiaꝝ: ꝛ volucrū: ꝛ serpentiū: ꝛ ceteroꝝ domant: ꝛ domita sunt a natura hūana.

Augu. ¶ Augu. confessionum lib. iij. & habetur xxxij. q. vij. Flagitia.

Flagitia quæ sunt contra naturã vbiq₃: & semper repudiãda atq₃ punięda sunt: qualia sodomitarũ fuerũt: q̃ si oẽs gẽtes facerent eodẽ criminis reatu diuina lege tenerentur: quæ nõ sic fecit homines: vt se illo vterent modo. Violat quippe ipsa societas: quæ cũ deo nobis esse debet: quũ eadem natura cuius ipse author est libidinis peruersitate polluitur.

¶ Aug. contra iouinianũ. & habet. xxxij. q. vij. vsus.

Usus naturalis & licitus est: sicut in coniugio: & illicitus: sicut in adulterio. Cõtra naturã vero semper illicitus & procul dubio flagitiosior: atq₃ turpior: quẽ sanctus apostolus & in masculis: & in fœminis arguebat: dãnabiliores volens intelligi: q̃ si in vsu naturali: vel adulterãdo vel fornicãdo peccarẽt. ¶ Ambro. li. de patriarchis: & habetur. xxxij. q. vij. Offerebat. Ambro.

Offerebat sanctus Loth filiarũ pudorẽ. Nã et si illa quoq₃ flagitiosa impuritas erat. Tamen minus erat secundum naturã coire: q̃ aduersus naturam delinquere. Præferebat domus suę verecundię hospitalẽ gratiã: etiã apud barbaras gentes inuiolabilẽ. ¶ Ambro. lib. de Joseph.

Vince naturã diligentia. Exclude corporis somnũ. Naturã nobis formare nõ possumus: possumus diligẽtiã. ¶ Cassiodo. eplarum li. iiij. epi. xxxviij. Cassiod.

Repugnãte natura quęlibet cedit industria:

¶ Boetius de philosophica consolatiõe li. j. Boetius

Paucis minimisq₃ natura contenta est.

¶ Idem lib. ij.

Celsa nõ tandem valuit potestas.
Vertere praui rabiẽ neronis.

¶ Idem lib. iij. prosa. xj.

Dat cuiq₃ natura qd conuenit: & ne dum manere possunt intereant elaborat. ¶ Boeti⁹ ibidẽ.

Jam vero quanta est naturæ diligentia: vt cũcta semine multiplicato propagentur: quæ omnia nõ modo ad tẽpus manẽdi: verũ generatim quoq₃ quasi in perpetuũ permanẽdi veluti quasdã machinas esse quis nesciat? ¶ Seneca lib. de ira. Seneca.

Naturam mutare difficile est.

¶ Idem ad Lucilliũ episto. ij.

Nulla sapiẽtia naturalia corporis aut animi vitia deponuntur. Quicquid infixũ & ingenitũ est leuiter arte non vincitur. ¶ Seneca ad lucilliũ.

Tenenda est via: quã natura prescripsit: nec ab illa declinandũ. Illã sequẽtibus oĩa facilia & expedita sunt. Cõtra illã viuentibus nõ alia vita est: q̃ contra aquam nauigantibus.

¶ Seneca lib. de beneficijs.

Omnibus enim natura fundamẽta dedit semẽq₃ virtutum. ¶ Ibidem.

Insita sunt omnium artium nobis semina: magisterq₃ ex occulto deus producit ingenia. Natura (inquit) hoc mihi prestat. Non intelligis te quũ dicis mutare nomẽ deo. Quid enim est aliud natura q̃ deus? & diuina ratio toti mundo partibusq₃ ei⁹ inserta. Ergo nihil agis ingratissime mortaliũ qui te negas deo debere: sed naturę. Quia nihil natura sine deo est; nec de⁹ sine natura. Sed idẽ vterq₃ est nec distat officio.

¶ Aristoteles lib. ij. metaphysicæ. Aristo.

Sicut se habet ocul⁹ nycticoracis ad lumẽ diei: sic se habet animæ nostrę intellectus ad manifestissima naturę. ¶ Ibidem.

Natura agit propter finem.

¶ Aristote. lib. primo. de cœlo & mundo.

Deus & natura nihil faciunt frustra.

¶ Idem lib. ij. de cœlo & mundo.

Natura ex possibilibus semper facit quod optimum est. ¶ Ibidem.

Natura nihil irrationabiliter: vel frustra facit.

¶ Ibidem.

Mirabilia naturæ multa sunt.

¶ Aristo. li. ij. de gene. & cor.

Natura semper desiderat quod melius est.

¶ Idem. iij. de anima.

Natura nihil facit frustra: nec deficit in necessarijs: nec abũdat in superfluis.

¶ Aristo. lib. de respiratiõe & expiratione.

Naturam nihil videmus frustra facere.

¶ Idem lib. viij. de animalibus.

Natura dat vnicuiq₃ quod sibi cõueniens est.

¶ Idẽ lib. xv. de animalibus.

Infinitum natura respuit

¶ Idem lib. xvj. de animalibus.

Natura est sicut rectificator & rector.

¶ Idẽ lib. xvij. de animalibus.

Omne quod facit natura est secundum ordinem.

¶ Aristo. lib. j. æthycorum.

Ratio vel natura: semper deprecat ad optima.

¶ Aristo. lib. iij. æthicorum

In naturalibus desiderijs pauci peccant.

Aristoteles episto. ad alexandrum.

Natura modicũ petit: opinio immensum.

¶ Cicero lib. primo tuscu. quæstio. Cicero.

Teneamus nihil censeamus esse malum: qd sit a natura datum hominibus.

¶ Idem lib. j. de legibus.

Equidẽ natura ducere errari nullo pacto põt.

¶ Ibidem.

Nec est quisq̃ gẽtis illius: qui ducẽ naturã nact⁹ ad virtutem venire non possit.

¶ Idem lib. ij. de legibus.

Natura norma legis est.

¶ Cicero lib. j. de natura deorum.

Non vides q̃ blanda consiliatrix: & q̃ solicita sui sit fœtus natura?

¶ Cicero lib. j. de natura deorum.

Itaq₃ nulla ars imitari solertiã naturę potest.

¶ Idẽ lib. ij. de natura deorum.

Zeno igitur naturam sic diffinit: vt eã dicat esse ignẽ artificiosum ad gignẽdũ progredientem via.

¶ Ibidem.

Natura a Zenone dicitur consultrix & puida vtilitatũ opportunitatumq₃ omnium. ¶ Ibidẽ.

Sequitur vt doceam omnia subiecta naturæ: eaq₃ ab ea pulcherrime regi. Sed quid sit ipsa natura explicandum est ante breuiter: quo facilius id quod docere volumus intelligi possit. Namq₃ alij naturã esse censent vim quãdã sine ratione cientẽ motus in corporib⁹ necessarios. Alij aũt vim participẽ ratiõis atq₃ ordinis tanq̃ via pgre-

dientẽ declarantẽq₃: quid cuiusq₃ rei causa efficiat: quid sequatur: cuius solertiã: nulla ars: nulla manus: nemo opifex consequi possit imitãdo.

¶ Cicero lib. ij. de diuinatione. Cicero.

An vero illa nos terrent: siquando aliqua portẽtosa: aut ex pecude: aut ex homine nata dicũtur: quorum omnium ne sim longior vna ratio est. Quicquid enim oritur qualecũq₃ est: causam habeat a natura necesse est: vt iam si preter cõsuetudinem extiterit: preter naturã tamen non possit existere.

¶ Cicero lib. de senectute.

Vt nauem: & edificium idem destruit facillime: qui struxit: sic hoĩem eadẽ optime q̃ cõglutinauit natura dissoluit.

¶ Cicero lib. de senectute.

Oĩa vero q̃ secundum naturam fiunt sunt habenda in bonis. ¶ Cicero rheto. nouorũ lib. iij.

Docet nos ipsa natura quid oporteat fieri.

¶ Menander. Menan.

ἡ δοῦσα πάντα καὶ κομίζεται φύσις. id est
Quæ dat omnia & colligit natura. ¶ Idem.
ἡ φύσις ἁπάντων τῶν διδαγμάτων κρατεῖ. i.
Natura omnibus doctrinis imperat. ¶ Idem.
ἡ φύσις ἑκάστου γὰρ γένους ἐστὶ πατρίς. id est
Natura vniuscuiusq₃ enim generis est patria.

¶ Idem.

φύσιν πονηρὰν μεταβαλεῖν οὐ ῥᾴδιον. id est
Naturam malum mutare non facile. ¶ Idem.
ἤθη πονηρὰ τὴν φύσιν διαστρέφει. id est
Mores mali naturam permutant.

¶ Propertius lib. ij. elegia. xxij. Proper.

Vnicuiq₃ dedit vitium natura creato.

¶ Horatius in arte poetica. Horati⁹.

Tu nihil inuita facies dicesq₃ minerua. ¶ Ibidẽ.
Format enim natura prius nos intus ad omnẽ.
Fortunarum habitũ: iuuat aut impellit ad iram.

¶ Horatius sermonum lib. ij. satyra. ij.

Nam proprię telluris herum natura: neq₃ illum:
Nec me: nec quẽq̃ statuit. Nos expulit ille.
Illum aut nequicies: aut vafri inscitia iuris:
Postremum expellet certe viuacior heres:
Nunc ager vmbreni sub nomine nuper ofelli
Dictus: erit nulli proprius: sed cedet in vsum
Nunc mihi: nunc alij. ¶ Idem.
Naturam expelles furca: tamen vsq₃ recurret.

¶ Iuuenalis satyra. xiiij. Iuuena.

Nunq̃ aliud natura: aliud sapientia dicet.

NAufragiũ græce ναυάγιον. ου. τό. et ναυαγέω nafragor: et ναυηγός. οῦ. ὁ. naufragus dicitur. Est autem naufragiũ naue fracta rerum & corporum submersio: quod plerunq₃ cõtingit casu fortuito: propter vim tempestatis: vel fulminis. Diciturq₃ a nauis et frango. Nauis vero græce ναῦς. τῆς. ναός. ἡ. dicitur: vnde nauale in quo naues stant: seu fiunt: et nauus celer: cuius contrariũ est ignauus: a quo ignauia desidia ipsa: & ignaue aduerbium desidiose: & nauo verbũ: quod est aliquid strẽnue facio: & naumachia. i. nauale bellum: a ναῦς nauis: & μάχη prelium: vnũ & monomachia singulare certamen: a μόνον solũ: & μάχη pugna: de qua supra in dictiõe monachus. A nauis pariter fit nauarchus. i. nauis princeps: & nauclerus qui nauem regit: qui & nauicularius dicitur: et nauigo: hoc est naui iter facio: & nauigiũ ipsa nauis: & nauigatio ipsa profectio: & nauicula parua nauis. Nauta siue nauita: qui in naui agenda se exercet. De aliq̃bus nauigationis instrumentis vide supra in militaris prudentia. ¶ Plautus in rudente. Plautus

Qui homo sese miserum: & mendicum volet: neptuno credat sese atq₃ ętatem suam.

¶ Terentius comœdia. iiij. Terenti⁹

O fortunate nescis quid mali preterieris: q̃ nunq̃ ingressus es mare.

¶ Horatius carminum lib. j. ode. iij. Horati⁹.

Illi robur & æs triplex
Circa pectus erat: qui fragilem truci
Commisit pelago ratem.
Primus: nec timuit precipitem aphricum:
Decertantem aquilonibus.

¶ Ibidem.

Nequicq̃ deus abscidit
Prudens: oceano dissociabili
Terras: si tamen impiæ
Non tangenda rates transiliunt vada.
Audax omnia perpeti
Gens humana ruit per vetitum nephas.

¶ Iuuenalis satyra. xij. Iuuena.

I nunc & ventis animam committe dolato
Confisus ligno: digitis a morte remotus
Quattuor: aut septem: si sit latissima teda
Mox cum reticulis: & pane: & ventre lagenę
Aspice sumendas in tempestate secures.

¶ Iuuenalis satyra. xiiij.

Parcat tunicis licet atq₃ lacernis:
Curatoris eget qui nauem mercibus implet
Ad summum latus: & tabula distinguitur vnda.

¶ Necessitas siue necesse græce ἀνάγκη. ης. ἡ. et ἀναγκαῖος. ου. ὁ. necessarius dicitur. Est autem necessarium quod nõ potest aliter se habere secundum Aristo. lib. iiij. metaphysicę. Vel sic.

Necesse est quod vi aliqua cogẽte fieri opus est.

Dicuntur autem necesse: necessum: necessarius: necessitas: necessitudo a ne et cesso: quod est ab opere vaco. Vergilius. Et si quid cessare potes requiesce sub vmbra. Cesso vero a cedo venit.

Necessitas & necessitudo eiusdem significati: modo pro vi quadam vrgente accipiũtur: modo pro vinculo quodam religiosæ coniunctionis: a quo necessarij dicũtur: qui iure affinitatis coniuncti sunt: q̃ nulla inter eos cessatio: hoc est separatio fit: vel q̃ necessaria inter eos officia conferantur. ¶ Aristoteles lib. j. rhetoricorum. Aristo.

De necessarijs & impossibilibus aliter se habere non consiliamur. Sed de contingentibus: quæ possunt aliter se habere: quę in potestate nostra sunt. ¶ Valerius maximus lib. ij. Valeri⁹ maxim⁹.

Humanę imbecillitatis efficacissimum duramentum est necessitatis. ¶ Menander. Menan.

ὑπὸ τῆς ἀνάγκης πάντα δουλοῦται ταχύ. id est
Pre necessitate omnia rediguntur in seruitutem cito. ¶ Idem.
ὑπὸ τῆς ἀνάγκης πολλὰ ποιοῦμεν κακά.
Pre necessitate multa facimus mala.

¶Negatio grece ἄρνησις. ιος. ἡ. & ἀρνέομαι nego dicitur. Est autē negatio enunciatio alicuius ab aliquo ſm Aristo. lib. j. perihermenias. Differt autem negatio a priuatiōe. Qz negatio est remotio alicuius simpliciter. Priuatio est remotio alicuius in subiecto apto nato ad illud ſm Ari. li. iiij. metaphysice. Dr autē nego a nō et ago: qn ponitur pro dico. Negare nihil aliud ē ꝙ dicere aliquid nō eē.

Negociatio gre. πραγματεία. ας. ἡ. & πραγματεύω. εος. ὁ. negociator: et πραγματεύομαι negocior dicitur. Negociatores videntur serui qui prepositi sunt negocij exercendi causa: veluti qui ad emendū: aut ad locandū: et conducendū prepositi sunt. Cubicularij autē: vel obsonatores non videntur negociationis appellatione cōtineri ſm Labeonē. Sunt igitur negociatores qui in aliorum negocijs se exercent. Veniunt autem negociatio: et negociator a negocium: illud vero dicitur quasi non ocium. ¶Ecclesiastici capi. xiij.

Qui tetigerit picem inquinabitur ab ea: & qui cōmunicauerit superbo: induet superbiam.

Prouer. ¶Prouerbiorum capi. xxiij.

Noli esse amicus hoī iracūdo: neqz ambules cū homine furioso: ne discas semitas eius.

Ioānes. ¶Ioannes in euangelio capi. viij.

Nolite facere domum patris mei domum negociationis. ¶Gregorius libro. v. moralium. super illud Job. v. Non silui.

Silere est a terrenorum desiderijs cor restringere.

Grego. ¶Gregorius moralium lib. v. super illud Job. iij. Nonne quieui.

Nequaꝙ mens ad superna attollitur: si curarum tumultib⁹ occupatur. ¶Grego. mora. xvij. super illud Job. xxvj. Ecce gygātes gemūt sub aqs.

Ipsa occupatio secularium dignitatum facilioribus vitijs tanto premitur: quāto maioribus curis grauatur. ¶Gregori⁹ mora. xxiij. super illud Job. Per somnū in visione nocturna.

Quasi mens ab actionibus sopitur: tunc plenius mandatorum dei pondus agnoscitur.

¶Idem. xxiij. moraliū super illud. Mare loquitur non est mecum.

Quid maris noīe: nisi seculariū mētiū inquietudo signatur. ¶Grego. moral. xxv. sup illud Job xxxv. Neqz in hoīs ptāte est: vt ad deū veniat.

In his visibilibus cor nostrum spargitur: & quid de se intrinsecus agatur: obliuiscitur.

¶Gregorius moraliū. xxvj. super illud Job xxxv. Suspice cœlū & intuere.

Sparsis foris mentibus: ad seipsas redire difficile est. ¶Grego. sup ezechielē. home. ij. li. j.

Anima quanto magis circa terrena angitur: tanto in his que sunt cœlestia minus videt: eoqz curis suis extra se ducit.

Seneca. ¶Seneca lib. iij. de ira.

Quemadmodū per frequētia vrbis loca in multos incursandū est: & aliquādo ab illis retineri: & luto spargi necesse est: ita & vago homini multa impedimenta: & multe querele incidunt.

¶Seneca ad lucillium epistola. vij.

Auarior redeo: ambitiosior: luxuriosior: crudelior: inhumanior: qr inter hoīes fui. ¶Ibidem.

Nihil dānosius bonis moribus: ꝙ in spectaculis residere: quia tunc facilius vitia subrepunt.

Laerti⁹ diogeñ. ¶Laertius diogenes de vita et mori. philo.

Age sic alienū negociū: vt nō obliuiscaris tuū: dicebat socrates.

De hac materia habes supra in conuersatio.

¶Negligentia græce ἀμέλεια. ας. ἡ. et ἀμελής. εος. ὁ. ἡ. negligēs: et ἀμελέω negligo dicitur. Est autē negligētia defectus debite sollicitudinis scd'm interiorē actum. ex bea. Tho. secunda secū de. q. liiij. arti. primo. Differt autē sic a pigritia & torpore: ꝙ pigritia est tarditas in exequendis preceptis prudentie. Torpor est remissio in executione: postꝙ quis cœperit. Negligens dicitur quasi nec eligens ſm Isidorum: & bea Tho. ibidem arti. ij. Negligentia tunc est peccatum mortale: quando pretermittitur actus de necessitate salutis: vel circunstantia eius. Vel quum volūtas est adeo remissa in his que dei sunt: vt totaliter deficiat a charitate dei. Quod fit solum per contemptū. Si secus est veniale. De hac materia habes supra vbi acidia: & infra vbi pigritia.

¶Neophytus græca dictio est. Et enim νεόφυτον. ου. τό. idem est quod nouella planta. Quare neophyt⁹ is dicitur qui nouus est in fide: vel religione: vt habetur distin. xlviij. capi. quoniam.

¶Nix græce χιών. όνος. ἡ. & χιονώδης. εος. ὁ. ἡ. niuosus dicitur. Est autem nix aqua congelata: sicut pruina est ros congelatus ſm bea. Tho. super Job. capi. xxxviij. col. vij.

Nobilitas græce εὐγένεια. ας. ἡ. et εὐγενής. εος. ὁ. ἡ. nobilis dicitur. Est autem nobilitas quedam maior claritas ſm Aristo. li. ij. rhet. Nobilitas est honorabilitas progenierum. Nam attenditur ſm virtutem generis ſm Aristotelē ibidem. Nobilitas siue ingenuitas est virtus & diuitie antique ſm Aristo. lib. iiij. politicorum. Nobilitas est quædam laus veniens de meritis parentum ſm Boetium libro. iij. prosa. vj. de consolatione philosophie. Nobile est id quod ex bono prodijt genere: generosum autem ꝙ non a sui natura degenerauit. Nobile aliquando significat excellens & dignum noticia: aliquando significat notum: vnde nobilitas deducitur: venitqz a nosco: a quo notus: cognitus: notitia cognitio: quæ & notio dicitur et notifico: notum facio.

Eccli. ¶Ecclesiastici capitulo. x.

Quid superbis terra: & cinis?

Job. ¶Job capitulo. xxxj.

Nunquid non in vtero fecit me: qui & illum?

Oseas. ¶Oseas capitulo. ix.

Gloria eorum ab vtero: & partu.

Augusti. ¶Augu. & habetur dist. lvj. ca. vndecunqz.

Vndecunqz homines nascantur: si parentum vitia non sectātur honesti & salui erunt: semen enī hominis ex qualicūqz homine dei creatura est: & eo male vtentibus male erit.

¶Augustinus: & habentur ibidē. c. spōsus.

Sponsus ille qui vocaturus erat ad nuptias

bonos & malos congruens inuitatis: nasci etiā voluit de bonis et malis. Quo exemplo discant parentum suorum filij iniquitates sibi obesse nō posse. ¶Augustinus lib. de vnico baptismo: & habetur distin. lvj. ismael.

Ismael vt separaretur a populo dei: non obfuit mater ancilla: sed obfuit fraterna discordia.

Hieroñ. ¶Hieronym⁹: & habetur di. lvj. Dñs noster.

Dominus noster Jesus christus voluit non solum de alienigenis commixtionibus: sed etiam de adulterinis nasci nobis magnam fiduciā prestans: vt qualicūqz modo nascamur: dum tamen vestigia eius imitemur: ab ipsius corpore non separamur cuius per fidem mēbra effecti sumus.

¶Idem epistola ad celantiam.

Sola apud deum libertas est non seruire peccatis. Sūma apud deum nobilitas est clarum esse virtutibus. ¶Ibidem.

Nulli te vnꝙ de generis nobilitate pponas: nec obscuriores quaslibet: et humili loco natas te inferiores putes. Nescit religio nostra personas: nec conditiones hominum: sed animas inspicit.

Ambro. ¶Ambrosius: & habetur di. xl. c. illud.

Illud autē animaduerte: ꝙ extra paradisum vir factus est: intra paradisum mulier. Vt aduertas ꝙ non loci: non generis nobilitate: sed virtute vnusquisqz gratiā comparat sibi. Deniqz extra paradisum: hoc est in inferiori loco vir factus: melior inuenitur: et illa que in meliori loco: hoc est in paradiso facta est: inferior inuenitur.

¶Ambrosius in hexamero in tractatu primi diei: & habetur. xv. q. j. illa cauenda.

Ceterum paupertatē: & ignobilitatē: ægritudinem: & mortem nemo sapiēs mala dixerit: nec in malorum sorte numerauit.

Grego. ¶Gregorius: & habetur distin. xl. Adam.

Adam prim⁹ homo pro peccato de paradiso eiectus est: hoc est: quia dei nobilitatem a se deiecit: nobilitate loci priuatus est.

¶Gregorius in dialogo primo. ca. xvj.

Nonnullis solet nobilitas generis parere ignobilitatē mentis: vt minus se in hoc mundo despiciant: qui plus se ceteris aliquid fuisse meminerūt.

Joannes chrysost. ¶Joannes chryso. super Mattheum homelia. iiij. & habetur distin. lvj. nunꝙ.

Nunꝙ de vitijs erubescamus parentū: sed illud vnum queramus semper amplectamur: virtutē videlicet. Huiusmodi etiam si alienigenā habet matrem: etiam si fornicatiōe pollutā: vel quolibet huiusmodi dedecore sordidatā: nil tamen de eius aut vilitate fuscabitur: aut crimine polluetur. Quod si fornicatorē ipsum ad meliora conuersum nequaꝙ prior vita cōmaculat: multo magis ex meretrice natus: & adultera: si propria virtute decoretur: parentum suorum nec dedecoratur opprobrijs. ¶Joānes chryso. homelia. v.

Nobilitas vel bonitas cognatorū non valet: nisi fuerimus nosipsi boni.

¶Joannes chryso. super Mattheum.

Ille clarus: ille sublimis: ille nobilis: ille tunc integram nobilitatē suam putet: si dedignetur seruire vitijs: & ab eis non vult superari.

¶Joannes chrysosto. super illud Matthei iiij. Patrem habemus Abraham.

Quid enī prodest ei quem sordidāt mores: generatio clara? Aut quid nocet illi generatio vilis: quem mores adornant? Ipse enim se vacuum ab omnibus bonis ostendit: qui gloriatur in patribus.

Bernar. ¶Bernardus ad eugenium.

Genus apostolorum est non aliunde nobile: ꝙ morum ingenuitate: & fidei fortitudine.

Cassio. ¶Cassiodorus epistolarū lib. ix. epla. viij.

Doctrina facile exornat generosum: quæ etiam ex obscœno nobilem facit.

Boetius. ¶Boeti⁹ de philosophica cōso. li. iij. prosa. vj.

Jam vero ꝙ sit inane: ꝙ futile nobilitatis nomen quis nō videat? que si ad claritudinē generis refertur aliena est. ¶Ibidem.

Splendidum te: si tuam non habes: aliena claritudo non efficit.

¶Boetius de philosophica cōso. li. iij. met. vj.

Omne hominum genus in terris
Simili surgit ab ortu.
Vnus enim rerum pater est:
Vnus cuncta ministrat. ¶Ibidem.
Mortales igitur cunctos
Edit nobile germen,
Quid genus & proauos strepitis?
Si primordia vestra
Authoremqz deum spectes:
Nullus degener extat:
Ni vitijs peiora fouens
Proprium deserat ortum.

Seneca. ¶Seneca libro de moribus.

Nobilitas est hominis generosus animus.

¶Seneca epistola ad lucillium. xxxj.

Generosos animos labor nutrit.

¶Seneca ad lucil. epistola. xxix.

Quum volueris veram hoīs æstimationē videre: & scire qualis sit: nudum inspice: deponat patrimoniū: deponat honores: & alia fortune mendacia. Corpus ipsum exuat: & animum intuere: qualis quantusqz sit: alieno an suo magnus.

¶Seneca ad lucillium epistola. xxxvij.

Habet hoc propriū generosus anim⁹: ꝙ cōcitatur ad honesta. Neminē excelsi ingenij virū humilia delectāt & sordida. ¶Seneca li. de bñficijs.

Erigite audacter animos: & quicquid in medio sordidi iacet: trāsilite. Expectat vos in summo magna nobilitas. ¶Sene. in hercule furē. tragœ. j.

Qui genus laudat suum: aliena laudat.

Aristo. ¶Aristoteles lib. j. rhetor.

Nobilitas singularis est: que a viris: aut mulieribus fit propter diuitias: aut virtutes: aut propter aliquid: propter quod aliquis honoratur.

¶Aristoteles lib. ij. rhetoricorum.

Nobilitas siue nobile attenditur: scd'm virtutem generis. ¶Aristoteles æthicorū lib. iiij.

Nobiles significantur honore.

Laerti⁹ diogeñ. ¶Laertius diogenes de vita & mori. phorū.

Anacharsis exprobāti sibi attico: ꝙ scytha esset. At mihi quidē ait probro ē patria: sz patrie tu.

Plutar. ¶Plutarchus in apophthegmatibus.

Iphicrates: qm̄ cerdonis esset filius: ad hermodium qui sibi ignobilitatem exprobrauit: meum inquit genus a meipso initium sumit: tuum autē

Sallusti. in te finit. ¶Sallustius in iugurtha.
Quanto vita maiorum p̄clario: est: tanto posterorum decordia flagitiosior.

Lucius apuleius Oenan. ¶Lucius apuleius de deo socratis.
Si laus aliquem: quia generosus est: parentes eius laudas. ¶Oenander.
ἀμὴρ ἀρίσσο᾽ ἀνὴρ ἄμ τὴν Ἀνσγενῆσ᾽. id est
Vir optimus non vtiq; esset ignobilis.

Sopho. ¶Sophocles in aiace furente.
ἀλλ᾽ ἢ καλῶσ᾽ ζῆμ. ἢ καλῶσ᾽ τεθνηκέμαι τοῦ ἐυγενῆ. id est
Sed vel bene viuere: vel bene mori generosum oportet. ¶Idem.
ζῆν ἀισχρῶσ. ἀισχρὸν τοισ᾽ καλῶσ᾽ πεφυκόσι. i.
Viuere turpiter: turpe bene natis.

Ouidius ¶Ouidius lib. iij. tristium elegia. iiij.
Quo quisq; est maior: magis est placabilis ire:
Et faciles motus mens generosa capit.
Corpora magnanimo satis est prostrasse leoni:
Pugna suum finem: quum iacet hostis: habet.
At lupus: et turpes instant morientibus vrsi:
Et quecunq; minor: nobilitate fera est.
¶Ouidius lib. xiij. metamorpho. fabula. j.
Nam genus et proauos: et quę non fecimus ipsi:
Vix ea nostra voco.
¶Idem de ponto lib. j. elegia penultima.
Non census: nec clarum nomen auorum:
Sed probitas magnos ingeniumq; facit.

Horati⁹. ¶Horatius carminū lib. iiij. ode. iiij.
Fortes creantur fortibus: et bonis
Est in iuuencis: est in equis patrum
Virtus: neq; imbellem feroces
Progenerant aquilę columbam.
Doctrina sed vim promouet insitam:
Rectiq; cultus pectora roborant.
Vtcunq; defecere mores.
Dedecorant bene nata culpæ.
¶Idem sermonum lib. j. satyra. vj.
Non quia meccenas lydorum quicqd etruscos.
Incoluit fines: nemo generosior est te:
Nec q̄ auus tibi maternus fuit atq; paternus:
Olim qui magnis legionibus imperitarint:
Vt pleriq; solent: naso suspendis adunco
Ignotos: vt me libertino patre natum:
Quem rodunt omnes libertino patre natum.
Quum referre negas quali sit quisq; parente
Natus: dum ingenu⁹: persuades hoc tibi vere.
¶Horatius sermonum lib. ij. satyra. v.
Et genus: et virtus: nisi cum re/vilior alga est.
Horatius epistolarum lib. j. epistola. xxj.
Maiores pennas nido extendisse loqueris:
Vt quantum generi demas/virtutibus addas.

Propti⁹. ¶Propertius lib. j. elegia. v.
Nec tibi nobilitas poterit succurrere amanti.
Nescit amor priscis cedere imaginibus.

Juuena. ¶Juuenalis satyra. viij.
Stemata quid faciūt? Quid pdest pūtice lōgo
Sanguine censeri: pictosq; ostendere vultus
Maiorum. ¶Juuenalis satyra. viij.
Tota licet veteres exornent vndiq; cere
Atria: nobilitas sola est atq; vnica virtus.
¶Ibidem.
Quis enim generosum dixerit hunc: qui
Indignus genere: et preclaro nomine tantum
Insignis nanum cuiusdam atlanta vocamus
Aethiopem cygnū: paruam extortaq; puellam
Europen: canibus pigris scabieq; vetusta
Leuibus: et ficce lambentibus ora lucernæ
Nomen erit tigris: pardus: leo. Si qd adhuc est
Quod fremat in terris violentius. ¶Ibidē.
Sed te cenfert laude tuorum.
Pontice noluerim: sic vt nihil ipse futurę
Laudis agas miserum est aliorum incumbere fame. ¶Ibidem.
Omne animi vitium tanto conspectius in se
Crimen habet: q̄to maior qui peccat habetur.
¶Ibidem.
At vos troiugenę vobis ignoscitis. Et quę
Turpia cerdoni volusos: brutosq; decebunt.
¶Ibidem.
Libera si dentur populo suffragia: quis tam
Perditus: vt dubitet senecam preferre neroni?
¶Ibidem.
Malo pater tibi sit thersites: dummodo tu sis
Aeacidę similis: vulcaniaq; arma capessas:
Quā te thersitę similem producat achilles.
¶Dantes florētinus paradisi canti. ca. xvj. Dantes.
O poca nostra nobilta di sangue:
Se gloziar de te la gente fai
Quha giu: doue laffecto nostro langue.
¶Franciscus petrarcha. Fracis⁹ petrar.
Solo one lo era tra boscheti: et colle
Tergogna hebbe di me. Chal co: gentille
Basta ben tanto: et altro spron non vole.

¶Documentum græce βλάβη. hoc. ñ. documē. et βλάπτω noceo dicit: a quo noceo⁹ deducitur.

¶Proverbiorum capi. xxvj. Prover.
Sicut noxius est qui mittit sagittas et lanceas in mortem: ita vir qui fraudulenter nocet amico suo: et cum fuerit deprehensus: dicet: ludens feci.

¶Augustinus super Joannem. Augusti.
Facinus est quod agit indomita cupiditas: vt noceat alteri. ¶Aug. de cura agēda p mortuis.
Nec aliquid nocet fidelib⁹: negata eorum corporibus sepultura: nec si exhibeatur: aliquid infidelibus prodest. ¶Hieronym⁹. viij. epistola. Hieron⁹. Quantum ad peccati rationē ptinet: nocuit q̄ no cere disposuit. ¶Hieronymus ad celantiam. Aliud quoq; est nocere: qd semper potes: aliud prodesse quum possis: aliud non facere: aliud non operari bonum: illud tibi rursus occurrit non sufficere Christiano: si vnam partem iustitię impleat: quum vtraq; p̄cipitur.

¶Joānes chryso. de reparatione lapsi. Joannes chryso. laberius.
Et ñ omnes: qui mare: et terram habitant: conueniant ad lędendum: nocere nequaq̄ poterunt ei qui a semetipso non lęditur.

¶Isidorus de summo bono lib. j. Isidorus
Raro lęditur homo ab extraneis: si sui eum non lædant: magis enim insidijs nostrorum: q̄ aliorum periclitamur. Bernardus in sermone. Bernar.
Sed vtinam soli impugnarent nos maligni spiritus cum suggestionibus suis: et nihil nocerent homines perniciosis exemplis: persuasionibus

minū: naturas animaliū: cœlestiū olim et terrestriū scięti̇as haberes. Multi enim multa sciūt: et seipsos nescūt quum summa philosophia sit cognitio sui. ¶Boeti⁹ de pbica cō. li. ij. p sa. v. Boetius.
Humanę q̄ppe nature ista ꝺditio est: vt tū tantū cæteris reb⁹: quū se cognoscit: excellat. Eadē tñ infra bestias redigatur: si se nosse desierit. Nam cæteris animantibus sese ignorare natura est: bobus vo vitio venit. ¶Pittacus: et Chilon.
Ὑμῶθι σεαυτοῦ. i. Pittac⁹.
Nosce teipsum.
¶Juuena satyra. xj. Juuena.
Figendū/et memori tractandū pectore/sine
Coniugiū quæras/vel sacri in parte senatus
Esse velis. Nec em̄ lorica poscit Achilis
Thersites/in qua se traducebat Ulysses.
Ancipitem seu tu magno discrimine causam.
Protegere affectas/te consule dic tibi quis sis:
Orator vehemēs/an Curti⁹/an Matho/Buccæ
Noscenda est mensura tuę/spectādaq; rebus.
In summis minimisq;. ¶Persius. Persius
Tecū habita/et notis q̄ sit tibi curta supellex.
¶Ibidem.
Nec te quęsieris extra.
¶Nouacula græce ξυρόσ. οῦ. ὁ. et κουρεῦσ. έσσ. ὁ. tonsor dicit. Et est cultor, rasor⁹/q̄ nouare hoc est nouum facere videatur.

Querca græce μυτρυά. ᾶσ. ἡ. dicit. Et ea est quā quis liberis sublatis nouā vxorē ducit arcē de familię gra/scōm Pōpeius. Dicit aūt q̄ nouus a pre supinū ducatur. Ita et Vitrię quasi nouitricus/q̄ nouus supinducat a matre. Est enim mihi Vitrię cus matris meę vir. ¶Oenander. (fi. sen. dis 24.
Δεὶμότερον ὄνΔεμ ἄλλο μητρυιᾶσ καλόν. i. Oenander.
Nouercę nihil nigris semp malū/neq; amātes. Ex. j. epigrāmatō
Salust. Phædrā inspice et Hippolytum.
¶Quidius lib. j. Metamorphoseos. Quidius
Nutrida terribiles miscent aconita nouercæ

Obedictia græ. πειθῶ. πειθοῦσ. ἡ. vel πειθῶσ. έσσ. et πειθηνιόσ. ον. ὁ. obediens: et πείθομαι obedio dicitur. Est autem obedientia: voluntatis ppię subiectio secundum Joā. Damas. lib. iij. cap. iiij. xx. Obedientia hominis ad deum: est affectio voluntatis coniunctę deo secundū bea. Anselmum. Obedictia hominis ad hominem est debita reuerentia minoris ad maiorem. Obedio idē est qd pareo: et cōponitur ex ob et audio. Veteres etiam dicebāt obaudio. pro obedio. ¶Genesis cap. xxvj. Genesis
Dixit dñs ad Isaac. Tibi et semini tuo dabo vniuersas regiones has. Spōdēs: cōplēs iuramētū:

quod spopōdi Abrahā patri tuo/ et multiplicabo semē tuum sicut stellas cœli. Daboq; posteris tuis vniuersas regiones has/ et benedicentur in semine tuo omnes gentes terrę/ eo ꝙ obedierit Abrahā voci meę/ et custodierit præcepta/ et mā data mea/ et cerimonias legesq; seruauerit.

¶ Ecclesiastes cap. viij.

Qui custodit præceptū/ nō experiet̄ q̄cq̄ mali.

¶ Primi Regum cap. xv.

Regum. Melior est obedientia: q̄ victimę.

¶ Prouerbiorum cap. xxj.

Prouerbiorum. Vir obediens loquetur victorias.

¶ Paulus ad Ephesios cap. vj.

Paulus. Serui obedite dominis carnalibus cū timore/ et tremore in simplicitate cordis vestri: sicut Christo. Nō ad oculū seruiētes/ quasi hominib⁹ placē tes/ sed vt serui Christi faciētes volūtatē dei/ ex animo cū bona volūtate seruiētes/ sicut domino/ et non hominibus.

¶ Paulus ad Colossenses cap. iij.

Serui obedite dñis carnalib⁹ ꝑ oīa/ nō ad oculū seruiētes/ q̄si hoīb⁹ placētes: s; ī simplicitate cordis/ timētes dñm. ¶ Petrus epl'a. j. cap. ij.

Petrus. Castigantes animas nostras in obedientia charitatis. ¶ Actuū apostolorū cap. v.

Actuum apl'orū. Obedire oportet deo magis q̄ hominibus.

Augu. ¶ Aug. et habet̄. xj. di. iij. cap. Non semper.

Nō semper malū est: nō obedire p̄cepto: quū dominus iubet ea quę sunt cōtraria deo: tūc ei obediendū non est. ¶ Augu. et habet̄. xj. q. iij. cap. Ita corporis. §. Qui resistit.

Qui resistit potestati: dei ordinationi resistit. S; quid si illud iubeat̄: qđ nō debeas facere? Hic sane contēne potestatē: ipsos humanarū legū gradus aduerte. Si aliq̄d iusserit curator: faciēdu; est: tū si cōtra ꝓcōsul iubeat nō vtiq; cōtemnis potestatē: sed eligis maiori seruire. Nec hinc debet minor irasci. Si maior p̄latus est. Rursus si ipse cōsul aliquid iubeat: et aliud iubeat imperator: vel si aliud iubeat imperator: et aliud de⁹: q̄d iudicas? Maior potestas de⁹. Da veniā o imperator: tu carcerē: ille gehennā minatur. Hic iā tibi assumēda est fides tua: tanq̄ scutū: in quo possis oīa ignea iacula inimici extinguere.

¶ Augustinus donatistis: et habet̄ ibidem cap. Imperatores.

Imperatores si in errore essent (qđ absit) et ꝑ errore suo cōtra veritatē leges darēt: ꝑ quas iusti cōprobarētur: et coronarētur: nō tū faciendū: qđ illi iubēt: q̄ de⁹ ꝓhibet: sicut iusserat Nabuchodonosor: vt aurea statuta adoraretur: qđ qui facere noluerūt: deo talia prohibenti placuerunt: qū autē Imperatores veritatē tenent: pro ipsa contra errorem iubent: quod quisquis contēpserit: ipse sibi iudiciū acquirit. Nam inter homines pœnas luit: et apud deū frontem non habebit: quia hoc facere noluit: quod ei per cor regis: ipsa veritas iussit.

¶ Augustinus scđo cōfessionū: et habetur di. viij. cap. Quę contra.

Generale quippe pactū est societatis humanæ obtēperare regib⁹ suis: quāto magis deo regnatori vniuersę creaturę suę: ad ea quę iusserat: sine dubitatione seruiendū est. Sicut em̄ ī potestatib⁹ societatis humanę maior potestas minori ad obediendū prępōitur: ita deus oībus.

¶ Augustinus de opere Monachorum.

Quid iniquius q̄ velle sibi obtēperari a minoribus: et nolle obtemperare maioribus?

¶ Augustinus in libro quæstionū Genesis: et habetur. xxiij. q. v. cap. Est ordo.

Est ordo naturalis in hominibus: vt seruiāt fœminę viris: et filij parētibus: quia in illis hæc iustitia est vt maiori seruiat minor.

¶ Hieronymus in epistola ad Ephesios: et habetur. xj. q. iij. cap. Si dominus. Hiero.

Si dñs ea iubet quæ non sunt aduersa sctīs scripturis: subijciat̄ dño seruus. Si v̄o contraria p̄cipit: magis obediat spūi: q̄ corporis domino.

¶ Grego. et habet̄. x. q. iij. cap. Quid ergo. Grego.

Quid ergo mirū: si peccator hō obediētię ī præsentis vitę breuitate se subijcit: qū hāc mediator dei tenuit: et tenēdā p̄cepit: et quū obediētes remunerat: nō relinq̄t. Sciēdū tū est nunq̄ ꝑ obedientiā malū fieri: aliq̄n aūt ꝑ obedientiā debet bonū: qđ agit̄ intermitti: neq; in paradiso arbor mala extitit: quā deus homini ne cōtingeret interdixit. Sed vt melius per obediētię meritū homo bene cōditus cresceret: dignū fuerat vt etiā a bono prohiberetur: quatenus tanto veri⁹ hoc quod ageret virtus esset: quāto et a bono cessans authori suo se humilem: et subditum exhiberet.

¶ Gregorius lib. xij. Moralium.

Obediētia nō seruili metu: s; charitatis affectu seruāda est: nō timore pœnę: sed amore iustitię.

¶ Gregorius lib. xxxv. mora. tractans illud. Melior est obedientia: q̄ victimę.

Obediētia sola virtus est: quę mēti ceteras virtutes inserit: īcertasq; custodit. Melior est obedientia q̄ victimę: obediētia victimis iure p̄ponit̄: q̄ per victimas aliena caro: ꝑ obediētiā v̄o propria volūtas mactatur.

¶ Bernardus in sermone de Epiphania. Bernar.

Si vis esse sapiēs esto obediēs. Sic em̄ scriptū est. Concupiscis sapiētiā? Serua mādata: et dñs dabit illā tibi. ¶ Bernardus sup cātica.

Bonus obediēs dat suū velle: et suū nolle: vt possit dicere. Paratum cor meū deus: paratum cor meū: paratū quodcūq; p̄ceperis facere: paratū ad nutū citi⁹ obedire: paratū tibi vacare: proximis ministrare: me ipsum custodire: et in cœlestiū cōtēplatione requiescere. Amabilis socijs: oībus est officiosus: et nulli onerosus. Deuot⁹ ad deū. Benignus ad proximū. Sobrius ad mūdum. Domini seruus: proximi socius: mūdi dñs. Superiora habet ad gaudiū: æqualia ad cōsorciū: inferiora ad seruitium. Iustus

¶ Bernardus de præcepto et dispēsatione.

Perfecta obediētia legē nescit: termin⁹ non arctat̄. Nec cōtenta angustijs professionis largiori volūtate fertur in latitudine charitatis: et ad oē quod iungit̄ spōtaneo vigore liberalis alacrisq; animi motum non considerās in infinitam libertatem extenditur. ¶ Bernardus ibidem.

Meli⁹ est obedire deo q̄ hoīb⁹: et ipsis melius magistris q̄ discipulis. Porro in magistris meli⁹

nostris q̄ extraneis: quib⁹ aūt melius cōstat obedire ipsis proculdubio nō obedire est detestabilius. ¶ Bernardus ibidem.

In obediendi ratiōe hæc gn̄alis regula teneat̄ vt in difficiliorib⁹ quidē agēdis obeditio: q̄ prævaricatio grauior iudicet̄: et in faciliorib⁹ minusq; onerosis cōtemptus dānabilior ęstimet̄.

¶ Bernardus ibidem.

Solum sensuerim fregisse votū: violasse ꝓpositū: præuaricasse pactū: qui et p̄ceptū cōtempserit et remediu;. Nam illū sane dico sæcurū q̄ etiā si interdum obedire prętererit: cōsilium nō respuit pœnitentiæ. ¶ Bernar. ibidem.

Si iubēte seniore: vt sileā: verbū mihi forte per obliuionem elabit̄: reū me cōfiteor obedientię: sed venialiter. Si ex cōtemptu sciēs: et deliberās sponte in verba prorupero: et rupero silentij legē: prępuaricatorē me cōstituo: et criminaliter: et si impœnitens perseuero vsq; ad mortē: peccaui damnabiliter.

Leo pa. ¶ Leo papa: et habet̄. ij. q. vij. c. qui scit.

Qui scit q̄busdā prępositū: nō moleste ferat aliquē sibi esse prælatū: sed obedientiā quā exegerit etiam ip̄e repēdat: et sicut nō vult grauis oneris sarcinas ferre: ita nō audeat alijs importabile pondus imponere. Discipuli enim sum⁹ humilis et mitis magistri dicētis. Discite a me: quia mitis sum et humilis corde.

Hugo. ¶ Hugo de duodecim abusionibus.

Inobedientię morbus ex superbiæ tumore procedens: sicut sanies ex vlcere. Sic ex superbia contemptus manat. Hoc aūt tribus modis mederi solet: videlicet emplastro: vnguēto: et ferro. i. exemplo boni operis: verbo exhortationis: et et disciplina correctiōis. Quū em̄ vlcus nō emittit per cōfessionē saniē: vel ex cōmotione nō promittit emendationē: restat vt ferri recipiat incisionē. i. correctionē disciplinæ.

Cypria. ¶ Cyprianus de. xij. abusionibus.

Sicut fructus nō inuenit̄ in arbore in qua flos prius nō apparuit: sic in senectute honorē legitimū cōsequi nō poterit: qui in adolescentia disciplinæ alicuius exercitatione nō laborauit. Disciplina igitur absq; obediētia qualiter fieri poterit? Adolescens ergo sine obedientia: adolescēs sine disciplina est.

Homer⁹ ¶ Homerus in α Iliados: et sunt verba Nestoris ad Achillē: et agamemnonem.

ἀλλὰ πίθεσθε καὶ ὔμμες. ἐπεὶ πείθεσθαι ἄμεινον. i.

Sed obedite et vos. Q̄m obedire melius est.

Pythag. ¶ Pythagoras.

πρᾶσσε λωρία (?) λόγοις ἔργοισί τε ἐπωφελίμοισι. i.

Mitibus pare sermonibus: operibus cōducibilibus.

Perian. ¶ Periander.

ἄρχουσιν εἶκε. i. Principibus pare. ¶ Idem.

εἶκε μεγάλοις. i. Cede magnis viris.

Pittac⁹. ¶ Pittacus.

νόμοις πείθου. i. Legibus pare.

Seneca. ¶ Seneca tragœdia. vij.

Aequū atq; iniquū regis imperiū feras.

Plautus ¶ Plautus in sticho.

Faciendū est id nobis: qđ parentes imperant.

Vergili⁹ ¶ Vergilius in buccolicis æglo. v.

Tu maior: tibi me est ęquū parere Menalca.

¶ Vergi. æneidos lib. ij.

Tu ne qua parentis

Iussa time: neu præceptis parere recusa.

Dātes floren. paradisi cant̄. ca. xxvj. Dantes.

Or figliol mio: non il gustar del legno

Fu per se la cagion di tanto exilio:

Ma solamente il trapassar del segno

¶ Obiectus græ. ὀνειδισμὸς. οῦ. ὁ. et ὀνειδίζω obijcio dicit̄. Est aūt obiectus oppositio cuiuscunq; rei: ac etiā verborū. Ita et obex: hoc est obiectio cuiuscunq; rei. Vergi. Intra se vasti Proteus tegit obijce saxi. Philosophi tū obiectū vocant q̄cquid cerni potest: hoc est quicq̄d oculis obijcitur. vel sic. Obiectū nō est materia ex qua: sed est materia circa quā. Et obiectū habet rationē formæ: inquantū dat speciē s̄m bea. Tho. prima secundæ. q. xviij. arti. ij.

Ab obijcio quod est oppono hęc deducuntur.

¶ Obiurgatio grece λοιδορία. ας. ἡ. et λοιδορέω obiurgo dicitur. Est aūt obiurgatio idē qđ rephēsio: vnū v̄o dicat̄ vide supra in iurgiū.

¶ Oblatio gre. προσφορά. ας. ἡ. et προσφέρω offero dicit̄. Est aūt oblatio oē qđ exhibet̄ in cultu dei. Sacrificiū v̄o: si inde fiet aliqđ sacrū cōsumendū s̄m. b. Tho. secunda scđæ. q. lxxxv. art. iij.

¶ Obligatio gre. δεσμὸς. οῦ. ὁ. et δεσμώτης. ου. ὁ. ligat⁹ et δεσμόω ligo dr̄. Est aūt obligatio iuris vinculū: quo necessario astrigimur ad aliquid dādū vel faciendū: vt habetur insti. de ob. in prin.

Obligo idē est qđ deuincio: vnde obligat⁹ et obligatio veniunt.

¶ Obliuio græce λήθη. ης. ἡ. et ἐπιλανθάνομαι obliuiscor dicitur. Est aūt obliuio prętteritorū: vt futurorū laborū ꝑ laudē cōpositorū: aut cōponēdorū voluptaria: et volūtaria: ac grata iucundaq; prętermissio: oīmq; honestarū rerū ignaua perditaq; negligentia. Hinc obliuiosus qui facile obliuiscitur. paral. phare. 3. 28.

Oblocutio græ. κακολογία. ας. ἡ. et κακολογέω maledico dicitur. Quid aūt sit: et quomodo differat ab exprobratiōe: vide supra in exprobratio.

¶ Obseruantia græce παρατήρησις. εως. ἡ. et παρατηρέω obseruo. Est aūt obseruātia ꝑ quā homines aliqua dignitate antecedētes cultu quodā et honore dignamur: s̄m Cicero. ī rhętoricis. Huius contrarium est despicientia: inobseruantiaq; cum quadam animi auersione.

Obseruantia est sub pietate: sicut pietas est sub religione. Et est virtus specialis per quā honorantur personæ in dignitate constitutę. ex bea. Tho. scđa secundæ questio. lxxx. q. 102.

Obseruare aliquando est callide aduertere. Teren. in Andria. Obserues filiu; q̄d agat: q̄d cū illo cōsilij captet. Cōponit̄ aūt ex ob et seruo: vnde venit asseruo: quod est custodio.

¶ Obscuritas græ. ζόφος. ου. ὁ. et ζοφόω obscuro dicit̄. Veniuntq; obscuritas et obscurus a cura: q̄ ea quę lumine carēt: curam nobis obijciāt. Estq; proprie obscurum quod est sine lumine. Per metaphoram interdum pro ignobili ponit̄. Interdum pro tecto: latenti: et abscondito. vnde obscuram orationem dicimus: vel obscurum ser

mone: quod ænigma dicit. Est enī ænigma quæstio verborū obscuritate inuoluta ſm bea. Tho. ij. sentē. distin. xxiij. q. ij. art. j.
Vel ænigma est obscura allegoria ſm Quintilianum. Est autē ænigma græca dictio αἴνιγμα. ατος. τὸ. & αἰνιγματικός. οῦ. ὁ. ænigmaticus dr.

Obstinatio græ. αὐθάδεια. ας. ἡ. & αὐθάδης. εος. ὁ. ἡ. obstinatus dicitur. Est aūt quedam pertinacia. Estq; pertinax impudenter tenax: quasi omnino tenax ſm Isido. lib. æthimologiarū. Differunt tamen pertinax & perseuerans: qr pseuerās est quantū oportet: pertinax vo plusq̄ oportet.
Obstinatus est ille qui psistit in ratione peruersa abstinēs a bonis: sicut cōtinens proprie est q̄ persistit in ratiōe recta a prauis concupiscētijs abstinens ſm bea. Tho. secūda scđe. q. clv. arti. j.
Ab obstino vbo: qđ significat obfirmo: venit obstinatio: hoc est animi firmitas: & obstinatus ob firmatus.

Actuum aposto. ¶ Actuum apostolorum capi. ix.
Durum est tibi contra stimulum calcitrare.

August. ¶ Augu. lib. viij confessionum.
Suspirabam ligatus non ferro alieno: sed mea ferrea voluntate. Velle meū tenebat inimicus: & inde funes mihi fecerat. Ex peruersa enim volūtate facta est consuetudo. Et dū cōsuetudini nō resistit: facta est necessitas. Quibusdā ānulis sibimet annexis tenebat me stricte dura seruitus:
¶ Aug. episto. ad Marcellam.
Interest inquantū: & in quibus rebus erretur: & q̄ facile se quis corrigat: vel quāta ptinacia suū defendere conetur errorem.

Bernar. ¶ Bernar. epistola. cclij.
Ob hoc inflexibilis: & obstinatæ mentis malum punitur eternaliter: licet temporaliter ppetratū: qr qđ breue fuit tempore vel opere lōgū esse cōstat impertinaci volūtate: ita vt si nunq̄ moreretur: nunq̄ velle peccare desineret. Immo semper viuere vellet: vt semper peccare posset.

Hugo. ¶ Hugo de. xij. abusionibus.
Tres sunt species obstinatorū. Prima eorū qui ex correctiōe proficiunt. Secūda eorū qui ex cōmonitiōe deteriores fiunt. Tertia eorū qui emendationē promittunt: sed nō faciūt. Ex correctione Manasses factus est melior. Nabal ex cōmonitiōe deterior. Pharao ex afflictione deterior.

Seneca. ¶ Seneca in prouerbijs.
Tunc est consummata infœlicitas: vbi turpia nō solū delectant: sed etiā placent: & desinit esse remedio locus: vbi q̄ fuerant vitia: mores fiunt.

Aristo. ¶ Aristo. lib. j. physicorum.
Contra negātes prima principia nō est disputādum.

Cicero. ¶ Cice. lib. j. de finibus bonorum & malo.
Nec cum iracundia: aut pertinacia recte disputari potest.

Valeri⁹ maxi. ¶ Valerius maxi. lib. vij.
Inmiter aliquid concupiscere: & in eo perseuerantier morari: exitio vicina ea dulcedo est.

Franci. petrar. ¶ Franc. petrar. canti. xlij. stantia. iij.
Che vo cangiando pelo.
Ne cangiar posso lobstinata voglia.

Occasio gre. ἀφορμή. ῆς. ἡ. vel καιρός. οῦ. ὁ. dr. Est autē occasio opportunitas tēporis casu proueniens. Venitq; ab occido penultima breui: qđ modo significat obuenio: ab ob qđ est circū: vel propter: & cado. Occido etiā nōnunq̄ interimo significat: vnde occasus: hoc est interitus. Aliquādo cado: vnde sol occidere dicitur: qr cadere videtur: dum mergitur: & occasus solis: ī. mersio solis.

Phocy. ¶ Phocylides.
καιρῷ δουλεύειν, μὴ ἀντιπνέειν ἀνέμοισι. i.
Occasioni obtēpera: & noli spirare cōtra vētos.

Menan. ¶ Menander.
ἅπαντα καιρῷ χάριν ἔχει τρυγώμενα. id est
Omnia tempestiue gratiā habent facta. ¶ Idē.
καιρὸς γὰρ ἐστὶ τῶν νόμων κρεῖττον πολύ. i.
Occasio enī est legib⁹ potentior multo. ¶ Idē.
καιροὶ δὲ καταλύουσι τὰς τυραννίδας. id est
Occasiones autem dissoluunt tyrannides.
¶ Idem.
καιρὸν τυχὼν γὰρ πτωχὸς ἰσχύει μέγα. id est
Occasionem nactus enim pauper potest multū.
¶ Idem.
πολλῶν ὁ καιρὸς γίγνεται παραίτιος. id est
Multarum rerum occasio est causa. ¶ Idē.
πολλοὺς ὁ καιρὸς ἄνδρας οὐκ ὄντας ποιεῖ. id est
Multos occasio viros nō existētes facit. ¶ Idē.
τάχισθ᾽ ὁ καιρὸς μεταφέρει τὰ πράγματα. i.
Celerrime occasio permutat res.
¶ Idem.
τὸν καιρὸν εὔχου πάντοθ᾽ ἵλεων ἔχειν. id est
Occasionē precare vbiq; propitiā habere.
¶ Idem.
ὡς μέγα τὸ μικρὸν ἐστὶν ἐν καιρῷ δοθέν.
Quā magnū paruum est in tēpore datum.
¶ Idem.
ὥρα τὰ πάντα τοῦ βίου κρίνει καλῶς. id est
Hora oīa vitæ iudicat pulchre.

Perian. ¶ Periāder.
καιρὸν προσμένε. i. Occasionem expecta.

Ociositas grę. ἀπραγμοσύνη. ης. ἡ. vel ῥᾳστώνη. ης. ἡ. dr. Est autem ociositas: quū q̄s quiete necessaria saluti corporis accepta vacat ab aliquo ope spūali vel corporali: & hęc est filia accidiæ.
Ociū est vacatio a labore: cuius cōtrariū negociū est. Aliqū ociuz pro litterario studio capit.

Prouer. ¶ Prouer. cap. x.
Qui cōgregat in messe filius sapiens est: q̄ autē stertit ęstate filius confusionis.

Eccli. ¶ Ecclesiastici cap. xxxviij.
Multā malitiā docuit ociositas. ¶ Idē. c. ix.
Operamini opus vestrū ante tēpus: scz iudicij.

Joānes. ¶ Joānes in euangelio. cap. iiij.
Me oportet opari dū dies est. ¶ Idē. c. xij.
Ambulate dū lucē habetis.

Matth. ¶ Mat. cap. xx.
Qui hic statis tota die ociosi?

Paulus. ¶ Paulus ad tessalonicen. primæ. cap. iij.
Qui nō laborat nō māducet. ¶ Idē ad ephe. c. v.
Videte quomodo caute ambuletis: nō quasi insipientes: sed vt sapiētes: redimētes tempus.

August. ¶ Aug. de ciuitate dei li. xix.
In ocio non debet esse iners vacatio: sed aut inquisitio veritatis: aut inuentio.

Hiero. ¶ Hieronymus li. iij. cōtra Ruffinum: & dicit fuisse sententiam aristotelis.
Oneratis superponendū onus: deponentibus nō cōmunicandum. i. ad virtutem incedentibus augenda precepta: tradentes se ocio relinquendos. ¶ Idem epistola. lxxvij.
Non sufficit a malis esse ociosum: si quis fuerit a bonis. s. ociosus. ¶ Ibidem.
Occupandum est bonis rebus ingenium: & sanctæ conuersationis: vsus altius inferendus.

Grego. ¶ Greg. morali. v. sup illō Tre. pmo. Viderunt eam hostes & deriserūt Sabbatū ei⁹.
Hostes sabbata derident: cum maligni spiritus ipsi vacationis ocia ad illicitas cogitatiōes pertrahunt.

Joannes chryso. ¶ Jo. Chryso. super Jo. Home. xxvj.
Peruersi facti sumus ab ocio. ¶ Ibidem.
Non laborare: nos corrumpere assueuit.

Seneca. ¶ Seneca epistola prima.
Quedam tempora nobis eripiuntur: quedā subducuntur: quedam effluunt. Turpissima tamen iactura: que per negligentiam fit. ¶ Ibidem.
Magna pars iam preterijt. Quicquid ætatis retro est mors tenet. Dum [illegible]ur: vita transcurrit. ¶ I[illegible]
Omnia aliena sunt: temp[illegible]tum nostrū est.
¶ Seneca epist[illegible]xiij.
Ociosus nō sibi viuit: sed [illegible] turpissimū est: ventri & somno. ¶ Ibidem.
Ille non viuit: qui nemini vi[illegible].
¶ Idem epistola. cix.
Non dedit nobis natura tempus: vt aliquid ex eo vacet perdere. ¶ Seneca in prouerbijs.
Quies tibi non desidia sit: & quum ab alijs luditur sancti aliquid honestiq; tractabis.
¶ Seneca tragœdia. vij.
Miserias lenit quies. ¶ Idem Tragœ. viij.
Omnis nimium longa properanti mora est.
¶ Seneca lib. de clementia.
Emollit ocium vires: sicut rubigo ferrum.
¶ Ibidem.
Fax immora torpet: ignem agitata restituit.

Aristo. ¶ Aristoteles li. iiij. æthicorum.
Requies & ludus in vita videntur eē necessaria.
¶ Idem. vij. æthicorum.
Maior est delectatio in quiete q̄ in motu.
¶ Idem lib. viij. politicorum.
Omnis laborans: requię indiget.

Cicero. ¶ Cicero lib. ij. de natura deorum.
Mihi enim qui nihil agit: esse omnino nō videtur.

Sallust. ¶ Sallustius in iugurtha.
Proditionum consilia per ocium ex loci opportunitate capiuntur. ¶ Ibidem.
Etenim ignauia: nemo immortalis fact⁹ est: Neq; quisq̄ parens liberis: vt æterni fierent: ignauiam optauit: magis vt boni & honesti vitam suam agerent.

Q. Curtius. ¶ Quintus Curtius de gestis Alexā. li. iij.
Omnia Alexander facilius: q̄ moram perpeti poterat. ¶ Idem li. v.
Fatigatis necessaria quies est.

Valeri⁹ maxi. ¶ Valerius maxi. lj. vij. ca. viij.
Ocium: industrię: & studio maxime contrarium videtur. ¶ Valerius maximus lib. vij. titulo. Sapienter dicta aut facta.
Appium Claudiū crebro solitum dicere accepimus negocium populo Romano: meliusq̄ ociū committi: non qui ignoraret: q̄ iucundus tranquillitatis status esset. Sed q̄ animaduerteret prępotentia imperia agitatione rerum ad virtutem capessendam excitari nimia quiete in desidiam resolui. Et sane negocium nomine horridum ciuitatis nostrę mores in suo statu continuit. Blandę appellationis quies: plurimis vicijs respersit. ¶ Valeri⁹ maxi. li. viij. de ocio.
Homerus quoq; ingenij cęlestis vates: non aliud sensit: vehemētissimis Achillis manibus canoras fides aptando: vt earum militare robur leni pacis studio relaxaret.

Menander. ¶ Menander.
ὡς πολλὰ θνητοῖς ἡ σχολὴ ποιεῖ κακά. i.
Quam multa mortalibus ocium facit mala?

Terenti⁹. ¶ Terentius comœdia. iiij.
Quid credebas dormienti tibi confecturos deos?

Ouidi⁹. ¶ Ouidius li. j. de remedio amoris.
Ocia si tollas periere cupidinis arcus:
Contemptęq; iacent: & sine luce: faces.
¶ Idem lib. de ponto elegia. vj.
Cernis vt ignauum corrumpant ocia corpus?
Et vitium capiant: ni moueantur aquę?

Catull⁹. ¶ Catullus elegia. iij.
Dulce viatori lasso in sudore leuamen:
Quum grauis exustos æstus hiulcat agros.

Lucan⁹. ¶ Lucanus lib. j. pharsaliæ.
Tolle moras: semper nocuit differre paratis.
¶ Idem li. iiij.
Varia semper dant ocia mentem.

Baptista mātua. ¶ Baptista Mantuanus Parthenices li. j.
Homini labor vtile semper
Calcar erit. segni pigros rubigine sensus:
Ocia corrodunt: sopitaq; pectora torpor
Noxius obliquat: ferrum si transit in vsus
Assiduo splendore micat: vultuq; nitenti
Audet ad argenti decus aspirare superbum.
At si longa quies ierit fuscatur: & atram
Vertitur in scabiem celeriq; absumitur æuo.
De hac materia vide supra in Acidia.

¶ Oculus gre. ὀφθαλμός. οῦ. ὁ. & ὀφθαλμία. ας. ἡ. oculorū morbus dicit. Oculi dicunt: qr ciliorum tegminibus eos deus occuluit scđm Varronem.

¶ Odor grece ὀσμή. ῆς. ἡ. dicit. Est aūt odor natura quedā ī humido ab enchymo sicco impressa scđm Aristotelem lib. de sensu & sensato.

Odium gre. μῖσος. εος. τὸ. & μισητός. οῦ. ὁ. odiosus: & μισέω odi dicit. Est aūt odiū ira inueterata scđm Cicero. li. iiij. Tusc. q.
Odiū est vetus ira ex plurib⁹ causis collecta diuturno tpe perseuerās ſz aug. li. diffinitionū.
Odium est dissonātia appetit⁹ aialis vel appetitus rōnalis ad apprehensuz vt discōueniens: sicut amor est cōsonantia eius ad cōueniēs scđm b. Tho. pria scđe. q. xxix. ar. j. ij.
Odium deducitur: ab odi verbo anomalo: quod

significat odio habeo: a quo osus & perosus dicitur: qui odio habet. hinc odiosus interdum qui habet odio: interdum molestus. Terentius. Si porro odiosi esse pergitis.

Odiū differt ab inuidia: ꝙ odiū in brutorū etiā natura cōperitur: vt est inter Egithum: & Acanthidem: quorum nec cruor quidē quū interfecti fuerint commisceri potest: ꝙ si forte miscueris: rursus fluit: & separat. Inuidia vo humanū genus non excedit: secundum Plutarchum in libello de differentijs odij & inuidie.

Odium item differt ab inuidia: q: nemini iuste inuidemus: odio vero iuste cōplures habent: sicuti qui neq; malorum consuetudinem fugiunt. Multi odio se habent: nemo sibi inuidet.

Odiū dei est filia luxurie: odiū vero proximi ē filia inuidiæ ¶ Leuitici cap. xix.

Leuitici. Non oderis fratrem tuum in corde tuo: sed publice argue eū: ne habeas super illo peccatum.

Prouerbiorum. ¶ Prouerbiorum cap. x.

Odium suscitat rixas: & vniuersa delicta operit charitas. ¶ Idē ca. xxvij.

Meliora sunt vulnera diligētis: ꝙ fraudulenta oscula odientis. ¶ Ioānes apl's prime ca. ij.

Ioannes. Qui dicit se in luce esse: & fratrē suū odit: in tenebris est vsq; ad huc. Qui diligit fratrē suū in lumine manet: & scandalum in eo non est. Qui aūt odit fratrem suum in tenebris est: & in tenebris ambulat: & nescit quo vadat: q: tenebre occæcauerūt oculos eius. ¶ Ibidem cap. iij.

Oīs qui odit fratrem suū homicida est: & scitis quoniā oīs homicida non habet partem in vitā æternam in se manentē. ¶ Ibidē cap. iiij.

Si quis dixerit quoniā diligo deum: & fratrē suū oderit: mendax est. Qui enim non diligit fratrē suū: quem videt: deum quē non videt: quomodo pōt diligere? Et hoc mandatum habemus a deo: vt qui diligit deum: dilgat & fratrem suum.

Augusti. ¶ Augu. super Mattheum.

Odium est inueterata ira: vbi odiū ibi charitas esse non potest. Vbi charitas abest: ibi nil boni est. ¶ Ibidem.

Festuca in oculo ira est: trabs in oculo: odium est ¶ Ibidem.

Multo aliud est: quando quisq; irascens in aliquo verbo: modū excedit: qd postea deleat pœnitendo. Aliud est seruare insidias inclusas in corde. Multum postremo inter hec verba scripture: turbatus est pre ira oculus meus: de illo aūt aliquid dictū est: q odit fratrem suū homicida est: multū interest inter turbatū oculum: & extinctū. Festuca turbat: trabs extinguit.

¶ Idē in sermone consecrationis ecclesie.

Si ad mensam cuiusq; potentis hominis: nemo psumit conscissis vestibus: & inquinatis accedere: ꝙto magis a conuiuio æterni regis id est ab altari domini: debet se vnusquisq; inuidiæ vel odij veneno percussus: iracūdie furore repletꝰ: cū reuerentia & humilitate subtrahere: propter illud quod dicit. Vade prius reconciliari fratri tuo: & tunc veniens offeres munus tuum. & iterum. Amice quomodo huc intrasti? non habens vestem nuptialem? ¶ Idem super illud psalmi. Perfecto odio oderam illos.

Hoc est perfecto odio odisse: vt vitia non homines oderi: nec vitia propter homines diligas.

Grego. ¶ Gregorius in pastorali cap. xlviij.

Omnes qui per discordiam separantur a viriditate dilectionis: arescūt. ¶ Idē in homelia.

Tunc bene animam nostrā odimus: quū eiꝰ carnalibus desiderijs nō acquiescimus: quū eius appetitū frangimus: eius voluptatibus reluctamur. ¶ Idē super Mattheū. v. in homelia.

Qui ergo motū noscēdi habet in animo: debet iudicare se reum. Si autē prodeat in contumeliam aduersus fratrem: eget reconciliatione. Si aūt non iudicat se reū: nec fratri vult recōciliari ex contēptu perseuerans in odio: reus erit gehenne. ¶ Idē lib. x. moraliū.

Vitā anime quelibet culpa polluit: seruatus vero dolor contra proximum: occidit. Menti nanq; vt gladius figitur & mucrone illius ipsa viscerum occulta perforantur.

Joannes chryso. ¶ Joannes Chrysostomus sup Mattheū.

Sicut rex in imagne sua honorat: sic deus in homine diligitur & odit. Nō potest hominē odisse: qui deū amat: nec potest deū amare: qui hominē odit. ¶ Ibidem.

Caro inimicum suū diligere non potest: anima autem potest: q: dilectio vel odiū carnis in sensu est: anime vero in intellectu. Quādo ergo nocemur ab aliquo: & si sentimus odium: sed tamē extingui volumus: cognosce q: caro nostra odit inimicū: anima vero diligit. ¶ Ibidem.

Hec est pugna periculosa: & hec gloriosa victoria: qui poterit odisse: quod amat: & amare quod odit.

Cassio. ¶ Cassiodorus super illud ps. Perfecto odio oderam illos.

Perfectum odiū est homines diligere: & eorum vitia semper horrere. Nā in illa parte: qua creatura dei sunt: amandos esse: nō dubiū est. In illa iniquitate horrendi sunt: in qua se polluerunt.

Seneca. ¶ Seneca in prouerbijs.

Peiora sunt tecta odia: ꝙ apta. & agnosci amat: qui odiū ostendit. ¶ Ibidem.

Quamuis agas vt ne quis merito tuo oderit: erunt tamen semper: qui te odient.

¶ Seneca in tragœdijs.

Simul ista mundi rector deus posuit odiū atq; regnum: odia qui nimiū timet: regnare nescit.

¶ Idē in Hercule furente tragœdia. j.

Si æterna semper odia mortales agent: nec cœptus vnꝙ cadat ex animis furor: sed arma fœlix teneat: infœlix paret. Nihil relinquent bella. Tum vastis ager squalebit aruis: subdita tectis face. Altus sepultas obruet gentes cinis.

¶ Idem tragœdia. vij.

Professa perdunt odia vindictæ locum.

Aristo. ¶ Aristo. lib. j. Rhetoricorū.

Amor & odium: & proprium commodum sepe faciunt iudicem non cognoscere verum.

Cicero. ¶ Cicero lib. de amicitia.

Molesta est veritas: siquidē ex ea nascitur odium quod est venenū amicitiæ.

Ouidi. ¶ Ouidius Amorum vel de fine titulo libro secundo elegia secunda.

Si sapis custos odium (mihi crede) mereri
Desine: quē metuit quisq; perisse cupit.

Petrar. ¶ Fran. petrarcha cantilena. xxv. stātia. vij.

Segnor mirate como il tempo vola:
Et sicome la vita
Fuge: & la morte ne sopra le spalle.
Voi siete hor quhi pensate la partita
Che lalma ignuda & sola
Conuien charriue a quel dubioso calle.
A passar questa valle
Piacciaui porregiu lodio & losdegno:
Venti contrarij a la vita serena.
Et quel che naltrui pena
Tempo si spende: a qualche atto piu degno:
O di mano: o dingegno:
In qualche bella lode:
In qualche honesto studio si conuerta
Cosi guha giu si gode:
Et la strada dil ciel si troua aperta.

¶ Offensio grece πρόσκομμα. ατος. τό. & προσκόπτω offendo dicitur.

Offendere & defendere proprie contraria sunt. Nā offendere est incurrere in aliquid: atq; incidere. Terentius. Offendi aduenićs quandā mei loci hinc: atq; ordinis hominem. Defendere vero est depellere. Qm vero qui incidunt in aliqd lædere sæpe solent id in qd incidunt: & econtrario qui depellunt: tuentur: factum est: vt offendere frequentissime pro lædere vsurpetur: & defendere pro tueri: & quasi vim depellere. Offendere aliquando est inuenire. Varro. Romam regressus: ibi nihil offendi: quod ante annos quinquaginta reliquerim. Ab offendo fit offendiculum: quod significat impedimentum: obstaculū: & offensam.

Offensio atq; offensa ita differunt: ꝙ offensio semper passiue accipitur: offensa vero actiue. Cicero. In corpore ægro odiosa est omnis offensio. Idem. Quum tot eius offensas pati non possem: inde discessi.

¶ Officiū gre. καθῆκον. οντος. τό. dicit. Est aūt officiū actus congruus cuiusq; persone. vel sic. Officiū est quod quisq; efficere debet pro suæ cōditione personæ. In quo aīaduertere oportet quid loco cōueniat: quid tempori: quid rerū: aut personarū dignitati: diciturq; ab officio cis. quo antiqui pro efficio vtebant. hinc officiosus dicit obsequiosus: & qui facile merctibus exhibet honorē: a quo officiose. i. cū officio: & obsequiose. Officiū etiam dicit magistratus: vel q: honoris gratia institutus est: vel q: opē populo fert: vel q: ius quod cuiq; debet reddit. Cetere vero artes actionē suam officiū vocant. vnde officiū grāmatici: officiū medici: officium architecti. Hinc fit officina. i. locus in quo artifices sua opera faciūt. Differt aūt a taberna: ꝙ officina est vbi opera efficiuntur. Taberna vbi venduntur. vnde opifices: & tabernarij dicūtur. Cicero. Opifices et tabernarios: atq; omnem illam fecem ciuitatum quid est negocij concitare? Tabernas etiam antiqui casas dixere: ꝙ ex tabulis fierent.

¶ Olfactus grece ὄσμησις. εως. ἡ. vel ὀσμός. οῦ. ὁ. dicitur. Quid aūt sit: quo organo: quo medio: obiectum: vide supra in arbore animæ: similiter de alijs sensibus: tā exterioribus ꝙ interioribꝰ.

¶ Omissio grece παράλειψις. εως. ἡ. & παραλείπω omitto dicit. Omissio importat pretermissionem boni debiti in ordine ad legem diuinam: vel humanam: vel in ordine ad proximum. Primo modo opponitur iustitiæ legali. Secundo vero opponitur iustitie speciali secundum bea. Tho. secunda secunde. q. lxxix. ar. iij.

¶ Opinio grece δόξα. ης. ἡ. & δοξάζω opinor dicit. Est autē opinio actus itellectus declinantis in vnā partē cōtradictionis cū formidine alterius scdm beatū Tho. scda scdæ. q. j. ar. iiij. Differunt aūt sic opinio: fides: scientia: dubiū: & scrupulus. Quia opinio est assensus intellectus ad aliquid: nō q: sufficienter moueatur ab obiecto pprio: sed p quandā rationabilē electionē voluntarie declinans in vnā ptem magis ꝙ in alterā: cū dubitatione tū: & formidine alterius partis. Ita tū ꝙ ad illā partē quā formidat: nō haberet rō expresse concludens. Formidat tū ppter debilitatē rationis alterius partis. Fides aūt est cū certitudine: absq; tali formidine. Scientia vero est assensus itellectus moti ab obiecto p seipsum cogniti: sicut in principijs primis: vel per aliud sicut in conclusionibus quarū est scīa: hec ex Beato Tho. vbi supra. Dubium qd sit vide supra in dubiū Scrupulus ē cū itellectus ex leuibus cōiecturis seu medijs: & multū debilibꝰ mouetur ad vnam partē. Et hec etiā dicit suspitio.

¶ Opportunitas grece εὐκαιρία. ας. ἡ. & εὔκαιρος. ου. ὁ. ἡ. opportunus dicit. Opportunitas est idē quod cōmoditas: scribiturq; duplici. p. nec venit ab opus: nec ab oportet: sed ab ob & portus: qm nauigantibus maxime vtiles optatiq; portꝰ sunt. Opportunū dicimus: siue opportune accidere: quod p desiderio nostro accidit. E diuerso importunū esse: siue importune fieri dicimus q sunt: fiuntve, preter rationē loci: seu tpis: seu personarū. Importunū igit dicimus hominē p cacē: atq; molestū: a quo īportunitas dicta. Importunū p inquieto & portu carente ponitur.

¶ Oppositio grece ἀντίθεσις. εως. ἡ. & ἀντιτίθημι oppono. Est autem opponere: ex aduerso ponere. Vnde opposita contraria: oppositio cōtrarietas. Sunt autem opposita quecunq; circa idē simul: & ob rem eandē: aut ad idē extrinsecus ascita esse nullo mō possunt. Quadrifariam autē opposita dicūtur: vel vt ad aliqui d: sicut duplū & dimidiū: vel vt cōtraria: sicut albū & nigrū. Vel sicut habitus & priuatio: veluti visus & cæcitas. vel sicut affirmatio & negatio: quēadmodum homo sedet: homo non sedet.

¶ Opprobrium grece ὄνειδος. εος. τό. dictur. Quid autem sit: & vnde deducatur: vide supra in Exprobratio.

Opus grece ἔργον. ου. τό. & ἐργάζομαι operor: & ἐργασία. ας. ἡ. opera dicit. Differūt aūt opus & opa: q: opere sunt diurnū officiū. opus vero finis fructusq; opere: scdm Vlpianū iurisconsultū. Terent. vtrunq; vno versu optime expressit.

Quod in opere faciundo operę consumis tuę: hinc operępręcium id est fructuosum: & ad rem pertinens. Aliquando tamen opus pro opera capi videtur. Vergi. Mollibus e stratis opera ad fabrilia surgit. Opus quādoq3 pro necesse capit: vt ęgrotanti est opus medico. Hinc oportet venit: quod significat pariter necesse est.

¶Ecclesiastici cap.ix.

Quodcunq3 potest manus tua instanter operare. ¶Ibidē cap.xj.

Mane semina semen tuum.

Joannes ¶Joannes in epla cap.j.

Quid proderit fratres mei: si fidē quis dicat se habere: opera autem non habeat? Nunquid poterit fides saluare eum? ¶Ibidem.

Sicut enim corpus sine spiritu mortuum est: ita fides sine operibus mortua est.

Aristo. ¶Aristo.lib.iiij.ęthicorū.

Qualis vnusquisq3 est: talia dicit: talia operatur.

¶Idē libro.x.ęthicorū.

In actionibus humanis minus creditur sermonibus q̄ operibus. ¶Ibidem.

Quando sermones dissonant operibus sensibiliter: tunc contemnuntur. ¶Ibidem.

Delectatio tenet operantem in opere.

De hac materia habes supra in Acidia: Labor: Ociositas.

ORatio grece εὐχή... & εὔχομαι oro dicitur. Est autem oratio dicentis pius affectus in deum scdm Augusti. & habetur .iiij. sententiarū di.xv.ar.ij.

Oratio est oris ratio per quam nostri cordis intima manifestamus deo scdm Theo. iiij.sen.distin.xv. & beatū Tho. secunda secūdę q.lxxxiij.ar.iiij.

Oratio est actus rationis practicę.s. qr est vel petitio decentiū a deo: vel ascensus mentis in deū, beatus Tho. scd'a scdę. q.lxxxiij.ar.j.

Oratio magistraliter diffinita: est ostensio volūtatis nostrę ei a quo impetrare speramus id qd desideramus.

Orare est placidos petere: obsecrare est iratos rogare scdm Donatum. Terentius. Venit ipsius vltro lachrymans: orans: obsecrans.

Oramus q̄ bona sunt. Supplicamus in aduersis: vel cum lachrymis scdm Donatum super Terentiū. Ab oratio venit oratiuncula diminutiuū. Est etiā oratio apud grāmaticos cōgrua dictionum ordinatio. & apud logicos: oratio est vox significatiua: cuius partium aliquid significatiuum est separatim: vt dictio: non vt affirmatio: vel negatio scdm Aristo.lib.j. perihermenias.

Thobias ¶Thobias cap.xij.

Bona est oratio cum ieiunio: & eleemosyna: magis q̄ thesauros auri recondere.

Judith ¶Judith cap.iiij.

Scitote qm exaudiet dns preces vestras: si manentes permanseritis in ieiunijs & orationibus in cōspectu dni. Memores estote Moysi serui dni: qui Amalech confidentē in virtute sua: & in potentia sua: & in exercitu suo: & in clypeis suis: & in curribus suis: & in equitibus suis: non ferro pugnādo: sed precibus sanctis orando deiecit.

¶David psalmo.xxxiiij. David.

Humiliabā in ieiunio animam meā: & oratio mea in sinu meo conuertetur. ¶Prouerbio.cap.xv. Prouerbiorum.

Longe est dns ab impijs: & orationes iustorum exaudiet. ¶Ecclesiastici cap.vij. Ecclesiastici.

Melior enim finis orationis: q̄ principium.

¶Idem cap.xviij.

Ante orationem pręparā aiam tuam: & noli esse quasi homo qui tentat deū. ¶Idē cap.xxj.

Fili peccasti? nō adijcias iterū: sed & de pristinis deprecare: vt tibi dimittantur. ¶Joannes.xvj. Joannes

Si quid petieritis patrē in noīe meo: dabit vobis. ¶Mattheus cap.vj. Math.

Tu autem quū oraueris intra in cubiculū tuū: & clauso ostio ora patrē tuū in abscondito: & pater tuus: qui videt in abscondito: reddet tibi.

¶Idem capi.vij.

Petite & dabitur vobis: querite & inuenietis: pulsate: & aperietur vobis. Ois enim qui petit: accipit. Et qui querit inuenit. Et pulsanti aperietur.

¶Idem.xxvj.

Vigilate & orate: ne intretis in tentationem.

¶Lucas cap.xj. Lucas.

Quū oratis dicite. Pater. Sanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuū. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie: & dimitte nobis peccata nostra: siquidem & nos dimittimus debenti nobis: & ne nos inducas in tentationem.

¶Idem.xviij. Saluator ait.

Oportet semper orare: & non deficere.

¶Paulus ad Corinthios primę ca.xj. Paulus.

Omnis vir orans aut prophetās velato capite: deturpat caput suum. ¶Ibidem.

Omnis aūt mulier orans: aut prophetans non velato capite: deturpat caput suū. ¶Idē ca.xiiij

Si orem lingua: mens mea sine fructu est.

¶Idem ad Thessalonicenses cap.v.

Semper gaudete: sine intermissione orate: in omnibus gratias agite. Hec est em̄ voluntas dei in Christo Jesu in omnibus vobis.

¶Idē ad Thimotheū primę cap.ij.

Volo ergo viros orare in omni loco: leuantes puras manus: sine ira & disceptatione. Similiter & mulieres in habitu ornato: cum verecundia & sobrietate ornantes se: non in tortis crinibus: aut auro: aut margaritis: vel veste preciosa: sed quod decet mulieres: promittentes pietatem per opera bona.

¶Petrus apostolus cap.iiij. Petrus.

Vigilate in orationibus: & hoc in spū: & veritate.

¶Jacobus apostolus cap.v. Jacob.

Multum em̄ valet deprecatio iusti assidua. Helias homo erat similis nobis passibilis: & orauit oratione vt nō plueret super terrā: & non pluit annos tres & menses sex. Et rursum orauit: & cęlum dedit pluuiā: et terra dedit fructum suum.

¶Actuum apostolorum cap.xix. Actuum

Orationes tuę & eleemosynę tuę ascēderunt in memoriam in conspectu dei.

¶Augusti. de cathetizandis rudibus: & habetur di.xxxviij.capi. Sedulo. Augusti.

Non sunt voces ad aures dei: nisi animi affectu.

¶Idem sup ps.lxv.

Multi languescūt in orando: & in nouitate conuersionis suę feruēter orāt: postea lāguide: postea frigide: postea negligēter: q̄ & quasi securi sunt: vigilat hostis: dormis tu.

¶Idem super psal.eundem.

Non deficias in oratione. Deus quod concessurus est: & si differt non aufert. Non leuitate vtitur: qui promisit. Non facile sententia mouetur. Quod promisit est fixum. Fallere non potest: habet vnde faciat. ¶Ibidem.

Orationis purę magna est virtus: & velut fidelis nūcius mandatum peragit: & penetrat: quo caro nō peruenit. ¶Idem super psal.lxxxv.

Oratio tua locutio est ad deū. Quādo legis: deus tibi loquitur. Quando oras: cū deo loqueris.

¶Idem super psalmū.cxviij.

Tunc porro in toto corde clamatur: quādo aliunde nō cogitatur. Tales orationes rarę sunt multis: crebrę paucis: vtrū nec cuiq̄: nescio.

¶Idē in sermone de quadragesima.

Hę sunt due alę orationis: qb' volat ad deū. Si illud quod cōmittitur ignoscit delinquēti: & donat egēti. ¶Aug. sup Joannē sermone.xx.

Qui nouit: qd det: & cui det: aderit petenti: aperiet pulsanti: & si forte nō dederit: nemo dicat se desertū. Forte em̄ aliqd dare differt: sed neminē esurientem relinquit. Si em̄ nō dat ad horam: exercet quęrentem: non contemnit petentem.

¶Augu. ad Probatianum.

Absit ab oratione multa precatio: sed feruās perseueret intentio. Nā multū loqui est in orādo rē necessariā superfluis agere verbis. Multum autem precari est qui precatur diuturna cordis excitatione pulsare. Nam plęrunq3 hoc negocium plus gemitibus: q̄ sermonibus agitur: plus fletu: q̄ affatu.

¶Idem in Enchyridio.

De quotidianis breuibusq3 pctīs: sine quibus hęc vita nō ducitur quotidiana oratio fidelium satisfacit. ¶Idem in glo. Matthęi.vj.

Oratio paucis verbis res multiplices cōprehēdit: vt sic cito simplicitas fidei: sufficientiam suę salutis addisceret: & prudētia ingeniosorum profunditate mysteriorum stupesceret.

¶Augu. super orationē Domini.

Impudētia est vt a deo petas diuitias. Non est impudentia vt petas panē quotidianū. Aliud est em̄ vt superbias: aliud vt viuas. ¶Hieronymus ī leuiticū: & habet di.xxxvj.cap. Si qs vult.

Moyses ad bella nō vadit: nō pugnat cōtra inimicos: sed qd facit? orat. Vincit ppls ei'. Si relaxauerit: & dimiserit man': ppl'us ei' vincitur: & fugatur. Oret ergo sacerdos ecclesię indesinenter: vt vincat populus q̄ sub ipso est: hostes inuisibiles Amalechitas: qui sunt dęmones īpugnātes eos: qui volunt pie viuere in Chrysto.

¶Hieronymus super Abacuch.

Dominus noster sciens clęmētię suę pōdera atq3 mēsuras: interdū non exaudit clamantem: vt eum probet: et magis prouocet ad rogandum. Et quasi in igne excoctum iustiorem: & puriorem faciat.

¶Hiero. & habet de cō. di.v.c. mediocriter.

Nō em̄ verbis tantū: sed corde orādus deus est. Quapropter melior est quinq3 psalmorū decātatio cū cordis puritate ac serenitate: ac spūali hylaritate: q̄ toti' psalterij modulatio cū anxietate cordis atq3 tristitia. Quū igitur pro cunctis animab' psallem' vel missa dicit: nihil min' q̄ si pro vno quolibet ipsorū diceretur accipit.

¶Hierony. & habet.xiij.q.ij.ca. In presenti.

In presenti sęculo scim': siue orationib': siue cōsilijs inuicē posse nos adiuuari. Cum autē ante tribunal Christi venerimus: nec Job: nec Daniel: nec Noe: rogare posse pro quoq̄: sed vnumquēq3 portare onus suum.

¶Hieronym' super Marcum.

Jeiunio passiones corpis: oratione pestes sanāde sunt mentis. ¶Idē ad demetriadem.

Lectionē frequēter interrūpat oratio: & animā iugiter adhęrentē deo grata vicissitudo sanctę operationis accendat.

¶Idem contra Vigilantium.

Error fuit: q̄ dū viuimus: mutuo pro nobis orare possumus: post q̄ autem mortui fuerim': nullius sit pro alio exordienda oratio.

¶Ambrosius lib. de officijs. Ambro.

Sit oratio pura: simplex: dilucida: atq3 manifesta plena grauitatis & pōderis: non affectata elegātia: sed non intermissa gratia.

¶Idem de viduis.

Vbi est oratio adest verbum: fugatur cupiditas: libido discedit. ¶Idē ī hexamero lib. vltimo.

Si pro te rogas tantū: pro te solus rogabis: si autem pro omnib' roges: omnes pro te rogabunt.

¶Idem lib. de pœnitentia.

Multi minimi dū congregantur vnanimes: fiunt magni: & multorū pcēs impossibile est contemni.

¶Idem super Lucam lib.xv.

Vberior est dei gratia q̄ pcatio: semp em̄ plus tribuit deus q̄ rogatur. Nam latro rogabat: vt sui memor esset dominus quū venisset in regnum suum. Dominus autem ait. Amen dico tibi: hodie mecum eris in paradiso.

¶Gregori': & habet.xiij.q.ij. Animę. Grego.

Animę defunctorum quattuor modis soluūtur: aut oblationibus sacerdotū: aut precibus sanctorum: aut charorum eleemosynis: aut ieiunio cognatorum. ¶Idem registri lib.j. & habetur.xiiij.q.v. Scriptum.

Longe est dominus ab impijs: & orationes ipsorū non exaudiet. ¶Idē in plogo.ij. moraliū.

In grauib' peccatis quis positus: dum suis premitur: aliena non diluit. Mūdus ergo ostenditur esse de se: qui emundationem potuit pro alijs obtinere. ¶Idem lib.ij. moralium.

Ille deo verā oratiōnē exhibet: qui semetipsum cognoscit: quia puluis sit humiliter videt: qui nihil sibi virtutis tribuit: qui bona quę agit: esse de misericordia conditoris agnoscit.

¶Idem lib.x. moralium.

Omnipotēs deus sępe eius precē in perturbatione deserit: q̄ pcepta illi' in trāquillitate cōtēnit.

¶Idem moraliū.xxj. sup illud Job.xxxj.

Quis mihi tribuat adiutorium: vt desiderium meum omnipotens tribuat.

Vera postulatio est non in oris vocibus: sed in cordis cogitationibus: valētiores voces apud dei aures nō faciūt verba: sed desideria.

¶ Idem lib. xxv. moralium.

Quisquis pro alijs intercedere nititur sibi potius ex charitate suffragaf. Et pro semetipso tanto citius exaudiri meretur: q̄to deuotius pro alijs intercedit. ¶ Idē lib. xvj. moralium.

Tunc cor fiduciā in oratione accipit: quū sibi vitę prauitas nulla contradicit.

Joannes chryso. ¶ Joannes Chryso. sup Matthæum.

Pro se orare necessitas cogit: pro alijs autē charitas fraternitatis hortatur. Dulcior autem ante deū est oratio: non quā necessitas trasmittit: sȝ quā charitas fraternitatis cōmendat.

¶ Idē super Matthæū cap. xviij.

Nihil potentius homine orante. Qui orat cū ieiunio duplices alas habet. Nā neqȝ oberrat: neqȝ torpet. ¶ Idē super Matthæū. xxvj.

solitaria Consuetudo erat ei sine eis orare: in quo docemur tēpore orationis: quærere secretū: et fugere tumultū. ¶ Isidorus de sūmo bono lib. iij.

Isidorus Duobus modis oratio impedif: ne īpetrare q̄sqȝ valeat postulata: hoc est: si aut quisqȝ adhuc mala cōmittit: aut delinquenti sibi debitum non dimittit. ¶ Isidorus ibidem.

Sæpe multos de⁹ non exaudit ad volūtateȝ: vt exaudiat ad salutem. ¶ Ibidem.

Orationibus mūdamur: lectionib⁹ instruimur. Vtrunqȝ bonū est: si liceat. Si non licet vtrūqȝ. Melius est orare: q̄ legere.

¶ Idem æthymologiarum lib. vj.

Sicut nullū in vulnere proficit medicamentū: si adhuc ī eo ferrū sit: ita nihil pficit oratio illius: cuius adhuc dolus in mente: vel odiū manet ī pectore. ¶ Idem de summo bono.

¶ Oratio ī præsenti vita: tantū pro remedio peccatorum effunditur. Psalmorum autem decantatio: perpetuā dei laudem demonstrat in gloria superna: sicut scriptum est. Beati qui habitāt in domo tua: in sæcula sæculorū laudabūt te. Cui⁹ operis mysterium quicūqȝ fideliter intenta mēte: exequitur: quodāmodo angelis sociatur.

¶ Idem æthymologiarum lib. vj.

Qui vult orationē suā volare ad deū: faciat illi duas alas: ieiunium ꝛ eleemosynam: ꝛ ascendet celeriter: ꝛ exaudietur.

¶ Idem soliloquiorū lib. ij.

Immundus spiritus orationis instātia vincitur: demonia oratione eijciuntf: orōne dæmonia superātur. ¶ Cassio. sup ps. xvj. Exaudi dñe.

Cassiod. Ipsius est oratio perfecta: cuius ꝛ causa clamat et lingua: ꝛ actus: ꝛ sermo: ꝛ vita: ꝛ cogitatio.

¶ Idem super psalmū. Psallite sapiēter.

Non solum cantantes: sed intelligētes: psallere debemus. Nemo enim sapienter quicq̄ facit: qd̄ non intelligit.

¶ Idē sup ps. Cōfitebor tibi in vasis.

Pulchre diffinitū est psalmos esse vasa veritatis quasi spiritualia doliavinū dñi īcorrupto sapore servātia. ¶ Idē sup ps. Miseremini mei de⁹.

Magna voce ille clamat ad dominū: q̄ q̄uis lingua taceat: bonis tamen operibus perseuerantertee clamat. ¶ Idem super psal. cj.

In psalmis vincitur mūdus: plorādo superatur diabolus: ꝛ cui mille cohortes ad pugnandum non sufficiūt: oratione vnius pauperis inclinaf.

¶ Boetius de cōsolatione lib. v.

Boetius. Sperare ꝛ orare solus motus est: quo homines cū deo loqui videntur. ¶ Ibidem.

Non frustra in deo sunt posite spes ꝛ preces: q̄ cum recte fiunt inefficaces esse non possunt.

¶ Cyprian⁹: ꝛ habef de ɔsecra. di. j. Qū aūt.

Cyprianus. Quādo aūt stam⁹ ad orationē fratres dilectissimi: inuigilare ꝛ incūbere ad pces toto corde debemus. Cogitatio carnalis hominis: ꝛ sæcularis abscedat. Nec quicq̄ tunc animus aliud: q̄ id solum cogitet quod precatur. Ideo et sacerdos ante orationem pfatione præmissa: parat fratrū mentes: dicendo: sursum corda: vt dū respōdet plæbs: habem⁹ ad dñm: admoneatur nihil se aliud q̄ dominū cogitare debere. Claudatur contra aduersariū pectus: ꝛ soli deo pateat: nec ad se hostem dei tempore orationis venire patiatur. ¶ Seneca ad Lucilliū epla. iiij.

Seneca Non sunt ad cœlum eleuande manus: nec exorādus editu⁹ vt nos ad aurem simulacri: quasi magis audiri possimus admittat: prope est deus: tecum est: in te est. ¶ Cicero. j. de legibus.

Cicero. Ad diuos adeunto caste: pietatē tenento. Opes etiā amouento: sed si quis secus faxit: deus ipse vindex erit. ¶ Menander.

Menander. εὐχῆσ δικαίασ οὐκ ἀνήκοοσ θεόσ. i.

Precis iuste exauditor de⁹. ¶ Ex. j. epigrāma.

Ex. j. epigrāmato. Ζεῦ βασιλεῦ. τὰ μὲν ἐσθλὰ καὶ εὐχομένοισ καὶ ἀνεύκτοισ ἄμμι δίδου. τὰ δὲ λυγρὰ καὶ εὐχομένων ἀπερύκοισ. id est

Juppiter rex bona quidem: et precātibus: ꝛ non precatis.

Nobis da. Mala vō ꝛ a precantibus remoueas.

¶ Ouidius lib. j. de arte.

Ouidi⁹ Flectitur iratus voce rogante deus.

¶ Martialis li. viij. epigrā. ad Domitianū.

Martia. Offendunt nunq̄ thura precesqȝ Jouem.

¶ Idem lib. x.

Et dominum mundi flectere vota valent.

¶ Idē lib. x. epigrā. ad Marcum.

Non quacunqȝ manu victima cæsa litat.

¶ Horati⁹ carminum lib. iij. ode. xxiij.

Horati⁹ Cœlo supinas si tuleris manus
Nascente luna rustica phillyre:
Si thure placaris ꝛ orna
Fruge lares: auidaqȝ porca:
Nec pestilentem: sentiet Aphricum
Fœcunda vitis: nec sterilem seges
Rubiginem: aut dulces alumni
Pomifero graue tempus anno.

¶ Ibidem.

Immunis aram si tetigit manus.
Non sumptuosa blandior hostia
Mollibit auersos penates.
Farre pio: ꝛ saliente mica.

¶ Horatius epla. lib. j. epla. j. ad Lolium.

Sed satis est orare Jouem: qui donat: ꝛ aufert:
Det vitam: det opes: æquū mi animū ipse parabo.

¶ Sillius italicus lib. iiij.

Sillius. Justa ite precati.
Juuena. Thure pio. ¶ Juuenalis satyra. x.
Orandū est vt sit mens sana in corpore sano.
Fortē posce animū mortis terrore carentem.

¶ Dātes purgatorij cantica. ca. iiij.

Dantes. Se oratione in prima non maita
Che surga sudi cuor chen gratia viua
Laltra che val: che in cielo non e audita.

¶ Orator gre. ῥήτωρ. οροσ. ὁ. ꝛ ῥητορικὸσ oratorius dicitur. Venitqȝ ab orādo: hoc est dicendo. Differunt aūt orator: rhetor: ꝛ declamator sic. q̄ orator est qui in iudicijs vel in concionibus causas agit. Rhetor qui rhetoricē pfitef. Declamator qui aut docendi alios: aut exercendi se gratia fictā cām agit: vt in veris postea causis possit orare: qd̄ declamare dicif. Quare declamare erit ficto themate componere. Hinc actiones ipse orationes: ꝛ declamatiōes vocanf. Ab orator deducif oratorius ria. rium. vt oratorius sermo: oratoria facultas: oratorium munus: ꝛ oratorie aduerbiū: hoc est more oratorio.

¶ Cice. lib. j. officiorum.

Cicero. Est eīm propriū oratoris aperte: distincte: ꝛ ornate loqui. ¶ Idem lib. iij. officiorum.

Inhūmanum est eloquentiā ad hominū salutem ꝛ conseruationē datā: ad bonorū pestē perniciēqȝ conuertere.

De hac materia habes. s. vbi cōcio ꝛ eloquētia.

¶ Orbitas gre. ὀρφανία. ασ. ἡ. ꝛ ὀρφανόσ. οῦ. ὁ. orbus dicitur. Orbus vō proprie dicitur is: q̄ lumē oculorū amisit: quasi amissis orbibus: ppter rotunditatē oculoruȝ. Hinc per metaphorā orbi dicunf: q̄cunqȝ aliqua re chara priuati sunt: quasi oculis priuati. Hinc etiā orbo vbū: hoc est priuo: ꝛ orbatus priuatus: ꝛ orbitas siue orbitudo q̄ est illa qualitas patrū post amissos liberos: vel filiorū post amissos patres. Hinc etiā orbefacio hoc est orbitatē alicui induco: ꝛ orbum liberis facio: vnde orbificor: ꝛ orbificus deducuntur. Orbē latini circulū: ꝛ orbiculū paruū circulū dicūt. Mundūqȝ a rotundita te orbē vocant. Itē orbitus ta. tum. hoc est circularie. Varro. Vt sidera cœli circa terrā atqȝ axē voluūtur motu orbito. Orbita vō est vestigiū rotę a q̄ exorbito fit: hoc est a recto decedo: ꝛ quasi extra orbitā eo.

¶ Cicero lib. j. tuscu. quæstio.

Cicero. Cæcitas ferri facile potest si nō desinit subsidia valitudinū. Democritus luminibus amissis alba ꝛ atra cernere non poterat. At vō bona ꝛ mala: ęqua ꝛ iniqua: honesta ꝛ turpia: magna ꝛ parua. Etiā sine varietate colorū licebat beneviuere. Sine notione rerum nō licebat. De hac materia habes infra vbi visus.

Ordo græce τάξισ. εωσ. ἡ. ꝛ τάσσω ordino dicif. Est aūt ordo pariū dispariūqȝ rerū sua cuiqȝ loca tribuēs dispositio: sm Aug. de ciui. dei lib. xix. Ordino ab ore dicif: qd̄ idē est qd̄ dispono: quasi ore pronūcio: qui cuiqȝ locus esse debeat. A quo ordo dispositio gradus. Idē ordinariū in quo ordo seruatur. Extraordinariū quod fit extra ordinē: ordinate aduerbium hoc est seruato ordine. Ordo sacer est signaculū quoddā in q̄ spiritualis potestas tradif ordinato ad officiū: sm magistrū senten. ꝛ bea. Bonauen. in. iiij. distin. xxiiij.

¶ Paulus ad corin. primæ cap. xiiij.

Paulus Omnia honeste: ꝛ sm ordinē fiant in vobis.

¶ Grego. columbo episcopo: ꝛ habetur. j. q. j. pueri.

Grego. Pueri ad sacros ordines nullatenus admittanf ne tanto periculosius cadant: q̄to citius conscēdere ad altiora festināt.

¶ Idē in registro.

Ne hi qui ordinati sunt pereāt: prouideri debet: quales ordinentur: vt aspiciatur. Si vita eorum continēs in annis plurimis fuit: si studiū lectionis: si eleemosynæ amorē habuerunt.

¶ Ibidem.

Nullus debet ad altare accedere: nisi cui⁹ castitas ante susceptum mysterium fuerit approbata. ¶ Ibidem.

Ordinate ad ordines accedendū est. Nam casum appetit: qui ad summa loci fastigia: postpositis gradibus per abrupta ascensum quærit.

¶ Idem Anastasio presbytero: ꝛ habetur distin. xl. cap. non loca.

Non loca vel ordines creatori nostro nos proximos faciūt: sed nos aut merita bona coniungūt: aut mala disiungunt.

Origen. Origenes super leuiticum.

Agnoscat vnusquisqȝ ordinē suuȝ: ꝛ quid dignū sit eo ordine: quē suscipit: intelligat: ꝛ ita libret actus suos. Ita etiā sermone: incessum quoqȝ et habitū moderef: vt quū ordinis sui professiōe cōueniat: ne audiat dici ad se a deo: qꝛ propter vos blasphematur nomen meum inter gentes.

¶ Ibidem.

Requiritur in ordinando sacerdote psentia populi: vt sciant omēs ꝛ certi sint: qꝛ qui ex omi populo est prestantior: qui doctior: qui in omi virtute eminentior: ille eligitur ad sacerdotiū: ꝛ hoc astante populo: ne aliqua postmodū retractio cuiq̄: ne quis scrupulus resideret.

¶ Boetius lib. j. metro. vj.

Boetius Sic quod præcipiti via.
Certum deserit ordinem.
Lætos non habet exitus.

¶ Seneca ad Lucillium episto. xxxix.

Seneca. Nihil aūt ordinatū: qd̄ pcipitaf ꝛ properat.

Ornatus siue ornamentū gre. κόσμοσ. ου. ὁ. ꝛ κοσμέω. orno. dicitur. Ornatus aūt ꝛ delitiæ sunt necessarij tripliciter. s. propter infirmitatē: cōsuetudinē: ꝛ dignitatē. ex bea. Tho. iiij. sen. di. xv. q. ij. ar. iij. Ornatus virorū ꝛ mulierū mensurandus est ad modū ꝛ mēsurā personæ: ꝛ intētionē. Si eīm mulieres portāt ornamēta decētia: sm statū ꝛ dignitatē suā: vt moderate se habeāt in factis suis: sm cōsuetudinē patriæ: erit actus vtutis modestię: quæ ponit modū in incessu: statu: habitu: ꝛ in omnibus moribus exterioribus ꝛ poterit esse meritorius: si fit cuȝ gratia. Similiter si fit vt placeat

viro suo: vel vt ab aliis mulieribus retrahatur. ex bea. Tho. super Esaiam capi. iij. fi.
Mulier et vir ornans se: vt prouocet alios ad concupiscentiam peccat mortaliter. Nō autem semper si ex leuitate: vel vanitate propter iactantiā. ex bea. Tho. secunda secunde. q. clxix. arti. ij.

Eccli.
¶ Ecclesiastici cap. ix.
Auerte faciem tuam a muliere compta: et ne circumspicias speciem alienam.
¶ Idem capi. xix.
Amictus corporis: risus dentium: et incessus hominis enunciant de homine.

Paulus
¶ Paulus prime ad corin. cap. vj.
Vir si comam nutriat ignominia est illi.

Petrus.
¶ Petrus primæ cap. iij.
Mulier non sit extrinsecus capillatura: aut circundatio auri.

August.
¶ Augusti. ad Possidonium: et habetur de consecra. distin. v.
Fucare figmentis: quo vel rubicundior: vel cādidior: vel verecundior appareat: adulterina fallacia est qua non dubito etiā ipsos maritos se nolle decipi: quibus solis permittendæ sunt fœminæ ornari sm veniam: non sm imperium. Nam verus ornatus maxime christianorum et christianarum: non tantum non est vllus fucus mendax: verum nec auri quidem vestisque pōpa: sed mores boni sunt.
¶ Idem de sermone domini.
Quanta amentia est effigiem mutare naturæ: picturā quærere: tolerabiliora ppemodū in adulterio crimina sunt. Ibi enim pudicitia: hic natura adulteratur.

Hiero.
¶ Hiero. ad Eustochium.
Quid dicam de his qui ambiunt ad sacerdotiū: quibus cura est: et vestes bene oleant: vt pes laxa pelle non foleat: quibus vt crines calamistro rotentur: quibus vt digiti anulis radient: et si via humidior fiat: vix in eam pedes vestigia comprimant.
¶ Idem epistola. lxxxiiij.
Vestis nec satis munda: nec sordida: et nulla diuersitate notabilis: ne ad te obuians turba consistat: nec digito demōstreris.
¶ Ibidem.
Nec affectatæ sordes: nec exquisitæ delitiæ: christiano conueniunt.
¶ Idem episto. lxxij.
Vestium sordes candidæ: mentis indicia sunt.

Ambro.
¶ Ambrosius in Hexamero.
Deles picturam dei mulier: si vultū tuū materiali candore oblimasti.
¶ Idē de vginitate li. j.
Collū cathena cōstringit: pedes: cōpedes includunt: Nil refert an corpus auro ligetur: an ferro si ceruix premitur: si grauatur incessus: nil precium iuuat: nisi ꝙ vos mulieres estis miserabiliores: ꝙ qui publico iure dānantur. Illi optant viuos ligari. Mulier sic ornata: omnium domus est dæmonum infernalium.

Bernar.
¶ Bernar. super Missus est.
Quid de habitu dicam: in quo non iam calor sed color requiritur: magisque cultui vestium: ꝙ virtutum insistitur. Pudet dicere. Vincūtur in suo studio mulierculæ: quādo a monachis precium affectatur in vestibus: non necessitas.
¶ Bernardus in apologe.

Vanum cor vanitatis notitiam ingerit corpori. Exterior enim superfluitas: interioris vanitatis indicium est. Mollia indumenta animi mollitiē indicāt. Non tantum curaretur corporis cultus: nisi prius neglecta fuisset mens inculta virtutibus.

Joānes chryso
¶ Joan. chryso sup mat. homelia. xxiij. in fi.
Quid a pueris distamus ludentibus: et domos fabricantibus: nos qui domos pclaras fabricamus? nisi ꝙ nos cum pœna hoc agimus: illi cum gaudio.
¶ Ibidem.
Mundum viri facti sumus: sed quum effecti viri erimus: sciemus ꝙ hæc sunt ludibria: et ea deridebimus. Scimus ergo viri vsque quo a terra trahimur in lignis et lapidibus: magna sapientes. Vsque quo ludimus?

Cypria.
¶ Cyprianus in lib. de habitu virginum.
Fœminæ manus deo inferunt: quando illud qd ille formauit: reformare contendunt.
¶ Ibidem.
Serico et purpura indutæ christum sincere induere nō possunt: auro: margaritis: et monilibus adornatæ: ornamenta mentis et cordis pdiderunt.

Seneca.
¶ Seneca ad Helbiam.
Nosti Romuli casam. Dic potius illud humile tugurium: sed nempe virtutes recipit: et oibus templis formosius est: quū ibi iustitia fuerit et cōtinētia: quū prudētia: quū pietas oim officiorum: quum recte dispēsatorum ratio: quū diuinorum hūanorūque sciētia. Nullus locus angustus: q hāc magnā virtutū turbā capit. Nullū exiliū graue. Ire cū hoc comitatu libet.
¶ Idē ad lucil. episto. xl.
Nō faciūt equū meliorē aurea frena.

Ouidi.
¶ Ouidius epla phedræ ad hippolytum.
Sint procul a nobis iuuenes vt fœmina compti.
Fine coli modico forma virilis amat.
¶ Idem lib. j. artis.
Forma viros neglecta decet.
¶ Ibidē.
Munditiæ placeant fuscentur corpora campo:
Sit bene cōueniens: et sine labe toga.
Linguaque nec rigeat: careāt rubigine dentes.
Nec vagus in laxa pes tibi pelle natet.
Nec male deformet: rigidos tonsura capillos:
Sit coma: sit docta barba resecta manu.
Et nihil emineāt: et sint sine sordibus vngues.
Inque caua nullus: stet tibi nare pilus.
Cætera lasciuæ faciant concede puellæ:
Et si quis male vir quærit habere virum.
¶ Ouidius lib. j. artis.
Sed tibi nec ferro placeat torquere capillos.
Nec tua mordaci pumice crura teras.
¶ Idem lib. iij. artis.
Munditiis capimur: nō sint sine lege capilli:
Admotæ formam dantque negantque manus.

¶ Ostētatio græ. ἐπίδειξις. ιος. ἡ. et ἐπιδεικτής. οῦ. ὁ. ostētator: et ἐπιδείκνυμι ostēto dr. Sumitur aūt ostētatio p iactātia: et inani gloria. Venit aūt ab ostēto: qd significat sæpe: et quū iactātia quadā ostēdo: a quo descēdit. Ostēdo vo cōponitur ab ore: et tendo: qm os in id solemus extendere quod volumus demonstrare. Ab ostento pariter fit ostentū de quo supra in monstrum. De hac materia habes supra vbi iactantis.

Pactum græce συνθήκη. ης. ἡ. et συντίθεμαι paciscor dicit. Dicitur autē pactum a pactione inde ē pacis nomē appellatū. Pactio eñ est duorū pluriumve in idem placitum: seu consensus in. l. j. ff. de pac. vel sic Pactū est qd inter aliqs pueniunt.
¶ Pagus grece πάγος. ου. ὁ. dicitur. Est autem pagus prima societas quæ constituitur ex pluribus domibus vtilitatis gratia: non quotidianæ sm Aristo. lib. j. politicorum.
¶ Pagus dicitur a πηγή. ῆς. ἡ. quod apud græcos fons dicitur. Et enim plures simul domus rusticæ: hoc est plures villæ pagus vocātur: quoniam circa fontes condi huiusmodi villæ consueuerunt. Hinc pagani dicti quasi ex eodem fonte potantes: hoc est villani. Hinc semipaganus quasi semiuillanus.
¶ Palpatio grece ψηλάφησις. εως. ἡ. et ψηλαφητός. οῦ. ὁ. palpabilis: et ψηλαφάω palpo dicitur. Palpabile quodlibet est tangibile: et nō ecōtrario. ex. b. Tho. iiij. sen. di. xliiij. q. ij. ar. ij.
Palpatio non pertinet ad tactū: vt discretiuus est cōtrariorum scz calidi et frigidi: et huiusmodi: sed vt discretiuus corporum solidorū sm eundem. iij. sen. di. xxj. q. ij. arti. iiij.
Palpare: siue palpari (vtroque enim modo dicit) proprie est leuiter: et quasi tentando tangere: vñ pro adulari frequenter accipitur: et palpatores ex eo dicuntur adulatores. A palpo fit frequentatiuum palpito: quod est leuiter: et frequenter moueor: et quasi palpando: vnde palpitare cor dicitur: ob frequentem motum. Plinius. Palpitat certe cor: et quasi alternatim mouetur.
¶ Palpebra græce βλέφαρον. ου. τό. dicit. Sunt autem palpebræ capilli quos in genis homines vtrinque habent: dicte vel a palpitādo: hoc est tremendo: vt varroni placet: vel palpando hoc est pretentando obiecta. Ob hoc enim natura palpebras homini dedit: vt ceu vallum quoddā visus essent: et prominens munimentū circa occursantia animalia: aut alia fortuitu incidentia.
¶ Panis græce ἄρτος. ου. ὁ. dicit. Panis autē forma substātialis ɔsequit mixtionē farinæ et aquæ: et ipsam vstionē. ex. b. Tho. iiij. sen. di. xj. q. j. ar. j.
Panis furnaceus qui in furno coquitur: q a grecis κλίβανος. ου. ὁ. clibanus dicitur: et subcinericius qui sub cinere: et focacius qui in foco.
Panis azimus est panis sine fermēto: a græcis enim fermentum ζύμη. ης. ἡ. dicitur.
Panis dicitur a pascendo: vt Varroni placet: vñ pappa deducit: qui ppꝛie est cibus puerorū: vñ fit pappo verbū: hoc est edo: cibū sumo. Plautus. Nouo liberto opus est quod pappet. A panis fit panifex: qui panem facit: et panifica mulier panē faciens: et panificium ipsa panis factura
¶ Papa grece πάππας. ὁ. dici potest: et est summus pontifex: q habet plenitudinem pontificalis potestatis: sicut rex in regno. Sed episcopi assumuntur in partē sollicitudinis: quasi iudices singulis ciuitatibus prepositi. ex. b. Tho. scda secūde. q. xcviij. arti. ix. et. iiij. sen. di. xx. arti. iiij. Dicit autē a pape admirantis interiectiōe. Vel qd sit pappas: hoc est pater omniū christianorū.
¶ Par græce ἴσος. ου. ὁ. dicitur. Est autē par qd in omnes æquabile est. Paris autē numeri species sunt tres. Est enim vna quæ dicitur pariter par: alia vero pariter impar: tertia ipariter par.
Pariter par numerus est qui potest in duo paria diuidi: eiusque pars in alia duo paria: vt hoc totiens fiat: vsque dum diuisio partium ad indiuisibilem naturaliter perueniat vnitatē: vt. lxiiij. in xxxij. in. xvj. in. viij. in. iiij. in. ij.
Pariter impar numerus est q et ipse quidē paritatis naturā substātiāque sortitus est: sz in cōtraria diuisione naturæ numeri pariter paris opponit. Vt sunt. vj. x. xiiij. xviij. xxij. et his similes.
Impariter par numerus est ex vtrisque cōfectus: et medietatis loco gemina extremitate concluditur: vt quia ab vtroque discrepet: eadem ad alterutrum cognatione iungatur. Hic autem talis est q diuiditur in æquas partes cuiusque pars in alias æquas diuidi pōt: et etiam aliquādo partes partium diuidūtur: sed non vt vsque ad vnitatem progrediatur æquabilis ista distinctio. Vt sunt. xxiiij. et. xxviij. Ex boetio arithmeticæ lib. j.
¶ Parcitas quid sit: vide infra in parsimonia.
¶ Parabola siue parabole dictio græca est παραβολή. ῆς. ἡ. et a παραβάλλω qd est assimilo venit. Est aūt parabola sentētia habens obscurā similitudinē sm bea. Tho. prima parte. q. j. arti. x.
Parabola est sermo similitudinarius: q aliud dicit et aliud significat sm eundē sup Esa. xiiij. col. j.
¶ Paradisus græca dictio est. Nam παράδεισος. ου. ὁ. pomariū significat. Vñ et poma illa paradisea vocātur: a situ: ꝙ fere in omnibus pomariis inserantur: odore saporeque insignia.
Paradisus triplex est. s. terrestris: cœlestis: et spiritualis. i. visio dei. ex. b. Tho. prima parte. q. cij. arti. j. et scda secūde. q. clxxv. ar. iij.
Paradisus terrestris est locus corporeus in oriēte vt in nobilissimo loco: et interpretat hortus. ex. b. Tho. scda secūde. q. lxxxiiij. ar. iij. Estque locus conueniēs habitatiōi humanæ: quia habet aerem temperatū et tenuissimū: et plantas semper floridas sm bea. Tho. prima parte. q. cij. ar. ij.
De paradiso celesti. vide supra i gloria æterna.
De paradiso spirituali: vide supra in deus.
¶ Paradoxos græca dictio est παράδοξος. ου. ὁ. admirabilis: et preter opinionē. Est autem paradoxon quod est admiratiōe dignum: et opinionem hominū superat. Nam δόξα græce opinio est. Vnde extant paradoxa Ciceronis.
¶ Parapherna grecum est παράφερνα: vnde paraphernalia bona dicūtur a iureconsultis quæcunque præter dotem fœminis sponsis dantur a παρά preter et φερνή dos.
¶ Parasitus græca dictio est. παράσιτος. ου. ὁ. est is qui aliorū mensas: et cibaria sequit. Cōponiturque ex παρά qd significat iuxta: et σῖτος. ου. ὁ. qd esculentū significat. Quare parasiti vocantur: qui ad voluptatē eius: in cuius contubernio

Camor parentum. paral. cap. xi.

sunt loquuntur: et faciunt: nihil repugnātes cibi et ventris gratia. Hinc diminutiuum parasitaster: quod non significat paruum parasitum: sed parasitorum imitatorem. In aster enim nomina desinentia: potius imitationem quam diminutionē significant: eius a quo descendunt.

De hac materia vide supra in gula.

Parens græce γονεὺς. έος. ὁ. ἡ. dicitur. Est aūt parēs: nō mō pater et mater: vt vulgus putat: sed auus: proauus: et auia: et proauia. Quin etiā caius iuriscōsult⁹ sentit oēs superiores parentis appellatiōe contineri. Venit antē parens a pario paris. Est enim parere fœtū emittere: qđ propriū fœminarum est. Dicitur etiā de viris. Cecilius. Hic vicinus noster peperisse se filiū memorat: hoc est genuisse. Metaphoricos etiā parere est acquirere: comparare. Vergilius. Ite ait egregias aīas quę sanguine nobis hanc patriā perpere suo decorate supremis muneribus. A parens parentare deducit: qđ proprie est parētibus iusta celebrare: et parētalia cōuiuia q̄ in parentū: aut propinquorū mortibus fieri consueuerūt: et parricida qui parentē occidit: et crimen ipsum parricidium. Is autē qui patrē occidit dicitur patricida: qui et grece πατροφόνος dicitur: et q̄ matrē: matricida: q̄ et μητροκτόνος dr: scelusq; ipm patricidium et matricidiū appellatur.

Exodi. ¶ Exodi capitulo. xx.

Honora patrem tuum et matrem tuam: vt sis longeuus super terram: quam dominus deus tuus dabit tibi. ¶ Idem capitulo. xxj.

Qui percusserit patrem suum: aut matrem morte moriatur. ¶ Leuitici capi. xix. — Leuitici.

Vnusquisq; patrem suum: et matrem suam timeat. ¶ Ibidem capi. xx.

Qui maledixerit prī suo vel matri: morte moriatur. ¶ Ibidem.

Qui maledixerit patri suo: aut matri: morte moriatur: prī matriq;: q̄ maledixerit: sanguis eius sit super eum. ¶ Deuteronomij capi. iiij.

Deute. Honora patrem tuum: et matrem: sicut præcepit tibi dominus deus tuus: vt longo viuas tēpore: et bene sit tibi in terra: quam dn̄s deus tuus daturus est tibi. ¶ Ibidem cap i. xxj.

Si genuerit hō filium cōtumacē et proteruū: qui non audierit patris ac matris imperiū: et coercitus obedire contēpserit: apprehendent eum: et ducent ad seniores ciuitatis illius: et ad portā iudicij: dicentq; ad eos: filius noster proteruus et cōtumax est: monita nostra audire contēnit: comesationibus vacat: et luxurię atq; cōuiuijs: lapidibus eum obruet populus ciuitatis et morietur: vt afferatis malum de medio vestri: et vniuersus israel audiēs pertimescat. ¶ Ibidem. c. xxvij.

Maledictus qui nō honorat patrem suum: et matrem suam: et dicet omnis populus: amen.

Thobias ¶ Thobias capitulo. iiij.

Igitur quum Thobias putaret orationē suā exaudiri: vt mori potuisset: vocauit ad se thobiā filium suū: dixitq; ei: audi fili mi verba oris mei: et ea in corde tuo quasi fundamentū cōstrue: quum acceperit deus animā meā: corpus meum sepeli: et honorē habebis matri tuę: oībus diebus vitę eius: memor enim esse debes: q̄ et quāta pericula passa sit propter te in vtero suo: quum autē et ipsa compleuerit tempus vitæ suæ sepelies eam circa me. ¶ Prouerbiorū ca. xix. — Prouer.

Qui affligit patrem: et fugit matrem: ignominiosus erit: et infœlix. ¶ Ibidem capi. xx.

Qui maledicit patri suo: et matri extinguetur lumen eius in medijs tenebris. ¶ Ibidē. ca. xxiij.

Audi patrē tuum: q̄ genuit te: et ne contēpseris: quum senuerit mater tua. ¶ Ibidē ca. xxviij.

Qui subtrahit a patre suo: vel a matre: et dicit hoc non esse peccatum: particeps homicidæ est. ¶ Ibidem capitulo. xxx.

Oculum qui subsannat patrem: et qui despicit partum matris suæ: suffodiant eum corui de torrentibus: et comedant eum filij aquilæ.

¶ Ecclesiastici capitulo. iij. — Eccli.

Sicut qui thesaurizat: ita et qui honorificat matrem suam. ¶ Ibidem.

Qui honorat patrē suum iucūdabitur in filijs: et in die orationis suę exaudietur. ¶ Ibidem.

Qui honorat patrē suum vita viuet lōgiore: et q̄ obedit patri: refrigerabit matrē. ¶ Ibidem.

Qui timet dn̄m honorat parentes: et quasi dn̄is seruiet his qui se genuerūt in opere: et sermone et omni patientia. ¶ Ibidem.

Honora patrē tuum: et superueniat tibi bn̄dictio a deo: et bn̄dictio illi⁹ in nouissimo manet. ¶ Ibidē.

Benedictio patris firmat domos filiorum: maledictio aūt matris eradicat fundamēta. ¶ Ibidē.

Ne glorieris in contumelia patris tui: Non enim est tibi gloria: sed confusio. ¶ Ibidē capi. iij.

Gloria enim hoīs ex honore patris sui: et dedecus filij pater sine honore. ¶ Ibidem.

Filij suscipe senectā patris tui: et non contristes eum in vita illius: et si defecerit sensu: veniam da: et ne spernas eum in tua virtute. ¶ Ibidem.

Eleemosyna enim patris non erit in obliuione. Nam pro peccato matris: restituetur tibi bonū: et in iustitia ædificabitur tibi: et in die tribulationis cōmemorabitur tui: et sicut in sereno glacies soluentur peccata tua. ¶ Ibidem.

Quā malæ famę est: q̄ derelinquit patrem: et est maledict⁹ a deo: q̄ exasperat matrē. ¶ Ibidē.

Honora patrem tuum: et gemitus matris tuę ne obliuiscaris. Memento quoniā: nisi per illos natus non fuisses: et retribue illis: quomodo et illi tibi. ¶ Ibidem capitulo. vij.

In omni virtute dilige eum qui te fecit: et ministros eius ne derelinquas.

¶ Paulus ad ephesios capi. vj. — Paulus.

Filij obedite parentibus vestris in dn̄o: hoc enī est: honora patrē tuum et matrē tuam: qđ est mandatum primū in promissiōe: vt bene sit tibi: et sis lōgæuus super terram: et vos patres nolite prouocare ad iracundiā filios vestros: sed educate illos in disciplina: et correptione domini.

¶ Paulus ad colossenses.

Filij obedite parētibus per oīa: hoc enī placitū est dn̄o. Patres nolite ad indignationē prouocare filios vestros: vt non pusillo animo fiant.

Augusti. Augustinus de verbis domini: sermone. vj.

Pater et mater si ratione sunt educantes te: si in christo nutrientes te: audiendi sunt: et in omnibus obtemperandum est eis: in omni iussione.

¶ Idem: et habetur di. lv. capi. sponsus.

Sponsus ille quivocaturus erat ad nuptias bonos et malos congruēs inuitatis: nasci etiam voluit de bonis et malis. Quo exemplo discant parentum suorū filij iniq̄tates sibi nō obesse posse.

Hieron. ¶ Hiero. tractās illud. Honora patrē et matrē.

Meretur cæcitatis subire suppliciū: qui parentum vultus toruo visu despexerit: et elatis oculis læserit pietatem. ¶ Idem super illud Matthei. x. Qui amat patrem.

Si necessitas venerit: vt amor parentum siue filiorum amori dei comparetur: et nō possit vtrunq; seruari: odium in suos: pietas in deum seruāda est. ¶ Idem in epistola ad heliodorum.

Gladium tenet hostis: vt me perimat: et ego de matris lachrymis cogitabo.

¶ Idem in epistola ad ruffinum.

Sicut boni filij adulteriorum nulla est defensio: sic mali filij cōiugatorū nullum crimē est matrimonij: q: non in seminibus: sed in volūtate nascētis: causa vitiorū est: atq; virtutū. ¶ Ambrosius super illud Matthei. xix. Honora patrem. — Ambro.

Primus gradus pietatis est iste: vt quos authores tibi voluit esse deus: honores obsequijs: abstineas contumelijs. Nec vultu lædenda est pietas parentum. ¶ Ioānes chrysostomus super illud. Mulier ecce filius tuus etc. — Ioannes chrysost.

Docet nos christus vsq; ad vltimam respirationem parentum diligentiā habere: qui enim alijs mulieribus astātibus nihil dixit: docet nos plus aliquid impēdere parentib⁹: sicut enī aduersantes genitores ad spiritualia nosse non debēt: ita quādo nihil impediūt: oīa debet eis prębere aū alios: q: genuerunt: quia aluerūt. ¶ Cassiodorus super illud ps. Iniquos odio habui. — Cassio.

Filios et parentes: si aduersi sunt: alienata debemus voluntate contemnere. Sæpe tamen quos flāma non terruit: quos ferrum non subdidit: necessitudinum blandimenta flexerunt.

Aristo. ¶ Aristoteles lib. viij. æthicorum.

Pater tria beneficia dat filio: est illi causa essendi generando: est illi causa nutriendi educando: et est illi causa disciplinæ: informādo. ¶ Ibidē.

Parētes amant suos filios: sicut sui aliquid existentes: filij autem parētes: vt ab his aliquid existentes. ¶ Ibidem.

Parentes plus amant filios: q̄ econuerso: quia magis sciunt parentes q̄ filij sunt ex eis nati: q̄ filij. ¶ Ibidem.

Matres plus diligūt filios: q̄ patres: quia certiores sunt de eis. ¶ Ibidem.

Mater potest abnegari a filio: et non econuerso.

¶ Idem lib. ix. æthicorum.

Ois artifex diligit opus suū: et etiam ipsum magis diligit: q̄ diligatur ab opere: vt patet de parentibus respectu filiorū. ¶ Ibidem.

Matres plus amant filios: q̄ econuerso.

¶ Idem lib. ix. æthicorū in principio.

Dijs: parentibus: et magistris: non potest reddi æquiualens. ¶ Idem lib. viij. topicorum.

Qui dubitat vtrum oporteat deos venerari: aut parētes honorare: nō indiget ratione: sed pœna.

¶ Valerius maximus lib. j. — Valeri⁹ maxim⁹.

Iustissime quadam pari vindicta parentum: ac deorum violatio expianda est.

¶ Isocra. i sermōe admōitorio ad demonicū. — Isocra.

τοιοῦτος γίνου περὶ τοὺς γονεῖς οἵους ἂν εὔξαιο περὶ σεαυτὸν γενέσθαι τοὺς σαυτοῦ παῖδας. id est

Talis sis circa parētes: quales vtiq; precat⁹ fueris circa teipm tuos filios. ¶ Idē ibidem.

τοὺς δὲ γονεῖς τίμα. i. Parentes autem honora.

Homer⁹. ¶ Homerus in ζ iliados. Verba sunt hectoris de astyanacte filio.

Ζεῦ ἄλλοι τε θεοί. δότε δὴ καὶ τόνδε γενέσθαι παῖδ᾽ ἐμόν. ὡς καὶ ἐγώ περ ἀριπρεπέα τρώεσσιν. ὧδε βίην ἀγαθόν. καὶ ἰλίου ἶφι ἀνάσσειν καί ποτέ τις εἴποι πατρός δ᾽ ὅγε πολλὸν ἀμείνων. id est

O iuppiter alijq; dei concedite et hunc fieri
Filium meum sicut me excellentē inter troianos
Et sic virib⁹ prestantē: et ilio egregie imperare:
Vt aliquādo aliquis dicat. Patre hic multo prestantior. ¶ Menander. — Menan.

ἡδύ τε πατὴρ φρόνησιν ἀντ᾽ ὀργῆς ἔχων. id est Suaue quid est pater prudentiam loco iræ habens. ¶ Idem.

βούλου γονεῖς πρὸ παντὸς ἐντίμως ἔχειν.

Velis parētes aū oē in honorib⁹ habere. ¶ Idē.

γονεῖς δὲ τίμα καὶ φίλους εὐεργέτει. id est

Parētes honora: et amicos bn̄ficio affice. ¶ Idē.

ἔλπιζε τιμῶν τοὺς γονεῖς πράξειν καλῶς. i.

Spera honorās parētes te facturū bn̄. ¶ Idem.

θεοὶ μέγιστοι τοῖς φρονοῦσιν οἱ γονεῖς. id est

Dei maximi sapientibus parentes. ¶ Idem.

ἱκανῶς βιώσεις γηροβοσκῶν τοὺς γονεῖς. i.

Sufficienter viues in senectute pascens parentes. ¶ Idem.

νόμιζε σαυτῷ τοὺς γονεῖς εἶναι θεούς.

Persuade tibiipsi parentes esse deos.

πρὸς υἱὸν ὀργὴν οὐκ ἔχει χρηστὸς πατήρ. id est

Aduersus filium iram non habet bonus pater.

¶ Phocylides. — Phocy.

παισὶ μὴ χαλέπαινε τεοῖς. ἀλλ᾽ ἤπιος ἴσθι.
ἢν δέ τι παῖς ἀλίτῃ. κολουέτω εἵνεκα μήτηρ
ἢ καὶ πρεσβύτατοι γενεῆς ἢ δημογέροντες. i.

Filijs ne irascere tuis. Sed indulgens sis.
Si vero qđ filius errauerit: castiget filiū mater.
Vel maiores natu familiæ: vel populi seniores.

¶ Pittacus. — Pittac⁹.

μὴ ἔριζε γονεῦσι. κἂν δίκαια λέγῃς. id est

Noli contemnere cum parentibus: etiam si iusta dicas. ¶ Idem.

γονέας αἰδοῦ. i. Parentes venerare.

¶ Cleobulus. — Cleobu.

τοὺς τεκόντας ὑπομονῇ νίκα. id est

Parentes patientia vince.

¶ Plautus in duobus captiuis. — Plautus

Quā tu filium tuum: tam me pater meus desiderat. ¶ Idem in stycho.

Si offirmabit pater aduersum nos: pati nos oportet quod ille faciat: cuius potestas plus potest. ¶Terentius comœdia. ij.

Decet filium ex more patris: non patrem ex more filij viuere. ¶Idem comœdia. iij.

Patres oēs filijs in peccato adiutrices: t auxilio in paterna iniuria solent esse. ¶Ibidem.

Nam qui mentiri: aut fallere insueuerint patrē: tanto magis audebit cæteros. ¶Ibidem.

Pudoze t liberalitate liberos retinere satius est Ceredo) q̄ metu. ¶Ibidem.

Hoc patrium est potius cōsuefacere filium sua sponte recte facere: q̄ alieno metu.

¶Idem comœdia. vj.

Nam mīis ferre iniurias pietas iubet. ¶Ibidē.

Nam me parēti poti⁹: q̄ amori obsequi oportet.

Tergilius. ¶Tergilius æneidos lib. ij. de ænea.

Ergo age chare pater ceruici imponere nostre: Ipse subibo hūeris: nec me labor iste grauabit: Quo res cunq; cadent: vnū t cōmune periclum: Una salus ambobus erit. ¶Ibidem lib. vj.

Vicit iter durum pietas.

¶Propertius lib. iij. elegia. xxj.

Nam quantū ferro tm̄ pietate potentes stamus De hac materia habes supra vbi filius.

Parsimonia greece φειδώ. όος. ἡ. t φειδαλόσ. οῦ. ὁ. parcus: t φιδαλόμαι parco dicitur. Est autē parsimonia: qua animi honesti t vtilis causa: ne diſpendiū faciāt: t bona sua opum nomine: vel facultatū appellata inutiliter inhonesteq; cōsumant: ſz tuētur atq; custodiāt: prudēter cōsiderant. Cui⁹ cōtrarium est luxuria seu luxus: t est bonorum suorum dilapidatio. Videtur q; parsimonia differre a frugalitate: q̄ parsimonia est q̄d gñaliter. Frugalitas vero est ꝓprie cibi potusq; mentis frugi ac bñ cōpositę moderatio: cuius cōtrarii vocabula. Cicero tamen frugalitatē dicit plura complecti. s. fortitudinē: iustitiam: prudentiam.

Parsimonia a parsi ꝓterito huius verbi parco venit. Est em̄ parcere inter alia que habet significata idem q̄ abstinere. Tergilius. Parce pias scelerate manus. Unde parcere pecuniæ: abstinere ab expēdenda pecunia: siue parum expendere pecuniā: t parcere labori. i. nihil vel parum laborare. Hinc: vt dixim⁹: fit parsimonia: q̄ pro moderatiōe sumptuū: t parcitate: hoc est cōseruatione rerum accipit. Ab eodē verbo venit parcus: q̄ frugi est: t sumptibus parcit: et parcitas/ que idem est q̄ parsimonia. ¶Phocylides.

Ἀρχόμενος πάντων φείδεσθαι μή τέρμ' ἔπι Δεύσῃ. id est

Quum incipis parsimonia vtere in omnibus: ne in fine indigens sis. ¶Idem.

Ἀρχομένου δὲ πίθου καὶ λήγοντος κορέσασθαι μεσσότητι φείδεσθαι λειμμένῳ δὲ πυθμένι φειδώ. id est

Incipiente autem dolio/ t finiente satiare. Sed in medio parsimonia vtere/ grauis in fundo parsimonia. ¶Lucianus.

Ὃς ἐγκρατεύομενος τῶν σῶν ἀπαθῶν ἀπόλαυε, ὡς δὲ διαχεόμενος φείδεσθαι τῶν κτεάνων,

Paruificentia greece μικροποίεια. ας. ἡ. dicitur. Est autem paruificentia vitium oppositum magnificentie: t est circa magnos sumpt⁹. Ideo est minus vitium: q̄ illiberalitas sm̄ bea. Tho. secunda secunde. q. cxxxv. arti. j.

Passio greece πάθος. εος. τὸ. vel πάθημα. ατος. passibile. τὸ. t παθητικός. οῦ. ὁ. passiū dicit. Est autē passio effectus illatioq; actionis sm̄ Gilbertū porrectanum lib. vj. principioz. venit aūt a patior. vnde passibilis patibulū t patiētia de qua infra.

Patientia greece ὑπομονή. ἡς. ἡ. et ὑπομονικός. οῦ. ὁ. patiens: et ὑπομένω sustineo dicitur. Est autem patientia virtus cōtumeliaruz: t oīs aduersitatis impetus æquanimiter portans sm̄ Ciceronē in rheto. Patiētia est honestatis t vtilitatis causa rerum arduarum: t difficilium voluntaria: ac diuturna perpessio. Ut ibidem. xx. 176.

Patientia est suas: t suorum iniurias: ac cæteras mala equaniminter ferre: vt habetur. xxiij. q. j. j.

¶Esdre. iij. capitulo. x. paral. 2.

Nunc ergo retine apud temetipsum dolorē tuū: et fortiter fer: qui tibi contigerunt casus.

¶Proverbiorum capi. xvj. iva. q⁰.

Melior est patiēs viro forti: t q̄ dñatur alo suo expugnatore vrbium. ¶Ibidem capi. xix.

Doctrina viri per patientiā noscit: t gloria eius est iniqua prętergredi. ¶Ibidē capi. xxv.

Patiētia lenietur princeps: t lingua mollis confringet duritiam. ¶Ecclesiastes capi. vij.

Melior est patiens arrogante. ¶Ecclesiastici capi. xxvij.

Vasa figuli probat fornax: t hoīes iustos tenta tio tribulationis. ¶Matthęus capi. v.

Audistis q̄ dictum est: oculū p oculo: dentē pro dente. Ego aūt dico vobis nō resistere malo: sed si quis te percusserit in dextram maxillā tuā: prębe illi: t alteram: t ei qui vult tecū in iudicio contendere: et tunicā tuam tollere: dimitte ei: t pallium: et quicūq; te angariauerit mille passus: vade cum illo t alia duo.

¶Paulus ad Romanos cap. v.

Tribulatio patientiam operatur: patientia aūt ꝓbationem: probatio vo spem. ¶Idem. ij. ad Thimotheum cap. iij.

Et omnes qui pie volunt viuere ī Christo Jesu: persecutionem patientur. Mali aūt homines et seductores proficient ī peius errātes: t in errorē mittentes. ¶Ibidem.

Patientia enim vobis necessaria est: vt voluntatē dei facientes reportetis promissionem.

¶Jacobus in epistola cap. j.

Omne gaudiū existimate fratres mei: quū in tētationes varias inciderītis. Scientes q̄ ꝓbatio fidei vestre patientiam operat. Patiētia autem opus perfectum habeat: vt sitis perfecti et integri: in nullo deficientes. ¶Ibidem.

Beatus vir qui suffert tentationē: qm̄ quū ꝓbatus fuerit accipiet coronā vite: quā repromisit deus diligētibus se. ¶Idē in epla. c. v.

Patiētes igitur estote: t vos: t cōfirmate corda vestra: qm̄ aduentus dñi appropinquabit. Nolite ingemiscere fratres in alterutrū: vt non vindicemini. Ecce iudex ante ianuā assistit. Exemplū accipite fratres exitus mali: t lōganimitatis: et laboris: et patientię per prophetas: qui locuti sunt in nomine domini. Ecce beatificamus eos qui sustinuerunt. Sufferentiaz Job audistis. Et finem domini vidistis: quoniā misericors est dominus et miserator.

¶Petrus apłus primæ can. cap. ij.

Hæc est gratia: si ꝓpter dei cōscientiā sustinet q̄s tristitias patiēs iniuste. Quę em̄ est gratia: si peccātes t colaphizati suffertis? Sed si bene facētes patiēter sustinetis: hęc est gratia apud deū. Jn hoc em̄ vocati estis: q; t Christ⁹ passus est ꝓ vobis: vobis relinquēs exemplū: vt sequamini vestigia eius. Qui peccatū nō fecit: nec inuētus est dolus in ore eius. Qui quū maledicerē nō maledicebat: quū paterē nō comminabatur. Tradebat aūt iudicāti se iniuste. Qui peccata nostra ipse pertulit in corpe suo super lignū: vt peccatis mortui iustitię viuamus: cuius liuore sanati sumus. ¶Augustin⁹ de puero Centurionis: t habet. xxiij. q. iiij. cap. Paratus.

Paratus debet esse hō iustus: t pius patienter eoz malitiā sustinere: quos fieri bonos quærit: vt potius numer⁹ crescat bonoz: ut nō pari iniquitate se quis numero addat malorum.

¶Idem in epistola ad Probam.

Perfacile est vestē contemptā habere: inclinato capite incedere: velum super capillos dimittere. Sed verum humilem patientia ostendit iurię.

¶Idem in sermone de patientia.

Ne indigemini fratres. Si mūdo mali flozent: et vos aduersa patimini: q; nō est christianę religionis in rēporalib⁹ exaltari. Sed potius depri-

mi: mali em̄ nihil habēt in cœlo: t vos nihil habere debetis in terra. Sed spe illius boni ad q̄d tēditis: quicquid in via cōtigit gaudere debetis.

¶Idē in sermone ad Lippiū. Nolī admirari frater: si post⁹ christian⁹ effect⁹ es: mille te vndiq; tribulatiōes vexāt. Qm̄ Christus noster religionis caput est: noscz ei⁹ mēbra sumus. Debem⁹ ergo nō solū ei⁹: sed t vitam ei⁹ cumulatissime sequi. Vita em̄ Christi respsa fuit angustijs plurimis: summa paupate circumdata: a scribis t phariseis est derisus. Tandē ꝓpter nos peccatores: morti turpissime traditus est: vnde coniectura est: quū te de⁹ immensis persecutionib⁹ corripit: te in electorū suoz numero destinasse. Nā sine huiusmodi tribulationibus nequaq̄ ad eum pervenire possumus. Omnes em̄ qui ad paradisum redire desiderant: oportet transire per ignem t aquam. Sine fuerit Petrus apostolus cui date sunt claues regni cœlorū. Sine Paulus vas electionis: sine Joannes cui revelata sunt secreta cœlestia. Necesse est vt omnes dicant: per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum dei.

¶Idem in sermone innocentium.

Fratres charissimi: bonos t iustos viros: semper persecutionem malor⁹ sustinuisse cognoscimus. Si diligenter consideramus: inuenietmus illos maiora supplicia sustinuisse qui faciunt: q̄ sustinere videtur. Omnis em̄ homo qui aliū in corpore persequitur: prius ipsum in corde persecutionē sustinere cognoscitur. Nā si etiā ille qui persequitur aliquid de substantia eius tulerit: maius ipse diſpendium sibi facit. Quia nemo habet iniustum lucrum: sine iusto dāno. Ubi est lucrū ibi dānum. Lucrum in arca: dānum in conscientia. Tulit vestē: t perdidit fidem. Acquirit pecuniam: t perdit iustitiam.

¶Augu. de doctrina christiana lib. j.

Quāto magis ī hac vita fruimur deo: vel ꝓ speculū: vel in ænigmate: tanto peregrinatione nos frā: t tolerabi⁹ sustinem⁹: t ardētius sufferre cupimus.

¶Idem sup Joannē homel. lviij.

Deus in passione sua pcussus ad maxillā nō prębuit aliā. Demōstrans illa magna præcepta patiētię non in ostētatione corporis: sed in cordis ꝓparatione facēda.

¶Idē lib. de verbis do. mini: t habet. xxiij. q. iiij. cap. Tolerandi.

Tolerādi sunt quidā mali ꝓ pace: nec corpora liter ab eis recedat: sed spualiter exire est facere qđ ptinet ad correctionē malorū: q̄tū licet ꝓ gradu cuiusq̄ salua pace: displicere est nō tăgere. Nō em̄ pphete: qui hoc dicebāt: populū suum dimiserūt: sed inter eos habitabāt: quos increpabāt. Unū templū: cū eis intrabant. Eadē sacra celebrabāt. Hoc ergo exire est ore nō parcere: hoc est imūdū nō tăgere: volūtati male nō ꝓsentire.

¶Idē sup Joānē: t hꝫ ibidē cap. Quid ergo.

Quid ergo volu it dñs noster Jesus Christ⁹: fratres charissimi admonere ecclesiā vestrā: qñnā ꝓditorē in. xij. habere voluit: nisi vt malos tolerem⁹: nec corpus Christi diuidamus. Ecce inter sanctos est Judas: ecce fur est Judas: t ne contendas fur t sacrilegus: t nō qualiscūq; fur: sed

tociliorum dominicorum: sed sacrorum.

¶ Ibidem cap. Tu bonus.

Tu bonus tolera malū. Nā ⁊ Christus Iudā: quū sciret furē esse: tolerauit: ⁊ ad prædicādū misit: eiq; cum alijs eucharistiam dedit.

¶ Idem de verbis apostoli.

Iram fratris tuī portabis: quū tu aduersus eū nō irasceris: vt rursum eo tēpore quo te ira præoccupauerit: ille te lænitate ⁊ tranquillitate supportet.

¶ Idem super psalmū. xxj.

Intelligat homo medicū esse deū: ⁊ tribulationē medicamentū esse ad salutē: non pœnam ad dānationem. Sub medicamento positus vreris: secaris: clamas nō audit medicus ad voluntatem: sed audit ad sanitatem.

¶ Hieronymus epi. lxxxviij.

Affect⁹ ⁊ perturbationes: qdiu ī tabernaculo corporis hui⁹ habitam⁹: ⁊ fragili carne circūdamur moderate regere possumus: amputare non possumus.

¶ Idem epistola ad Nepotianū.

Miles Xpi nec laude extollit: nec vituperatione frangit: nō diuitijs tumet: nec contrahit paupertate: ⁊ læta cōtemnit ⁊ tristia: per diem sol nō vret: et luna per noctem.

Ambro. ¶ Ambrosius super Beati immaculati.

Illud est magnificum si subiect⁹ cotumelijs: iudiciū dei laudes: si vexatus ægritudine: iudicio dei deputes: si inopia non reuocet quomin⁹ laudes iustitiam dei.

¶ Idem sup Lucā lib. v.

Voluit Christ⁹ deseri: voluit pdi: voluit ab apostolo suo tradi: vt quū sis desertus a socio vt pditus ab ipso: moderate feras tuum errasse iudiciū: perisse beneficium.

¶ Idem officiorum lib. j.

Nō mediocre est mitigare iracūdiam: non inferius: q aīo non cōmoueri: hoc nostrū est: nature illud.

Grego. ¶ Gregorius lib. ij. moralium.

Magna est consolatio in eo qd displicet: qd ordinante illo erga nos agitur: cui nō nisi iustū placet.

¶ Idem lib. xxj. moralium.

Festina consolatio bonorū: cōsideratus finis malorū. Dum em̄ ex eorum interitu malū conspiciunt quod euadunt: leue æstimāt quicquid aduersum in hac vita patiuntur.

¶ Idem in Registro.

Facilis erit cōsolatio: si inter flagella: que patimur: que fecimus ad memoriam delicta reuocamus: atq; hæc iam non flagella: sed dona esse cōspicimus: si que carnis delectatione peccamus: carnis dolore purgamus.

¶ Idem sup illud puerbiorū. Doctrina viri per patientiam noscitur.

Tanto quisq; minus ostenditur doctus: qto minus patiēs. Neq; em̄ potest veraciter bona docendo impendere: si viuēdo nescit aduersa æquanimiter tolerare. Perfecti em̄ doctoris est aliorū improbitatē patienter sufferre: vt se nouerit ab iniquis patienter obseruari. Neq; enim propria munditia sine tolerantia sufficit: neq; tolerantia sine munditia valet.

¶ Gregorius lib. ij. moralium.

Sæpe hostis callidus quū imparatā mentē ad tolerantiā videt: quid ab ea maxime diligatur exquirit: ⁊ ibi scandali laqueos inserit: vt quo magis res queq; diligitur: eo per eam facilius patientia turbetur.

¶ Idē. ij. moraliū super illud. Frater fui draconum.

Nullus perfectus est qui inter mala proximorum patiens non est. Qui enim æquanimiter aliena mala non tolerat. Ipse sibi per impatientiam testis est: quia ab omni plenitudine longe distat. Abel qppe renuit esse: quē Chain malitia non exercet. Sicut in tritura paleę grana premūtur: sic flores inter spinas prodeunt: ⁊ rosa quę redolet crescit cum spina quę pungit.

¶ Idem. v. moralium.

Patienter quippe illatā iniuriaz tolerat: qui pie meminit: qd fortasse adhuc ex se habeat: in quo ipse debeat tolerari. Et quasi aqua ignis extinguitur: quum surgēte furore animi: sua cuiq; ad mentem culpa reuocatur: quia erubescit peccatis non parcere: qui deo et proximo sæpe se recolit parcendo peccasse.

¶ Gregorius. v. moralium.

Si mens forti intentione in deū dirigit: qcquid in hac vita sibi amarū fit dulce æstimat: oē quod affligit: requiē putat.

¶ Idē lib. vij. mora.

Mitigat vim doloris cōsiderata æquitas ferientis.

¶ Idem in prolongo. ix. moralium.

Quædā verba Iob imperitis lectorib⁹ aspera sonāt: q sctōrū dicta pie intelligere: sicut dicuntur: ignorant. Qui animū dolentis ⁊ iusti in semetipsis assumere nesciūt. Ideo doloris verba bene interpretari nō possunt. Mentē quippe patientis bene pensare nouit condescensio passionis.

¶ Idem lib. x. moralium.

Dolor flagelli temperatur: quum culpa cognoscitur. Quia qto quisq; ferramentū medici patienti⁹ tolerat: tanto magis putridū conspicit esse quod secat.

¶ Ibidem.

Mala vitę psentis tāto durius anim⁹ sentit: qto pēsare bonū qd sequit negligit: nequaq nos gratia in aduersitate deserit: qꝛ quo nos durius ex dispēsatione pcutit: eo amplius ex pietate custodit.

¶ Idem lib. ix. moralium.

Nunq est patiētię virtus in psperis. Ille vō patiēs est: qui ⁊ aduersis conterit: ⁊ tn̄ a specie suę rectitudinis nō curuat.

¶ Idē lib. xvj. mora.

Qui a statu patientie ante linguarū vulnera corruit ipse sibi testis est: q cōtra mansuetę percussionis gladios non persisteret.

¶ Idem lib. xxx. moraliū.

Tūc illata vitia bene toleramus: quū secreto mētis ad mala ppetrata recurrim⁹. Leue qppe videbit: q iniuria pcutiemur: dū ī actione nr̄a conspicimus: quia peius est q murmuremus: sicq; fit: vt contumelijs gratia: magis q ira debeatur: quarū interuentu: deo iudice pœna grauior declinari posse confiditur.

¶ Ibidem.

Gloriosius est iniuriam tacēdo fugere: q respōdēdo supare: ⁊ si seruus cōuicium dicat: iustus taceat: ⁊ si infirm⁹ iniuriā faciat: iust⁹ sufferat: ⁊ si pauper criminet: iustus non respondeat.

¶ Idē in homel. sup euāge. Quū audieritis.

Pleruq; ideo patientes videmur: qꝛ retribuere mala non possumus: sed qui iccirco malum non retribuit: qꝛ nequaq valet: proculdubio patiēs nō est: qꝛ patiētia nō in ostensione requiritur: sꝫ in corde.

¶ Ibidem.

Nō est perfecte bonus nisi qui fuerit: ⁊ cū malis bonus. Bonus em̄ nō fuit: q malos tolerare recusauit.

¶ Idem sup Ezechielem home. vij.

Patientia vera quæ ipsum amat quē portat. Nō tolerasse: ⁊ odisse nō est virtus māsuetudinis: sꝫ velamētum furoris.

¶ Idem homelia. xxxv.

Si adiuuante nos domino virtutē patientiæ seruare contendimus: ⁊ in pace ecclesiæ viuimus: ⁊ martyrij palmam tenemus.

¶ Ibidem.

Nos sine ferro ⁊ flamma martyres esse possum⁹: si sapientiā in animo veraciter custodiamus.

¶ Idem homelia de martyribus.

Mori a psequente martyriū in aperto opere est. Ferre vō cōtumelias: ⁊ odientē diligere: martyriū est in occulta cogitatione.

¶ Idem sup euangelium home. xxxv.

Doctrina viri per patientiā noscit. Tāto ergo minus quisq; ostenditur doctus: quanto conuincitur minus patiēs. Nec em̄ pōt veraciter bona docendo impēdere: si viuēdo equanimiter: nesciat bona tolerare.

¶ Idē super Ezechielē.

Nulla sunt bona quæ agim⁹: si nō æquanimiter proximorū mala toleramus.

¶ Idē in homelia super euangelium. Quum audieritis prælia.

Patiētia est aliena mala æquanimiter ppeti: cōtra eū quoq; qui mala irrogat nullo dolore morderi.

¶ Idē super Ezechielē homelia. vij.

Tribus modis virtus patientiæ exerceri solet. Alia nanq; sunt quæ a deo: alia quæ ab antiquo aduersario: alia que a pximo sustinem⁹: a proximo nanq; persecutiones: dāna: ⁊ cōtumelias sustinemus. Ab antiquo aduersario tentamenta: a deo autem flagella toleramus. Sed in his omnibus modis vigilanti oculo semetipsam debet circumspicere: ne contra mala proximi pertrahatur ad retributionē mali: ne cōtra tentamēta aduersarij seducatur: ad delectationē: vel cōsensuz delicti: ne contra flagella opificis proruat ad excessum murmurationis.

Ioānes Chrysost. ¶ Ioan. chyso. in sermone. xviij.

Faciamus de necessitate virtutē: seu voluntatē: exempli gratia: proprium quis amisit filium: substātiā alius omnē: ⁊ fortunæ bona: si noueris qd peractum est semel: nec deleri amplius: nec solui posse licebit ea insanabili calamitate vtilitatis aliqd cōparare: si magno ac virili animo aduersos tuleris fortunæ casus: proq; maledictis dño laudē referas: hoc pacto: quæ spē preter obuenerint mala: involūtatis officium cōmutabis.

¶ Idem super Mattheum.

In proprijs iniurijs patientē esse laudabile est: iniurias autem dei dissimulare impium est.

¶ Ibidem.

Si vindicare vis: sile: ⁊ funestā ei dedisti plagā.

¶ Idem super illud Mat. v. Audistis qꝛ dictū est antiquis oculum pro oculo.

Primus gradus patientiæ est nō incipere iniustitiā: secūdus postq incœpta est equalibus nō vindicari. Tertius est nō facere vexāti ea q passus est.

¶ Idem super episto. ad hebręos.

Nihil ita confusionē facit ingerēti mala: sicut fortis tolerātia patiētis: ⁊ neq; in vbo: neq; in opere reddere vindictam.

¶ Isidorus soliloquiorū lib. ij.

Magna est virtus: si nō lędas: a quo lęsus es. Magna est fortitudo: si etiā læsus remittas: magna est gloria: si cui potuisti nocere parcas.

¶ Idem lib. iiij. de summo bono.

Discat non murmurare: q mala patit: ⁊ si ignorat cur mala patit. Per hoc se iuste pati arbitret: qꝛ ab illo iudicatur: cui⁹ nunq iniusta iudicia sunt.

Bernar. ¶ Bernar. sup canti. sermone. lxxxvj.

Ad virtutes spectat tribulationes fortiter sustinere. Ad sapientiā in tribulationibus gaudere. Confortare cor tuū ⁊ sustine dn̄m. Virtutis est gustare ⁊ videre: qm̄ suauis est dn̄s sapientiæ.

¶ Idem super cantica.

Sunt quidē mites: sed qdiu nihil dicit: vel agit nisi pro eoꝝ arbitrio. Patebit autem q lōge sint a vera māsuetudine: si leuis oriatur occasio.

¶ Idē ad Eugeniū de cōsideratiōe li. ij.

Nō bona patiētia est: quū possis esse liber: seruū te pmittere fieri. Vera patiētia est pati vel agere cōtra qd libeat: sed nō pter quod liceat.

Hugo. ¶ Hugo. li. j. de claustro animæ.

Qui dolorē capitis nō patimur benigne quomodo p christo capitis abscisionē pateremur. Qui flagellū timēt: quō flagella sustinerent.

Boetius ¶ Boeti⁹ de philo. cōsolatiōe li. iiij. psa. vj.

Quidā supplicijs inexpugnabiles: exemplū cæteris ptulerūt inuictā malis esse virtutem.

Lactan. ¶ Lactan. firmia. diui. insti. li. iij.

Beatus est igitur sapiens in tormentis: sꝫ quum torquet pro fide: pro iustitia: pro deo. Illa patiētia doloris beatissimū faciet.

¶ Idem lib. v.

Magna ⁊ pręcipua virtus patiētia est: quā pariter ⁊ vulgi publicæ voces: ⁊ philosophi: ⁊ oratores summis laudib⁹ concelebrant. Qd si negari nō pōt quin summa virtus sit: necesse est iustum ⁊ patientē virū in potestate esse hominis iniusti vt patientē capiat. Patiētia est em̄ malorū: quæ aut inferūtur: aut accidūt cū æquanimitate perlatio. Ergo iustus ⁊ sapiens: qꝛ virtutē capit: habet in se patientiam: qua carebit omnino: si nihil patietur aduersi. Cōtra qui in rebus prosperis agit: impatiens est: ⁊ virtute maxima caret.

¶ Idem diuinarum insti. lib. vj.

Oīa itaq; amara ⁊ grauia patiēter ferēda sunt.

Seneca ¶ Seneca lib. de moribus.

Libēter feras qd necesse est: dolor patientia vincetur.

¶ Idem in prouerbijs.

Feras non culpes: qd mutari nō potest: furor fit læsa sępi⁹ patiētia.

¶ Idē de vtutib⁹ lib. iiij.

Si magnanim⁹ fueris nunq iudicabis tibi cōtumeliā fieri. De inimico dices: nō nocuit mihi: sed animū nocēdi habuit. Et quum illū in potestate tua videris: vindictā putabis: vindicare potuisse. Scito em̄ magnū ⁊ honestū vindictę esse genus ignoscere.

¶ Idē epi. lxviij.

Quæris an oīe bonū optabile sit? si bonū est in quis fortiter torqri: ⁊ magno animo vti: ⁊ patienter ęgrotare: sequit vt ista optabilia sint: distingue. Tormenta a me abesse vellē: sꝫ si sustinēda

fuerint: vt me in illis fortiter honeste: animose: gerā optabo. Velim nō incidere in bellū: sʒ si incido: vt vulnera ⁊ famē: ⁊ omnia q̄ bellorū necessitas affert generose ferā optabo. Itaqʒ nō incōmoda optabilia sunt: sed virtus: qua perferunt incōmoda. Nō pati tormēta optabile est: sed fortiter pati. ¶ Idem episto. xciij.

Cogitāda ergo sunt oīa: ⁊ animus aduersus ea quæ possunt euenire: firmandus: exilia: tormenta: morbos: bella: naufragia meditare.

¶ Ibidem.

Consurgamus itaqʒ aduersus fortunā: ⁊ quicquid inciderit sciamus nō esse tam magnū q̄ rumore iactetur. ¶ Valerius maxi. lib. iij.

Aequaliter se in aduersis gerere: quid aliud est q̄ seuientē fortunā in adiutorium sui pudore victā conuertere? ¶ Idem lib. viij.

Neqʒ secundarū rerū prouentu insolenter abuti: neqʒ aduersis propere: debilitari oportet.

Cicero. ¶ Cice. tuscu. quæstio. li. ij.

Quare si vt in initio cōcessisti? turpitudo peius est q̄ dolor: nihil est plane dolor. Nā dū tibi tempore: nec viro dignū videbit: gemere: eiulare: lamentari: frangi: debilitari: dolere: tū honestas: tū dignitas: tum decus aderit: tuqʒ in ea cōtuebe ris te: continebis: cedet profecto virtuti dolor: ⁊ animi inductione lāguescet: aut eīn nulla virtus est: aut cōtemnēdus est dolor oīs. ¶ Ibidē.

Spartæ vō pueri ad arā sic verberibus accipiūtur: vt multus e viscerib⁹ sanguis exeat: nōnunq̄ etiā (vt quū ibi essem audiebā) ad necē: quorū nō modo nemo exclamauit vnq̄: sʒ ne ingemuit quidē. Quid ergo hoc pueri possunt? viri non poterūt: ⁊ qđ mos valet: ratio nō valebit. ¶ Ibidē.

Si sūm⁹ dolor ē: breuē eē necesse est. ¶ Ibidē.

Contēno magnitudinē doloris: a qua me breuitas tpis vēdicabit: ante pene q̄ inuenerit.

¶ Idē lib. iij. tuscu. quæstio.

Summa est stultitia summo cōfisci mœrore.

Homer⁹ ¶ Homerus in ε Iliados. verba sunt Diones ad Venerē vulneratā a Diomede.

τέτλαθι τέκνον ἐμὸν, καὶ ἀνάσχεο κηδομένη περ. id est

Patere filia mea: ⁊ tolera tristitia q̄uis affecta.

¶ Idem. Y. odysseæ.

τέτλαθι κραδίη καὶ κύντερον ἄλλο ποτ' ἔτλης. i.

Tolera corde etenī peius aliud aliquādo tulisti.

Pittac⁹. ¶ Pittacus.

ἀνέχου ὑπὸ τῶν πλησίων μικρὰ ἐλαττούμενος. id est

Tolera si ab his qui sunt prope minima quædā tibi detrahantur. ¶ Menander.

Menan. ἀνδρὸς τὰ προσπίπτοντα γενναίως φέρειν. id est

Viri est accidentia generose ferre. ¶ Idem.

ἔνεγκε λύπην καὶ βλάβην ἐρρωμένως. id est

Fer tristitiā ⁊ dānū fortiter. ¶ Idem.

κούφως φέρειν δεῖ τὰς παρεστώσας τύχας. i.

Leuiter ferre oportet præsentes fortunas.

¶ Idem.

νικᾷ λογισμῷ τὴν παροῦσαν συμφοράν. id est

Vince ratione præsentē calamitatē. ¶ Idē.

πειρῶ τύχης ἀγνοίᾳ εὐχερῶς φέρειν. id est

Conare fortunæ ignorantiā facile ferre.

¶ Idem.

γενναίως φέρειν χρὴ συμφορὰν τὸν εὐγενῆ. id est

Fortiter ferre oportet calamitatem generosum.

¶ Idem.

τὴν τῶν κρατούντων μάνθανε φέρειν ἐξουσίαν. i.

Imperātiū disce ferre licentiā. ¶ Idem.

φρονοῦντός ἐστι ζημίαν ῥᾷον φέρειν. id est

Sapiētis est dānū facile ferre. ¶ Idem.

φέρειν ἀνάγκη θνητὸν ὄντα τὴν τύχην. id est

Ferre necesse mortali existenti fortunam.

Plautus ¶ Plautus in Rudente.

Hoc quod est necessarium est perpeti:

Terēti⁹. ¶ Terentius in Andria.

Qm̄ nō potes qđ vis: id velis quod possis.

¶ Idem comœdia. vj.

Nā quę inscitia est aduersus stimulum calces.

¶ Idem comœdia.

Quod sors feret feramus ęquo animo: istuc viri est officium. ¶ Verg. æneì. lib. j.

Vergili⁹ O socij (neqʒ enim ignari sumus ante malorum)

O passi grauiora dabit deus his quoqʒ finem.

¶ Ibidem.

Forsan ⁊ hæc olim meminisse iuuabit.

¶ Ibidem.

Durate: ⁊ vosmet rebus seruate secundis.

¶ Idem æneidos lib. ij.

Quid tantum insano iuuat indulgere labori?

¶ Idem æneidos lib. iiij.

Et obnixus curā sub corde p̄mebat.

¶ Idem lib. v.

Superat quoniā fortuna sequamur.

Quoqʒ vocat vertamus iter. ¶ Ibidem.

Quo fata trahūt retrahūtqʒ sequamur.

Quicquid erit: supanda oīs fortuna ferēdo est.

Ouidi⁹. ¶ Ouidius metamor. lib. viij. fabula. vij.

Paupertatemqʒ ferendo.

Effecere leuē: nec iniqua mente ferendam.

¶ Idem lib. vlti. fabula. xliiij.

Nec enim fortuna querenda.

Sola tua est: similes aliorum respice casus.

Mitius ista feres. ¶ Idē lib. vlti. elegia. ix.

Perfer ⁊ obdura: dolor hic tibi proderit olim.

Sæpe tulit lassis succus amarus opem.

¶ Idem lib. j. de remedio amoris.

Dura aliquis p̄cepta vocet mea. Dura fatemur

Esse: sed vt valeas multa dolenda feres.

Sæpe bibi succos: q̄uis inuitus: amaros:

Aeger: ⁊ oranti mensa negata mihi est.

Vt corpus redimas ferrū patieris ⁊ ignes:

Arida nec sitiens ora lauabis aqua.

Vt valeas animo: quicq̄ tolerare negabis?

At precipuum pars hæc corpore maius habet.

Sed tamē est artis tristissima ianua nostræ.

Et labor est vnus tempora prima pati.

Aspicis vt prænsos vrāt iuga prima iuuencos:

Vt noua velocem cingula lædat equum?

¶ Ouidius tristium lib. v. elegia vlti.

Contudit ingenium patientia longa malorum:

Et pars antiqui nulla vigoris adest.

¶ Idem in ep̄la Oenones ad paridem.

Leniter ex merito quicquid patiare ferēdū est.

Quæ venit indigne pœna dolenda venit.

¶ Propertius li. quarto elegia vltima.

Desine paule meū lachrymis vrgere sepulchrū;

Panditur ad nullas ianua nigra preces.

Cum semel infernas intrarunt funera leges:

Non exorato stant adamante viæ:

Te licet orantem fuscæ deus audiat aulę:

Nempe tuas lachrymas littora surda bibent.

Vota mouēt superos: vbi portitor æra recepit:

Obserat hærbosos lurida porta rogos.

¶ Tibullus lib. tertio elegia secunda.

Non ego firmus in hoc: non hęc patiētia nostro

Ingenio: frangit fortia cordia dolor.

Horati⁹. ¶ Horatius carminū lib. j. ode. xxiij.

Sed leuius fit patientia

Quicquid corrigere est nephas.

¶ Idem car. li. ij. ode. xx.

Absint inani funere nenię

Luctusqʒ turpes: ⁊ querimonię.

Compesce clamorem: ac sepulchri

Mitte superuacuos honores.

Iuuena. ¶ Iuuenalis. sat. xiij.

Humanos nimios gemitus: flagrantior æquo

Non debet dolor esse viri: nec vulnere maior.

¶ Ibidem.

Dicimus autem.

Hos quoqʒ fœlices: qui ferre incōmoda vitę.

Nec iactare iugum vita didicere magistra.

Lucan⁹. ¶ Lucanus pharsalię. ix.

Componite mentes

Ad magnæ virtutis opus: magnosqʒ labores.

Patria gre. πατρίς. ίδος. ή. dicit: ⁊ est vrbs seu oppidū vnde orti sive oriūdi sum⁹: dicta q̄ cōmunis oīum parens sit. Aliqñ ⁊ p̄uincia ipsa ex qua orti sumus patria dr: sed tamen improprie. hinc patrium: qđ patrię est. Pater añt vnde ⁊ patria deducitur grecū est πατήρ. έρος. ὁ. ⁊ πατρός per syncopen sic dictum q̄ πάντα τηρεῖ: hoc ē oīa seruat. Vel παῖδας τηρῶν: hoc est filios seruans. Hinc paternus: hinc patriarcha nouū quidem: ⁊ græcum. Et is est qui patrū: hoc est pontificū princeps ⁊ primus est. Hinc paterfamilias qui primus est: ⁊ in familiā imperiū habet. A patre venit etiā patronus: qui, is est qui litigatoris causam agit: quasi pater: sicuti cliens is est qui litigat: ⁊ cuius causa agit. Cuius diminutiuū clientulus dicit: ⁊ clientela: quod mō significat clientum multitudinem: mō officiorū eorum erga patronos a coloqʒ hęc deducuntur. Quid añt patronus ab aduocato differat: vide supra in aduocatus. A patrono fit patrociniū: quod est ipsa rei protectio: ⁊ patrocinari: qđ est tā verbo q̄ facto imbecilliorem protegere. A patre item fit patricida: qui patrū interficit: a quo patricidiū. Patricida grę. πατροκτόνος. seu πατροφόντης. ου. ὁ. ⁊ πατροκτονία. ας. ἡ. parricidiū quod quasi sit parenticidium dicit. Hinc pariter fit patronymicum apud grammaticos: quod sub patris nomine significat filium: vt Priamides: hoc est Hector Priami filius: ⁊ patrisso: hoc est patris similis sum.

Patriæ ⁊ parentibus homo maxime debitor est post deum scđm b. Tho. secunda scđę. q. lx. ar. iij.

In patria ⁊ parentibus includuntur omnes consanguinei ciues ⁊ amici patriæ scđm b. Tho. secunda scđæ quęst. lxx. ar. j.

Homer⁹ ¶ Homerus in. ι. odysseæ.

ὡς οὐδὲν γλύκιον ἧς πατρίδος οὐδὲ τοκήων γίγνεται. εἴπερ καί τις ἀπόπροθι πίονα οἶκον γαίῃ ἐν ἀλλοδαπῇ ναίει ἀπάνευθε τοκήων. id est

Sane nihil dulcius sua patria: neqʒ parentib⁹

Est: q̄uis quis procul diuitem domum

Terra in aliena habitet procul a parentibus.

Ouidi⁹. ¶ Ouidi. lib. j. de ponto elegia. iiij.

Nō dubia est Ithaci prudētia: sed tñ optat

Fumum de patrijs posse videre focis:

De hac materia vide supra in Amor patriæ.

¶ Pauor gre. θάμβος. ου. ὁ. ⁊ θάμβος. ου. ὁ. attonitus ⁊ θαμβέω paueo ⁊ stupeo dicitur. Est autē pauor metus mentem e loco mouens scđm Ciceronem lib. Tus. q. Ex quo est illud Ennij. Tum pauor mihi sapientiā omnem ex aīo expectorat. Pauor immobilitat cor. Ideo differt secundum magis ⁊ minus a timore faciente motum eius secūduʒ sistolen. ex beato Tho. sup Esaiā viij. col. ij. lectio. ij.

De hac materia habes infra vbi timor.

Paupertas siue pauperies grece πενία. ας. ἡ. ⁊ πένης. ητος. ὁ. paup ⁊ πενιχρός. οῦ. ὁ. pauperculus: vilis dicitur. Pauper (vt Varro sentit) dicitur a parua pecunia. vnde paupertas seu pauperies. Horatius. Mox reficit rates. quassas indocilis pauperiem pati. Hinc paupero ⁊ depaupero quod est pauperem facio. Quomodo autem paupertas ab egestate differat: vide supra in egestas.

Paupertas cōfert septē bona. s. peccatorū recognitionem: virtutū conseruationē: cordis quietem: desiderij impletionē: spiritualium bonorum dulcedinē: meritorum exaltationē: ⁊ cœlestē hereditatē. ex. b. Tho. super. Esa. xlviij. fin.

Paupertas duplex. s. paupertas ex coacta necessitate: ⁊ paupertas ex propria voluntate secundū. b. Tho. cōtra gentiles lib. iij. ca. cxxxiiij.

Dauid. ¶ Dauid psalmo nono.

Quoniam nō in finem obliuio erit pauperis: patientia pauperū non peribit in finem.

¶ Idem psal. xxxvj.

Melius est modicum iusto: sup diuitias peccatorū multas. ¶ Prouerbio. ca. xiiij.

Prouerbiorum. Etiā p̄ximo suo paup odiosus est: amici vero diuitum multi. ¶ Ibidem ca. xv.

Melius est parū cū timore domini: q̄ thesauri magni ⁊ insatiabiles. ¶ Ibidē ca. xvj.

Melius est parū cum iustitia: q̄ multi fructus cum iniquitate. ¶ Ibidē ca. xvij.

Qui despicit pauperē exprobrat factori eius.

¶ Ibidem ca. xviij.

Cū obsecrationibus loquitur paup: ⁊ diues effabitur rigide. ¶ Ibidē ca. xix.

Melior est pauper iustus: q̄ vir mendax.

¶ Ibidem ca. xxvj.

Mendicitatem ⁊ diuitias ne dederis mihi Tri

bue tantū victui meo necessaria: ne forte satiat illiciar ad negandum: ꝛ dicam. Quis est dominus? Aut egestate compulsus furer: ꝛ periurem
Ecclesiastes. nomen dei mei. ¶ Ecclesiastes ca. ix.
Sapientia pauperis contēpta est: ꝛ verba eius
Eccli. nō sunt audita. ¶ Eccli. xviij.
Memēto paupertatis in tēpe abundātię: ꝛ necessitatē paupertatis in die diuitiarū. ¶ Idē ca. xxvij.
Propter inopiam multi deliquerunt: ꝛ q̄ querit locupletari auertit oculū suum.
August. ¶ Aug. de verbis ap̄li sermone. xxviij.
Non tibi displiceat paupertas tua: nihil ea potes ditius inuenire: visus nobis est ꝙ locuples sit: cœlū emit quibus thesauris cōferri possit: ꝙ paupertati videmus indultū: vt ad regnū cœlorum veniret. Diues possessione sua obtinere nō potuit: nunc obtinet: vt contemptu perueniat.
¶ Idem de ecclesiasticis dogmatibus.
Bonū est facultates cū dispensatione pauperibus erogare: melius ꝓ intentiōe sequēdi dominum insimul donare ꝛ absolutū sollicitudie egere cū Christo. ¶ Idē super psal. lxxvj.
Omnis philosophię magistra nobis est inopia.
Non ita laudamus Ioseph: quum frumentuꝫ distribuebat: sicut quum carcerem habitabat.
¶ Idem de verbis dn̄i.
Hi sunt pauperes spiritu: qui qū faciunt aliqđ bonum: deum laudant: quando aliquid mali se accusant. ¶ Ibidem.
Fœcundus est ager pauperum: cito reddit donantibus fructū. Via cœli est: pauper: per quaꝫ venitur ad patrē. Incipe erogare: si nō vis errare. ¶ Idem super Ioannem sermone. lij.
Quare Christus habuit loculos: nisi q: ecclesia ipsius loculos habitura erat? Oportebat em̄ vt mediator dei ꝛ hominū: sicut nos excitauit ad summa: ita nobis compateretur ad infima.
Hiero. ¶ Hiero. ꝛ habet. xij. q. ij. §. Crates.
Crates ille thebanus hō quondā ditissim⁹: quū ad philosophandū Athenas pergeret: magnuꝫ auri pondus abiecit: neqꝫ putauit se posse ꝛ virtutes ꝛ diuitias simul possidere. Nos suffarcinati auro: Christū pauperem sequimur: ꝛ sub pretextu eleemosynę pristinis opibus incubantes quō possumus aliena fideliter distribuere: q̄ nostra timide reseruamus? Plenus venter facile de ieiunijs disputat. Non hierosolymis fuisse: sed hierosolymis bene vixisse laudandum est.
Ambro. ¶ Ambro. li. de Chain ꝛ Abel.
Esto pauper spū: ꝛ eris diues qualicūqꝫ censu. Quia non in abundātia diuitiarū vita est hoīs: sed in virtute ꝛ fide. Istę te diuitię verū diuitem faciūt: si sis in deū diues. ¶ Idē offi. li. ij. ca. xxj.
Hoc malum iamdudum humanis influxit mentibus: vt pecunia honori sit: ꝛ animi hominum diuitiarū admiratione digni: vt nemo nisi diues: honore dignus putetur.
¶ Idem sup illud ps. Increpasti superbos.
Nihil grauius: ꝙ vt fratres nostros pauperiores superbo oculo despiciamus: conformes nobis intolerabili repellamus fastidio: nostra indignos gratia iudicantes: q: sunt inopes: quū paupertas facilius deo: ꝙ thesaurus acceptior.

¶ Ambro. in hexamero: ꝛ habet. xv. q. j. cap. illa. §. Ceterum paupertatem.
Ceterum paupertatem: ꝛ ignobilitatem: ægritudinē: ꝛ mortē: nemo sapiens mala dixerit: nec in malorum sorte numerauit: q: necessaria ista in bonis habentur maximis: quorum nobis alia ex natura: alia ex cōmodiate accidere videntur.
Grego. ¶ Grego. in homelia. Hō quidā erat diues.
Quū quosdā pauperes aliqua reprehensibilia perpetrare cōspicitis: nolite despicere: q: fortasse: quos superfluitas tenuissimę prauitatis inquinat: caminus paupertatis curat.
¶ Idem in pastorali.
Offerēda est eis cōsolatio: quos caminus paupertatis excoquit: atqꝫ illis inferendus ē timor quos cōsolatio glię tpalis extollit. ¶ Io. Chry.
Ioannes chryso. sermone. xviij. super epistolam ad hebreos.
Paupertas est manu ductrix quędā in via: quæ ducit ad cœlū: vnctio athletica: exercitatio quædam magna ꝛ admirabilis: portus tranquillus.
Nihil opulentius eo qui paupertatem sponte diligit: ꝛ alacritate suscipit. ¶ Isidorus: ꝛ ha
Isidor. betur. xj. questione. iij. ca. pauper.
Pauper dum non habet quod offerat: in iudicio non solum audiri contemnitur: sed ꝛ contra veritatē opprimitur. Cito violatur auro iustitia: Nullamqꝫ reus pertimescit culpā: quam redimere nummis existimat. ¶ Idē soliloquiorū li. ij. ca. iij.
Multi ꝓpter opes periclitarūt: multi ꝓpter diuitias in discrimen venerunt: multis exitiales fuere diuitię: multis mortem generauere opes.
Bernar. ¶ Bernar. in sermone de omnibus sanctis.
Vis obtinere cœlū: paupertatis vtilitatē cōplectere: ꝛ tuū erit. Paupertas enim virtus nō putatur: sed paupertatis amor. Regnū deniqꝫ cœlorū est pauperū Beatus qui post illa nō abijt: quę possessa onerāt: amata inquināt: amissa cruciant.
Leo. ¶ Leo papa sermo. iiij. de quadragesima.
Semper diues est christiana paupertas: nec pauet in isto mundo indigētia laborare: cui donatū est in omnium domino omnia possidere. Operantibus ergo: quę bona sunt non omnino metuendum ne eis desit facultas operādi: quū ꝛ in duobus minutis euāgelicę illius viduę sit laudata deuotio: ꝛ ꝓ calice aquę frigidę premiū habeat gratuita largitio. Ex affectib⁹ em̄ piorū benignitatis mēsura taxat: ꝛ nunꝙ eū miserādi efficacia deserit: in quo misericordia ipsa non deficit.
Boetius. ¶ Boeti⁹ de philosophica cōsolatiōe. lib. ij.
Nunꝙ diues agit qui trepidus gemens
Sese credit egentem.
¶ Idem de scholastica disciplina.
Nouerca est disciplinę egestas.
Seneca. ¶ Seneca epistola. iiij.
Magnę diuitię sunt lege naturę cōposita paupertas. ¶ Idem epistola. ij.
Non enim iucunda res est aqua: ꝛ polenta: aut frustum ordeacei panis: sed summa voluptas ē ex his capere voluptatem: ꝛ ad id se deduxisse: quod eripere nulla fortunę iniquitas possit.
¶ Idem epi. x.
Non sibi fœlix pauper erit: nisi fœlices cecidisse viderit. Honesta res est leta paupertas: illa

vero nō est paupertas: si læta est: qui cū paupertate bene conuenit: diues est: nō qui parū habet: sed q̄ plus capit pauper erit. ¶ Ibidem.
Si ad naturā viues: nūꝙ eris pauper: si ad opiniones nunꝙ eris diues. ¶ Ibidem.
Exiguum natura desiderat: opinio immensum.
¶ Idem ep̄la. xvij.
Paupertas est cōtenta desiderijs instantibus satisfacere. ¶ Ibidem.
Multis ad philosophandum obstitere diuitię: paupertas autē expedita secura est. Aut ergo pauper sis: aut pauperi similis: si animo vacare vis. ¶ Idem epi. xviij.
Aude hospes cōtemnere opes: ꝛ te quoqꝫ dignum finge deo. Nō alius deo dignus est: ꝙ qui opes cōtempserit. Quare possessione tibi nō interdico: sed efficere volo: vt illas trepide possideas: quod vno consequeris modo. si te etiam sine illis beate victurū persuaseris tibi. Silas tāꝙ exituras semp aspexeris. ¶ Idē epi. xix.
Ne imparatos nos fortuna deprehendat: fiat nobis paupertas familiaris: Securius diuites erimus: si experti fuerimus: ꝙ nō sit graue pauperes esse: ad paupertatem sua spōte descendere: preoccupare est tela fortunę. ¶ Idē. epi. xx.
Ob hoc vnum amanda est paupertas: ꝙ a quibus ameris ostendit. ¶ Ibidem.
Quod diuitijs nō potes scire: paupertate scies illa veros certosqꝫ retinebit amicos. Discedit quis? nō te: sed tua sequebatur. O quando ille dies veniet: quo nemo in honorē tuū mentiatur.
¶ Seneca ibidem.
Redige te ad parua ex quib⁹ cadere nō possis.
Inest paupertati: sine qua nihil est iucundū: securitas. ¶ Seneca epistola. xxv.
Panē ꝛ aquā natura desiderat: nemo ad hec pauper est: intra quę quisquis desiderium suū clausit: cum ipso Ioue de fœlicitate contendat.
¶ Seneca li. de. iiij. virtutibus.
Nec paupertas sibi īmunda sit: nec parsimonia sordida: nec simplicitas neglecta: nec lænitas lāguida: ꝛ si res tibi exigue sint: non sint tū angustę: nec tua defleas: nec aliena mireris.
¶ Seneca li. de moribus.
Quis est pauper? qui sibi videtur pauper: qui paupertatē timet: timendus est. Scire vti paupertate maxia fœlicitas est. ¶ Sene. in ꝓuerbijs.
Nudū latro dimisit: ꝛ in obsessa via paupi pax ē.
¶ Seneca in Hercule furēte Tragœdia. j.
Laus vera: ꝛ humili sepe contingit viro: nō nisi potenti falsa. ¶ Seneca ibidem.
O q̄tum bonum est obstare nulli: capere se curas dapes humi iacentem? Scelera non intrant casas: tutusqꝫ mēsa capitur angusta cibus. Venenum in auro bibitur: expertus loquor. Nā rebus paruis alta prestatur quies. ¶ Ibidem.
Secura duro mēbra versantur thoro. ¶ Ibidē.
Nō capit vnꝙ magnos motus humilis tecti plebea domus. ¶ Seneca Tragœdia. ix.
Bene pauptas humili cōtenta tecto latet: Quatiunt altas sepe procellæ: Aut euertit fortuna domos ¶ Seneca Tragœdia. x.
Cespes tyrio mollior ostro: Solet īpauidos ducere somnos: Aurea rumpunt tecta quieteꝫ: Vigilesqꝫ trahit purpura noctes. ¶ Sene. ibidem.
Pectora pauper secura gerit: Tenete patula pocula fago: sed nō trepida tenet ipsa manu: capit faciles vilesqꝫ cibos. Sed dum strictos respicit enses: aurea miscet pocula sanguis. ¶ Ibidē.
Quisquis medium defugit iter: Stabili nūꝙ tramite currit. ¶ Aristoteles li. j. Aethicorum.
Aristo. Impossibile est indigentem operari bona.
¶ Idem. ij. politicorū.
Impossibile est indigentē bene principari ꝛ studio vacare. ¶ Aristo. li. iiij. politicorū.
Qui nimis viles sunt ꝛ egeni nesciūt principari.
Laerti⁹ diogen. ¶ Laer. Dio. de vita ꝛ morib⁹ philosophorū.
Nihil amitti: qui nihil habet: ꝛ parū eget: qui parum cupit: Socrates dicebat.
Cicero. ¶ Cicero Rhetoricorū nouorū li. iiij.
Egens est qui nō satis habet: ꝛ is cui satis nihil potest esse. ¶ Cicero ibidem.
Duo sunt quę possunt ad turpe compendiū cōmouere: inopia: ꝛ auaritia.
Sallust. ¶ Sallustijs in Catilinario.
Qui demissi in obscuro vitam agunt: si quid deliquere pauci sciunt: fama atqꝫ fortuna eorum pares sunt. ¶ Sallustius ibidem.
Qui magno imperio prediti in excelso vitā ducunt eorum facta cuncti mortales nouere: ita in maxima fortuna: minima licentia est.
Lucius apuleius ¶ Lucius Apuleius de Magia li. j.
Si quęcunqꝫ in aliqua laude miramur euꝫ paupertas ab incunabilis intricata est. Paupertas autem prisca apud sæcula omnium ciuitatum conditrix: omnium artium temperatrix: omniuꝫ peccatorum inops: omnis glorię munifica: cunctis laudibus apud omnes rationes percōpta.
¶ Idem de asino aureo li. j.
Quid viatori de summa pauperie latrones auferre possunt? ¶ Lucius Apuleius ibidē.
Specimen tibi gloriosum arrogaris: si contentus lare paruulo patris tui virtutes æmulaueris. ¶ Idem li. iij.
Hi sunt enim beati: quorū diuitias nemo nouit.
Isocra. ¶ Isocrates ad demonicum.
μᾶλλον ἀποδέχου δικαίαν πενίαν ἢ πλοῦτον ἄδικον. i.
Ama magis iustam paupertatē: ꝙ diuitias iniustas. ¶ Phocylides.
Phocyli. μὴ δέ ποτε χρήσῃς πικρὸς γένῃ ἀνδρὶ πένητι. i.
Hesiod. Nunꝙ fœnerator sis viro pauperi. ¶ Hesiod⁹.
μὴ δέ ποτ' οὐλομένην πενίην θυμοφθόρον ἀνδρὶ
τέτλαθ' ὀνειδίζειν, μακάρων δόσιν αἰὲν ἐόντων. i.
Nūꝙ pniciosam pauptatē corrūpētē aīm viro
Sustineas obijcere: beatorū donum semper existentium. ¶ Menander.
Menander. πενία δ' ἀγνώμονας γε τοὺς πολλοὺς ποιεῖ. i.
Pauptas aūt igratos sane multos facit. ¶ Idē.
καλῶς πένεσθαι μᾶλλον ἢ πλουτεῖν κακῶς. i.
Honeste paupertate laborare magis: ꝙ ditescere iniuste. ¶ Idem.
λεπτῶς γε τοι ζῆν κρεῖττον ἢ λαμπρῶς κακῶς. i.

Paupertatis votū vide religio.

Tenuiter sane viuere prestantius: ꝙ splendide iniuste. ¶ Idem.
μισῶ πένητα πλουσίῳ δωρούμενον. i.
O di pauperem diuiti donantem. ¶ Idem.
πενίαν φέρειν οὐ παντὸς ἀλλ᾽ ἀνδρὸς σοφοῦ. i.
Paupta tē ferre: nō oīs: sꝫ viri sapiētis. ¶ Idē.
πένητας ἀργοὺς οὐ τρέφει ῥαθυμία. i.
Pauperes pigros non nutrit pigritia. ¶ Idem.
πενία δ᾽ ἄτιμον καὶ τὸν εὐγενῆ ποιεῖ. i.
Paupertas aūt īhonoratū ꝛ nobilē facit. ¶ Idē.
πενίαν φέρειν καὶ γῆρας ἐστὶ δύσκολον. i.
Paupertatē ferre: ꝛ senectutē ē difficile. ¶ Idē.
οὐδὲν πενίας βαρύτερον ἐστὶ φορτίον. i.
Nullum paupertate grauius est onus. ¶ Idē.
τῶν γὰρ πενήτων εἰσὶν οἱ λόγοι κενοί. i.
Pauperum enim sunt sermones vani.

Euripe. ¶ Euripedes in Medea.
πένητα φεύγει πᾶς τις ἐκποδὼν φίλος. i.
Pauperem fugit quilibet procul amicus.

Pallad. ¶ Pallades.
φεύγετε τοὺς πλουτοῦντας ἀναιδέας, οἰκοτυράννους. μισοῦντας πενίην μητέρα σωφροσύνης. i.
Fugite diuites impudētes habitātes domos tyrannorū: odio habētes paupertatē matrē modestiæ.

Plaut⁹. ¶ Plautus in duobus captiuis.
Miser homo est qui ipse sibi quod edit querit: ꝛ id ægre īuenit. Sed ille miserior: q̄ ꝛ ægre querit: ꝛ nihil inuenit. Ille miserrimus: qui cū eē cupit: qđ edat non habet. ¶ Plautus in Epidicho.
Multa mihi in vnū locum confluunt: quę meuꝫ pectus pulsant simul: multiplex erumnam exercitam habet paupertas: pauor territat mentem animi: neqꝫ vbi meas collocem spes habeo.
¶ Plautus in persa.
Quamꝙ nobis sint res pauperculę: modicę: et modestæ: melius est ita viuere. Naꝫ ad paupertatem si adnigratur fama: grauior paupertas sit
¶ Plautus in Rudente.
Omnibus modis qui pauperes sunt homines miseri viuunt: presertim: quib⁹ nec questus est: nec didicere artem vllam: necessitate quicquid est boni: id sat est habendū. ¶ Plaut⁹ in Sticho.
Paupertas facit. Ridiculus forem: nam illa oēs artes perdocet. ¶ Plautus in Trinummio.
Terenti⁹ Qui eget parui ē precij. ¶ Teren. comœ. vltia.
Vergili⁹ Nunꝙ æque: ac modo paupertas mihi onus visa est. Et miserū: ꝛ graue. ¶ Verg. Aenei. li. viij.
Lucan⁹. Aude hospes: contemnere opes: ꝛ te quoqꝫ dignum finge deo. ¶ Lucanus li. iij.
Non sibi sed domino grauis est: quę seruit egestas. ¶ Lucanus lib. v.
O vitę tuta facultas.
Pauperis angustiqꝫ laris: o munera nondum
Intellecta deum? ¶ Lucanus li. j.
Paupertas fugitur: totoqꝫ accersitur orbe
Quo gens quęqꝫ perit. ¶ Lucanus li. ij.
Damna mouēt populos: si quos sua iura tuenẗ.
¶ Lucanus li. iiij. pharsalię.
O prodiga rerum
Luxuries nunꝙ paruo cōtenta paratu
Et quęsitorum pelago terraqꝫ ciborum
Ambitiosa fames: ꝛ lautę gloria mensę.

Discite ꝙ paruo liceat producere vitam
Et quantum natura petat.
Ouidi⁹ ¶ Ouidius metamorpho. li. xiij. fabula. vij.
Pauperis est numerare pecus.
¶ Ouidius artis. li. ij.
Pauper amet caute: timeat maledicere pauper
Multaqꝫ diuitibus non patienda ferat.
¶ Ouidius de remedio. li. ij.
Nil habet vnde suum paupertas pascat amorē.
Non tamen hic tanti est: pauper vt esse velis.
At tanti tibi sit non indulgere theatris:
Dum bene de vacuo pectore cedat amor.
¶ Ouidius li. Amorum li. iij. Elegia.
Curia pauperib⁹ clausa ē: dat census honores:
Inde genus iudex: inde seuerus eques.
Tibull⁹. ¶ Tibullus li. j. Elegia. j.
Parua seges satis est; satis est requiescere lecto
Scilicet ꝛ solito membra leuare thoro.
¶ Tibullus li. j. Elegia. x.
Tunc melius tenuere fidē: qum paupere cultu
Stabat in exigua ligneus æde deus.
Martia. ¶ Martialis Epigrā. li. v. ad Aemilianum.
Semper eris pauper: si pauper es Aemiliane
Dantur opes nullis nunc nisi diuitibus.
¶ Martialis Epigrā. li. ix. ad Condilum.
Quę mala sunt dn̄i: quę serui cōmoda nescis
Condile: qui seruum te gemis esse diu.
Dat tibi securos vilis lecticula somnos:
Peruigil in pluma Caius ecce iacet.
Caius a prima tremebundus luce salutat
Tot dominos: at tu Condile nec dominum.
Quod debes Cai redde inquit Phœbus ꝛ illinc
Cinamus: hoc dicit Condile nemo tibi.
Tortorem metuis: podagra: chiragraqꝫ secatur
Caius ꝛ mallet verbera mille pati.
Qđ nec mane vomis: nec cunnū Cōdile lingis
Non mauis ꝙ ter Caius esse tuus?
¶ Martialis li. xj. in Nestorem.
Non est paupertas Nestor: habere nihil.
¶ Martialis ibidem ad Charidemum.
O quantum cogit egestas.
Horati⁹. ¶ Horatius carminum li. j. Ode. xij.
Regulum scauros: animeqꝫ magnę
Prodigum Paulum superante pœno
Gratus insigni referam camœna.
¶ Idem carminum li. j. Ode. xxviij.
Persicos odi puer apparatus
Displicent nexæ philyra coronę.
Mitte sectari rosa quo locorum.
Sera moretur.
¶ Horatius carminum li. ij. Ode. x.
Rectius viues Licini neqꝫ altum
Semper vrgendo: neqꝫ dum procellas
Cautus horrescis nimium premendo.
Littus iniquum.
Auream quisquis mediocritatem
Diligit: tutus caret obsoleti
Sordibus tecti: caret inuidenda.
Sobrius aula.
Sepius ventis agitatur ingens
Pinus: ꝛ celsę grauiore casu
Decidunt turres: feriuntqꝫ summos.
Fulgura montes.

¶ Horatius carminū lib. ij. Ode. xv.
Non ita Romuli
Præscriptū: ꝛ intonsi Catonis
Auspicijs veterumqꝫ norma.
Priuatus illis census erat breuis:
Cōmune magnum: Nulla decem pedis
Metata priuatis opacam
Porticus excipiebat Arcton.
Nec fortuitū spernere cespitem
Leges sinebant: oppida publico
Sumptu iubentes: ꝛ deorum
Templa: nouo decorare saxo.
¶ Ibidem Ode. xvj.
Viuitur paruo bene. Cui paternum
Splendet in mensa tenui Salinum:
Nec leues somnos timor aut cupido
Sordidus aufert.
¶ Horatius carminum lib. iij. Ode. j.
Districtus ensis cui super impia
Ceruice pendet: non siculę dapes
Dulcem elaborabunt saporem:
Non auium cytharæqꝫ cantus
Somnum reducet. Somnus agrestium
Lenis virorum non humiles domos
Fastidit vmbrosamqꝫ ripam:
Non zephyris agitata tempe.
Desiderantem: quod satis est: neqꝫ
Tumultuosum sollicitat mare.

Pax grę. εἰρήνη. ης. ἡ. ꝛ εἰρηνεύω pacifico: ꝛ εἰρηνικός. οῦ. ὁ. pacificus ꝺꝛ. Est aūt pax trāquillitas ordinis: maxime in volūtate ꝑm bea. Tho. j. ij. q. lxx. arti. iij. ꝛ secūda secūdę. q. xxix. o. Pax est trāquilla libertas. Diciturqꝫ a pactione de qua supra ī pactū. pactio aūt a pango qđ est figo. Vn̄ pangi carmina dicta sunt: ꝙ cæris figerētur. Hinc pāgo metaphoricos ꝓ cano: scribo: manifesto vsurpaẗ. Hinc pagina vtraqꝫ pars folij dicta ē: ꝙ ī ea carina pāganẗ: hoc est figanẗ. A pactio fit paciscor hoc est ꝯuenio: ꝛ pactū: cōuētio. Hinc pacor: hoc ē mitigo: lænio: placo: ꝛ pacifico qđ ē pacē facio. A paciscor fit etiā depeciscor cōpositū: et depect⁹ qđ significat idē qđ pact⁹. Terēti⁹. Iā depecisci mortē cupio.
Prouer. ¶ Prouerbiorꝝ cap. xvij.
Melior est bucella sicca cum gaudio: ꝙ domus plena victimis cū iurgio. ¶ Prouerbiorꝝ. c. xx.
Honor est homini qui separat se a contentionibus: oēs autem stulti miscentur contumelijs.
Eccli. ¶ Ecclesiastici cap. iiij.
Noli esse sicut leo in domo tua: euertens domesticos tuos: ꝛ opprimēs subiectos tibi.
¶ Ecclesiastici cap. viij.
Non litiges cū hoīe potente: ne forte incidas in manus illius. ¶ Ecclesiastici ibidem.
Non cōtendas cū viro locuplete: ne forte contra te cōstituat litē tibi. Multos eñ ꝑdidit aurum ꝛ argētū: ꝛ vsqꝫ ad cor regū extēdit: ꝛ conuertit.
¶ Ecclesiastici ibidem.
Non litiges cum homine linguato: ꝛ non strues in ignē illius ligna.
Matth. ¶ Matthæus cap. v.
Btī mites: qm̄ ipsi possidebūt terrā. ¶ Ibidē.
Beati pacifici: qm̄ filij dei vocabūtur. ¶ Ibidē.
Omne regnū diuisum cōtra se desolabitur: ꝛ omnis ciuitas: vel domus diuisa cōtra se nō stabit.
¶ Matthæus cap. xij.
Omne regnum in seipsum diuisum desolabitur: et domus supra domum cadet.
Paulus. ¶ Paulus ad hebræos cap. xij.
Pacē sequimini cū omnibus: et sanctimoniam: sine qua nemo videbit deum.
Augu. ¶ Augu. de diuersis ecclesię obseruationibus: et habeẗ. xxiij. q. j. cap. Apud.
Apud veros dei cultores etiā ipa bella pctā sūt: quę nō cupiditate: aut crudelitate: sed pacis studio geruntẗ: vt mali coerceanẗ: ꝛ boni subleuenẗ.
¶ Augustinus lib. ij. contra Parmenianū: et habetur. xxiij. q. iiij. cap. Quisquis.
Quisquis vel qđ potest arguēdo corrigit: vel qđ corrigere nō pōt. Saluo pacis vinculo excludit: vel qđ saluo pacis vinculo excludere nō potest: æq̄tate īprobat: firmitate supportat: hic ē pacificus: ꝛ ab isto maledicto imunis: de q̄ scriptura dicit. Væ his qui dicunt: ꝙ neꝙ est bonū: et ꝙ bonum est neꝙ. Omnino liber: prorsus securus: penitus est alienus.
¶ Augustinus homelia. vij. et habetur. ij. q. cap. Non omnis.
Non omnis qui dicit: pax vobis: quasi columba est audiendus. Corui de morte pascuntur. Hoc colūba non habet: immo de fructibus terrę viuit: innocens victus eius.
¶ Augu. de verbis domini cap. j.
Cōcorda cū aduersario tuo. Nescis quando via finiaẗ. Quū via finita fuerit: iudex restat ꝛ minister ꝛ carcer. At si seruaueris aduersario tuo bonā volūtatē: ꝛ cū eo cōsenseris: ꝓ iudice inuenies patrē: ꝓ ministro sæuo: angelū tollentē in sinu Abrahæ: pro carcere: paradisum.
¶ Augustinus de verbis dn̄i cap. clviij.
Pax est serenitas mētis: trāquillitas animi: simplicitas cordis: vinculū amoris: cōsortium charitatis. Hæc est quę simultates tollit: bella compescit: iras cōprimit: supbos calcat: humiles amat: discordes sedat: inimicos concordat: cunctis est placida: nescit extolli: nescit inflari. Hanc qui accepit teneat: qui ꝑdidit repetat: q̄ amisit exquirat. Quoniam qui in eadē non erit inuētus: a patre abdicatur: a filio exhæredatur: nihilominus a spiritu sancto alienus efficitur. Nec ad hæreditatem domini poterit venire: qui testamentum pacis noluerit obseruare.
¶ Augustinus super illud psalmo. lxxxiij. Iustitię ꝛ pax osculatę sunt.
Duę sunt amicę: iustitia: ꝛ pax: tu forte vnā vis: ꝛ alterā nō facies. Nemo eñ est qui nō velit pacē: sed nō oēs volūt operari iustitiā. Interroga oēs hoīes: vis pacem vno ore respōdebit tibi gen⁹ humanū: opto: cupio: amo: volo. Ama iustitiam: quia duę amicę sunt iustitia ꝛ pax: ipsæ se osculantur: si amicam pacis nō amaueris: nō te amabit ipsa pax nec veniet ad te.
¶ Augu. de ciui. dei lib. xxj.
Bellū in quo caro concupiscit aduersus spiritum: et spiritus aduersus carnē nunꝙ fuisset: si

nat ura humana in rectitudine perstitisset. Nunc autem quia pacem cum deo fœlix habere nolmit secum pugnat infœlix.

¶Augu. in sermone ad Eremitas scdo.

Qui pacē cordis: oris: ⁊ operis: nō habet: christianus dici non debet. Qui in hac non sperat: in lubrico vitam et pedem ponit. In tempestate nauem collocat. In scopitio se illaqueat. In arena semen seminat.

¶Hieronymus sup epistolā ad Romanos.

Laudent nomen eius in choro.

Quisquis corpus affligit: sed concordiā deserit: deū quidē laudat in tympano: sed non laudat in choro. ¶Ambrosius lib. de patriarchis.

Melius est emigrare cū gratia: ꝙ cohabitare cū discordia. Melius est sine lite abire: ꝙ cum iurgio residere.

¶Ambrosius ibidem.

Nulla spatia possunt esse satis discordib⁹. Quietis et pacificis etiam angusta abundant: dissonis moribus etiam spatiosa arctantur.

¶Gregorius in pastorali.

Si dei vocātur filij qui pacē faciunt: peculdubio sathanę sunt filij: qui pacem confundunt.

¶Gregorius ibidem.

Sicut nihil est pręciosius deo virtute dilectionis: ita nihil est desiderabilius diabolo extinctione charitatis. Quisquis ergo seminando iurgia: dilectionem proximorum permit: hosti dei familiarius seruit.

¶Gregorius in moralibus.

Nemo vires suas in pace cognoscet: ⁊ si bella deerunt: virtutē experimenta non ei proderunt.

¶Isidorus Soliloquiorum lib. ij. cap. xxij.

Si contristaueris in aliquo fratrē tuū: satisfac illi. Si peccaueris in eū: age pœnitentiā coram illo. Si offenderi quēcp̄: rep̄opiciare eū i pace. Perge velociter ad reconciliationē proximi tui. Offensioni tuę cito veniam postula. Nō requiescas nisi recōciliatus fueris fratri.

¶Joan. Chrysosto. de Compunctione.

Cristus pacem: nō ex ore: sed ex corde desiderat. Et affectu vult proximum: non labijs salutari.

¶Bernardus super Cantica.

Pax hominibus bonę voluntatis. Nō bonę: sed plane iniquę voluntatis est: qui nequaq̄ pace cōtentus superbo oculo: ⁊ insatiabili corde inquietus anhelat ad gloriam mundi: nec pacem perinde retinens: nec gloriam apprehendens.

¶Casiodorus epta. xxij.

Decet regalis apicis curam generalitatis custodire concordiam: quę ad laudem regnantis trahitur: si ab omnibus pax ametur. Quid est enim quod principem melius prædicet: ꝙ quietus populus: concors senatus et tota respublica morum honestate petita.

¶Boeti⁹ lib. iiij. de philosophica ꝓsolatiōe. Boetius

Nosti ne igitur: ꝙ omne qō est: tandiu manere: atq; subsistere: quandiu sit vnum: sed interire atq; dissolui pariter atq; vnū esse desierit?

¶Seneca lib. de moribus. Seneca.

Si pacem diligis: belli non feceris mentionem.

¶Idem de beneficijs.

Quietissimam vitam agerent homines in terra: si hæc duo verba a natura omnium tollerentur: meum et tuum.

¶Seneca in Hercule furente Tragœ. j.

Pacem reduci velle victori expedit: victo necesse est. ¶Licero. in Philippicis. Licero.

Nomen pacis dulce est: ⁊ ipsa res salutaris. Pax est tranquilla libertas.

¶Sallustius in Jugurtha. Sallu.

Ego vobis regnum firmum trado. Si bonj eritis: sin mali imbecillum. Nā cōcordia parvę res crescunt: discordia maxime dilabuntur.

¶Sallustius. Jbidem.

In omni certamine: qui opulentior est: etiam si accipit iniuriam: tamen quia plus potest: facere videtur. ¶Sallustius ibidem.

Omne bellum facile sumitur: cæterum ægerrime definit. Nō in eiusdē prāte initiū ⁊ finis est.

¶Julius Celsus de gestis Alexādri. lib. vij. Julius celsus.

Magna ex dissensionibus incōmoda oriri solēt. ¶Ouidius artis lib. iij. Ouidius

Candida par hoīes: trux decet ira feras.

Ora tumentia: nigrescunt sanguine venę:

Lumina gorgoneo sæuius angue micant.

¶Tibullus lib. j. Elegia. j. Tibullus

Interea pax arua colat. Pax candida primum

Duxit araturos sub iuga curua boues.

Pax aluit vites: ⁊ succos condidit uuæ:

Funderet vt nato testa paterna merum.

Pace bidens vomerq; vigent. At tristia duri.

Militis in tenebris occupat arma situs.

¶Horatius carminum lib. j. ode. xiij. Horat.

Fœlices ter ⁊ amplius.

Quos irrupta tenet copula: nec malis

Diuulsus querimonijs

Suprema citius soluet amor⁹ die.

¶Horatius epistola ij. lib. j. Elegia. iij.

At vos

Seu calidus sanguis. Seu rerū inscitia vexat

Jndomita cervice feros: vbicunq; locorum

Vultis/indigni fraternū rūpere fœdus.

Peccatū dupler.

- Actuale quod est septuplex: scz
  - Superbia de qua infra.
  - Auaritia de qua supra.
  - Luxuria de qua supra.
  - Jnuidia de qua supra.
  - Ira de qua supra
  - Acidia de qua supra.
  - Hæc quando mortalia: quando venialia vide locis suis in singulorum arboribus.
- Originale quod sunt nouē nomina: scilicet
  - Originale.
  - Fomes peccati.
  - Concupiscentia.
  - Concupiscibilitas.
  - Langor.
  - Tyrannus.
  - Lex peccati.
  - Lex carnis.
  - Lex membrorum.

  Et est duplex. s.
  - Personale in Adam
  - Naturale in alijs.

Ex hea. Tho. tertia pte. q. viij.

Peccatū grē. ἁμαρτία. ας. ἡ. vel ἁμαρτάσ. άδος. ἡ. ⁊ ἁμαρτωλόσ ου. ὁ. ἡ. pctō: peccatrix: ⁊ ἁμαρτάνω pecco dicitur. Est autem peccare voluntate auerti a deo fm. d. Tho. j. pte. q. xciij. arti. j. Peccator propie est qui ex habitu peccat: vel ex ꝓpposito fm hea. Tho. super ps. xxvij. co. ij.

Peccatū est actus deuiās ab ordine debiti finis cōtra regulā nature ratiōis: vl legis ęternę fm hea. Tho. prima parte. q. lxiij. arti. j. ⁊ scda scdę q. clxij. arti. j. ⁊ prima scdæ. q. xxj. arti. j.

Peccatū nihil aliud est fm Aug. ꝙ neglectis rebus ęternis temporalia sectari. ex hea. Tho. prima scdæ. q. lxxj. ar. vj. ⁊ scda scdę. q. clij. arti. iij.

Peccatū nihil aliud est ꝙ vtendis frui: ⁊ fruēdis vti fm Augu. ex hea. Tho. j. scdę. q. lxxvj. ar. vj.

Peccatū est dictū vel factū vel cōcupitū contra legē ęternā fm Aug. ex hea. Tho. prima secūde q. lxxj. arti. vj. ⁊ q. lxxvj. arti. ij. vinal. ⁊ ꝓter

Peccatū est ꝓuaricatio legis diuinæ: ⁊ cœlestium inobediētia pręcepto⁹ fm Ambro. ex hea. Tho. prima scdæ. q. cix. arti. iiij.

Peccatū est oīe qō est contra naturalā inclinationē: q: cōtrariatur legi naturæ. ex hea. Tho. secunda secundæ. q. cxxxiij. arti. j.

Peccatū est volūtas retinendi: vel consequendi qō iustitia vetat fm Aug. de duabus animabus. ex hea Tho. prima scdæ. q. lxxj. arti. vj.

Vnusquisq; conscientia cōuenitur: vt tanto maiora quærat bonorum lucra per pœnitentiam: quanto grauiora intulit damna per culpam.

¶ Gregorius in homelia.xxv.
Immensam clementiam conditoris nostri debemus aspicere: qui nobis in signum pœnitentię exemplū posuit: eos quos per pœnitentiā post lapsum viuere facit: perpendo enim Petrū. Considero latronem. Aspicio zacheum. Intueor mariam magdalenā: ⁊ nil in eis aliud video: nisi ante oculos nostros posita spei ⁊ pœnitentiæ exempla. Fortasse enī ex fide lapsus est aliquis aspiciat Petrū qui amare fleuit ꝙ timidus negauit. Alius supra proximū suū immania crudelitatis exarsit. Aspiciat latronē quia in ipso mortis articulo ad vitæ premia pœnitēdo ꝑuenit. Alius auaritię æstibus ad aliena dirupit: aspiciat zacheum: qui q̄cquid alicui abstulit: quadruplū ei reddidit: alius igne libidinis succensus carnis munditiam perdidit: aspiciat Mariam quę in se amorem carnis igne diuini amoris excoxit.

¶ Gregorius homelia.xxix. super euāge.
Apud mīę iudicē: nec ille fallax habebitur: q̄ ad veritatem reuertitur: etiā postꝙ mentitur: quia oīpotens deus dum libēter nostram pnīam suscipit: ipse suo iudicio hoc quando errauimus abscōdit.

¶ Gregorius homel.xxxiij. super euange.
Quot habuit in se oblectamēta: tot de se inuenit holocausta: cōuertit ad numerum virtutum: criminū numerū: vt totum seruiret deo in pœnitentia: q̄cquid ex se deum contēpserat in culpa.

¶ Gregorius moraliū lib.xxiij.
Quattuor sunt qualitates quibus iusti viri aīa in cōpunctione vehemēter afficitur: quū aut suorum malorū reminiscitur: considerando vbi fuerit: aut iudiciorū dei snīam metuēs: ⁊ secum quęrēs cogitans vbi erit: aut quū mala vitę ꝓsentis solerter attendēs cōsiderat vbi est: aut quū bona supernę patrię cōtemplās lugens conspicit vbi non est.

¶ Gregorius moraliū lib.xxiiij.
Tres modi cōuersorū inchoatio: medietas: ⁊ perfectio: in inchoatiōe inueniūt blandimenta dulcedinis: in medio certamina tentatiōis: ad extremum vero perfectionē plenitudinis. Prius igitur dulcia suscipiunt quibus consolentur. Postmodum amara: quæ exerceant: et tunc demum suauia: quę confirment.

¶ Gregorius lib.xxxj. moralium.
Quo plus caro premitur: eo plus cœlesti spe animus securus lętatur. Tāto enī melius mens ad superna appetēda cōponitur: quāto ab illicitis corpus arctius edomatur.

¶ Ioānes chrysostomus: ⁊ habetur de pœni.distin.iij.ca.perfecta.
Perfecta pœnitētia cogit peccatorē oīa libēter sufferre. ⁊ infra. in corde eius ꝯtritio: in ore eius confessio: in ope tota humilitas: hęc est fructifera pœnitētia.

¶ Ioannes chrysostomus super Matthęum.xxiij. capi. onera grauia.
Si erramus paruā pnīam imponēdo: melius est reddere de mīa deo rōnem ꝙ de austeritate. Vbi enim paterfamilias est largus: dispēsator nō debet esse auarus: vt si deus benignus: vt q̄d sacerdos austerus?

¶ Ioānes chrysosto. ibidem.
Circa vitam tuam esto austerus: circa aliorum benignus: audiant te hoīes parua mandantē: ⁊ grauia facientem.

¶ Ioannes chrysostomus super Matthęum homelia.xxxij.
Non dolere q: peccaueris magis indignari atq; irasci facit deum: ꝙ illud peccatū quod ante perpetraueris.

¶ Isidorus de summo bono: et habetur de pœn.distin.iij.capitulo irrisor.
Irrisor est non pœnitens: qui adhuc agit quod pœnitet: nec videtur deum poscere subditus: sed subsannare superbus canis reuersus ad suum vomitum: est pœnitens reuersus ad peccatū: multi enim lachrymas indesinenter fundunt quosdā accipere lachrymas ad pœnitentiā cerno ⁊ affectum pœnitentię non habere: quia inconstantia mentis non recordatiōe peccati lachrymas fundunt: nunc vero reminiscēte vsu ea q̄ fleuerūt iterando cōmittunt. Esaias de peccatoribus dicit: lauamini mundi estote: lauatur ⁊ mūdus est: q̄ ⁊ peccata plangit: ⁊ flenda iterū nō admittit: lauatur ⁊ nō est mundus: q̄ plangit quę gessit nec deserit: ⁊ post lachrymas ea quę fleuerat repetit.

¶ Isidorus lib.iij.de summo bono.
Pœnitentia est medicamētū vulneris: spes salutis: per quā peccatores saluātur: per quam deus ad mīam ꝓuocatur: q̄ non tp̄e pensatur: sed ꝓfunditate luctus ⁊ lachrymarū: pnīa autem non mensium nec temporū cursu pœna pēsatur: sed pœna qua aīa cruciatur: ⁊ mortificatur caro.

¶ Leo papa: ⁊ habetur de pœni.di.j.ca.sufficit.
Sufficit pœnitenti cōfessio q̄ primū dño offertur: deinde sacerdoti: qui pro delictis pœnitentium precator accedit.

¶ Leo papa in sermone ibidem distin.iij.capi.inter omnia. Leo pa.
Inter omnia sceleratior oībus: o iuda ⁊ infœlicior oībus extitisti: quē non pœnitentia reuocauit ad deum: sed desperatio traxit ad laqueū: expectasses consummationē criminis tui: ⁊ donec sanguis christi pro peccatoribus effunderetur: informis leti suspendium distulisses.

¶ Hugo lib.iij.de mysterijs ecclesię. Hugo.
Pœnitētia appellata quasi punientia: eo ꝙ ipse homo in se pœnitēdo punit quod male admisit. Tria enim quę sunt in percussione pectoris: pectus sonus ⁊ manus: significāt ꝙ pnīa est de his quę mente ⁊ opere peccauimus.

¶ Boetius lib.v.de philoso.cōsolatione. Boetius
Aduersamini vitia: colite virtutes: ad rectas spes animū subleuate: humiles preces in excelsa porrigite: magna quidē vobis est: si dissimulare non vultis: necessitas indita probitatis: quum ante oculos agitis iudicis cuncta cernentis.

¶ Lactantius fir.diui.insti.lib.vj.ca.xiij. Lactāti.
Agere autē pœnitentiā nihil aliud est ꝙ ꝓfiteri ⁊ affirmare se vlterius nō peccaturū: ignoscitur itaq; his qui ad pctm̄ ignorāter: imprudēter: incauteq; labūtur: veniā non habet q̄ sciēs peccat.

¶ Idem lib.vj.capi.xxiiij.diui.institu.
Nec tamen deficiat aliquis: aut de se desperet: si aut cupiditate victus: aut libidine impulsus: aut errore deceptus: aut vi coactus: ad iniustitię viam lapsus est. Potest enim reduci ⁊ liberari: si eum pœniteat actorum: ⁊ ad meliora conuersus satis deo faciat.

¶ Ibidem.
Nemo potest esse tam prudēs: tam circunspectus: vt aliq̄n non labatur: ⁊ iccirco deus imbecillitatem nostram sciens: sua pietate aperuit nobis portū salutis: vt huic necessitati cui fragilitas carnis subiecta est: medicinæ pnīa subueniret: ergo quicunq; aberrauerit referat pedem: seq; ꝙ primū recipiat ac reformet: sed reuocare gradum superasq; euadere ad arces: hoc opus hic labor est: degustatis enī male iucūdis voluptatibus vix diuelli ab his possunt: facilius recta sequerentur: si earum suauitates nō attigissent. Sed si eripiant se male seruituti: cōdonabitur his oīs error: si errorem suum vita meliore correxerint: nec lucrari se quisꝙ putet: si delicti consciū nō hebebit: scit

ille omnia in cuius conspectu viuimus: nec si vniuersos hoies celare possumus: deũ possumus: cui nihil abscõditum: nihil potest esse secretum.

Seneca. ¶Seneca ad lucillium epistola.xxij.

Nemo cum sarcinis enatat: emerge ad meliorez vitam: ppitijs dijs. ¶Seneca tragœdia.viij.

Quem pœnitet peccasse pœnæ est innocens.

¶Seneca ibidem.

Nam sera nunq̃ est ad bonos mores via.

Menan. ¶Menander.

ἡ δὲ μετάνοια γίγνετ' ἀνθρώποις κρίσις. id est

Perian. Pœnitẽtia fit hoibus iudiciũ. ¶Periander.

ἁμαρτὼν μεταβουλεύου. id est

Quum peccaueris subeat te pœnitentia.

Plautus ¶Plautus in aulularia.

Qui homo culpam admisit: in se nullus est tam parui precij: quin pudeat: quin purget sese.

Ouidius ¶Ouidius lib.j.de remedio amoris.

Utile propositum est: seuas extinguere flãmas.
Nec seruum vitijs pectus habere suum.

¶Ouidius ibidem.

Principijs obsta: sero medicina paratur
Quum mala per longas conualuere moras
Sed propera: nec te venturas differ in horas.
Qui non est hodie: cras minus aptus erit.

¶Ibidem.

Si cito sensisses q̃ntum peccare parabas:
Non tegeres vultus cortice mirrha tuos.
Uidi ego quod fuerat primo sanabile vulnus
Dilatum longe damna tulisse moræ.
Sed quia delectat veneris decerpere fructus:
Dicimus assidue: cras quoqz fiet idem
Interea tacite serpunt in viscera flammæ:
Et mala radices altius arbor agit.

¶Ouidius libro.j.de ponto.

Talia cœlestes fieri præconia gaudent:
Ut sua quid valeant numina teste probent.
Sæpe leuant pœnas: ereptaqz lumina reddunt
Quum bene peccati pœnituisse vident.

¶Ouidius epistola penelopes ad vlyssem.

Irascor votis heu leuis ipsa meis.

Dantes. ¶Dantes cantica inferni.xxvij.

Absoluer non si puo chi non si pente:
Ne pentier e voler insieme puosi
Per la contradiction che nol consente.

¶Dantes cantica.iij.Purgatorij.

Uer e che qual in contumacia more
Di sancta giesa: anchor chal fin si penta:
Se li conuien da questa rippa in fora:
Per ognun tempo che glie stato trenta
Insua presumption: se tal decreto
Piu corto per bon prieghi non douenta.

¶Dantes cantica.v.purgatorij.

Noi fuimo gia tutti per forza morti
Et peccatori in fin allultemora:
Quiui lume del ciel ne fece accorti:
Si che pentendo z perdonando fuora
Di vita vsciuimo a dio pacificati
Che dal disio di se veder naccora.

¶Dantes cantica.ix.paradisi.

Uedi se far si de: lhomo excellente.
Si chaltra vita la prima relinqua
Ecio non pensa la turba presente
Che taiamento z adice richiude
Ne per esser batuta anchor si pente.

¶Dantes catica.x.purgatorij.

Non vo pero lector che tu tismaghi
Di bon proponimento per vdire
Come dio vol chel debito si papghi:
Non attender la forma dil martyre:
Pensa la succession: pensa che peggio
Oltre la gran sentenza non puo ire.

¶Franciscus petrarcha soneto.xxiiij. Frãcisc. petrar.

Piu gloria e nel regno de li electi
Dun spirito conuerso: z piu si stima:
De di nonanta none altri perfecti.

¶Frãciscus petrarcha cantilena.xix.stãtia.j.

Chi smarrita ha la strada torni in dietro.

Poeta græca dictio est ποιητής. οῦ. ὁ. z ποιητικός. οῦ. ὁ. poeticus dicitur. Quid autẽ sit poeta innuit ab Horatio in arte pœtica dicẽte. Ingeniũ cui sit: cui mẽs diuinior: atqz os magna sonaturũ des nominis huius honorẽ. Sane poeta dici latine potest factor: nam a ποιέω qđ est facio deriuatur: et quum apud græcos prima sit diphthõgus oi: nos abijcientes i retinemus o euphoniæ causa. Ne conuersa in œ diphthongum: quę apud nos sonum habet solius e: z quum similiter secunda sit e dissonantiaz soni conficere videretur. Inde veniunt pœma z poesis ipsum figmẽtum: z pœticum: quod ad poetaz attinet: z poetor verbum: quod est in poetica exerceor: siue poetam ago.

¶Augustin⁹ lib.ij.de ciuitate dei capi.xiij.z. confessio.lib.j.de poetis loquens. August.

Didici in eis vtilia multa. ¶Augu.ibidem.

Legi ionem tonantem z adulterantẽ. Fingebat hoc Homerus: humana ad deos transferebat: diuina mallem ad nos. Non accuso verba: quasi vasa electa atqz preciosa: sed vinum erroris propinabatur ab ebrijs doctoribus: z nisi biberemus cædebamur: nec appellare ad aliquem iudicem sobriũ licebat. ¶Hiero. in ep̃la de duob⁹ filijs. Hieronĩ.

¶Dæmonũ cibus ẽ carmina poetarũ: sæcularis scientia rhetoricorũ: pompa verborum: nulla ibi saturitas veritatis: nulla iustitię refectio reperitur: studiosi earum in fame veri z virtutũ pœnuria perseuerant. ¶Hieronymus ibidem.

Nugas tenemus z fonte veritatis amisso opinionum riuulos consectamur.

¶Hieronymus ibidem.

Sacerdotes dimissis euãgelijs z prophetijs: videmus comœdias legere: z amatoria buccolicorum versuum cantare verba.

¶Cicero in orõne pro licinio archia poeta. Cicero.

At qui sic a summis eruditissimisqz hoibus accepimus: cæterarũ reruz studia z doctrina z preceptis z arte constare: poetam natura ipsa valere z mentis viribus excitari: et quasi diuino quodam spiritu inflammari quare suo iure noster ille ennius sanctos appellat poetas: q̃ quasi deorum aliquo dono atqz munere cõmendati nobis esse videantur. Sit igitur iudices sanctum apud vos humanissimos homines hoc poetæ nomen: quod nulla vnq̃ barbaria violauit: saxa et solitudines voce respondent: Homerũ Colophonij ciuẽ suũ esse dicunt. Chij suũ vendicãt. Salaminij repetunt. Smirnij v̾o suũ esse cõfirmãt. Charus fuit Aphricano superiori noster Enni⁹. Itaqz etiã in sepulchro Scipionũ putat̃ is esse constitut⁹. Quid noster hic magnus q̃ cũ virtute fortunã æquauit? Nõne Theophanẽ mitilænæum scriptorem rerũ suarũ in concione militum ciuitate donauit et nostri illi fortes viri sed rustici ac milites dulcedine quadã gloriæ commoti quasi participes eiusdem laudis magno illud clamore approbauerunt.

¶Cicero lib.j.Tuscu.quæstionũ.

Quid poetę: nõne post mortẽ nobilitari volunt? vñ ergo illud. Aspicite o ciues senis Ennij imaginis formam. Hic vestrum pinxit maxima facta patrum. Mercedem glorię flagitat ab his: quorũ patres affecerat gloria. Ideqz. Nemo me lachrymis decoret nec funera fletu faxit. Cur? volito viuus docta per ora virum.

¶Idem lib.j.Tuscu.questionũ.

Mihi v̾o ne hæc quidẽ notiora: z illustriora carere vt diuina videnẽ: vt ego aut poetã graue plenũqz carmẽ sine cœlesti aliquo mẽtis instinctu putẽ fundere: aut eloquentiam quandam sine vi fluere abundãter sonãtib⁹ verbis huberibusqz sententijs. ¶Plinius lib.xij.cap.xxix. Plinius

Alexander magnus inter spolia Darij persarũ regis vnguentorũ scrinio capto quod erat auro gẽmisqz ac margaritis p̃ciosum varios ei⁹ vsus amicis demõstrantibus: quãdo tedebat vnguẽti bellatorẽ et militia sordidum: immo Hercule inquit librorũ Homeri custodię detur: vt p̃ciosissimũ humani animi opus q̃ maxime diuiti opere seruarent. Idẽ Pindari Uatis familię penatibusqz iussit pcere: quũ Thebas raperet Aristo. philosophi patriã suam credidit. Archilochi poete interfectores Apollo arguit delphis. Sophoclem tragici cothurni principem defunctũ sepelire liber pater iussit: obsidentibus mœnia lacedemonijs Lysandro eorũ rege in quiete sæpius admonito vt pateret̃ humari delitias suas: requisiuit rex. Quis supræmum diẽ athenis obijsset: nec difficulter ex ijs q̃ deus significasset intellexit: pacẽqz funeri dedit.

¶Strabo in primo. Strabo.

Sapientissimi q̃ de poeticis quicq̃ elocuti sunt: primam quandã philosophiã poeticam esse asserũt. Et inferius. Antiqui v̾o poeticam primã philosophiam quãdam esse p̃hibẽt: q̃ ab ineũte nos ætate ad viuẽdi ratiões adducit: q̃ mores: q̃ affectiones edoceat: que res generans cum iucunditate p̃cipiat. Posteriores v̾o solum poetã ipsum sapientem esse asseruerunt. Quãobrem græcorum ciuitates ab ipso primordio eorum liberos in poetica erudierunt: non nudę vtiqz voluptatis: sed castæ moderationis gratia. Et infra. Nũ quid et poetarum auditoribus nihil confert ad virtutem vel locorum multorum z militię: z agriculturę gnari existant?

¶Fabius Quintilianus lib.j. Quintilian⁹

Deniqz credamus summis orator⁹ q̃ veterum poemata: vel ad fidem causarũ: vel ad ornamẽtũ eloquẽtię assumunt. Nã præcipue quidem apud Ciceronẽ: frequẽti⁹ tamẽ apud Asiniũ etiã z cęteros qui sunt proximi vidimus Ennij ac Pacuuij: Lucilij: Terentij: Cecilij z aliorum inseri versus. Summa non eruditionis modo gratia: sed etiã iucunditatis. Cum poeticis voluptatib⁹ aures a forensi asperitate respirent: quibus accidit non mediocris vtilitas: quum sententijs eorũ: velut quibusdam testimonijs quę proposuere confirment. ¶Idem lib.v.

Sententijs quidẽ poetarum nõ orationis modo sunt refertæ: sed liberi etiam philosophorum: et q̃q̃ inferiora omnia præceptis suis ac litteris credunt: repetere tamen authoritatẽ a pluribus versibus non fastidierunt.

¶Aulus Gellius lib.xij.cap.xv. Aulus gellius.

Qui verba latina fecerunt humanitatẽ appellarũt: id propemodũ quod græci παιδείαν vocãt: nos eruditionẽ institutionẽqz ĩ bonas artes dicim⁹: quas q̃ sinceriter cupiũt: appetuntqz: ij sũt vel maxime humanissimi. Huius eñ sciẽtię cura z disciplina ex vniuersis animantibus vni homini data est: iccirco humanitas appellata est.

¶Aristoteles lib.j.meteororũ. Aristo.

Phylomites et fabularũ amator: est aliqualiter philosophus: quia fabula ex mirabilibus cõstituitur: μυθολόγος aũt fabulator est nobis μῦθος fabula. ¶Aristoteles lib.j.Poetrię.

Omnis oratio poetica: vel est laudatio: aut vituperatio. ¶Ibidem.

Ars poetica est ars logicalis. ¶Arist.ibidẽ.

Homo naturaliter delectat̃ in Symphonia: z in metro. ¶Ibidem.

Animę virtuosę z nobiles naturaliter adinuenerũt artẽ carminũ ad laudandũ. Animę v̾o deficiẽtes ab his de nobilitate adinuenerũt carmina ad vituperandum.

¶Valeri⁹ maxi lib.iij.ti.De fiducia sui. Valeri⁹ maxi.

Ne euripedes quidẽ Alcestidi tragico poetę respõdit pbabile. Apud quẽ quum quereret̃: q̃ eo triduo nõ vltra tres versus sine maximo impenso labore deducere potuisset: atqz is se centum perfacile scripsisse gloriaret̃: sed hoc inquit interest: q̃ tui in triduũ tantũmodo: mei v̾o ĩ omne tempus sufficiẽt. Alteri⁹ eñ fœcũdi cultus scripta intra primas memoriæ metas corruerunt: alterius cunctante stilo elucubratum opus per æui tempus plenis glorię velis feretur.

¶Seneca lib de beneficijs. Seneca.

Istę ieptię poetis relinquãtur: q̃bus aures oblectare ppositũ est: z dulcẽ fabulã nectere. Sed q̃ ingenia sanare: z fidẽ in reb⁹ humanis retinere: ac memoriã officiorũ animis ingerere volũt: serio loquant̃: z magnis viribus agant.

¶Homerus in α odyssee. Homer⁹.

καλὸν ἀκουέμεν ἐστὶν ἀοιδοῦ
τοιοῦδ' οἷος ὅδ' ἐστὶ θεοῖς ἐναλίγκιος αὐδήν.i.
Honestum est audire poetam
Talem: qualis his est deis similis in voce.

¶Idem in θ odyssee.

πᾶσι γὰρ ἀνθρώποισιν ἐπιχθονίοισιν ἀοιδοὶ τιμῆς ἔμμοροί εἰσι καὶ αἰδοῦς οὕνεκ' ἄρα σφέας.

δίμασ μοῦσ' ἐδίδαξε. φίλησε δὲ φῦλον ἀοιδῶν. id est
Apud omnes homines terrestres poetę
Honoris participes sunt: et reuerentię.
Quoniam certe illos.
Cantus musa docuit: amatq; genus poetarum.
¶ Urbes Homerũ sibi vendicantes secundum Aul. Gelium lib. iij. cap. xj.
ἑπτὰ πόλεισ ζητοῦσι κλυτοῦ περὶ ῥίζαν ὁμήρου
σμύρνα: ῥόδοσ: κολοφών: σαλαμίν: ἴοσ: ἄργοσ: ἀθῆναι: id est
Septẽ vrbes certãt de stirpe insignis Homeri:
Smyrna: rhodos: colophon: salamin: ius: argos: Athenę.

Boetius ¶ Boeti⁹ ĩ pncipio opis sui de cõsolatione.
Ecce mihi lacerę dictant scribẽda camœnę.
Et veris elegi fletibus ora rigant.
Has saltẽ nullus potuit peruincere terror:
Ne nostrum comites prosequerẽtur iter.

Lucan⁹. ¶ Lucanus Pharsalię lib. ix.
O sacer ꝛ magnus vatum labor: omnia fato
Eripis: ꝛ populis donas mortalibus æuũ.

Horati⁹. ¶ Horatius carminũ. iij. ode. viij.
Dignum laude virũ musa vetat mori:
Cœlo musa beat.
¶ Horatius ibidẽ ode. ix.
Uixere fortes ante Agamemnona
Multi: sed omnes illachrymabiles
Urgentur: ignotiq; longa
Nocte: carent quia vate sacro.
Paulum sepultę distat inertię
Celata virtus. ¶ Horati⁹ ĩ arte poetica.
Sumite materiã vestris q̃ scribitis æquam
Uiribus: ꝛ versate diu quid ferre recusent:
Quid valeãt humeri: Cui lecta potẽter erit res
Nec facundia deseret hunc: nec lucidus ordo.
¶ Horatius ibidem.
Quãdoq; bonus dormitat Homerus.
¶ Horatius ibidem.
Ut pictura poesis erit: q̃ si propius stes
Te capiat magis. ꝛ quędã si longius abstes
Hæc amat obscurũ: volet hæc sub luce videri:
Iudicis argutum q̃ nõ formidat acumẽ.
Hęc placuit semel: hęc decies repetita placebit.
¶ Horatius in arte poetica.
Mediocribus esse poetis
Non dij: nõ hoĩes: nõ cõcessere colũnę.
¶ Horatius ibidem.
Tu nihil inuita dices faciesq; Minerua
Id tibi iudiciũ est: ea mens. Si quid tamẽ olim
Scripseris: in Mœti discedat iudicis aures
Et patris: ꝛ nostras: nõnũq; premaᵗ in annũ.
Membranis intus positis delere licebit
Quod non ediderís: nescit vox missa reuerti
¶ Horatius in arte poetica.
Siluestres hoĩes sacer interpresq; deorum
Cædibus: ꝛ victu fœdo deterruit Orpheus.
Dictus ob hoc lænire tigres: rapidosq; leones:
Dictus ꝛ Amphion Thebanę cõditor vrbis
Saxa mouere sono testudinis: ꝛ prece blãda
Ducere quo vellet. Fuit hæc sapiẽtia quondam
Publica priuatis secernere: sacra prophanis
Concubitu prohibere vago: dare iura maritis:
Oppida moliri: leges incidere ligno:
Sic honor ꝛ nomen diuinis vatibus: atq;
Carminib⁹ venit. Post hos insignis Homerus
Tyrthæusq; mares animos in Martia bella
Uersibus exacuit: dictæ per carmina sortes:
Et vitę monstrata via est: ꝛ gratia regum
Pierijs tentata modis: ludusq; repertus
Et longorũ operũ finis. Ne forte pudori
Sit tibi musa: lyrę solers ꝛ cãtor Apollo.
¶ Ibidem.
Natura fieret laudabile carmen: an arte
Quæsitũ est. Ego nec studiũ sine diuite vena:
Nec rude quid prosit video ingeniũ: alteri⁹ sic
Altera poscit opẽ res: ꝛ coniurat amice.
¶ Horatius sermo lib. j. Satyra. iiij.
Quemuis media elige turba.
Aut ob auaritiã: aut misera ambitione laborat:
Hic nuptarũ insanit amoribus: hic puerorũ:
Hunc capit argenti splẽdor: stupet Albius ære.
Hic mutat merces surgẽti sole ad eũ: quo
Uespertina tepet regio: quin p mala preceps
Fertur vti puluis collectus turbine: ne quid
Summa deperdat metuẽs: aut ampliet: vt rẽ
Omnes hi metuũt versus: odere poetas.
Fœnum habet in cornu: longe fuge.
Dummodo risum.
Excutiat sibi: nõ hic cuiq; parcet amico.
¶ Horatius sermonũ lib. j. satyra. iiij.
Neq; eñ cõcludere versum
Dixeris esse satis: nec si quis scribat: vti nos
Sermoni ppiora: putes hunc esse poetam.
Ingeniũ cui sit: cui mẽs diuinior: atq; os
Magna sonaturũ: des noĩs huius honorem.
¶ Horatius epłarũ lib. ij.
Os tenerũ pueri: balbũq; poeta figurat.
Torquet ab obscœnis iã nũc sermonibus auris.
Mox etiã pectus præceptis format amicis.
Asperitatis ꝛ inuidię corrector: ꝛ irę.
Recte facta refert: oriẽtia tẽpora noctis
Instruit exẽplis: inopẽ solatur: ꝛ ægrũ.
Castis cũ pueris ignara puella mariti
Disceret vñ preces: vatẽ nisi musa dedisset.
Poscit opẽ chorus: ꝛ psentia numina sentit.
Cœlestes implorat aquas docta prece blandus.
Auertit morbos: metuẽda pericula pellit:
Impetrat ꝛ pacẽ: ꝛ locupletẽ frugib⁹ annũ.
Carmine dij superi placantur: carmine manes.
¶ Ibidem.
Ille p extentũ funẽ mihi posse videtur
Ire poeta: meũ qui pectus inaniter angit:
Irritat: mulcet: falsis terroribus implet:
Ut magus: ꝛ mõ me Thebis: mõ ponit Athenis
¶ Horati⁹ epłarũ lib. ij. epi. ad Iuliũ florũ.
Præter cætera: me Romę: ne poemata censes
Scribere posse inter tot curas: totq; labores?
¶ Ibidem.
Hac rabiosa fugit canis: hac lutulẽta ruit sus:
I nunc ꝛ versus tecũ meditare canoros:
Scriptorꝝ chorus oĩs amat nem⁹: ꝛ fugit vrbẽ:
Rite cliẽs bacchi somno gaudẽtis ꝛ vmbra.
Tu me inter strepitus nocturnos atq; diurnos
Uis canere: ꝛ cõtracta sequi vestigia vatum?

¶ Ibidem.
Multa fero vt placem genus irritabile natum.
¶ Ibidem.
Ridentur mala q̃ cõponunt carmina: verũ
Gaudẽt scribẽtes: ꝛ se venerantur: ꝛ vltro
Si taceas: laudãt: quicquid scripsere beati.

Catull⁹. ¶ Catullus.
Nam castum esse decet poetam.
Ipsum: versiculos nihil necesse est.

Ouidi⁹. ¶ Ouidius. ij. artis.
Carmina laudãtur: sed munera magna petunᵗ.
Dummodo sit diues: barbarus ille placet.
¶ Ibidem.
Ipse licet venias musis comitatus Homere
Si nihil attuleris ibis homere foras.
¶ Ouidius lib. iij. de arte amãdi.
Quid petitur sacris nisi tantum musa poetis?
Hoc votum nostri summa laboris habet.
Cur ducum fuerant olim regumq; poetę:
Premiaq; antiqui magna tulere chori.
Sanctaq; maiestas ꝛ erat venerabile nomen
Uatibus: ꝛ largæ sæpe dabantur opes.
Ennius emeruit calabris in montibus hortos
Contiguos pœne Scipio magne tuis
Nũc hederæ sine honore iacẽt: operataq; doctis
Cura vigil musis nomen inertis habet.
Sed famę vigilare iuuat: q̃s nocet Homerum
Illius æternum: si latuisset opus. ¶ Ibidẽ.
Adde q; insidiæ sacris a vatibus absunt:
Et facit ad mores pars quoq; nostra bonos.
Est deus in nobis: sunt ꝛ cõmercia cœli.
Sedibus æthereis spiritus ille venit.
¶ Ouidius amorum lib. j. elegia. x.
Scindentur vestes: gẽmę frangentur: ꝛ aurum.
Carmina quam tribuent fama perennis erit.
¶ Ibidem elegia vltima.
Quid mihi liuor edax ignauos obijcis annos:
Ingenijq; vocas carmen inertis opus.
Non me more patrũ dũ strenua sustinet ætas
Premia militię puluerulenta sequi.
Nec me verbosas leges ediscere: nec me
Ingrato voces pstituisse foro.
Mortale est qđ q̃ris opus: mihi fama perẽnis
Queritur: vt toto semper in orbe canar.
¶ Ibidem.
Ergo quũ silices quũ dens patiẽtis aratri
Depereant æuo: carmina morte carent.
Cedãt carminibus reges regumq; triumphi:
Cedat ꝛ auriferi ripa beata Tagi.
¶ Ouidius amorũ lib. iij. Elegia. viij.
At sacri vates: ꝛ diuũ cura vocamur.
Sunt etiam qui nos numen habere putant.

¶ Politica dictio greca est. Nã πολιτικόσ. οῦ. ὁ. ciuilis: ꝛ πολίτισ. ίδοσ. ἡ. ciuis ꝛ πολιτεία. ασ. ἡ. respublica dicitᵘʳ. Est aũt politica prudentia per quã cõuenienter disponũtur pertinẽtia ad bonũ cõmune ciuitatis ꝓm bea. Tho. scđa scđe. q. l. articu. iiij. Et est principalior q̃ iconomica: ꝛ hæc q̃ monastica. Quid aũt sit iconomica vide supra in dictione iconomica. Monastica vo est prudẽtia: qua pars seipsum prudenter regit ꝓm bea. Tho. secunda scđe. q. liiij. arᵗ. ij. c. Diciturq; monastica a μόνοσ. ου. ὁ. qđ est solus. Uñ ꝛ monasterium quod ꝛ μοναστήριον. ου. τὸ. dicitur: ꝛ solitudo potest interpretari.

Politia est ordo q̃dã inhabitantiũ ciuitatẽ in principãdo: ꝛ in subijciẽdo ꝓm Aristo. lib. iiij. politi.

¶ Pollutio græ. μίασμα. ατοσ. τὸ. ꝛ μιαίνω polluo dicitᵘʳ. Est aũt pollutio: vt theologi capiunt: genitura somno sparsa: ꝛ a polluo qđ est inq̃no deducitᵘʳ. Pollutio est immunditia: seu corruptio copalis ĩ viro vel muliere: ex decisione ꝛ motu seminis proueniẽs ꝓm bea. Tho. iiij. sen. di. ix. q. j. arti. iiij.

¶ Pompa græca dictio est πομπή. ῆσ. ἡ. πομπεύω mitto pompã dr. Est aũt põpa oĩs spectaculũ: nõ ecõtra. Põpa eñ in prosperis ꝛ in aduersis: qualis est in triũpho ꝛ in funere quasi quidã solẽnis apparatus: ꝛ ostentatio. Spectaculũ vo græ. θέα. ασ. ἡ. ꝛ θεατήσ. οῦ. ὁ. spectator: ꝛ θεωρέω speculor dicitur. Estq; spectaculum non illud quod spectatur: nũc locus ipse: vnde spectatur.

¶ Pomilio græce νάνοσ dicitur. De hoc vide supra in Nanus.

¶ Põtifex græ. ἀρχιερεύσ. έωσ. ὁ. ꝛ ἀρχιερωσύνη. ησ. ἡ. põtificatus dr. Est aũt põtifex sacer magistrat⁹ dictus vel a posse ꝛ facio: vt Scæuolæ placet: vel vt Uarro affirmat a ponte: ꝛ facio. Nã instaurandoꝝ pontiũ curã habebat. Pons quoq; sublici⁹ a põtificib⁹ pmũ est fact⁹: ꝛ postea sæpe restitut⁹. Erãt aũt minores ꝛ maiores põtifices inter quos vnus sũmus: q̃ põtifex maximus: siue sũmus põtifex dicebaᵗ: qđ a Romanis veteribus sumptũ nostrę quoq; sectæ homines ꝓnãt. Hinc põtificat⁹ deducitᵘʳ: ꝛ põtificius: a quo ius põtificiũ: qđ mõ ius canonicũ appellãt. Et pontificalis. Unde pontificales libri in quibus sacrę cerimonię continentur. De hac materia vide infra in Prælatus.

Populus græ. λαόσ. οῦ. ὁ. ꝛ λαϊκόσ. οῦ. ὁ. popularis dr. Est aũt populus cœt⁹ iuris cõsensu: et vtilitatis cõmuniõe sociat⁹ ꝓm Augu. lib. j. de ciuitate dei. Populus est multitudo hoĩnũ iuris cõsensu ꝛ cõcordi cõmuniõe sociata ꝓm bea. Tho. j. parte. q. xxxj. arti. j. Differt aũt populus a plebe q; in populo oĩs pars ciuitatis: oẽsq; ordines continenᵗ. In plebe aũt nõ insunt nobiliores et patricij.

Populus vt aliquibus placet dr ἀπὸ τῶν πλειόνων: hoc est a multo plurib⁹ q; oẽs ordines: vt dictũ est cõplectaᵗ. Plebs vo ἀπὸ τῶν πλήθων: hoc est a pluribus: q; plures sunt plebei q; patricij. A popul⁹ diminutiuũ fit popell⁹: hoc est paruus ppł's: ꝛ popularis: hoc ẽ q; populi est: ꝛ aliq̃n charus: ꝛ populare hoc est amorẽ populi cõciliare. A populus itẽ fit populor ꝛ depopulor: hoc est prædor ꝛ depdor. A q̃bus populatio ꝛ depopulatio. A plebs pariter fit diminutiuũ plecula: ꝛ plebeius de plebe.

¶ Portẽtũ græ. τέρασ. ατοσ. τὸ. dr. Quid autem sit ꝛ quõ a mõstrũ: pdigiũ: ꝛ ostentũ differat. vide supra ĩ mõstrũ: portẽtũ. i. mirũ: qđ sua magnitudine ptẽdit ꝓm. b. Tho. sup Esa. viij. li. iij. co. ij.

potus

¶ Possessio græce κτῆμα.ατοσ.τὸ.ꝛ κτάομαι possideo dicitur. Significat aūt aliqñ actū ipsiꝫ possidēdi: nōnunꝗ bona q̄ vulgo vocanᷣ immobilia. Hinc possessoriū iudiciū: qđ nō sup re principali: sed super possessione est. Et possessiuum apud grāmaticos: ꝙ aliqđ significat: quod possideatur: vt Euandrius ensis.

¶ Postilena lignū est incuruum: qđ sub asini aut iumenti cauda poniᷣ. Plautus. Ita te a gerūda curuū aqua faciā: vt postilena possit ex te fieri. Diciᷣ aūt postilena a post ꝛ stādo: ꝙ stet a parte posteriori. Ita ꝛ antilena qua pectus equi: aut iumēti: siue alterius aīalis cingiᷣ ab aū stādo: grecꝫ προστερνίδιον.ου.τὸ. diciᷣ. quod nos pectorale equi dicimus.

¶ Postliminiū est ius amissę rei recipiendæ ab extraneo in statū pristinū restituēdę morib⁹ legibusqꝫ cōstitutū. Vt habeᷣ. ff. de capti. ꝛ postli. re. l. hostes.

¶ Postpredicamentū est qđ ꝯsequiᷣ diuersa genera scđm. b. Tho. prima scđæ. q. xlix. ar. j.

¶ Postulatio. g. ἀξίωμα.ατοσ.τὸ.ꝛ αἰτέομαι postulo. dꝛ. Est aūt postulatio q̄dā gr̄e petitio a superiore facta de ꝓmouēdo aliquē ad ꝓlationē: ad quā de iure cōi propter defectū aliquē: vel impedimētū eligi: seu ꝓmoueri nō poterat. Et ex hoc tacite inferᷣ differētia inter electionē: ꝛ postulationē. Nā postulatio innitiᷣ gratiæ. Electio vero innititᷣ iuri. Unde ille q̄ de iure pōt eligi non dꝫ postulari scđm panormi. extra e. sup Rubrica. Postulatio īportat quādā ꝓtēsionem desiderij ī id qđ petiᷣ. Et addit supra petitionē cōiter dictam determinatum petitū. s. finē. ex. b. Tho. iiij. sen. di. xv. q. iiij. ar. iij.

¶ Potentatus græce δυναστεία.ασ.ἡ. et δυνάστησ.ου.ὁ. potens dicitur Est autem multitudo potentię: vel opus validū dominationis scđꝫ. b. Tho. super psal. xviij. col. iiij.

¶ Potentia græ. δύναμισ.εωσ.ὁ.ꝛ δυνάστησ potēter dꝛ. Potētia aūt significat id qđ ē pricipiuꝫ non autē relationē ei⁹ scđm. b. Tho. prima parte q. xlj. ar. v.

Potestas proprie nominat potentiā actiuā: cum aliqua preeminētia: scđm eundē. iiij. sen. di. xxiiij. q. j. arti. j.

Preceptum gre. ἐφημοσύνη.ησ.ἡ. vel ἐφετμή.ῆσ.ἡ. diciᷣ. Est autem preceptū iussio vel imperiū faciēdi aliquid: vel nō faciendi. Præceptū importat applicationē legis ad ea q̄ ex lege regulanᷣ ꝯm bea. Tho. j. scđæ. q. xc. arti. ij. Precipere est actus rationis: qꝛ importat motionē cū quadā ordinatione ꝯm eundē scđa scđæ. q. xlvij. arti. viij. Præcipere nōnūꝗ significat aū videre. Verg. Omnia præcepi: atqꝫ animo mecū aū peregi. Aliqñ præcipere est præuenire. Verg. Exultatqꝫ animis: ꝛ spe iā præcipit hostē. Hinc ꝓcipuū: ꝛ præcipue: quasi aū oīa. Aliqñ significat iubere. Idē. Ipi numerūqꝫ modūqꝫ carinis præcipiāt. Interduꝫ significat monere: ꝛ instruere. Vñ artiū magistri præceptores dicunᷣ: ꝛ placita eorū precepta: ꝛ præceptiones dicuntur.

¶ Genesis cap. xxvj.
Benedicentur in semine tuo oēs gētes terrę: eo ꝙ obedierit Abrahā voci meæ: ꝛ custodierit ꝓcepta ꝛ mādata mea: ꝛ cerimonias legesqꝫ seruauerit. ¶ Leuitici cap. xxvj.
Si in preceptis meis ambulaueritis: ꝛ mādata mea custodieritis: ꝛ feceritis ea. Dabo vobis pluuias tēporibus suis: ꝛ terra gignet germē suū: ꝛ pomis arbores replebunᷣ. Apprehēdet messiū tritura vindemiā: ꝛ vindemia occupabit semētē: ꝛ comedetis panē: vestrum in saturitate: ꝛ absqꝫ pauore habitabitis in terra vestra.
¶ Deuteronomij cap. iiij.
Custodite mādata dn̄i dei vestri: quæ ego præcipio vobis. ¶ Deuterono. ibidē.
Custodi præcepta ei⁹ atqꝫ mādata quę ego pręcipio tibi: vt bene sit tibi: ꝛ filijs tuis post te: ꝛ ꝑmaneas multo tempore super terrā: quā dominus deus tuus daturus est tibi.
¶ Deuterono. cap. v.
Custodite igitur ꝛ facite quę ꝓcepit domin⁹ de⁹ vobis. Nō declinabitis: neqꝫ ad dexterā: neqꝫ ad sinistrā: sed per viā quā præcepit dn̄s deus vester ambulabitis: vt viuatis: ꝛ bene sit vobis: et protelenᷣ dies vestri in terra possessiōis vestrę.
¶ Deutero cap. vj.
Audi israel: ꝛ obserua: vt facias quæ præcepit tibi dn̄s ꝛ bene sit tibi: ꝛ multipliceris amplius: sicut pollicitus est dn̄s deus patrū tuoꝝ tibi terrā lacte ꝛ melle manantem.
¶ Deutero ibidem.
Custodi præcepta dn̄i dei tui: ac testimonia: ꝛ cerimonias quas ꝓcepit tibi: ꝛ fac quod placitum est ꝛ bonū in cōspectu dn̄i: vt bene sit tibi.
¶ Deutero. cap. vj.
Precepitqꝫ nobis dn̄s: vt faciamus oīa legitima hæc ꝛ timeamus dn̄m deū nostrū: vt bene sit nobis cūctis diebus animę nostrę: sicut est hodie. Eritqꝫ nostri misericors: si custodierimus: ꝛ fecerim⁹ oīa ꝓcepta eius corā dn̄o deo nr̄o: sicut mādauit nobis. ¶ Deutero. cap. vij.
Scies qꝛ dn̄s deus tuus: ipe est rex fortis: ꝛ fidelis: custodiēs pactū: ꝛ misericordiā diligētibus se: ꝛ his q̄ custodiūt ꝓcepta eius in mille generationes: ꝛ reddēs odientibus se statim: ita vt disperdat eos ꝛ vltra nō differat: protinus eis restituens: quod merentur. Custodi ergo ꝓcepta ꝛ cerimonias: atqꝫ iudicia: q̄ ego mando tibi hodie: vt facias. ¶ Deuterono. cap. xj.
Ama itaqꝫ dn̄m deū tuū: ꝛ obserua ꝓcepta eius: ꝛ cerimonias iudicia: atqꝫ mādata omni tp̄e.
¶ Ibidem.
Si ergo obedieritis mādatis meis: q̄ ego pręcipio vobis: vt diligatis dn̄m deū vestrū: ꝛ seruiatis ei in toto corde vestro: ꝛ in tota anima vestra dabit pluuiā terrę vestrę temporaneā: ꝛ serotinā: vt colligatis frumētū: ꝛ vinū: ꝛ oleū: fœnūqꝫ ex agris ad pascenda iumenta: ꝛ vt ipsi comedatis ꝛ saturemini.
¶ Deuterono. ibidem.
En ꝓpono in cōspectu vestro hodie benedictionem ꝛ maledictionē. benedictionem. Si obedieritis mādatis dn̄i dei vestri: q̄ ego ꝓcipio vobis.

Maledictionē: si non obedieritis mandatis domini dei vestri: sed recesseritis de via quā nunc ego ostendo vobis: ꝛ ambulaueritis post deos quos ignoratis. ¶ Josue ca. xxij.
Custodiatis attente ꝛ opere cōpleatis mandatum ꝛ legē quā præcepit vobis Moyses famulus dn̄i: vt diligatis dn̄m deū vestrū: ꝛ ambuletis in oībus vijs eius: ꝛ obseruetis mandata illius: adhæreatisqꝫ ei: ac seruiatis in omni corde: ꝛ in omni aīa vr̄a. ¶ Josue ibidē.
Absit a nobis hoc scelus: vt recedam⁹ a dn̄o: et eius vestigia relinquamus. ¶ Regū. j. ca. xv.
Nunqđ vult dn̄s holocausta: aut victimas: ꝛ non potius: vt obediatur voci dn̄i. Melior est enim obediētia ꝙ victimæ: ꝛ auscultare: magis ꝙ offerre adipē arietū: quoniā quasi peccatū ariolādi est repugnare ꝛ quasi scelus idolatriæ nolle acquiescere. ¶ Regū tertij ca. viij.
Sit quoqꝫ cor nostrum perfectū cū dn̄o deo nostro vt ambulemus in decretis ei⁹: ꝛ custodiam⁹ mādata eius. ¶ Paralipo. primi ca. xxviij.
Custodite ꝛ perquirite cuncta mandata dn̄i dei nostri: vt possideatis terram bonam: ꝛ relinquatis eā filijs post vos vsqꝫ in sempiternum.
¶ Thobias ca. iiij.
Oībus aūt diebus vitæ tuę: in mente habeto deum: ꝛ caue ne aliqñ peccato consentias: ꝛ prætermittas ꝓcepta dei nostri. ¶ Dauid psal. cx.
Fidelia oīa mādata eius confirmata in seculuꝫ sæculi facta in veritate ꝛ æquitate.
¶ Dauid psalmo. cxviij.
Increpasti supbos: maledicti q̄ declināt a mandatis tuis. ¶ Eccl'iastici ca. xij.
Deum time ꝛ mandata eius obserua.
¶ Eccl'iastici ca. vj.
Cogitatū tuū habe in pręceptis dei: ꝛ in mādatis illius maxime assiduus esto: ꝛ ipse dabit tibi cor: ꝛ cōcupiscentia sapientię dabiᷣ tibi.
¶ Osee capi. xiiij.
Quia rectę viæ dn̄i: ꝛ iusti ambulabūt in eis: pręuaricatores vero corruent in eis.
¶ Mattheus in euange. ca. v.
Qui ergo soluerit vnū de mandatis istis minimis: ꝛ docuerit sic hoīes: minimus vocabiᷣ in regno cœlorū. Qui aūt fecerit: ꝛ docuerit: hic magnus vocabiᷣ in regno cœlorum.
¶ Matthæus ca. xij.
Quicūqꝫ eīm fecerit volūtatē patris mei: qui in cœlis est: ipse meus frater: soror: ꝛ mater est.
¶ Matthæus ca. xv.
Quare ꝛ vos transgredimini mandatū dei?
¶ Matthæus ca. xix.
Si vis ad vitā ingredi: serua mādata. Dicit illi. Quæ? Jesus aūt dicit: Non homicidium facias. Non adulterabis. Nō facies furtum. Non falsum testimoniū dices. Honora patrē tuum ꝛ matreꝫ tuam. Diliges proximum tuum sicut teipsum.
¶ Marcus in euangelio ca. iij.
Qui eīm fecerit voluntatē dei: hic frater meus: ꝛ soror mea: ꝛ mater est. ¶ Lucas ca. viij.
Mater mea ꝛ fratres hi sunt: qui verbū dei audiunt: ꝛ faciunt. ¶ Lucas ibidem.
Amen dico vobis: nemo ē qui dereliquit domū: aut parentes: aut fratres: aut vxorē: aut filios ꝓpter regnū dei: ꝛ nō recipiat multo plura in hoc tp̄e: ꝛ in sæculo futuro vitā æternam.
¶ Joannes in euāge. ca. xiiij.
Si diligitis me: mādata mea seruate.
¶ Ibidem.
Si quis diligit me sermonē meum seruabit: ꝛ pater meus diliget eū: ꝛ ad eū veniemus: ꝛ māsionē apud eū faciemus. Qui nō diligit me sermones meos nō seruat. ¶ Joan. in euan. ca. xv.
Vos amici mei estis: si feceritis q̄ ꝓcipio vobis.
¶ Joānes apostolus primę cano. ca. ij.
Et in hoc scimus quoniā cognouimus eum. Si mandata eius obseruem⁹. Qui dicit se nosse eū: ꝛ mādata eius non custodit: mendax est: ꝛ in eo veritas non est. Qui autem seruat verbū eius: vere in hoc charitas dei perfecta est.
¶ Joan. apostolus primę cano. ca. v.
Oīs qui diligit eū qui genuit: diligit eū q̄ natus est ex eo. In hoc cognoscimus quoniā diligim⁹ natos dei: quū deum diligamus ꝛ mādata eius faciamus. Hæc est eīm charitas dei: vt mandata eius custodiamus: ꝛ mandata eius grauia non sunt. ¶ August. ad Casulanū: ꝛ habeᷣ di. ix. ca. Sana. §. Quū ergo.
Quū ergo ī naturali iure nihil aliud præcipiaᷣ: ꝙ qđ deus vult fieri. Nihilqꝫ aliud veteᷣ: ꝙ qđ deus prohibet fieri. Deniqꝫ quū in canonica scriptura nihil aliud: ꝙ qđ in diuinis scripturis: et legibus inueniaᷣ: diuinæ vero leges natura cōsistant: patet ꝙ quæcunqꝫ diuinæ voluntati: seu canonicę scripturæ cōtraria ꝓbantur: eadē etiā naturali iuri inueniunᷣ aduersa. Vñ quæcunqꝫ diuinæ voluntati: seu canonicæ scripturæ: seu diuinis legibus postponenda censenᷣ: eisdem naturale ius præferri oportet. Cōstitutiōes ergo vel eccl'iasticę vel sæculares: si naturali iuri cōtrariæ ꝓbanᷣ: penit⁹ sunt excludēdę. ¶ Aug. li. ij. confessio. ꝛ habeᷣ di. viij. ca. Quæ cōtra.
Quæ contra mores hoīm sunt flagitia: pro morum diuersitate sunt vitanda: vt pactum inter se gentis: aut ciuitatis: cōsuetudine: vel lege firmatū ciuis: aut peregrini libidine violetur: turpis est eīm oīs pars vniuerso suo mō non congruens. Quū aūt deus aliquid contra morē: vel contra pactum quorūlibet iubet fieri: ꝛ si ibi nunꝗ factum est tamen faciendū est: ꝛ si omissum ē: restaurandum est: etiam si statutū non erat: instituendū est. Si eīm regi licet ī ciuitate cui regnat iubere aliqđ: qđ neqꝫ ante ipm quisꝗ: nec ipse vnꝗ iusserat: ꝛ si nō est cōtra societatē ciuitatis ei⁹: obtemperaᷣ ei nūmo cōtra societatē fit: si ei non obtemperetur: generale quippe pactū est societatis humanæ obtemperare regibus suis. Quanto magis deo regnatori vniuersæ creaturę suæ: adeo quę iusserat sine dubitatiōe seruiēdum est? Sicut eīm in potestatibus societatis humanæ: maior potestas minori ad obediendūꝫ pręponitur: ita deus omnibus.
¶ August. in sermone de monte: ꝛ habetur. xiiij. q. j. ca. Quisquis.
Quisquis pręceptis non obtemperat: reus est ꝛ debitor pœnę. ꝛ paulopost. Precepto dn̄i non

caritas · *August.* · *scriptura sacra* · *Ius naturale*

obedire peccatũ est: ꝛ consilio si vti nolueris: minus boni adipisceris: nõ mali aliquid perpetrabis. ¶ Hieronymus ad Lucianum: ꝛ habetur di. xij. c. Illud. (Hiero.)

Illud breuiter te admonendũ puto: traditiões ecclesiasticas: presertim q̃ fidei nõ officiant ita obseruandas: vt a maiorib⁹ traditæ sunt: nec aliquorũ cõsuetudinẽ aliorũ contrario more subuerti. ¶ Greg. ꝛ habet̃ di. xij. ca. Preceptis. (Grego.)

Preceptis apostolicis nõ dura superbia resistatur: sed per obedientiã que a sancta Romana eccl'ia ꝛ apostolica authoritate iussa sũt saluti fere impleantur: si eiusdem sancte dei eccl'iæ: q̃ ẽ caput vestrum cõmunionem habere desideratis: nõ nouũ aliq̃d presenti iussione p̃cipimus: sed illa q̃ olim videntur indulta firmamus. Quũ nulli dubiũ sit: q̄ nõ solũ pontificalis causatio: sed oĩs sancte spei Romanæ eccl'iæ: ꝛ religiõis relatio ad sedẽ apostolicã: quasi ad caput oĩm ecclesiarum debuit referri: ꝛ inde normã assumere: vnde assumpsit exordiũ: ne caput institutionis videat̃ omitti: cuius authoritatis sanctionẽ oẽs teneant sacerdotes: q̃ noluerint ab apostolicæ petre: sup quam Christus vniuersalem fundauit eccl'iam soliditate conuelli. Si quis hæc apl'icæ sedis p̃cepta nõ obseruauerit: prerepti honoris esse hostis nõ dubitetur.

¶ Grego. ꝛ habet̃. xiiij. q. j. Quod precipit̃.

Quod precipit̃ imperat̃: qd̃ imperat̃ necesse est fieri: si nõ fiat pœnã habet. Ubi cõsiliũ datur: offerẽtis arbitriũ est. Ubi preceptũ: necessitas est seruiẽtis: vt obediat: vel imperãtis: vt ei obediatur. ¶ Isidorus: ꝛ habet̃. xj. q. iij. ca. Si is q̃. ꝟ. Si quis prohibet. (Isido⁹.)

Si quis prohibet vobis quod a dño preceptuz est: vel rursus imperat fieri quod dñs prohibet: execrabilis sit oĩbus qui timent deum.

¶ Cypria. de lapsis: ꝛ habet̃ di. l. c. Si q̃s. (Cypria.)

Si quis prepostera festinatione temerarius: remissionẽ peccatorũ cunctis putat se dare posse: aut audet dñi p̃cepta rescindere: nõ tantũ nihil pdest: sed obest lapsis. puocasse eñ iram dei est: nõ seruasse sententiã: nec miam piissimi dñi deprecari: sed contempto dño de sua facultate presumere. ¶ Uergilius Aeneidos li. ij. (Uergili⁹)

Neu preceptis parere recusa.

¶ Horatius in arte poetica. (Horati⁹.)

Quicquid p̃cipies esto breuis: vt cito dicta
Percipiant animi dociles: teneantq; fideles.

¶ Dãtes paradisi ca. xxvj. Adã ait. (Dantes)

Or figliol mio non il gustar del legno
Fu per se la caggion di tanto exilio:
Ma solamente il trapassar del segno.

¶ Praecipitatio grece κρημνόσ. οῦ. ὁ. ꝛ κρημνώδησ. εοσ. ὁ. ἡ. preceps: ꝛ κρημνίζω precipito dicitur. Est aũt p̃cipitatio operatio per impetum voluntatis: vel passionis sine prudentia: ꝛ partibus eius scd̃m b. Tho. scd̃a scd̃e. q. viij. ar. vj. Preceps eñ ꝓprie significat q̃ sine cõsideratione aliqua: aut modo quid agit: ꝛ quasi rẽ preoccupat: componiturq; a pre ꝛ capio. Unde pro nimis festino poni solet. Capit̃ aliquando pro loco aliquo: vnde quis se precipitẽ dare facile possit. Uergilius. Turrim in precipiti stantẽ. Hinc etiã precipitiũ locus preruptus: vnde est facilis precipitatio: ꝛ precipitanter aduerbiũ: qd̃ significat temere: inconsiderate.

¶ Praeco grece κῆρυξ. κοσ. ὁ. ꝛ κήρυγμα. ατοσ. τό. preconiũ dicit̃. Est aũt preco q̃ iussu magistratus populũ vocat: aut aliquid obseruanduz iubet: aut iussa diuulgat: aut aliq̃d publice: vel priuatim venditioni ꝓponit: aut ferias: diesve festos indicat: aut supplicationes pronunciat: hi etiã curiones vocati inueniuntur. A preco fit preconiũ ipsa preconis vox. Et quoniã a p̃cone res gestę etiã ꝓnunciari solẽt / ac palã oĩbus fieri: ideo preconiũ aliq̃n pro fama ꝛ gloria vsurpatur: ꝛ laudũ precones qui eas diuulgant.

¶ Praeda grece λεία. ασ. ἡ. vel ληλασία. ασ. ἡ. ꝛ ληΐζομαι predor dicit̃. Preda dicunt̃ corpora ipsa rerũ que capta sunt. Manubiæ vero appellatę sunt pecunia a questore ex venditione prędę redacta scd̃m Aulum Geliũ li. xij. nocti. atti. ca. xxiij. Predo q̃d differat a raptore ꝛ quid sit. vide infra in Rapina. Dicitur aũt preda: vt Uarroni placet: a pario: q̃si parida: q̄ sit manu parta: vel dicamus a pre: quod est ante: ꝛ do: q̄ auferatur ꝑ vim anteq̃ detur a possidente.

Predestinatio gre. προόρισισ. ιοσ. ἡ. ꝛ προορίζω predestino dicitur. Est aũt predestinatio diuinę voluntatis per gratiã electio scd̃m Augu. li. de libero arbitrio. Predestinatio est quedã preordinatio dei ab æterno de his q̃ per gratiã dei fienda sunt in tpe: scd̃m eundẽ. iij. pte. q. xxiiij. ar. j. Predestinatio est ratio trãsmissionis creaturæ rõnalis ad vitã æternã in mente dei scd̃m bea. Tho. prima pte. q. xxiij. arti. j.

Prædestino ẽ cognitio futuræ beatitudinis hominum. Prescientia vero econtrario est cognitio futurę damnationis. Predestinatio compositũ est ex præ ꝛ destino. Destino aũt ex de / ꝛ sto. Est aũt destinare deliberare / assignare / deputare / adijcere / quasi stare facio. Uergili. Et me destinat arę.

¶ Prouerbiorũ. xxix. (Prouerbiorum.)

Quis homo poterit intelligere viã suam?

¶ Ecclesiastici ca. ix. (Ecclesiastici.)

Nescit homo an amore: vel odio dignus sit.

¶ Danielis ca. xij. (Daniel.)

In illo tpe saluabit̃ populus tuus oĩs: qui inuẽtus scriptus fuerit in libro vitæ.

¶ Paulus ad Ephesios ca. j. (Paulus.)

Benedictus deus ꝛ pater dñi nostri Jesu christi: qui benedixit nos in omni benedictione spirituali: in cœlestibus in Christo: sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem: vt essemus sancti ꝛ immaculati in conspectu eius in charitate. Qui predestinauit nos in adoptionẽ filiorum per Jesum Christũ ipsum secundũ propositum voluntatis suæ in laudẽ gloriæ gratiæ suę.

¶ Paulus ibidem.

Nos sorte vocati sumus: predestinati scd̃m propositum eius / qui operat̃ omnia.

¶ Idẽ ad Romanos ca. viij.

Quos de⁹ prædestinauit: hos ꝛ vocauit: ꝛ quos vocauit: hos ꝛ iustificauit. Quos autem iustificauit: illos ꝛ magnificauit.

¶ Augustinus: ꝛ habet̃. xxiij. q. iiij. cap. Nabuchodonosor. (August.)

Nabuchodonosor pœnitẽtiã meruit fructuosaz. Nõne post innumeras impietates flagellatus pœnituit: ꝛ regnũ qd̃ pdiderat rursus accepit? Pharao aũt ipsis in flagellis durior est effect⁹ ꝛ perijt. Hic mihi rationẽ reddat: qui diuinũ consilium nimium alte sapienti corde dijudicat: cur medicamentum vnius medici confectum: alij ad interitum: alij valuerit ad salutem: nisi q: Christi bonus odor alijs est odor vitæ in vitam: alijs est odor mortis in mortẽ. Quantũ ad naturã ambo hoĩes erãt: quãtũ ad dignitatẽ ambo reges: quãtũ ad cãm ambo captiuũ dei populũ possidebãt: quantũ ad pœnã ambo flagellis clementer admoniti. Quid ergo fines eorũ fecit eẽ diuersos? nisi q̄ vnus dei manum sentiens in recordatione ꝓprię iniquitatis ingemuit: alter libero contra dei misericordissimam veritatẽ pugnauit arbitrio? ¶ Ibidẽ. ꝟ. Uasis.

Uasis iræ nunq̃ deus redderet interitũ: si non spontaneũ inueniret̃ hõ habere peccatũ: q: nec deus peccãti homini iuste inferret̃ in irã. Si hõ ex predestinatione dei cecidisset in culpam.

¶ August. ibidẽ. ꝟ. Prædestinationem.

Predestinationẽ dei: siue ad bonũ: siue ad malũ in oĩb⁹ operari ineptissime dicit: vt ad vtrunq; hoĩes quedã necessitas videat̃ impellere. Quũ in bonis voluntas sit intelligẽda: nõ est sine gratia: in malis aũt voluntas intelligenda est sine gratia. Quũ vero aliquos a deo aut traditos desiderijs suis: aut obduratos legimus: aut relictos magis peccatis suis: hos ipsos meruisse ꝓfitemur: q: talia eorũ crimina precesserũt: vt ipsi qui pœnã debuerunt: qua eis etiã suppliciũ verteretur in reatũ: atq; ita nec de iudicio dei querimur: quo deserit meritos deseri: ꝛ miæ ei⁹ gratias agimus: qua liberat nos meritos liberari. Uires itaq; obediẽtiæ nõ ideo cuiq̃ subtraxit: q: eũ non predestinauit. Sed ideo eũ nõ predestinauit: q: recessurũ ab ipsa obedientia esse preuidit. Prædestinatio quoq; dei semp in bono ẽ: que peccatũ sola voluntate hoĩs commissuz aut remittendũ nouit: cũ laude miæ: aut plectenduz cũ laude iustitiæ. In malis aũt operibus nostris sola p̃scientia dei intelligenda est: q: sicut prescijt: ꝛ predestinauit: q̃ ipse fecit: ꝛ vt faceremus dedit: ita præsciuit tãtũ nõ etiã predestinauit: q̃ nec ipse fecit: nec vt facerem⁹ exegit. Hi aũt de quibus dicit̃ ex nobis exierunt sed nõ fuerunt ex nobis. Si eñ fuissent ex nobis: mãsissent vtiq; nobiscũ: voluntate exierunt: voluntate ceciderunt: ꝛ q: presciti sunt casuri: nõ sunt predestinati: si essent reuersuri: ꝛ in sanctitate ac veritate mansuri. Ac ꝑ hoc predestinatio dei multis est causa standi: nemini est causa labendi.

¶ August. ꝛ habet̃ ibidẽ. ꝟ. Due sunt.

Due sunt necessitates: simplex vna: veluti necesse est oẽs hoĩes esse mortales: altera conditionis: vt si aliquẽ ambulare quis scit: eũ ambulare necesse est. Qd̃ eñ quisq; esse nouit: id esse aliter q̃ notum est nequit: sed hec minime secũ illam simplicẽ trahit. Hãc eñ necessitatẽ non propria facit natura: sed conditionis adiectio. Nulla eñ necessitas agit incedere voluntate gradiẽtem: quãuis eũ tũc quũ gradiat̃ incedere necessarium sit. Eodem igit̃ mõ si q̃d ꝓuidentia præsens videt: id necesse est esse: tam ꝛ si nullã naturæ habeat necessitatẽ. At quidẽ ea futura: q̃ ex libertate arbitrij ꝓueniũt: p̃scientia cõtuet̃. Hæc igit̃ ad intuitũ relata diuinum necessaria fiunt ꝑ dispensationẽ diuinę notionis per se vero cõsiderata absolutã naturę suæ libertatẽ nõ deserũt. Fient igit̃ ꝓculdubio cũcta: q̃ futura deus eẽ promisit: sed eorũ quidẽ de libero ꝓficiscũtur arbitrio: q̃ q̃uis eueniãt existẽdo tñ naturã propriã nõ amittunt: qua priusq̃ fierent etiã nõ euenire potuissent. ¶ Aug. ibidẽ. ꝟ. De tyrijs.

De tyrijs vero ꝛ Sidonijs quid aliud possumus dicere: q̄ non esse eis datũ desuper: vt crederẽt: quos credituros fuisse: ipsa veritas docet. Si talia qualia apud nõ credentes facta sunt virtutum signa vidissent. Quare aũt hoc eis negatũ fuerit: dicãt si possunt qui calumniant̃: ꝛ ostendant cur apud eos dñs mirabilia quib⁹ profutura nõ erant fecerit: ꝛ apud eos quibus erant ꝓfutura nõ fecerit. Nos etenim si ratione facti ꝓfunditatẽ iudicij eius penetrare non possum⁹: manifestissime tñ scimus ꝛ verum esse qd̃ dixit: ꝛ iustum esse quod fecit: ꝛ nõ solum Tyrios ꝛ Sydonios: sed etiam Corozaim: ꝛ Bethsaidam potuisse conuerti: ꝛ fideles ex infidelibus fieri. Si hoc in eis voluisset dominus operari: neq; eñ vlli falsum videri potest qd̃ veritas ait. Nemo põt venire ad me: nisi fuerit ei datũ a patre meo. ¶ August. li. iij. de libero arbitrio.

Sicut tu quædã que fecisti meministi: nec tamẽ quæ meministi oĩa fecisti: ita deus omnia quorum ipse actor est præscit: nec tamẽ omniuz quæ præscit ipse actor est: quorum autem nõ est malis actor: iustus est vltor.

¶ Augustinus super Joan. homel. xxvij.

Nemo venit nisi tractus: quare illũ trahat: noli velle iudicare: si nõ vis errare. Semel accipe et intellige: nonduz traheris. Ora vt traharis: ramum viridẽ ostendis oui: ꝛ trahis illum: nuces puero demõstrantur ꝛ trahitur: ꝛ quo currit trahitur: amãdo trahitur: sine lesione corporis trahitur: cordis vinculo trahitur.

¶ Augustinus libro de prædestinatione sanctorum.

Non q: futuros nos tales eẽ præsciuit: ideo elegit: sed vt essemus tales per ipsam electionem suæ gratiæ: qua gratificauit nos in dilecto filio suo. ¶ Aug. lib. Retractationum.

Elegit igit̃ quos voluit gratuita misericordia.

¶ Gregorius in Dyalogo: ꝛ habetur xxiij. q. iiij. ca. Obtineri. (Grego.)

Obtineri nequaq̃ possunt: quæ predestinata non fuerint: sed ea quæ sancti viri orando efficiunt: ita prædestinata sunt: vt precibus obtineantur. Nã ipsa quoq; perennis regni prædestinatio ita est ab oĩpotenti deo disposita: vt ad hoc

electi ex labore perueniāt: quibus postulando mereant accipere: qd eis oīpotens deus añ sæcula disposuit donare. ¶ Menander.

Principiatū est cōstitutū in esse p̄ p̄ncipiū. Ideo nō ɔuenit lineę respectu pūcti: nec motui respectu termini a quo. ex.b.Tho.iij.senten.di.xij.q.j.arti.j. ¶ Deuteronomij cap̄.xvj: Deut.

Iudices & magistrat⁹ cōstitues in oībus portis tuis: vt iudicēt populū recto iudicio: nec ī alterā partē declinēt. ¶ Sapientię cap̄.vj. Sapiētię

Audite ergo reges & intelligite. Discite iudices finiū terrę. Præbete aures vos q̄ cōtinetis multitudines: & placetis vobis in turbis nationum. Qm̄ data est a dn̄o potestas vobis: & virt⁹ ab altissimo q̄ interrogabit opera vestra: & cogitationes scrutabit̄. Qm̄ quū essetis ministri regni illius nō recte iudicastis: nec custodistis legē iusticię: neq3 secūdum voluntatē dei ambulastis. Horrēde & cito apparebit vobis: qm̄ iudiciū durissimum in his qui p̄sunt fiet. Exiguo enim conceditur misericordia. Potētes autē potēter tormēta patient̄. Nō enī subtrahet p̄sonam cuiusq̄ deus nec verebit̄ magnitudinē cuiusq̄: qm̄ pusillū & magnū ipse fecit: & æqualiter est illi cura de omnib⁹. Fortiorib⁹ aūt fortior instat cruciatio. Ad vos ergo reges sunt hi sermones mei: vt discatis sapientiam: & ne excidatis. Qui enī custodierint iustitiā: iuste iudicabūtur: & q̄ didicerint iusta: inuenient quid respondeant.

¶ Sapientię cap̄.vj.

Vere rex sapiēs ppl̄i stabilimentū. ¶ Ibidē.

Si delectamini ī sedib⁹ & sceptris o reges ppl̄i: diligite sapientiā. ¶ Prouer.cap̄.vij.

Leo rugiens & vrsus esuriens p̄nceps īpius super ppl̄m pauperē. Dux indigēs prudētia multos opprimit p̄ calumniam.

¶ Prouerbiorū cap̄.iij.

Noli regib⁹ dare vinū. Quia nullū secretū vbi regnat ebrietas. Ne forte bibāt: & obliuiscantur iudiciorū: & mutēt causas pauperis.

¶ Ecclesiastici cap̄.x.

Diligite lumen sapientiæ oēs q̄ p̄estis populis.

¶ Ibidem.

Iudex sapiēs iudicabit ppl̄m suū: et p̄ncipatus sensati stabilis erit. ¶ Ecclesiastici ibidē.

Rex insipiēs p̄det populū suū: & ciuitates inhabitabunt̄ per sensum prudentium.

¶ Ecclesiastici cap̄.x.

Qualis est rector ciuitatis: tales habitātes ī ea.

¶ Ibidem.

Omnis potentatus breuis vita.

¶ Ecclesiastici ibidem.

Regnū a gēte in gentē trāsfert̄ pp̄ter iniustitias: & contumelias: & diuersos dolos.

¶ Ecclesiastici ibidem.

Væh terrę cui⁹ rex puer est: & cui⁹ p̄ncipes mane comedunt. ¶ Paulus ad Romanos cap̄.xij. Paulus

Vere enī qui præest: est in sollicitudine.

¶ Ibidem cap̄.xiij.

Ois aīa potestatib⁹ sublimiorib⁹ subdita sit.

¶ Aug. de ciuitate dei lib.ij.cap̄.xx.

Rex quum est iniustus: tyrannus est.

¶ Idē.iiij.de ciuitate dei cap̄.iij.

Malus enī si regat: seruus est tot dn̄oꝝ quot vitiorū. ¶ Augu.in epistola.xxxij.

Rex seruit deo leges iustas p̄cipiendo: & contrarias abrogando.

¶ Augu.lib.v.de.ciuitate dei cap̄.xxiiij.

Neq3 nos Christianos quondā īperatores: ideo fœlices dicim⁹: q2 vel diuti⁹ imperarēt: vel īperātes filios morte placida reliquerunt: vel hostes reipublicę domuerūt: vel inimicos ciues cōtra se insurgētes: & cauere: & opprimere potuerūt. Hæc enī & alia huiusmodi erumnosę vitę vel munera vel solatia quidā3 etiam cultores dęmonū accipe meruerūt q̄ nō p̄tinēt ad regnum dei: quo p̄tinēt isti: & hoc de misericordia.s.factū est: ne ab eis q̄ in eū crediderint: hæc tanq̄ summa bona desiderentur. Sed fœlices eos dicimus: si iusta imperant. Si inter linguas se sublimiter honorātiū: & nimis honorabiliter salutantiū: & sibi nimis humiliter obsequentiū: non extollant̄: si se hoīes esse meminerint. Si potestatem suā3 ad dei cultū dilatandū: maiestatiq3 ei⁹ famulari faciūt. Si deū timēt: diligunt: & colunt. Si plus amāt regnū illud: vbi nō timēt habere ɔsortes. Si tardi⁹ vindicāt: facile cōgnoscūt. Si eandem vindictā p̄ necessitate regēdæ tuendęq3 reipublicę: non pro saturādis inimicitiarū odijs exercēt. Si eādē veniā nō ad impunitatē iniquitatū: sed ad spē correctionis indulgent. Si qd̄ aspere cogunt̄ plerūq3 decernere: misericordię lænitate: & b̄n̄ficiorꝝ largitate cōpensant. Si luxuria in eis tāto castigatior: q̄to pōt esse liberior. Et si hæc oīa faciant: nō pp̄ter fauorē inanis glorię: sed pp̄ter charitatē fœlicitatis æternę. Si pp̄t pctā sua hūilitatis & miserationis: & orōnis sacrificiū deo suo īmolare nō negligūt: tales Christianos impatores dicimus esse fœlices interim spe: postea re ip̄a futuros quū id qd̄ expectam⁹ aduenerit. ¶ Aug.xv.de ciui.dei cap̄.viij.

Nam terrena potestas vult esse victrix gentium: quū sit captiua vitiorum.

¶ Aug.cōtra Faustū cap̄.xxij.

Authoritas belli est penes principē. Ministeriū exequēdi est penes milites.

¶ Aug.lib.iij.ad Chrysostomū.

In hoc seruiūt reges deo. Si ī regno suo bona iubeant: mala prohibeant non solum q̄ p̄tinēt ad societatē humanā: sed que ad religionē diuinā3.

¶ Ambrosius sup illud psal. Aīa mea in manibus meis. Ambro.

Quicūq3 propriū corpus subegerit: nec eius passionibus turbari animā suā rector sui cōgrua viuacitate permiserit: is bene regia quadā potestate se cohibēs rex dicitur: q2 regere se nouerit: et arbiter sui iuris sit: nec captiuus trahatur in culpam: nec preceps feratur in vitium.

¶ Greg.sup illud Iob.xxxv. Deus potētem non abijcit. Grego.

Magna est potentia tēporalis: que apud deum meritū suū h3 de bona administratiōe regiminis. Nonnūq̄ tn̄ eoipso q2 preeminet cæteris: elatione cogitationis intumescit: & dū foris immēso fauore circundatur. Intus veritate vacuatur: atq3 oblitus sui in voces se spargit alienas. talemq3 se credit: qualem foris audit: non qualē intus discernere debuit. Subiectos despicit, eosq3 equa

les sibi nature ordine non agnoscit. Cunctis se
æstimat amplius sapere: quibus se videt ampli⁹
posse. ¶ Ibidem.
Bona nāq; est ordine suo potentia: sed cauta re
gentis indiget vita.
¶ Greg. sup illud Iob. xxxviij. Ipse em̄ regna
re facit hypocritā ppter peccata populi.
Qui talē patit̄ rectorē: deū nō accuset: q2 nimirū
sui fuit meriti: puersi rectoris subiacere ditioni.
Culpā igit̄ magis accuset operis ꝙ iniustitiā gu
bernātis. Dabo inquit reges in furore meo.
¶ Greg. mora. xvij. sup illud Iob. xxvj. Gy
gantes gemunt sub aquis.
Nomine gygantum potētes huius seculi signifi
cat: aque vo populi sunt.
¶ Gregorius moraliū. xj. sup illud Iob. xij.
Effundit despectiones sup principes.
Principes dicuntur q̄ principant̄ cogitationib⁹.
¶ Greg. ibidē sup Baltheū regū dissoluit.
Qui membroꝝ suorū motus bene regere sciunt:
merito reges dicuntur.
¶ Gregorius moraliū. xx.
Princeps em̄ non debet dominari: sed ratio.
¶ Gregorius lib. xx. moralium.
Sæpe a disciplinę metu resoluimus subditos: si
nostro regimini hylaritatis frena relaxam⁹. Qr
dū nos quasi licēter lætos aspiciūt: audacius ip
si ad illicita resoluunt̄.
¶ Greg. lib. xxvj. moraliū sup illud Iob. Re
ges in solio collocat in perpetuum.
Bene sancti viri scripturę sacræ testimonio re
ges vocant̄: q2 plati cunctis motib⁹ carnis: modo
luxurię appetitū infrenāt: mō gloriam inclināt:
modo suggestiones liuoris obruunt: modo ignē
furoris extingunt. Reges ergo sunt: q2 tētationū
suarum motibus nō consentiendo succumbere:
sed regendo pesse nouerunt.
¶ Gregorius. xxvj. moralium.
Sūmus locus bene regit̄: quum is qui præest vi
tijs potius ꝙ fratribus dominatur.
¶ Greg. sup illud Iob. xxix. Reges regib⁹
et consulibus terræ.
Reges q̄ sua corpora bene regere sciunt: qui de
sideriorꝝ mot⁹ in se tēperant: subiectas cogita
tiones lege virtutis regulāt. Reges q2 sibijpsis
psidēt: et se reges sciunt. Ideo beata terra cuius
rex nobilis est: et væh terræ cui⁹ rex puer est.
Gregorius in pastorali. li. ij. sup illud Pro
uer. xvj. Melior est qui dn̄atur animo suo
expugnatore vrbium.
Ille em̄ vincit et expugnat exteriora: hic regit et
ordinat sua iteriora. ¶ Greg. pmo Registri.
Necesse est vt oēs culpas et negligētias sibi ipu
tent: qui ministeriū virtutis infirmo cōmisit.
¶ Grego. in Registro.
Que pōt esse pastoris excusatio: si lupus oues
comedit: et pastor nescit? Gregorius Mauritio
imperatori. ¶ Greg. in pastorali.
Sæpe suscepta cura regiminis: cor p diuersa di
uerberat. Et impar qsq; inuenit̄ ad singula: du3
cōfusa mēte diuidit̄ ad multa. ¶ Ibidem.
Caput qppe subiectoꝝ sunt cūcti q̄ psunt. Et vt
recta pedes valeāt itinera carpere: hic pculdu
bio caput ex alto puidet̄: ne a pfectus sui itine
re pes torqueat̄: quū curuata corporis rectitudi
ne caput sese ad terrā declinat.
¶ Ioā. Chryso. sup illud Matthæi. x. Sicut — Joannes chryso.
oues in medio luporū. homelia. xxxiij.
Quid ouis i medio luporū? Quid colūba in me
dio accipitrū? &c. Impius em̄ princeps: siue dn̄s
est: vt leo rugiēs: et vrsus esuriēs sup populū pau
perē. ¶ Bernardus ad Eugeniū lib. j. — Bernar.
Simia in bancho rex fatuus in solio.
¶ Isidorus de summo bono lib. iij. — Isidorus
Reges a recte agēdo vocati sūt ideoq; recte fa
ciēdo regis nomē tenet̄: peccādo amittit̄. Recte
ergo illi reges vocant̄: q̄ tam in semetipsos: ꝙ in
subiectos bene regēdo modificare nouerunt.
¶ Boeti⁹ de philosophica cōsol. lib. j. — Boetius
Sētentia Platonis est beatas fore respublicas.
Si eas vel studiosi sapientię regerēt: vel earum
rectores studere sapientię contigisset.
¶ Ibidem lib. ij.
Que ē hec potestas? q̄ sollicitudinū morsus: for
midinūq; aculeos vitare neqt? Vellēt em̄ ipi se
curi viuere: s3 nequeūt. An potestatē cēses quē
videas velle qd nō pōt efficere? q̄ satellite latus
ambit? q̄ quos tenet: ipe plus metuit: q̄ vt potēs
esse videat̄ in manu seruiētiū situs est.
¶ Seneca lib. j. de clæmētia cap. iij. — Seneca.
Principiū crudelitas belli est: clæmentia i quā
cūq; domū puenerit: eā fœlicē et trāquillā para
bit. Sed i rege quo rarior eo mirabilior. Magni
em̄ animi pprium est placidū eē trāquillūq;: ac in
iurias: et offensas supando despicere. Muliebre
em̄ ē furere. Ira nō decet regē. ¶ Ibidē. c. iiij.
Mr si dij placabiles et æqui delicta potentiū nō
statim fulminibus psequunt̄: ꝙto æqui⁹ est ho
minē hoibus ppositū miti animo exercere impe
rium. ¶ Ibidem lib. v. cap. iiij.
Optime deos exēplū pncipibus constituā vt se
tales ciuib⁹ pbeāt: quales sibi deos esse volunt.
¶ Seneca ibidē ad Neronem.
Inexpugnabile munimētū amor ciuiū. Quid pul
chrius ꝙ viuere optātib⁹ cūctis? Quis huic au
deat struere aliqd piculū sub quo iustitia: pax: se
curitas: dignitas florent: sub quo opulenta ciui
tas copia bonoꝝ omniū abundat.
¶ Seneca epistola. xxxviij.
Si vis oīa tibi subijcere: subijce te rationi. Mul
tos reges si te ratio regat. ¶ Idē epla. xcvj.
Anim⁹ noster mō est rex: mō Tyrān⁹. Rex ē quū
honesta ituet̄: salutē cōmissi corpis curat: et nihil
illi iperat turpe: nihil sordidū. Ubi vo corp⁹ ipo
tēs et delicatū: transit in nomen detestabile: et fit
tyrannus. ¶ Seneca in Tantalo Tragœ. ij.
Reges nō faciūt opes: nō vestis tyrię color: non
frōtis nota regię: nō auro nitidę trabes. Rex est
q̄ posuit metus: et diri mala pectoris: quē nō ābi
tio ipotēs: et nunꝙ stabilis fauor vulgi pcipitis
mouet: quē nō lancea militis: nō strict⁹ domuit
calybs? qui tuto posit⁹ loco ifra se videt oīa. Oc
curritq; suo libēs fato: nec querit̄ mori. Reges
conueniat licet. ¶ Ibidem.
Rex est qui metuit nihil: hoc regnum sibi quisq;
dat. ¶ Ibidem.

Non capit regnū duos ¶ Ibidem.
Habere regnum casus est virtus dare.
¶ Seneca tragœ. iij.
Qui vult regnare languida regnat manu.
¶ Idem tragœdia. iiij.
Fraus sublimi regnat in aula.
¶ Seneca tragœdia. v.
Quisꝙ ne regno gaudet? O fallax bonū ꝙtum
maloꝝ fronte ꝙ blāda tegis? ¶ Ibidē.
Dubia pro certis solent timere reges.
¶ Seneca tragœdia. vj.
Quoq; fortuna altius euexit: ac leuauit huma
nas opes hoc se magis supprimere fœlicem de
cet: uariosq; casus tremere. ¶ Sene. trag. vij.
Aequū atq; iniquū regis imperium feras.
¶ Ibidem.
Hoc reges habent magnificū et ingens: nulla qd
rapit dies prodesse miseris: supplices fido lare
protegere. ¶ Ibidem.
Grauis ira regum est semper.
¶ Idem tragœdia. viij.
Nec regna sociū ferre: nec thædæ sciunt.
¶ Seneca tragœdia. viij.
Regnoꝝ magis fallax fortuna bonis: in pcipiti
dubioq; nimis excelso loco. Nunꝙ placida sce
ptra quietē: alia ex alijs cura fatigat. Vexatq;
animos noua tempestas. Ut præcipites regum
casus fortuna rotat. Metui cupiunt: metuiq; ti
ment. Nō nox illis alma recessus præbet tutos.
Nō curarum somnus domitor pectora soluit.
¶ Seneca tragœdia. ix.
Decet timeri Cesarem: at plus diligi.
¶ Seneca tragœdia. x.
Tu quicūq; es qui sceptra tenes: licet omne tua
vulgus in aula centū pariter lumina pulset. Cu3
tot populis stipat⁹ eas: in tot populis vix vna
fides. ¶ Ibidem.
Aristo. — Non duces sæuos miserando tellus habeat.
¶ Aristo. lib. v. æthicorum.
Princeps custodire debet iustum.
¶ Aristo. ibidem.
Principatus virum ostendit.
¶ Idē lib. œconomicorum.
Nunꝙ oportet domu3 esse sine custode.
¶ Idem lib. viij. æthicorum.
Malus rex tyrānus dicit̄. ¶ Ibidem.
Rex debet se habere ad suos subditos: sicut pa
stor ad oues. ¶ Arist. lib. iij. Politicorū.
Prudentia proprie est virtus principis.
¶ Aristo. æthicoꝝ. xviij.
Similis est cōparatio regis ad subditos: patris
ad filios: pastoris ad oues. ¶ Idē. iij. politi.
Meli⁹ est ciuitatē regi viro optimo: ꝙ lege opti
ma. ¶ Aristo. lib. iiij. politicorum.
Sine principibus impossibile est esse ciuitatem.
¶ Aristo. lib. v. politicorum.
Non de facili pōt inuadi qui est sobrius: s3 q̄ est
ebrius. Neq; q̄ est vigil: s3 q̄ est dormiens. Qua
propter princeps ne inuasibilis sit: ebrietatē et
somnū d3 euitare. ¶ Arist. lib. v. politicoꝝ.
Periculosu3 est principi subdito dare magnos
honores. ¶ Aristo. v. politicorum.
Rex iustitiam conseruare debet.
¶ Aristo. v. Politicorum.
Princeps deicola debet eē: q2 minus timent ho
mines iniustū pati a principe: sed deicolā ipsum
putant esse. ¶ Arist. lib. v. politicorum.
Oportet principē bonos honorare: et ipsemet ho
nores eis distribuere. Supplicia aūt distribue
re non per se sed p alios. ¶ Aristo. ibidem.
Princeps nullū magnū virū totius sui dominij
debet facere custodem. ¶ Aristo. ibidem.
Si princeps aliquē a potestate sibi tradita de
ponere velit: gradatim hoc debet facere: et non
simul auferre totam potestatem.
¶ Aristo. lib. vj. politicorum.
Prauos nō esse securū facere dominos: quia ip
si magis indigēt custodia alioꝝ: ꝙ possint alios
custodire. ¶ Aristo. li. vij. politicorum.
Necesse est futurū principē subditū eē vel fuisse.
¶ Aristo. lib. de regimine principū.
Sūma bonitas in rege est abstinētia a pecunijs
et possessionibus subditoꝝ. ¶ Arist. ibidem.
Sūma sapiētia est in rege: seipsum regere.
¶ Aristo. ibidem.
Honorificētia est in rege: a multiloquio si se ab
stineat. ¶ Cice. lib. j. de diuinatione. — Cicero
Regale est enim sapere et diiudicare.
¶ Cice. lib. iij. de legibus in principio.
Magistratibus igitur opus est: sine quorū pru
dentia et diligentia esse ciuitas non potest.
¶ Ibidem.
Noster vo Plato Titanū e gn̄e statuit eos: q̄ vt il
li cęlestibus sic hi aduersent̄ magistratibus.
¶ Ibidem.
Iusta imperia sunto. ¶ Cice. li. iij. de legibus.
Ut em̄ cupiditatib⁹ principū et vitijs infici solet
tota ciuitas: sic emēdari et corrigi cōtinētia.
¶ Cice. lib. j. officiorum.
Omno q̄ reip. pfuturi sūt: duo pcepta teneāt pla
tonis. Unū est vtilitatē ciuiū sic tueant̄: vt qcun
q; agūt ad eā referāt: obliti cōmodorū suoꝝ. Al
terū: vt corpus totū reipublicę: nedū partē ali
quā tueant̄: reliquas deserant.
¶ Cicero officiorum lib. iij.
Ad vulgi opinionē q̄ maior vtilitas ꝙ regnandi
esse possit? Nihil tn̄ inutilius eo q̄ iniuste cōsecu
tus est inuenio. Possunt cuiꝙ vtiles esse lāguo
res? Sollicitudines? diurni et nocturni metus?
Vita insidiarum et periculorum plenissima?
¶ Cice. lib. paradoxorū.
Laudet̄ vo hic imperator: aut etiā appellet̄: aut
hoc nomine dignus putet̄. Quō aūt hic cui tādē
libero imperabit? q̄ nō pōt suis cupiditatib⁹ im
perare? Refrenet primū cupidines: spernat vo
luptates: iracundiā teneat: coerceat auaritiā: et
ceteras animi labes repellat. Tū alijs icipiat im
perare: quū et ipe improbissimis dn̄is dedecori
aut turpitudini parere desierit. Dū qdē his obe
diat: nō mō imperator: s3 liber habēdus omnino
non erit. ¶ Vegetius de re militari. — Vegeti⁹
Nullus est quē oporteat: vel plura vel meliora sci
re ꝙ pncipē: cui⁹ doctrina d3 omib⁹ pdesse sub
iectis. ¶ Valerius maxi. lib. viij. — Valeri⁹ maxim⁹.
Utriusq; industrię laudē duo inter se reges par
titi sunt. Cyrus oim militū suorū noia. Mitrida

tes duarū ⁊ viginti gentiū ō sub regno eius erāt linguas edidcendo. Ille vt sine monitore exercitatū salutaret: hic vt eos quibus imperabat sine interprete alloqui posset

¶Gallus in Latilinario.

Ei regū atq; imperatorū animi virtus ita in pace: vt in bello valeret: æquabilius atq; cōstātius res hmane sese haberēt.

¶Homerus in α Iliados.

Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη· εἷς κοίρανος ἔστω εἷς βασιλεύς. id est

Non bonū multorū dñatio. Unus dñs sit: vnus rex.

¶Idē in α odysseæ.

οὐ μὲν γὰρ τι κακὸν βασιλεύεμεν. αἶψα τε οἶκος ἀφνειὸν πελέται. καὶ τιμήεσσ' ἀνθρώποισι. id est

Non enim malū imperare: statim ei domus Dines fit: ⁊ magis honoratus ipse

¶Idem in ρ odysseæ.

Χαλεπαὶ δὲ τ' ἀνάκτων εἰσὶν ὁμόκλαι. id est

Molestę autem regum sunt minæ.

¶Menander.

ἀρχῆς τετυχὼς ἴσθι ταύτης ἄξιος. id est

Principatum assecutus sis hoc dignus.

¶Idem.

εἰκὼν δὲ βασιλεὺς ἔστιν ἔμψυχος θεοῦ. id est

Imago autem rex est animata dei.

¶Euripedes in Medea.

Δεινὰ τυράννων λήματ'. καὶ πῶς ὀλίγ' ἀρχόμενοι. πολλὰ κρατοῦντες χαλεπῶς ὀργὰς μεταβάλλουσι. id est

Graues tyrānorum superbiæ: ⁊ quodāmodo ā minima incipientes: multa possidentes ægre iras mutant.

¶Periander.

τοῦ σὴ γεμόμασ φοβοῦ. id est

Principes time.

¶Pittacus.

μὴ ἄρχε πρὶν ἄρχεσθαι μάθῃς. id est

Noli imperare anteq̄ subditus esse discas.

¶Thales.

τὸν κρατοῦντα θίμα. i.

Imperantē honora.

¶Hora. car. li. ij. ode. ij.

Latius regnes auidum domando Spiritum: q̄ si lybiā remotis Gadibus iungas: ⁊ uterq; pœnus Seruiat uni.

¶Lucanus lib. viij. pharsaliç.

Mitissima sors est. Regnorum sub rege nouo.

¶Ibidem.

Ereat aula.

Qui vult esse pius: virtus ⁊ summa potestas Non coeunt.

¶Claudianus alloquens Theodosium.

Tu licet extremos late dominere per indos: Te mœdus: te mollis arabs: te feres adorent: Si metuis: si prana cupis: si duceris ira: Seruitū patiere ingum: tollerabis iniquas Interius leges. Tunc omnia iure tenebis. Quum poteris rex esse tui: prociuior vsus In peiora datur: suadetq; licentia luxum Illecebras effrena fouet. Sed cōpime motus Asperius quum prompta Venus: quū ouet ira Consulitur: q̄ pœna patet: sed cōpime motus. Nec tibi quid liceat: sed quid feciſe decebit Occurret: mentēmq; domet respectus honesti.

¶Ouidius lib. j. de ponto.

Sit piger ad pœnas princeps: ad pmia velox: Quisq; dolet quoties cogitur esse ferox.

¶Privatio græ. στέρησις. ιος. ἡ. ⁊ στερέω primo δι. Est aūt privatio negatio subst̄ātiæ ab aliquo determinato gñe fm Aristo. lib. iiij. meta.

Privatio duplex. s. in priuari: ⁊ in puato esse. Prima ē ξία habituī: nō aūt scōa. ex. b. Tho. in q̄stio. disputatis de malo. q. j. arti. j. ⁊. q. ij. arti. ix.

Priuilegiū græ. προτέρημα. ατος. τὸ. dicit. Est autē priuilegiū priuatū ius indultū cōtra ius cōmune: illā nisi aliquid indulgeret nō esset priuilegiū. de verbo. significa.

Priuilegiū est priuata lex: q̄ respicit singulares personas: sed cōmune est ad multa negocia. ex hea. Tho. prima scōæ. q. xcvj. arti. ij.

Priuilegiū dicit quasi priuata lex: hoc est ad singulos spectans. Sane veteres prima dixere: quæ nos singula dicimus: ⁊ priuos singulos: ⁊ primus q̄ vnūquēq; ppriuς est. Ūn primata ea dicim̄ quæ vnūquēq; propria sunt.

¶Probatio græ. δοκιμή. ησ. ἡ. ⁊ δοκιμάζω pbo dicit. Probatio quærit rationē facti: ⁊ tāgit corpus. Examinatio quærit factū: ⁊ tangit corpus fm. b. Tho. super. ps. xvj. col. ij.

Probare aliq̄n est demōstrare: ⁊ argumentādo planū facere: hinc probatio demōstratio. Et probabile: qđ licet verū nō sit: rationib⁹ tñ quibusdā videt̄ pſuaderi. Probare aliq̄n laudare est: vnde probi boni dicunt: dicti quasi prohibiti q̄ se a delinquēdo prohibeāt. Hinc cōposita sunt improbus malignus: ⁊ improbitas malignitas.

¶Procacitas græ. προπέτεια. ασ. ἡ. ⁊ προπετής. ές. σ. ὁ. ἡ. procax dicit. Est aūt ꝓcax q̄ adeo impudens est: vt nimis petat. Unde procax meretrix: petulās ⁊ impudēs: inverecūda. Terēti⁹. Ualigna multo: ⁊ magis ꝓcax ilico facta est. Hinc ꝓcacitas ipsa petulātia. Dicūtur aūt hec a ꝓcādo: hoc est petēdo. Nā veteres ꝓcari petere dicebāt. Ūn proci a petēdis mulieribus dicti. Sūt em̄ ꝓci q̄ mulieres in matrimoniū poscunt.

¶Prodigalitas grę. ἀσωτία. ασ. ἡ. ⁊ ἄσωτος. ον. ὁ. prodigus dicitur. Est aūt ꝓdigalitas incōtinētia: ⁊ ob intemperātiā pecuniarū profligatio fm Aristo. lib. iiij. Ethicorum.

Prodigalitas est circa possessiones pecuniæ: sic⁊ deficiēs: nō aūt sicut superabūdās in eis fm Tho. scōa scōæ. q. cxix. arti. j.

Prodigalitas semper est peccatū: nō principaliter ꝓpter quantitatē: sz ꝓpter inordinationē dādi: quibus non debet dari: ⁊ propter que: ⁊ sicut debet scōm eundē vbi supra.

¶Prodigus dicit a prodigo verbo: qđ modo significat portendo: ⁊ prēmonstro. Unde prodigium de quo supra in Donstrum. aliquādo cōsumo: vnde prodigus: ⁊ prodigalitas ipsa effusio: ⁊ liberalitatis excessus.

¶Proditio græce προδοσία. ασ. ἡ. ⁊ προδότης. ου. ὁ. proditor: ⁊ προδίδωμι prodo dicitur. Est aūt prodere fallere: ⁊ tradere. Sallustius. Ante q̄ arcem proderet hostibus. Unde proditor: proditio: prodimentum. Prodere est et iam manifestare. Unde ⁊ proditores a prodendis consilijs hostibus dici possunt.

¶Promissio græ. ὑπόσχεσις. ιος. ἡ. ⁊ ὑπισχνέομαι promitto dicitur. Est autem pmissio actus rationis: qui est enūciatio: ⁊ ordinatio alicuius scōm beatū Tho. scōa scōę. q. lxxviij. ar. j.

Promittere est policeri: sed hoc differunt q̄ pollicemur sponte: promittimus rogati.

¶Promptuariū græce ταμίειον. ου. τὸ. dicit. Est autem promptuariū locus in quo res ad vsum necessarię ita repositæ sunt: vt statim promi ac proferri possint. Dicturq; a promptus: q̄ ea in promptu sint: ⁊ parata. Promptus vero appellatur is qui iā est paratus: ⁊ expeditus ad agendum: ⁊ in quo nulla mora est: quasi iam e penu siue repositorio sit productus.

¶Pronunciatio græce προφορὰ. ᾶς. ἡ. ⁊ προφέρω pronuncio dicitur. Est autē pronunciare proferre. Unde pronunciatio proīpsa prolatione accipitur. Est etiā pronunciare decernere ⁊ statuere. de hīsq; dicitur ius cognoscendi.

¶Prophetia græca dictio est προφητεία. ασ. ἡ. ⁊ προφήτης. ου. ὁ. prophetes: ⁊ προφητεύω vaticinor dicitur. Est autez ꝓphetia diuina inspiratio rerū: futura immobili veritate denūcians scōm Lasiodorū. ex b. Tho. scōa scōæ. q. clxxj. ar. iij.

¶Propiciatio græce ἱλασμός. οῦ. ὁ. ⁊ ἱλαστήριον. ου. τὸ. propiciatorium dicitur. Erat autem propiciatorium tabula super alas cherubin: quia exinde deus ꝓpitiabatur populo scōm. b. Tho. prima scōæ. q. ciij. ar. iiij.

¶Propositio græce πρόταοις. ιος. ἡ. ⁊ πρότεσις. ιος. ἡ. propositum dicitur. Est autem propositū actus voluntatis deliberatæ scōm beatuz Thomam secunda secundæ. q. lxxviij. arti. j.

Propositio est enunciationis altera ps in qua predicatur vnum de vno secundus Aristotelem libro. j. Posteriorum.

¶Proportio græce ὁμοίωμα. τος. τὸ. dicit. Significat aūt proportio scōm primā notā impositionē habitudinē quantitatis ad quantitatē fm determinatum excessum: vel adæquationē. Sed transfertur ad significandū habitudinē quorumcunq; sicut materiæ ad formā: potētię ad actū: obiecti ad potentiā: finiti ad infinitū: creaturæ ad creatorem. ex beato Thoma prima parte. q. xij. arti. j.

¶Proprium græce ἴδιον. ου. τὸ. ⁊ ἰδιότης. ητος. ὁ. proprietas dicitur. Est autem proprium de genere accidentium scōm bea. Tho. prima scōæ. q. lxxviij. ar. iij. A proprium fit proprietas notæ significationis: horum opposita sunt Improprium ⁊ Improprietas.

Prosperitas græce εὐημερία. ασ. ἡ. ⁊ εὐημερέω prosperor dicitur. Est autem prosperitas fœlicitas: et ad votū successus. Uenit autez a spe: vnde ⁊ prosper fœlix: hoc est qui spem nostrā implet. Unde prospera fidera: tēpora: loca: fines: actiones: successus. Item fœlix: qui spe sua potitus est.

¶Prouerbiorum cap. j. ex Isai.

Prosperitas stultorum perdet eos.

¶Aug. in sermone de puero Centuriōis: ⁊ Augusto. habet. xxiij. q. j. ca. Paratus. s. Nihil est.

Nihil est infœlicius fœlicitate peccantium: quia pœnalis nutritur impunitas: ⁊ mala voluntas velut interior hostis roboratur.

¶Ibidem.

Si deus pollere permittat iniquos in prosperitate: tunc indignatur grauius: ⁊ si impunita dimittat: tunc punit infestius.

¶Augustinus de verbis dñi ca. xiij.

Magnę virtutis est cum fœlicitate luctari: ne alliciat vt corrumpat: ne ipsa subuertat fœlicitas. Magnę in quam virtutis cum fœlicitate luctari: magnę fœlicitatis ē a fœlicitate nō vinci.

¶Augustinus de verbis domini li. ij.

Nemo frangitur aduersorum molestia: qui prosperorum delectatione non capitur.

¶Augustinus super psal. vij.

Nemo gratulet̄ homini qui prosperatur in via sua: cuius peccatis deest vltor: ⁊ adest laudator.

Maior hic ira domini est. Irritauit enim dñm peccatos: vt ista patiatur: id est vt correctionis flagella non patiatur.

¶Aug. sup Matthęi sermone. xxix.

Ideo deus fœlicitatib⁹ terrents amaritudines miscet: vt alia quęrat fœlicitas: cui⁹ dulcedo nō est fallax.

¶Augu. epistola. xxxvj.

Prospera huius mundi asperitatem habent veram: iucunditatem falsam: certum dolorē: incertam voluptatem: durum laborē: timidam quietem: rem plenaz miseriæ: spem beatitudinis inanem.

¶Augu. epistola. lxxxij.

Nūdus periculosior est blandus: q̄ molestus.

¶Hieronymus super Esaiā li. viij.

Nulla res longa mortalium est: omnisq; fœlicitas sæculi dum tenetur amittitur. Quum enim tribulationis tempus aduenerit: omne quod præteritum est nihil adiuuat sustinentem.

¶Hieronymus super illud Matthęi. xvij. Quid prodest homini si vniuersum mundum lucretur.

Si haberes sapientiaz Salomonis. Si pulchritudinem Absalonis. Si fortitudinem Sansonis. Si longæuitatem Enoch. Si diuitias Crœsi. Si potestatem Octauiani. Quid prosunt hæc: quum tandem caro datur vermibus: ⁊ anima dæmonibus cum diuite sine fine cruciandę?

Grego. ¶Grego.in homelia de diuite & Lazaro: & habet᷑ de pœni. di.iij. in fine.

Cauendū nobis est:ne si forte aliquid boni agimus in præsenti sæculo remunerationē accipiamus:ne forte dicatur nobis:receperūt mercedē suam. Nisi enim diues iste aliquid bonum egisset:vnde in præsenti sæculo remunerationem accepisset: Nequaquam Abraham dixisset. Recepisti bona in vita tua.

¶Gregorius li.iij.Moralium.

Quū quis positus in prosperitate diligitur incertū est vtrū prosperitas an persona diligatur. Amissio aūt fœlicitatis īterrogat vim dilectiōis:nec prosperitas quippe amicū indicat:nec aduersitas inimicū cælat. ¶Grego.lib.v.Moralium.

Sancti viri quū sibi suppetere prospera huius mundi conspiciunt:pauida suspitione turbant᷑. Timent enim ne hic laborum suorum fructus recipiant. ¶Gregorius lib.xij.Moralium.

Iniquus prosperari in sua mala actione permittitur:quatenus & peruersa faciat:& tamen fœliciter viuat. Peruersus quisq; quanto citius peruenit ad desiderium:tanto infœlicius rapitur ad tormentū. ¶Grego.li.xiij.Moralium.

Iustis amplius placet ex aduersitate mala perpeti:quā ex prosperitate terrenæ dispensationis cura fatigari. ¶Gregorius li.xv.Moralium.

Præsentis vitę prosperitas:innocētię testis nō est:quia multi ad perennem vitam per flagella redeunt:& pleriq; ad infinita supplicia perducendi sine flagello moriuntur.

¶Job.xviij. Præcipitabit eū consiliū suum.

Prosperitas gressus obligat:vt vix ad bona prodire possint. ¶Grego.li.xxviij.Moralium.

Solet lætitia arcana mentis aperire:atq; aperiendo amittere. Aduersa vero:quū nos exterius deprimunt:interius cautiores reddunt.

¶Gregorius li.xxxj.Moralium.

Multos sua peius fœlicitas strauit: multos diuturna pax victos reddidit eoq; illos inopinatos hostes grauius pertulit:quo longo quietis vsu negligentes inuenit. Unde sancti viri: quum multa se proficere virtutū prosperitate cōsiderant:quosdā supernæ dispensationis moderamine exerceri. Se etiam tentationibus exaltant: quia tanto robustius acceptā virtutū gloriam custodiunt:quāto tentationis impulsu cōcussi infirmitatem suam humilius agnoscunt.

¶Gre.Moral.sup illō Job.v. Uidi stultū firma radice:& maledixi pulchritudini eius.

Quasi per amœna prata ad carcerem venit:qui per præsentis vitæ prospera ad interitum currit.

Joannes chryso. ¶Jo.Chry.& hī. de pœ.di.iij.c. Quid ergo.

Quid ergo turbamur? Nemo videns malignos prosperitatem habere turbetur:nō est hic retributio malignitatis neq; virtutis:ac si aliquādo cōtingat:vt aliqua sit retributio:vel malitiæ vel virtutis:non tamē scdm quod dignū est:sed simpliciter:veluti quidā gustus iudicij:vt qui resurrectionem non credunt talibus doceantur:quādo itaq; videmus malignū ditescere : nō subruamur: & quū videmus bonos mala pati:nō turbemur. Illic corona : illic supplicia. Est & alia ratio:quia nō pōt vel malus in oībus malus eē: sed habet aliqua bona:neq; bonus in oībus bonus eē: sed habet aliq̄ peccata. Quū ergo prosperitatē malus hz malo capitis sui ē. Quū eñ pro illis paucis bōis retributionē hic accipit:illic iā plenius puniet᷑.

Boetius. ¶Boetius de philosophica cōso.li.ij.prosa.iiij.

Nam in omni aduersitate fortunæ:infœlicissimum genus infortunij est:fuisse fœlicem.

¶Boetius ibidem.

Quū igitur præcipua sit mortalibus vitæ cura retinendæ. O te si tua bona cognoscas fœlicē: cui suppetūt etiā nūc quæ vita nemo dubitat eē chariora. Qua re sicca iā lachrymas:nōdū ē ad vnū oīs exosa fortuna. ¶Boetius ibidem.

Quis est eñ tā cōpositę fœlicitatis: vt nō aliq̄ ex parte cū status sui qualitate rixetur? Anxia eñ res est humanorū cōditio bonorū:& quę vel nunquā tota perueniat:vel nunquā perpetua subsistat. Huic census exuberat: sed est pudori degener sanguis. Hūc nobilitas notum facit:sed angustia rei familiaris eē mallet ignotus. Ille vtroq; circūfluus:vitā cęlibem deflet. Ille nuptijs fœlix:orbus liberis alieno censum nutrit heredi. Alius prole lætatur:filij filięve delictis mœstus illachrymat. Iccirco nemo facile cū fortunę suę cōditione cōcordat. Inest eñ singulis:quod inexpertus ignoret:& expertus exhorreat.

¶Boetius ibidem.

Adde quod fœlicissimi cuiusq; delicatissimus sensus est:& nisi ad nutū cuncta suppetant:oīs aduersitatis insolēs minimis quibusq; prosternit᷑. Adeo perexigua sunt:quæ fortunatissimis summā beatitudinis detrahunt. Quā multos eē cōiectas qui se cœlo proximos arbitrent᷑:si de fortunę tuæ reliquijs pars eis minima cōtingat? Hic ipse locus quē tu exiliū vocas incolētibus patria est. Adeo nihil est miserū:nisi quū putes. Cōtraq; beata sors oīs est æquanimitate tolerantium. Quis est ille tā fœlix:qui quū dederit īpatientię manus:statū suū mutare nō optet? Quā multis amaritudinibus humanę fœlicitatis dulcedo respersa est? quę si etiā fruenti esse iucunda videatur:tñ quū minus quod velit habeat retineri non possit. Liquet igit᷑ quod sit mortaliū rerū misera beatitudo:quę nec apud æquanimos perpetua perdurat:nec anxios tota delectat. Quid igit᷑ o mortales extra petitis ītra vos positā fœlicitatē? Error vos inscitiaq; cōfundit. ¶Ibidē.

Atq; vt agnoscas in his rebus fortuitis beatitudinē cōstare non posse. Sic collige: Si beatitudo est summū naturę bonū rōne degentis:nec illud est summū bonū:quod eripi vllo mō pōt:quoniaz præcellit id quod nequeat auferri. Manifestū est quod ad beatitudinē percipiendā fortunæ instabilitas aspirare nō possit. Ad hęc quē caduca ista fœlicitas vehit:vel scit eā:vel nescit eam eē mutabilē. Si nescit quę nā beata sors eē pōt ignorātię cæcitati? Si scit metuat necesse ē:ne amittat quod amitti posse nō dubitat. Quare cōtinuus timor nō sinit esse fœlicē. An vel si amiserit negligēdū putat? sic quoq; perexile bonū ē quod æquo aīo ferat᷑ amissum. ¶Ibidē li.ij.prosa.viij.

Etenim plus reor hominibus aduersam:quā prosperam prodesse fortunā. Illa eñ spe fœlicitatis:quū videtur blanda:mentitur. Hęc semper vera est quum se instabilē mutatione demonstrat. Illa fallit:hęc instruit. Illa mendaciū specie bonorum mentes fruentiū ligat: hęc cognitione fragilis fœlicitatis absoluit. Itaq; illā videas ventosam:fluentē:suiq; semper ignarā. Hāc sobriā succinctāq;:ac ipsius aduersitatis exercitatione prudentē. Postremo fœlix a vero bono deuios blāditijs trahit. Aduersa plærunq; ad vera reduces:velut vnco:trahit. An inter minima existimandū putas:quod amicorū tibi fidelium mentes:hæc aspera:hæc horribilis fortuna detexit? Hęc tibi certos sodalium vultus ab ambiguis secreuit. Discedens suos abstulit: immo reliquit. Quanti hoc integer & vt videbaris tibi fortunatus emisses?

¶Boetius de philosophica cōso.li.iiij.prosa.vj.

Nam illud quoq; quod improbis:nūc tristia:nunc optata proueniunt ex eisdē ducit᷑ causis. Ac de tristibus quidē nemo miratur quod eos male meritos oēs existimant:quorū fidem supplicia:tum cæteris sceleribus deterrent:tum ipsos quibus inuehunt᷑ emēdant. Læta vero magnū bonis argumentū loquūtur:quid de huiusmodi fœlicitate debeant iudicare:quā famulari sæpe improbis cernant.

Aristo. ¶Aristoteles li.j.Aethicorū.

Infortunatis virtus refulget.

¶Aristoteles li.j.Aethicorum.

Sicut vna irundo nō facit ver:nec vna calida dies:nec modicū tempus facit æstatē:nec vna virtus virtuosum hominem facit:sic nec vna dies: nec modicum tempus facit hominem fœlicem.

¶Aristo.li.iij.Aethicorum.

Nullus est bonus:nec beatus nolens.

¶Aristoteles li.x.Aethicorum.

Homo fœlix siue sapiens indiget aliqualiter rebus exterioribus:quia natura per se nō est sufficiens speculari:sed oportet quod habeat corpus sanū:cibū & reliquū famulatū. Nō tamē īdiget magnis & multis rebus:quia nō oportet fœlicē dñm terrę vel maris esse. ¶Aristote.ibidem.

Ultima fœlicitas hominis cōsistit in operatione optimæ suæ potentię respectu sui oppositi subiecti. ¶Ibidem.

Speculatio veritatis est ipsa fœlicitas.

¶Ibidem.

Homo sapiens maxime est fœlix.

¶Aristoteles li.vij.Politicorum.

Sine quattuor virtutibus:quæ sunt Fortitudo Temperantia: Prudentia:& Iustitia nemo dicit᷑ beatus. ¶Ibidem.

Fœlicitas perfecta est vsus virtutis.

Seneca. ¶Seneca ad Lucillium epistola.xxx.

Turpe est deos fatigare. Quid votis opus est: fac te ipse fœlicē. Facies aūt si intellexeris bona esse:quibus admixta virtus est. Turpia quibus malitia cōiuncta est. ¶Seneca ibidem.

Tutum iter est? iucundum est:ad quod natura te instruxit. Dedit tibi illa quæ si non deserueris: par deo surges:parem autē te deo pecunia nō faciet. Deus nudus est: fama nō faciet:nec ostētatio tui:& in populos nominis demissa notitia. Nemo nouit deū:multi de illo male existimāt:& impune. Nō turba seruorū lecticam tuā per itinera vrbana ac peregrina portantiū. Deus ille maximus potentissimusq; ipse vehit oīa. Nec formam quidem & vires te beatū facere possunt.

¶Seneca epistola.lxxx.

Segetē hubertas nimia sternit:rami onere frāguntur:ad maturitatē non prouenit nimia fœcūditas. ¶Seneca epistola.cxxvj.

Tunc beatum esse te iudico:quum ex te tibi gaudiū omne nascetur:quū his quę hoīes cupiunt: optāt:custodiūt:nihil inueneris:nō dico quod malis:sed quod velis ¶Seneca de prouidentia.

Nihil infœlicius eo cui nihil accidit aduersi: quia male iudicauerunt dij de ipso.

¶Seneca libro de moribus.

Nondū fœlix es:si non te turba deriserit. Si beatus vis eē:cogita hoc primū cōtemnere:ab alijs cōtemni. ¶Seneca li. de prouidentia.

Fugite diuitias:fugite eneruatiuam fœlicitatem:qua vires cōmarcesunt. ¶Seneca ibidem.

Quum omnia quæ modū excesserint noceant: periculosissima fœlicitatis intemperantia est.: quæ in vanas mentes imaginationes euocat.

¶Seneca ibidem.

Illos quos merito dixerit miseros:qui nimia fœlicitate torpescūt:quos velut ī mari lento trāquillitas iners detinet. ¶Sene.ī Tātalo Tragœ.ij.

Nemo confidat nimium secundis.
Nemo desperet meliora lapsis.
Miscet hęc illis:prohibetq; Clotho
Stare fortunam:rotat omne fatum.
Nemo tam diuos habuit fauentes:
Crastinum vt posset sibi polliceri.

Lactan. ¶Lactan.Fir.li.ij.cap.j.diui.institu.

Ex rerum prosperitate luxuria:ex luxuria verovitia omnia:sic impietas aduersus deum nascitur.

¶Idem libro.iij.

Quoad alterā philosophiæ partē:quaz ipsi moralem vocant:in qua totius philosophiæ ratio continetur:in qua sola oblectatio est atq; vtilitas:in qua nullus dissidio:nullus errori locus est:sed vnum sentire oēs oportet:vnū eligamus: ac potissimū quod est summum ac principale bonum:in quo totius sapientię cardo versatur. Et Epycurus quidē summū bonum ī voluptate animi esse cēset. Aristippus in voluptate corporis. Caliophon & Dinomachus honestatē cū voluptate iunxerūt. Diodorus in priuatione dolorū summū bonum posuit. Hiero in nō dolēdo. Peripatetici aūt in bonis animi:aut corporis : aut fortunæ. Erillus summū dicit bonū esse in sciētia: zeno cū natura cōgruēter viuere. Quidam stoicorum virtutē sequi.

Laertius. ¶Laer.Dio.de vita & mo.philosophorū.

Fœlicitas semper subiecta est inuidię. Sola ergo miseria inuidia caret: dicebat Socrates.

¶Ibidem.

Fœlicitatis index dies vltimus est:dicebat Solon. ¶Cice.li.ij.de finibus bonorū & malorū. Cicero.

Non tñ hilaritate:nec lascinia:nec risu:aut ioco:aut comitate lænes:sed sępe etiā tristes firmitate:& cōstantia sunt beati. ¶Ibidem.

Beatus autem esse in maximarū rerū timore nemo potest. ¶Cicero ibidem.
Qui bonum omne in virtute ponit: is potest dicere perfici beatā vitā perfectione virtutis.
¶Idem li. iiij. Rhetoricorū nouorum.
Fer mansuete fortunā tuam: nosce te esse hominem. ¶Cicero li. vltimo Tuscu. quæst.
Iam vero qui potest vir bonus non ad id qđ laudabile sit omnia referre: quę agit: quęqȝ sentit? Refert autem oīa ad beate viuendū. Beata ergo vita laudabilis: nec quicq̄ sine virtute laudabile. Beata igitur vita virtute conficitur.
¶Cicero in Paradoxis.
Nemo pōt non beatus esse: qui est totus aptus ex sese quiqȝ in se vno sua ponit omnia.
Sallusti. ¶Sallustius in Catilinario.
Quippe res secundæ animū sapientū fatigāt.
Lucius apule. ¶Lucius Apuleius floridorū li. ij.
Verum verbum est profecto quod aiunt: nihil quicq̄ homini tam prosperum diuinitus datum est: quin ei tamen admixtum sit aliquid difficultatis: vt etiam in amplissima quaqȝ lætitia subsit quæpiam: vel parua querimonia: coniugatione quadam mellis ꝛ fellis.
Q. Curtius. ¶Q. Curtius de gestis Alexandri li. ix.
Unum est temeritatis solatium: sola fœlicitas.
Aulus gellius. ¶Aulus Gellius noctium atticarū li. xvij.
Itidē absurdum est: vna sola virtute vitā fieri beatā dicere: quoniā quum virtus abest: beata esse vita nūq̄ potest. ¶A. Gellius ibidem.
Uirtus aūt (vt isti dicunt) nō accessio: neqȝ supplementū. sed sola ipsa vitę beatę instar est: ꝛ ꝑpterea vitam beatā ipsa sola vna: quū adest: facit.
Macro. ¶Macrobius sup Scipionis somnū li. j.
Si ergo hoc est officiū virtutis beatę: cōstat et politicas esse virtutes: igitur ꝛ de politicis efficiuntur beati. Iure ergo Tullius de rerū publicarum rectoribus dixit: vbi beati æuo sempiterno fruant̄.
Valeri⁹ maxim⁹. ¶Vale. maximus libro. viij.
Neqȝ secūdarū rerū ꝓuentu insolēter abuti: nec aduersis ꝓpere debilitari oportet. ¶Ibidē li. ix.
Humanę vitę cōditionē primus ꝛ vltimus dies cōtinet: q: plurimū interest quibus auspicijs inchoetur: ꝛ quo fine claudatur. Itaqȝ eū demum fœlicē fuisse iudicamus: ꝛ cui accipere lucē prospere: ꝛ reddere placide cōtingit. Medij temporis cursus: prout fortuna gubernaculū rexit modo aspero: modo trāquillo motu peragitur: spe semp minore dū ꝛ cupide votis extendit̄: ꝛ fere sine rōne consumitur.
Menan. ¶Menander.
Δίκαιον εὐπράττοντα μεμνῆσθαι θεοῦ. i.
Iustū est fœliciter agentē recordari dei. ¶Idē.
Κατ' ἰδίαν φρόνησιν οὐδεὶς εὐτυχεῖ. i.
Iuxta ꝓpriam sn̄iam nullus fœlix est. ¶Idem.
Κοινὸν δὲ καλὸν ἐστὶ χρηστὸς εὐτυχῶν. i.
Cōmune autem bonū est bonus fœlix. ¶Idem.
Οὐκ ἔστιν ὅστις πάντ' ἀνὴρ εὐδαιμονεῖ. i.
Non est qui in omnibus vir fœlix sit. ¶Idem.
Πολλοὶ μὲν εὐτυχοῦσιν. οὐ φρονοῦσι δέ. i.
Multi quidem fœliciter agunt: non sapiant q̄uis. ¶Idem.
Τὸν εὐτυχοῦντα καὶ φρονεῖν νομίζομεν. i.
Fœliciter agentem ꝛ sapere putamus. ¶Idē.
Τῷ γὰρ καλῶς πράσσοντι πᾶσα γῆ πατρίς. i.
Bene enim agenti omnis terra patria. ¶Idem.
Τῶν εὐτυχούντων πάντες εἰσὶ συγγενεῖς. i.
Fœlicium omnes sunt affines. ¶Idem.
Ὡς εὐκόλως πίπτουσιν αἱ λαμπραὶ τύχαι. i.
Quā facile cadunt splendidę fortunę.
Lucian⁹ ¶Lucianus.
Θεοῦ μὲν ἐκτὸς οὐδεὶς εὐτυχεῖ βροτός. i.
Deo quidē sine nullus fortunatus est mortalis.
Vergili⁹ ¶Vergilius Æneidos li. x.
Nescia mens hominum fati sortisqȝ futurę:
Et seruare modum: rebus sublata secundis:
Ouidius ¶Ouidius li. iij. fabula. ij.
Sed scilicet vltima semper
Expectanda dies homini est: diciqȝ beatus
Ante obitum nemo supremaqȝ funera debet.
¶Ouidius artis li. j.
Pectora dū gaudent: nec sunt astricta dolore
Ipsa patēt: blāda tūc subit arte Venus. ¶Ibidē
Luxuriant animi rebus plerūqȝ secundis.
Nec facile est æqua cōmoda mente pati.
¶Ouidi⁹ Tristium li. j. Elegia. vij.
Donec eris fœlix multos numerabis amicos
Tēpora si fuerint nubila: sol⁹ eris. Vide supra in amicitia.
Horati⁹. ¶Hora. epistolarū li. j. epistola. xix.
Tu dum tua nauis in alto est:
Hoc age: ne mutata retrorsum te ferat aura.
Iuuena. ¶Iuuenalis satyra.
Nemo malus fœlix.
Dantes. ¶Dantes inferni cantica ca. xix.
Nessun maior dolore:
Che recordar se del tempo felice
Ne la miseria.
Frācisc⁹ petrar. ¶Fran. Petrarcha soneto. xlv.
Inanci al dì de lultima partita
Hom beato chiamar non si conuene.
¶Idem triumpho temporis.
Quanti felici son gia morti in fasce?
Quanti miseri in vltima vechieza?
Alcun dice: beato e chi non nasce.

¶Proteruitas grece προπέτεια. ας. ἡ. ꝛ προπετής. έος. ὁ. ἡ. proteruus dicitur. Dicimus autem proteruum eum qui ambulans per impudentiā obuium cubito feriat: aut cum cōtumelia sibi cedere cogat. Hinc proteruia vel proteruitas: hoc est petulantia: ꝛ proterue: ꝛ proteruiter: hoc est petulanter. Et proteruio verbum: quod est lasciuio: inobedio: petulanter ago. Videtur aūt dici proteruus a proterendis obuijs. Erat etiā proteruia apud antiquos sacrificiū ī quo mos erat: vt si quid ex epulis superfuisset: igne consumeretur. Hinc est iocus ille Catonis. Nam quū Albidius quidam bona sua comedisset: ꝛ nouissime domum: quę ei reliqua erat: incendio perdidisset: proteruiam euȝ fecisse dicebat. Quod em̄ comesse non potuerat: id combussisse.

¶Prouerbium grece παροιμία. ας. ἡ. ꝛ παροιμιακός. οῦ. ὁ. prouerbialis dicitur. Est autem ꝓuerbium sententia generalis: cui consuetudo fidē attribuit: opinio cōmunis assensum accōmodat: incorruptę veritatis integritas acquiescit secundum Ciceronem lib. ij. Rhetoricorum.

Prouidētia grę. πρόνοια. ας. ἡ. ꝛ προνοητικός. οῦ. ὁ. ꝓuidus: ꝛ προνοέω ꝓuideo dicit̄. Est autē ꝓuidētia ꝑ quā futurū aliqđ videt̄ anteq̄ factū sit secundū Ciceronem in Rhætoricis. Prouidētia est notio futurū ꝓtractans euentū. Cuius officiū est ex præsentibus futura perpēdere: aduersus aduenientem calamitatem se ↄsilio præmunire: secundum Augu. lib. de spiritu ꝛ anima. Prouidentia dei est ipsa diuina ratio in summo oīm ꝑncipe ↄstituta: quę cūcta disponit ſm Boetiū lib. iiij. prosa. vj. de con. Differt aūt a fato: q̄ prouidētia pariter cūcta: q̄uis diuersa: q̄uis infinita cōplectit̄. Fatū vo singula digerit ī motū: locis: formis: ac temporibus distributa. Ut hæc temporalis ordinis explicatio in diuinę mentis adunata prospectu: prouidentia sit. Eadem vo adunatio digesta: atqȝ explicata tēporibus fatum vocetur. Quę licet diuersa sint: alterum tamē pendet ex altero. Ordo nāqȝ fatalis ex prouidentię simplicitate procedit. Sicut enim artifex faciendę rei formam mente ꝑspiciēs mouet operis effectum: ꝛ quod simpliciter præsentaneeqȝ prospexerat: per temporales ordines ducit. Ita deus prouidentia quidē singulariter: stabiliterqȝ faciēda disponit. Fato vo hæc ipsa quę disponit multipliciter: ac tpaliter administrat. ex Boetio de cōsola. lib. iiij. prosa. vj.
Prouidēs: Cautus: ꝛ prudēs sic differūt: q̄ Prouidēs dicitur quasi porro videns. Perspicax est enim qui incertorum prouidet casus. Cautus vo est prudens in discrectione vitiorum speciē virtutis prę se ferentium. Prudens autē q̄ ratione studet vitare contraria iustitię: propter iustitiā. ex Isidoro.
Augu. ¶Augu. lib. de singularitate clericorū.
Ubicunqȝ fuerit ꝓuidentia: frustrant̄ vniuersa cōtraria: vbi autē prouidētia ꝓnegligitur: omnia contraria dominantur.
¶Augustinus lib. de sermone dn̄i in mōte.
Quum viderimus aliquē seruū dei ꝓuidere: ne ista necessaria sibi desint: nō iudicemus eū de crastino sollicitum esse. Nā ꝛ ipse dominus ꝓpter exēplum loculos habere dignatus est: ꝛ in actibus apostolorum scriptum est ea quę ad victum sunt necessaria procurata esse in futurum: propter imminētem famem.
Hiero. ¶Hieronymus super Ezechielem.
Prouidētia dei oīa gubernant̄: et quę putat̄ pœna medicina est.
Ambro. ¶Ambro. de offi. li. ij. c. iij.
Ante factū cogitate: ꝛ quū diu cogitaueritis facite quod probatis.
Grego. ¶Grego. in homel. Quū audieritis ꝑlia.
Minus iacula feriūt quę præuident̄: ꝛ tolerabilius mala mundi suscipimus: si contra hæc ꝑ prouidentię clypeum munimur. Sagitta em̄ præcognita facilius euitatur.
Cassiod. ¶Cassiodorus lib. j. epistola. vj.
Omnia subita probantur incauta.
Seneca. ¶Seneca lib. de moribus.
Quicquid a sapiēte diligenter prę uidet̄: quū ad rem agendam peruentum fuerit: facili⁹ superatur atqȝ decernit̄. Melius em̄ est ante tempus occurrere: q̄ post vulnus datum remedium querere: nā sibi nō est cauendi tēpus in medio malorum. ¶Seneca lib. de beneficijs.
Velox consilium sequitur pœnitentia.
¶Seneca in prouerbijs.
Grauius nocet quodcūqȝ inexpertum accidit. Melius est præcauere q̄ cauere. Utilius est erubescere: q̄ pauescere.
¶Seneca in Tantalo Tragœdia. ij.
Serū est cauendi tēpus in medijs malis.
¶Aristoteles lib. j. de somno ꝛ vigilia.
Magis prę uident fatui futura: q̄ alij: q: eorū memoria non est occupata circa præsentia.
¶Aristoteles li. de regimine principum.
Facta præterita certa documēta dāt futuris. ¶Ibidem.
Futura: si præsciuntur leuius tolerant̄: ꝛ prudētius amantur. ¶Ibidem.
Consilium est oculus futurorum.
¶Aristote. in epistola ad Alexandrū.
Si oculis cordis videre delectabile ē: animę oculis acute ītueri: mirabile est. ¶Cice. lib. offi.
Leuiora em̄ sunt ea quę repentino aliquo motu accidūt: q̄ ea q̄ meditata ꝛ ꝑparata inferuntur.
¶Cicero lib. Rhætoricorum veterum.
Melius accurantur quę cōsilio regūtur: q̄ q̄ sine consilio administrātur. ¶Idem lib. iiij.
Solent em̄ diu cogitare oēs qui magna negocia volūt agere. ¶Idē de na. deo. in ꝑncipio.
In ꝑmis magna dissensio est: eaqȝ nisi dijudicatur: ī summo errore necesse est hoīes: atqȝ ī maximarū rerū ignoratione versari. Sūt em̄ philosophi ꝛ fuerūt: q̄ oīno nullā habere censerēt rerū humanarū ꝓcurationē deos: quorū si vera sentētia est: quę pōt esse pietas q̄ sanctitas: q̄ religio? Hæc em̄ oīa pure ac caste tribuēda deorū numini ita sunt: si aīaduertant̄ ab his: ꝛ si est aliquid a dijs immortalib⁹ hūano generi tributū. Sin aūt dij neqȝ possunt iuuare: nec volunt: nec oīno curant. Nec quid agamus animaduertūt: nec est qđ ab his ad hominū vitā ꝑtinere possit: quid est q̄ vllos deis immortalibus: cultus: honores: preces: adhibeamus? In specie autē fictę simulationis sicut reliquę virtutes: ita pietas inesse non potest: cū qua: simul ꝛ sanctitatem ꝛ religionem tolli necesse est. Quib⁹ sublatis: perturbatio vitę sequit̄: ꝛ magna confusio. Atqȝ haud scio: an pietate aduersus deos sublata: fides etiā ꝛ societas generis humani: ꝛ vna excellentissima virtus iustitia tollat̄. Sunt aūt alij philosophi ꝛ ij q̄dem magni atqȝ nobiles qui deorū mēte: atqȝ ratione omnē mundum administrari ꝛ regi censeant. Neqȝ vo id solum: sed etiā ab eisdem vitę hominum consuli ꝛ ꝓuideri. Nam et fruges ꝛ reliqua quę terra pariat: ꝛ tempestates ac tēporum varietates cœliqȝ mutationes: quibus omnia quę terra gigant: maturata pubescentia dijs immortalibus tribui generi humano putant: multaqȝ quę dicentur in his libris colligunt: quę talia sunt: vt ea ipsa dij immortales ad vsum hominū fabricare pene videantur.

Sophocles.

¶Sophocles in Electra.

ἔστι μέγας ἐν οὐρανῷ
Ζεὺς ὁσ' ἐφορᾷ κἀικράτυνει. i.
Est magnus in cœlo
Juppiter: qui inspicit ⁊ imperat.

¶Idem in eadem.

φρονεῖσθ' ὀυδὲν ἀνθρώπειον ἔφυ
κέρδος λαβεῖν ἄμεινον. ὀυδὲ μοῦσοφόν. i.
Prouidentia nullũ hominibus possibile est
Lucrum capere melius: neq; mente sapiente.

Terentius.

¶Terentius in Eunucho.

Malo ego nos despicere: q̃ huncvelsci accepta iniuria. ¶Lucanus lib.vij. pharsalię. Lucanus
Mortalia nulla.
Sunt curata deo. ¶Virg. li.iiij. Aeneidos. Virgili⁹
Scilicet is superis labor est: ea cura quietos
Sollicitat. ¶Ouidi⁹ metamor. lib.xiij. Ouidi⁹.
Aspiciunt oculis superi mortalia iustis.
De hac materia habes supra vbi Consilium: ⁊ infra vbi Prudentia: ⁊ Sapientia.



Rudentia græ. φρόνησις. ⁊ φρόνιμος. ου. ὁ. prudẽs dicit̃. Est autem prudẽtia recta ratio agibiliũ ꝑm Arist. lt. vj. æthico. Prudẽtia est mẽtis virtus: qua de bonis ac malis: quæ ad fœlicitatẽ pertinẽt bene possimus cõsulere ꝑm Arist. lib. j. Rhęto. Prudẽtia est virtus dirigens ad ratiõis normã vniuersa quæ cogitat: quæq; agit ac nihil ꝓter rectũ vel laudabile facit. Prudentiæ insunt: ratio: intellectus: circumspectio: prouidentia: docilitas: ⁊ cautio. ex Macrobio. Prudẽtia est rerũ bonarũ: ac malarũ. scięntia ꝑm Ciceronẽ lib. ij. Rhęto. Partes eius sunt: memoria: intelligẽtia: prouidẽtia. Quid aũt sit vnaq̃q; harum suo loco videri põt.

Prudẽtia est appetẽdarũ: ⁊ vitandarũ rerũ scięntia ꝑm Aug. lib. j. de libero arbitrio.

Prudentia vera ⁊ ꝑfecta est qua consiliamur: iudicamus: ⁊ præcipimus: quæ ad bonũ finẽ totiꝰ vitę humanæ pertinẽt: ⁊ solis bonis cõuenit. ex hea. Tho. secũda scdæ. q. xlvij. arti. xiij.

Ratio distinguitur in superiorē ⁊ inferiorē ſm diuersa officia. Nā ratio superior est quæ intendit æternis cōspiciendis: aut cōsulendis. Conspiciēdis quidē: vt ſm q̄ ea in seipsis speculat̄. Consulendis vō: ſm q̄ ex eis accipit regulas agendorū. Ratio inferior est quæ intendit tēporalib⁹ rebus. ex Aug. lib. xij. de trinitate.

Ratio est motus animi vera a falsis distinguens a qua fit ratiocinatio: quæ a græcis sillogismus συλλογισμός.οῦ.ὁ. dicitur.

Rationem habere: si cū genitiuo iūngit̄: est habere respectū: vt habēda est ratio honoris. Si cū ablatiuo cū præpositione cum: est habere negociū. Cicero. Rationē habet cum terra: quæ nūq̄ recusat imperium.

¶ Augu. contra Manicheos. August.

Si ratio cōsentiat: vt quod libido cōmonet faciēdū esse decernat: ab omni vita beata: tanq̄ de paradiso expellitur homo: ⁊ iam peccatum imputatur: etiam si factum non sequatur: quia rea tenetur in confessione conscientia.

¶ Cassiodorus lib. iij. episto. lij. Cassiod.

Paucos ratio capit ac probabilis oblectat intētio: illo poti⁹ turba ducitur: qd̄ ad remissionē curarum constat inuentum.

¶ Lactan. fir. lib. vj. cap. iiij. Lactan.

Semper ita viuamus: vt rationem nobis reddēdam arbitremur.

¶ Idem lib. vij. capi. vltimo.

Nā quicunq3 rationē hominis abiecerit: hæc præsentia sequutus in humū seipse prostrauerit: desertor dñi: ⁊ imperatoris: ⁊ patris sui punit̄. Intendamus igitur iustitiæ: quę nos inseparabilis comes ad deū sola perducet: ⁊ duz spiritus hos reget artus: infatigabili militia deo militemus: stationes: vigiliasq3 celeberrimas: cōgrediamur cū hoste: quē nouimus fortiter vt victores ac deuicto aduersario triumphātes præmiū virtutis quod ipse promisit a deo cōsequamur.

¶ Seneca epistola. lxviij. Seneca.

Sola ratio incōmutabilis: ⁊ iudicij tenax est. Nō eñ seruit: sed imperat sensibus.

¶ Seneca episto. lxxvj.

Bona illa sunt vere: quę ratio dat: ac sempiterna quæ cadere nō possunt: nec decrescere quidem aut minui. Cætera opinione bona sunt. Nomen q̄dē habent cōmune cum veris: proprietas autē bona in illis non est.

¶ Seneca episto. lxxvj.

Ama rationē. huius te amor contra durissima armabit. ¶ Seneca epistola. lxxvij.

In nomine quidē optimū ratio est: hac antecedit animalia: deos sequit̄. Ratio autē perfecta bonū propriū est. Cætera illi cū animalibus satis cōmunia sunt. Valet hō? ⁊ leones. Formosus est? ⁊ pauones. Velox est? ⁊ equi: ⁊ ideo in his omnib⁹ vincitur. ¶ Ibidem.

Nam quum sola ratio perficiat hominem sola ratio perfecta beatum facit: hæc autem vnum bonum est: quo vno beatus efficitur scz virtus.

¶ Aristo. lib. j. politicorum. Aristo.

Homines ratione ⁊ intellectu vigentes naturaliter domini sunt: ⁊ rectores aliorum.

¶ Aristote. episto. ad Alexandrum.

Eos qui vtuntur ratione: ⁊ cum hac omnia volūt agere tanq̄ bonos ⁊ optimos existentes laudamus. Eos autem qui sine ratione aliquid faciūt tanq̄ crudeles: ⁊ rudes: ⁊ bestiales existentes odimus.

¶ Aristoteles lib. primo metaphysicæ.

Hominum genus arte: ⁊ rationibus viuit.

¶ Aristoteles lib. primo æthicorum.

Ratio semper deprecatur ad optima.

¶ Aristo. in epi. ad Alexandrum.

Sicut dux est saluator exercitus: sic ratio eruditionis vitæ: est dux animæ.

Cicero ¶ Cicero libro officiorum.

Ratio ergo hoc postulat: ne quid insidiose: ne q̄d simulate: ne quid fallaciter.

¶ Cicero li. ij. Tus. questio.

Sed presto est dña oīm ⁊ regina ratio: que conexa per se: ⁊ progressa longius fit perfecta virtus. ¶ Ibidem.

Fortes eñ non modo fortuna iuuat: vt est in vetere prouerbio. Sed multo magis ratio que quibusdam preceptis cōfirmat vim fortitudinis.

¶ Cicero ibidem.

Est eñ animus in partes distributus duas: quarum altera ratiōis est particeps: altera expers. Quū igitur precipit̄ vt nobismetipsis īperem⁹: hoc precipit̄: vt ratio coerceat temeritatem. In animis omniū est fere natura molle quiddā: demissum: humile: eneruatū quodāmodo: ⁊ largū: senile: sed aliud nihil⁹ hoīe deformius: sed presto est dña oīm ⁊ regina ratio: que quū nexa per se: ⁊ progressa longius fit pfecta virtus: hec vt imperat illi parti animi: q̄ obedire debet: id viuēdum est viro. ¶ Cicero in paradoxis.

Irrideat siquis vult: plus apud me vera ratio valebit q̄ vulgi opinio. Neq3 ego vnq̄ dicā illum bona perdidisse siquis pecus: aut supellectilem amiserit. Nec nō sepe laudabo illū sapientē Biātem cui⁹ quū patriā Prienen accepisset hostis: cæteriq3 ita fugerent: vt multa de suis rebus secū asportarēt: quū esset ammonitus a quodā: vt ipse idē faceret. Ego vero (inquit) facio. Nā oīa mea mecum porto. Ille hec ludibria fortune nec sua quidē putauit: que nos etiam appellamus bona. ¶ Cicero Rhetoricorū veterū lib. j.

Domus ea que ratione regitur omnibus est instructior rebus: q̄ ea que temere: ⁊ nullo cōsilio administratur. Exercitus is cui prepositus est sapiens: ⁊ callidus imperator omnibus partib⁹ commodius regitur: q̄ is qui stultitia ⁊ temeritate alicuius administratur.

¶ Cicero de legibus libro. ij.

Lex vera atq3 princeps apta ad iubendū: ⁊ advetandum est ratio recta.

¶ Cicero de natura deorum libro. ij.

Nihil est mente ⁊ ratione melius.

¶ Cice. de finib⁹ bonorū ⁊ malorū li. iiij.

Rationis perfectio est virtus.

¶ Q. Curtius de gestis Alexandri li. iiij. Q. Curtius.

Nihil aūt pōt esse diuturnū: nisi cui subest ratio.

¶ Reatus grę. ὑπευθυνία.ας.ἡ. ⁊ ὑπεύθυνος reus dicit̄. Est aūt reatus obligatio ad pœnā p̄pter peccatū scdm bea. Tho. ij. sen. di. xxx. q. j. ar. ij.

Reatus aliqū sumitur pro culpa: aliquando pro pœna: q2 est medium quodammō inter vtrunq3 scdm eundem. ij. sen. di. xlij. q. j. ar. ij.

Reconciliatio grece διαλλαγή.ῆς.ἡ. ⁊ διαλλάττω reconcilio dicit̄. Est autem reconciliatio amicitiæ reparatio scdm bea. Tho. iiij. sen. di. xv. q. j. ar. v. Venit aūt reconciliatio a recōciliare: quod est in gratiam restituere. Quotiens scilicet amici qui interposita aliqua offensa in ea aliquandiu fuerint in pristinam redeunt beniuolentiam ac familiaritatem. Venit autem a Concio: quę quid sit vide supra in Concio. Hinc fit concilium multitudo populi consulendi gratia congregata: a quo Conciliabulum locus in quo concilium cōgregatur. ¶ Mattheus in euange. capi. v.

Si ergo offers munus tuum ad altare: ⁊ ibi recordatus fueris: q2 frater tuus habet aliquid aduersum te: relinque ibi munus tuum ante altare: ⁊ vade prius reconciliari fratri tuo: ⁊ tunc veniens offeres munus tuum.

¶ Augustinus super illud Matthei. v. Vade prius reconciliari ⁊c. Augusti.

Si absens est vade nō pedibus corporis: sed animo humili te prosternas: in conspectu eius cui oblaturus es: si presens: est reuocādus ad amorem ab eo veniam petendo: si euz lesisti: vel si te leserit dimittendo cordis rancorem.

¶ Aug. in sermone cōsecrationis ecclesiæ.

Si ad mensam cuiusq3 potentis hoīs nemo presumit cū scissis vestibus: ⁊ inquinatis accedere: q̄to magis a cōuiuio æterni regis. i. ab altari domini debet se vnusquisq3 inuidiæ: vel odij veneno percussus: iracundię furore repletus: cū reuerentia: ⁊ humilitate subtrahere: p̄pter illud qd̄ dicitur. Vade prius reconciliari fratri tuo: ⁊ tunc veniens offeres munus tuū? Et iterum? Amice q̄mō huc intrasti: non habens vestem nuptialem?

¶ Gregorius li. iiij. Dyalogorum. Grego.

Sciendū q̄ ille recte delicti sui veniā postulat: q̄ prius hoc quod in ipso delinquitur: relaxat. Munus enim nō accipitur: nisi ante discordia ab animo pellatur dicente veritate. Si offers munus tuū ⁊c. Qua in re pensandū est: quum oīs culpa munere saluatur: q̄ grauis est culpa discordiæ: qua nec mun⁹ accipitur: nec proxim⁹ reconciliatur. Debemus itaq3 ad proximū: q̄uis longe positum: longeq3 disiunctum: mente ire: eiq3 animū subijcere: humilitate: ac beniuolentia placare.

¶ Joānes Chryso. super illud Matthei. v. Vade prius reconciliari fratri ⁊c. Joannes chryso.

Si cogitatu offendisti: cogitatu reconciliare: si verbis: verbis: si factis: factis. Non enim quem factis læsisti sine factis placaueris. Sine causa oras ad deū: sine causa eleemosynas facis de rebus quibus alios spoliasti. Quid eniz prodest si vnus ad deū pro te orat: ⁊ alius aduersum te deū interpellet? Juxta illud Ecclesiastici. xxxiiij. Dona iniquorū non probat altissimus.

¶ Jo. Chry. li. de compunctione cordis tractans illud Matthei. vj. Et dimitte nobis.

Si tantummo non lædas eum qui te lesit auertas tamen te ab eo: nec libenter eū videas: manet sine dubio vulnus in pectore: ⁊ dolor augescit in corde. Quod si est mundū vtiq3: qd̄ Christus mādauit: expletur. Nūquid tu ita vis propitiū tibi fieri deū? vt nō te quidē ledat: auertat se tū a te: et peccatorū tuorū memoriā teneat: ⁊ videre te nolit? Igitur qualē vis erga te eē deū: quū delictorū veniā poscis: talē te exhibere debes his qui deliquerūt in te. ¶ Isido. de summo bono. li. iij. Isidor⁹.

Frustra p̄pitiari sibi deū querit: qui cito placari in proximū negligit. ¶ Sene. li. de morib⁹. Seneca.

Dissensio ab alijs: a te reconciliatio incipiat: quū ignoscis: ita beneficium tuum tempera: vt non ignoscere videaris sed absoluere. Quia grauissimum pœne genus est contumeliosa venia. De hac materia habes supra vbi Pax.

¶ Redargutio grece ἐλεγμός.οῦ.ὁ. τ ἐλέγχω redarguo dicit. Estq3 idem qd correctio: vel reprehensio. De hac materia vide supra in Correctio.

¶ Regnum grece βασιλεία.ας.ἡ. τ βασιλεύω regno: τ βασιλεύς.έως.ὁ. rex dicitur. Unde Regnatiua prudentia: que dirigit principem in ordine ad regnum scdm beatum Tho. scda secunde. q. l. arti. j. De hac materia habes supra vbi princeps τ infra vbi tyrannus.

Regnum a regendo dicitur. Ideo qui alios sub sua prouidentia habet: regnum dicitur habere. ex b. Tho. iiij. sen. di. xlix. q. j. ar. ij.

¶ Relatio grece ἀναφορά.ας.ἡ. τ ἀναφορικός.οῦ.ὁ. relatiuus dicitur. Est aūt relatio ordo vnius rei ad aliam scdm b. Tho. in questionibus de potentia dei. q. vij. ar. ix.

Relatio a refero descendit: qꝛ aliquid referat sine quo nec ipsum quidem possit consistere: vt pater τ filius: dominus τ seruus: hec quidem relatiua sunt: quia nec pater esse potest: nisi filiū habeat: nec dominus nisi seruum. Et talis respectus (vt ita dicam) relatio vocatur.

Religio gre. θρησκεία.ας.ἡ. τ θρῆσκος.ου.ὁ. religiosus dr. Est aūt religio que superioris cuiusdam nature: quā diuinā vocāt: curam cerimoniāq3 affert scdm Cice. li. ij. Rheto. ve.

Religio nihil aliud ē qꝫ cultus diuinus fm Aug. li. x. de ciui. dei.

Religio est qua se anima vni deo: vnde sese peccato surripuerat: reconciliatione ligat secundū Augu. libro de quantitate Animæ.

Religio est studium sapientiæ scdm eundem. libro de vera religione.

Religio dicta est eo qꝫ p eam vni soli deo religamus animas nostras ad cultū diuinum aīo seruiendi: scdm Isidorū li. xviij. æthymologiarum.

Religio dicitur a religendo deū quem amiseramus negligētes: scdm Aug. li. ij. de ciuitate dei.

Religio id est cultus dei quattuor nominibus nuncupatur. Duobus apud grecos: que sunt latria: τ Eusebia: id est cultus diuinus: vt bon. Et duobus latinis: sed differunt: qꝛ Eusebia respicit cultum dei interiorem: qui proprie pertinet ad virtutes theologicas. Latria vero respicit exteriorem seruitutem que pertinet ad iustitiam. ex bea. Bonauē. j. sen. di. ix. q. ij. ar. iij.

Religio dicta a relegēdo scdm Cicero. li. de natura deorū. cuius verba sunt hec. Qui aūt oīa que ad cultū deorū pertinerēt diligēter retractarēt: τ tāqꝫ relegerent dicti sunt religiosi a relegēdo.

Religio est p quā reuerēti famulatu cerimoniæ diuini cultus exercent scdm Cicero. li. j. de natura deorū. ¶ Jacobus in epistola capi. j.

Siquis aūt putat se religiosum esse non refrenans linguam suam a malo: sed seducens cor suum: huius vana est religio. Religio munda τ immaculata apud deum hec est. Uisitare pupillos τ viduas in tribulatione eorum: τ immaculatum se custodire ab hoc sæculo.

¶ August. de cōmuni vita clericorum: τ habetur. xij. q. j. capi. Non dicatis.

Quū huius nostre cōgregationis fratres: nō solum facultatibus: sed voluntatibus proprijs in ipsa ordinis susceptiōe renunciauerint: τ se per promissam obedientiā penitus aliorū potestati τ imperijs in Christo τ pro Christo subdiderint: certum est eos nihil habere: possidere: dare: vel accipere: sine superioris licentia debere: qꝛ si propinquus: vel amicus: vel quilibet fratrū cuiqꝫ aliquid offerre voluerit: primo quidē priori insinuetur: τ sic suscipiatur. Si ipse mandauerit: de quo tū nihil fiat aliunde: nisi quod priori placuerit.

¶ Augu. li. de opere monachorum.

Amputetis occasionem turpium nundinarum: quibus existimatio vestra leditur: τ infirmis offendiculum ponitur: τ ostendite hoibus nō vos in ocio facilem victum: sed per angustam: τ arctam viam regnum dei querere.

¶ August. ad Eudoxium: τ habetur. xvj. q. j. capitulo. Uos autem.

Uos autem fratres hortamur in domino: vt propositum vestrum in domino custodiatis: τ vsq3 ad finem vite perseueretis: ac si qua opera vestra mater ecclesia desiderauerit: nec elatiōe auida suscipiatis: nec blandiēte desidia respuatis: sed miti corde obtemperetis deo: cum mansuetudine portantes eum: qui nos regit: qui dirigit mites in iudicio: qui docet māsuetos vias suas: nec ocium vestrum necessitatibus ecclesie præponatis: cui parturienti: si nulli boni ministrare vellēt: quomodo nasceremini non inueniretis.

¶ Hieronymus epistola. xxxiiij.

Licet paruulus ex collo pendeat nepos: licet sparso crine τ scissis vestibus hubera quibus te nutriuit mater ostendat: licet in limine pater iaceat: p calcatū perge patrē: p calcatā perge matrē: τ siccis oculis ad vexillū crucis euola. Solum pietatis genus ī hac re ē eē crudelē. Gladiū tenet hostis vt me perimat: τ ego de matris lachrymis cogitabo? Propter patrē Christi militiā deseram? Cui etiā sepulturā Christi cā nō debeo.

¶ Hiero. epl'a. xcv. loquēs ad Nepotianū.

Extruis monasteria: multus a te p insulas Dalmatiæ pauperū numerus sustentatur: sed melius faceres si τ ipse sanctus inter sanctos viueres.

¶ Hieronymus epistola. xxxiiij.

Obsecro itaq3: τ iterum atq3 iterū repetens moneo: ne affectum clericatus: genus antique militie putes: nec lucra sæculi: Christi militia queras: nec plus habeas: qꝫ qū clericus eē cœpisti.

¶ Hieronymus ibidem.

Procuratores atq3 dispensatores domorum alienarum: clerici quomodo esse possunt? qui proprias iubentur contemnere facultates?

¶ Hiero. epistola. xlj. ad Oceanum.

Fœminarū cū clericis nullo pacto cōficta pmittitur cōuersatio. ¶ Hiero. ad Eustochium.

Sunt aliqui de ordine nostro hoīes: qui ideo ad presbyteratū: τ dyaconatū ambiūt: vt mulieres

licentius videant: oībus his cura de vestibus: si bene oleant: si pes laxa pelle non folleat: crines calamistrati vestigio rotant: digiti anulis radiant. ¶ Ibidem.

Tales quū videris sponsos æstimato: nō clericos. ¶ Hiero. epl'a. xxxiiij. ad Nepotianū.

Hospitiolum tuū aut nūqꝫ aut raro mulieres terant. ¶ Ibidem.

Nec sub eodem tecto manseris: nec in preterita castitate cōfidas: nec Dauid sanctior: nec Sansone fortior: nec Salomone potes eē sapientior: qui tamen lapsi sunt per mulieres.

¶ Idem epistola. xlj. ad Oceanum.

Prima tentamenta sunt clericorum: frequēs fœminarum accessus. ¶ Hiero. ibidem.

Quid tibi cum fœminis: qui cum domino ad altare famularis? ¶ Hieronymus ad Paulinū: τ habetur. xvj. questio. j. c. Si cupis.

Si cupis eē quod diceris: Monachus: id est solus: quid facis in vrbibus? ¶ Ibidem.

Habeto simplicitatē columbe: ne cuiqꝫ machineris dolos: τ serpentis astutiā: ne aliorū supplanteris insidijs. Nō multū distat in vitio: vel decipere posse: vel decipi. Christianū quē senseris tibi: aut semper: aut crebro de nummis loquentē: excepta eleemosyna: quæ indifferenter oībus patet: institorē potius habeto qꝫ monachū. Preter victū τ vestimētū τ manifestas necessitates nihil cuiqꝫ tribuas: ne filiorū panes canes comedant.

¶ Hierony. super Mattheum lib. iiij.

Latro est τ domū dei cōuertit in speluncā latronum: qui lucra de religione sectatur: cultuq3 eius non tam cultus dei: qꝫ negociationis occasio est.

¶ Hieronymus in epistola ad Marcum.

Pudet dicere de cauernis cellularum. Urbem damnamus in sacco τ cinere: veluti de ipsis sententiam ferimus. Quid facit sub tunica pœnitētis regius animus? qui alios vult regere τ alios iudicare: τ a nemine regi: a nemine iudicari.

¶ Hieronymus in epistola ad Heliodorū.

Sunt ditiores monachi qꝫ fuerāt sæculares: possidēt opes sub Christo paupere: quas sub locuplete diabolo nō habuerāt: τ sustinet eos ecclesia diuites: quos tenuit mundus ante mēdicos: Nepotianus noster aurum calcans cellulam consectatur. ¶ Hiero. in epistola ad Rusticum.

Aegyptiorum monasteria hunc tenent morē: vt nullum absq3 opere: aut labore suscipiant: non tam propter victus necessitatem: qꝫ propter anime saluationem. ¶ Hieronymus ad Nepotianum: de seipso loquens.

Natus in paupere domo: τ in tugurio rusticano: qui vix milio τ pane cribrato rugiētē satiare ventrem poteram: nunc similam τ mella fastidio.

¶ Amb. de fuga scl'i: τ hr. xij. q. j. c. Cui portio.

Cui portio deus est nihil debet curare: nisi deū: ne alterius impediatur necessitatis munere. Quod enim ad alia officia confertur: hoc religionis cultui: atq3 huic nostro officio decerpit: hæc enim vera est sacerdotis fuga: abdicatio domesticorum: τ quedam alienatio charissimorum: vt suis se abneget: qui seruire deo elegerit.

¶ Gregorius in prologo moralium.

Cuncta sollicite fugiens portum monasterij petij: τ relictis que mūdi sunt: vt frustra tūc credidi: ac ex huius naufragio nudus euasi: qꝛ τ plerūq3 nauē incaute religatam etiā destituti littoris vnda excutit: quum tempestas excrescit: repente me sub pretextu ecclesiastici ordinis in causarum secularium pelago repperi: τ quietem monasterij quā habendo fortiter tenui: qꝫ stricte tenenda fuerint: perdendo cognoui.

¶ Gregorius lib. xxxj. moralium.

Quia terreni principes magna se deo humilitate substernunt: praui homines nō ad fraudis argumenta vertunt. Quia enim illos religionē reuereri cōspiciunt: ipsi cultū religionis assumūt: τ bonorū vitā sub despectis vestibus: iniquis operibus premūt: mundi quippe dilectores sunt: qꝛ hoc in se quod hoīes venerantur: ostendūt: atq3 eis qui vere se despiciūt: nō mente: sed veste copulantur? qꝛ presentem gloriā amātes assequi non possunt: quam despiciētes sequuntur: honores enim fugiunt: vt honoribus obuient.

¶ Gregorius lib. xxxj. moralium.

Multi de inchoata iustitia laudari appetunt: præesse ceteris melioribus cōcupiscunt: quos plerunq3 dū iuxta votū presens psperitas sequitur multo plusqꝫ fuerant de sanctitatis habitu peiores fiunt. ¶ Grego. super Ezechielē ho. ix.

Sæpe de vita primorū querimus: mutare locū conamur: secretū vite remotioris eligere: videlicet ignorantes: qꝛ si desit spiritus nō adiuuat locus. Iste enim Loth de quo loquimur in Sodomis sanctus extitit: in monte peccauit. Quod aūt loca mentem nō muniunt: ipse humani generis primus testatur parēs: qui in paradiso cecidit: sed minus sunt oīa que loquimur extra: nā si locus saluare potuisset Sathan de cœlo nō caderet.

¶ Grego. Fortunato episcopo Neapolitano: τ habetur. xix. q. iij. ca. Monasterijs.

Monasterijs omnibus fraternitas vestra districtius īterdicat: vt eos quos ad cōuersionē susceperint: priusqꝫ biennium in conuersione cōpleuerint: nullomodo audeāt tonsorare: sed hoc spatio vitaq3 τ mores eorū sollicite cōprobent: ne quis eorū aut nō sit cōtentus eo quod voluit: aut ratū nō habeat quod elegit. Nā dum graue sit inexpertos hoim obsequijs sociari: quis possit dicere: qꝫto sit grauius ad dei seruitium iprobos applicare. Miles vero si cōuerti voluerit: priusqꝫ nobis renuncietur: nullus eum sine nostro cōsensu qualibet presumat ratione suscipere.

¶ Grego. Augu. Anglorū epo: τ habetur. xij. q. j. ca. Quia tua. §. Cōmuniter.

Cōmuniter aūt viuentibus iā de faciēdis portionibus: vel exhibēda hospitalitate: τ adimplenda mīa a nobis quid erit loquēdū: quū omne qd superest necessitatibus in causis pijs ac religiosis erogandū est: dño magistro oībus dicēte: qd superest date eleemosynā: τ oīa mūda sunt vobis.

¶ Lactan. Fir. li. iiij. ca. xxvj. diui. insti.

Apparet nullā aliā spem vite hoī esse ppositā: nisi vt abiectis vanitatibus: τ errore miserabili deū cognoscat τ deo seruiat: nisi huic tpali renūciet vite: ac se rudimētis iustitie ad cultū religio

nis instituat. Hac em̄ cõditione gignimur: vt generati nos deo iusta ⁊ debita obsequia prębeamus. Hunc solum nouerimus: hunc sequamur: hoc vinculo pietatis obstricti deo ⁊ religati sumus; vnde ipsa religio nomen accepit.

¶ Lactan. Fir. li. vj. ca. j. ⁊ ij.

Non em̄ religio cœlestis cõstat ex rebus corruptis: sed ex virtutib⁹: ⁊ eo cultu q̄ oritur in cœlo in quo mens colẽtis seipsam deo ĩmaculatã victimã sistit. Quisq̄s igit̃ pręceptis cœlestibus obtemperauerit: hic cultor est veri dei cuius sacrificia sunt: mãsuetudo animi: ⁊ vita innocens: ⁊ actus boni: q̄ oĩa qui exhibet totiens sacrificat: quotiens bonũ aliq̄d ac pium fecerit. Itaq3 in grã dei: quę vere maxima est: quæ in hoĩs corde collocata inquinari nõ potest sanguine: iustitia imponit̃: patientia: fides: innocẽtia: castitas: abstinẽtia. Hic ẽ verissim⁹ ritus: hęc illa lex dei (vt a Cicerone dictũ est) pclara ⁊ diuina semp̄ quæ recta ⁊ honesta iubet: vetat praua ⁊ turpia: cui parentẽ sanctissimæ: ac certissimę legi: iuste ac legitime necesse est viuere: cui⁹ legis pauca equidẽ capita in sequẽtibus ponã. Si quis aũt oĩa cõpræhẽdere volet: ex fonte ipso petat: vnde riuus iste manauit. ¶ Idẽ li. de ira dei. ca. xj.

Religio esse non potest vbi metus nullus est.

¶ Isidorus in Sinonymis.

Professionem tuam habitu ⁊ incessu demonstra: vt sit in ingressu tuo simplicitas: in motu puritas: in gestu grauitas: in incessu honestas.

¶ Idem de summo bono. li. iij.

Qui ad ostensionẽ sanctitatis prætẽdit: vt aliis quãdoq3 præesse desideret: ille non est discipulus Christi: sed prauitatis sectator existit: q2 non pro deo: sed sæculi honore studet portare crucis laborem. ¶ Isidorus: ⁊ habet̃ di. lxxxj. c. valet.

Valet interdũ conuersis pro salute suæ aĩæ mutatio loci. Plerũq3 em̄ dum mutat̃ locus: mutat̃ mentis affectus. Congruũ est ergo ⁊ inde etiã corporaliter euelli: vbi quisq3 illecebris deseruiuit. Nã locus vbi quisq3 praue vixerit ĩ aspectu mẽtis apponit qd sæpe ibi quisq3 cogitauit: vel gessit. Bernar. ¶ Bernar. home. iiij. super Missus ẽ.

Video (qd non parũ doleo) post spretam sæculi põpam: nonnullos in schola humilitatis superbiam magis addiscere: ac sub aliis mitis humilisq3 magistri grauius ĩsolescere: ⁊ impatiẽtes amplius fieri ĩ claustro: q̄ fuissent ĩ sęculo. ¶ Ibidẽ.

Pleriq3 in domo dei nõ patiunt̃ in cõtemptu haberi: qui in sua domo nõ nisi cõtemptibiles esse poterant: vt qui videlicet vbi a pluribus honores appetuntur: ibi locum habere non meruerunt: saltem ibi honorabiles videãtur: vbi ab oĩbus honores contemnuntur.

Hugo ¶ Hugo de claustro animæ li. j.

Abundãs ẽ pauperi religio mediocri sufficiẽs: tolerabilis diuiti: infirmis larga: delicatis cõpatiens: fortioribus moderata: pœnitentibus misericors: peruersis seuera: bonis optĩa: hęc sunt beneficia religionis. ¶ Macro. saturnaliũ li. iij. Marco.

Religiosi sunt q̄ faciẽda ⁊ vitanda discernunt.

Valeri⁹ maxim⁹. ¶ Valerius maxi. li. j. titulo de Religione.

Tantũ aũt studiũ antiq̄s: nõ solũ seruandę: sed etiã amplificãdę religionis fuit: vt florẽtissima: tum opulentissima ciuitate decem principũ filii senatusc̃õsulto singulis Hetruriæ ppl̃is percipiendę sacrorũ disciplinę gratia traderentur

¶ Vale. maximus li. iij.

Publica religiõe cõsecrata virtus nulla priuata laudatione indiget. ¶ Cice. li. ij. de legibus. Cicero.

Ad diuos adeunto: caste pietatẽ adhibẽto: opes amouento: qui secus facit: deus ipse vindex erit.

¶ Ibidem.

Caste iubet lex adire ad eos animo videlicet in quo sunt oĩa: nec tollit castimoniã corporis: sed hoc oportet intelligi cum multũ animus corpore prestet: obserueturq3 vt casta corpora adhibeantur: multo esse in animis id seruandũ magis. Nam illud vel aspersione aquę: vel dierũ nũero tollitur: animi labes nec diuturnitate vanescere: nec manibus vllis elui potest.

¶ Cicero ibidem.

Affert em̄ hec opinio religionẽ vtilẽ ciuitatib⁹: si quidem ⁊ illud bene dictũ est a Pythagora doctissimo viro: tũ maxĩe pietatẽ ⁊ religionẽ versari in animis: quũ rebus diuinis operã darem⁹: ⁊ qd Thales q̄ sapiẽtissim⁹ inter septẽ fuit: hoĩes existimare oportere deos oĩa cernere: deorũ oĩa eẽ plena: fore em̄ oẽs castiores: veluti quo ĩfans esset maxĩe religiosus. Est em̄ quadã opinione species deorũ in oculis: nõ solũ in mentib⁹. Eandẽq3 rõnẽ luci hñt ĩ agris. ¶ Cice. li. ij. de legib⁹.

Quũ consulerent Athenienses Apollinẽ Pithium quas potissimũ religiones tenerẽt: oraculis editũ est: eas quę eẽnt in more maiorũ. Quo cũ iterũ venissent: maiorũq3 morem dixissent sepe esse mutatũq3: quęsiuissent: quẽ morẽ potissimũ sequerentur e variis: respondit optimũ. Et profecto ita est: vt id habendũ sit antiquissime: ⁊ deo proximũ: qd sit optimum. ¶ Ibidem.

Pœna vero violatæ religionis iustã recusationem non habet. ¶ Cice. de natura deorũ li. ij.

Cultus autem deorũ est optimus: idẽq3 castissimus: atq3 sanctissimus: plenissimusq3 pietatis: vt eos semper pura integra incorrupta ⁊ mẽte ⁊ voce veneremur. ¶ Cicero ibidem.

Qui autem omnia quæ ad cultum deorum pertinerent: diligenter retractarent: ⁊ tanq̄ relegerent: sunt dicti religiosi ex relegendo: vt eligentes ex eligendo: tanq̄ a diligendo diligentes: ex intelligendo intelligentes.

¶ Cicero li. ij. de diuinatione in fine.

Nec enim superstitione tollenda religio tollitur

¶ Ibidem.

Nã ⁊ maiorũ instituta tueri sacris cerimoniisq3 retinendis sapientis est. ¶ Cicero ibidem.

Quamobrem vt religio propaganda etiam est: quę est iuncta cum cognatione naturæ: sic superstitionis stirpes omnes eiiciende.

¶ Isocrates ad Dimonicũ ser. admonitorio. Isocra.

πρῶτον μὲν οὖν εὐσέβει τὰ πρὸς τοὺς θεούς: μὴ μόνον θύων: ἀλλὰ καὶ τοῖς ὅρκοις ἐμμένων: ἐκεῖνο μὲν γὰρ τῆς τῶν χρημάτων εὐπορίας σημεῖον: τοῦτο δὲ τῆς τῶν τρόπων καλοκαγαθίας τεκμήριον. i.

Primũ quidẽ igitur cole quæ ad deos nõ solum

sacrificans: sed iuribusiurãdis permanẽs. Illud quidem em̄ pecuniarũ abundantię signum: hoc autem morum probitatis coniectura.

¶ Idem ibidem.

τὸν μὲν θεὸν φοβοῦ. i.

Deum quidem time. ¶ Periander.

εὐσέβειαν ἔχου. i.

Religionem habe.

¶ Menander.

θνητὸς πεφυκὼς μὴ φρόνει ὑπέρθεα. i.

Mortalis nat⁹ ne quæras sapere supra diuina.

¶ Idem.

θεὸν σέβου: καὶ πάντα πράξεις εὐθέως. i.

Deum cole: ⁊ omnia facias diuine. ¶ Idem.

ὑπὲρ εὐσεβείας: καὶ λάλει καὶ μάνθανε. i.

Pro religione: ⁊ loquere: ⁊ disce.

¶ Dantes paradisi cant. xxij.

Pier comincio senza oro ⁊ argento:
Et io cum oratione ⁊ cum digiuno.
Et Francescho humilmente el suo conuento.
Et se guardi el principio di ciascuno:
Poscia riguardi lha doue e transcorso:
Tu vederai del biancho facto bruno.

¶ Remedium græ. φάρμακον. ου. τό. dicit̃. Remediũ aũt duplex. Cõtra malum. s. impediẽs futurum: ⁊ remouens malũ præsens. ex. b. Tho. j. secundę. q. xlij. ar. vj.

¶ Reminiscentia græ. ἀνάμνησις. εως. ἡ. dicitur. Est autẽ reminiscẽtia inquisitio ei⁹ qd excidit a memoria: ⁊ prior ea est tantũ in parte sensitiua: ⁊ tãtũ in hoĩe scdm bea. Tho. j. pte. q. lxxviij. ar. iiij. De hac materia habes supra in Memoria.

¶ Remuneratio græ. ἀντίδωρον. ου. τό. ⁊ ἀντιδίδωμι remunero dicitur. Est autẽ remuneratio idem quod retributio.

¶ Ren græce νεφρός. οῦ. ὁ. ⁊ νεφρῖτις. ιδος. ἡ. morbus renũ qui ⁊ nephritis dicitur. Renes aũt: vt Varoni placet: dicti sunt: q̄ inde riui obscœni humoris oriantur.

¶ Renũciatio græ. ἀπόταξις. εως. ἡ. ⁊ ἀποτάσσω renũcio dicitur. Est aũt renũciatio rei vel iuris proprii facta scienter legitima refutatio: vt habetur. vij. quæ. j. cap. Quã periculosum.

Renũcio aliquãdo pro nuncio accipit̃. Seruius Sulpitius. Postq̄ mihi renunciatũ est de obitu Tullię filię tuę. Aliquando pro renuo: vnde renũciatio de qua supra.

¶ Reprobatio græ. ἀποδοκιμασίας. εως. ἡ. ⁊ ἀποδοκιμάζω reprobo ⁊ ἀδόκιμος. ου. ὁ. reprobus dicit̃. Reprobatio dei est pars puidẽtię respectu eorũ q̄ exciderũt a beatitudine. Sicut predestinatio respectu eorũ qui diuinitus ordinantur ad eam scdm bea. Tho. j. parte. q. xxiij. arti. iij. c.

Est autem reprobo cõpositũ a probo: sicut ⁊ cõprobo eius oppositum.

¶ Reptile græce ἑρπετόν. οῦ. τό. ⁊ ἕρπω repo dicit̃. Est autẽ reptile animal cuius corpus non multum eleuatur a terra per instrumenta motus. Sed repit vi costarũ: vt serpens. vel vi anullorũ: vt anulosa. vel vi oris: vt quidã vermis. vel vi pennularum. vt pisces: ex bea. Tho. j. parte. q. lxxij. ar. ij.

Reptile dicitur a repto: quod est frequentatiuũ de repo.

¶ Res græ. πρᾶγμα. ατος. τό. dicit̃. Significat aũt res statutũ: ac cõditionẽ: vnde respublica: ⁊ res priuata dicit̃: res meę: tuę: bonę: malę vocãtur. Cicero. Id em̄ rebus nr̃is minime cõducebat: hoc est statui nostro. Aliqñ res est quę a psona distinguit̃. Vñ argumẽtorũ loci sunt a reb⁹: et a personis. Interdũ pro cõmercio. Vt res est mihi cum homine iniusto. Nũnunq̄ pro causa: vt ea re: qua de re: quãobrẽ. i. propter quã causam: ea de re: ob eã causam: ab re: sine causa. Res cõperendinata dicit̃. Quũ causa: hoc est iudiciũ in diem tertium constitutum est. Res imperiũ aliquãdo significat. Verg. Postq̄ res asię.

¶ Respect⁹ græ. ἐπίβλεψις. εως. ἡ. ⁊ ἐπιβλέπω respicio dicitur. Est autẽ respectus ratio qua ad aliquid agẽdum mouemur. Plinius. Nãq3 eo respectu cõmotus abscesserat. Interdũ significat ipsam retrospectionẽ. Plautus. Et me respectu terruit. Dicit̃ autẽ a respicio: quod est retro aspicio: siue rursus aspicio.

Respublica græce πολιτεία. ας. ἡ. ⁊ πολιτεύομαι rẽpubli. gero dicit̃. Est aũt respublica plurimorũ potestas ĩ qua censu magistrat⁹ declarant̃ sm Arist. li. pmo Rhætoricorum.

Respublica est institutio ciuitatis circa magistratus: honoresq3 publicos: quẽadmodũ debeat impartiri: et in quo potestas: authoritasq3 summa debeat cõsistere: ⁊ qui sit finis cuiusq3 societatis secundum Aristotelẽ lib. iiij. Politicorum.

Respublica est res populi secundũ Augustinũ lib. j. de ciui. dei.

Respublica est quoddã corpus cõpaginatum ex mẽbris: quod diuini muneris beneficio animatur: ⁊ summę æquitatis agitur nutu: ⁊ regit̃ quodam lumine rationis scdm Plutharcum in insti. Traiani. ¶ Isocrates sermone admonitorio ad Dimonicum. Isocrates.

ἐκ τῶν κοινῶν ἐπιμελειῶν ἀπαλλάττου μὴ πλουσιώτερος ἀλλ' ἐνδοξότερος. πολλῶν γὰρ χρημάτων κρείττων ὁ παρὰ τοῦ πλήθους ἔπαινος. i.

A cõmunibus administrationib⁹ discede non ditior: sz gloriosior. Multis em̄ pecuniis pstãtior a multitudine laus. De hac materia habes supra vbi Amor patrię: ⁊ vbi Patria.

Restitutio grece ἀπόδοσις. εως. ἡ. ⁊ ἀποκαθίστημι restituo dr̃. Est aũt restitutio ĩ pstinũ statum ĩpositio: vt habet̃. ff. de vbo. signifi. l. restituere.

Restitutio est actus iustitię cõmutatiuę: quia nihil aliud videt̃ esse q̄ aliquẽ statuere ĩ possessionẽ rei suę scdm bea. Tho. ij. ij. q. lxij. pnci.

Restitutio a restituo fit. Restituo autem a statuo. Est autẽ restituere modo reddere. Terẽti⁹. Gnatũ ei restituit. Modo in pristinum statũ reducere. Iustin⁹. Hunc regno a parte priuatũ filius restituerat. Hinc restitutio ipsa repositio

dicit. Caius iuriscõsultus: restituere inq̃t plus est q̃ exhibere. Nam exhibere est præsentiã corporis præbere. Restituere vo est etiam possessorem facere: fructusq; reddere.

iuditiũ finale. lima die pasche.

Resurrectio græ. ἀνάστασις. & ἀνίστημι resurgo dicit. Est aũt resurrectio a morte ad vitam reparatio. vel sic. Resurrectio est ab eo qđ cecidit: & dissolutũ est iterata vnio. Resurgo componit ex re & surgo. Surgo autẽ ex sursum & rego: quod proprie significat erigo. Surgere etiã pro crescere metaphoricos accipit. Vergi. Ascaniũ surgentẽ: & spes hæredis Juli. Respice. Veteres surrego p surgo dicebãt: vnde Surrectio deriuat. Resurgere est rursus surgere. Hinc resurrectio que proprie de defunctis dicitur.

Job. Job capitulo. xviij.

Scio q̃ redẽptor me' viuit: & in nouissimo die de terra surrecturus sum. Et rursum circundabor pelle mea: & in carne mea videbo deũ: quẽ visurus sum ego ipse: & oculi mei cõspecturi sunt: & nõ ali'. Reposita est hæc spes mea in sinu meo.

Sybilla. Sybilla.

Resurgent mortui: & suscitabũtur qui sunt in sepulchris.

Esdre. Esdre. iij. cap. xiiij.

Judiciũ post mortẽ veniet. Ibidem.

Quando iterũ reuiuiscemus. Ibidem.

Justorũ nomina patebũt: & impiorum facta ostẽdentur.

Ezechiel Ezechiel cap. xxxvij.

Ossa arida: ecce ego dabo vobis spiritũ: et viuetis: dabo super vos neruos: & succrescere faciam sup vos carnem. Ibidem.

Et accesserũt ossa ad ossa: vnũquodq; ad iuncturam suam. Ibidem.

Ecce ego aperiã tumulos vestros: & educã vos de sepulchris vestris.

Daniel. Daniel. c. xij.

Et multi de his q̃ dormiũt in puluere terre: euigilabunt.

Matth. Matthæus. c. xxiiij.

De die autẽ illa & hora nemo scit: neq; angeli cœlorũ: nisi pater solus. Matthe' cap. xxvij.

Multa corpora sctõrũ qui dormierãt resurrexerunt.

Paulus. Paulus p'me ad Corinthios. c. xv.

Christus resurrexit a mortuis: primitie dormientium.

Augu. Augu. in Enchiridio.

Resurgẽt sctõrum corpora sine vllo vitio: sine vlla deformitate: sine vlla corruptione: sine difficultate: in quibus tanta facilitas: q̃ta fœlicitas erit.

Augustinus de ciuitate dei lib. xxij.

Tibi absit: q̃ ad resuscitãda corpora vitæq; reddenda nõ possit oĩpotẽtia creatoris oĩa reuocare. Que vis bestiæ vel ignis assumpsit: vel ĩ puluerẽ cinerẽve collapsum: vel in humorẽ solutũ: vel qđ ĩ auras est exhalatũ. Absit vt sin' illud secretũq; nature ita recipiat aliq̃d substractũ sensibus nostris: vt omniũ creatoris: aut cognitionem lateat: aut refugiat potestatem.

Hiero. Hiero. epla. j. siue Ruffini Aquilegiensis præsbyteri ad Laurentium papam.

Sed infideles clamant & dicunt. Quomodo põt caro: que putrefacta dissoluitur: aut in puluerez vertitur: maris etiam interdum profuncto sorbetur: fluctibusq; dispergitur: colligi rursum: et reintegrari in vnũ corpus? & ex anima hominis reparari. Ad quos primã interim respõsionem sermonibus Pauli faciam': dicentis eis insipiẽs tu: quod seminas non viuificatur: nisi prius moriat: & quid seminas? non corpus quod futurum est seminas: sed nudum granum tritici: aut alicuius cæterorum seminum. Deus autem dat corpus: prout vult. Quod autem in seminibus quæ in terram iacis per annos singulos fieri vides: hoc in tua carne que lege dei seminatur in terra futurum esse non credis? Cur quæso tam angustus & inualidus diuinæ potentie æstimator es: vt dispersum vniuscuiusq; carnis puluerem in suam rationem colligi: & reparari posse non credas? An non cẽseas quum videas q̃ etiam mortale ingeniũ demersas in profundum terre metallorũ venas rimatur? & artificis oculus aurum videt in quo imperitus terram putat? Hæc cur quidem non concedimus ei qui fecit hominem: quãdo tantũ is qui ab ipso fact' est assequi põt? Et cum auri propriam venam et argenti aliam: æris quoq; longe disparem: ferriq; ac plumbi diuersam intra speciem terre latere mortale depræhendat ingeniũ: diuina virtus inuenire posse ac discernere nõ putabitur vniuscuiusq; carnis propriũ sensum? etiã si videatur dispersus. Sed ad hæc tẽtemus animas quæ deficiũt in fide naturalib' rationib' adiuuare. Si quis diuersa semina in vnũ pmisceat: & hæc indiscreta seminet: vel passim spargat in terrã nõne vnuscuiusq; seminis granũ quocũq; loci iactum fuerit: cõpetenti tempore: secundum nature sue speciem germen pducet: vt statũ sue forme suiq; corporis reparet? Itaq; ergo vniuscuiusq; carnis substantia q̃uis varie diuerseq; dispersa sit: ratio tamen ipsa que inest vnicuiq; carni est imortalis: q̃ immortalis anime caro est: ex eo tempore quo seminatis in terram corporibus: primũ veri dei voluntati arrisit: collectũ terre attractumq; substantie sue sensum reddit: ac reparat in illã speciem quaz mors aliquãdo dissoluerat. Et ita fit vnicuiq; aĩe: vt nõ ad cõfusum: aut extraneũ: sz ad suũ qđ habuerat reparet. Cõsequẽter põt p plagonib' præsentis vite cũ aĩa sua caro: vel pudica coronari: vel ĩpudica puniri. Et ideo satis caute ecclia nrã fidẽ Symboli docet q̃ ĩ eo qđ cęteris tradit carnis resurrectionẽ: vno addito p noĩe tradidit hui' carnis resurrectionẽ. Hui' sine dubio: quã habetis q̃ pfitet signaculo crucis froti imposito quo sciat vnusq̃sq; fideliũ carnez suã: si mundã seruauerit a pctõ futurum esse vas honoris: vtile dño: ad omne opus bonũ paratũ. Si vo cõtaminatã in peccatis: futurum esse vas ire ad interitum. Jam vo de ipsa resurrectionis gloria et de promissionis magnitudine. Si quis plenius scire desiderat: in omnibus pœne voluminibus diuinis inueniet indicarĩ. Ex quibus nos commonitionis tantũmodo gr̃a pauca psenti loco memorãtes. Finẽ iniũcti a te opusculi faciem'. Igit aplus Paulus q̃ resurgat mortalis caro aliis multis asserit argumẽtis: dicẽs. Q̃ si resurrectio mortuorum nõ est: ergo Christus nõ

resurrexit. Si aũt christus nõ resurrexit: inanis est pdicatio nostra: vacua est & fides nostra. Et paulopost. Nunc aũt christus resurrexit a mortuis initiũ dormientiũ. Q̃m quidẽ p hoĩez mors & per hominẽ resurrectio mortuorum. Sicut eñ in Adam oĩes moriuntur: ita in christo oẽs viuificabuntur. Vniusquisq; aũt in suo ordine initiũ christus. Deinde ij qui sunt christi in aduẽtu ei': deinde finis: & in sequentibus addit & hæc. Ecce mysteriũ vobis dico. Oẽs quidẽ resurgemus: nõ oẽs aũt immutabimur: siue vt in aliis exemplaribus inuenimus. Oĩes quidẽ dormiemus: nõ oẽs aũt immutabimur: in monumẽto: in ictu oculi: in nouissima tuba. Canet eñ tuba: & mortui resurgent incorrupti: & nos immutabimur. Sed et ad Thessalonicenses nihilominus scribẽs dicit. Nolo aũt vos ignorare fratres de dormientib': ne cõtristemini sicut & cæteri q̃ spẽ nõ habẽt. Nã si credimus q̃ iesus mortuus est & resurrexit: ita & deus eos q̃ dormierũt p iesum adducet cum illo. Hoc eñ vobis dicimus in verbo domini: quia nos qui viuimus: qui reliqui sumus in aduentu domini preueniemus eos qui dormierũt: q̃ ipse dñs in iussu: & in voce archangeli & tuba dei: descendet de cœlo: & mortui qui in christo sunt resurgent primi. Deinde nos qui viuimus qui reliqui sumus simul cũ illis rapiemur in nubibus obuiã christo in aera: & ita semper cũ dño erimus. Verũ ne existimes hæc Pauli soli' quasi nouella prędicatiõe signari. Audi etiã quid Ezechiel propheta olim p spiritumsanctum prælocutus sit. Ecce inq̃t ego aperiã sepulchra vestra: & educã vos de sepulchris vestris. Job quoq; mysticis redũdans eloquiis: audi q̃ euidẽter resurrectionẽ mortuorum predicet. Est (inquit) arbori spes. Si eñ abscisa fuerit. Iterũ pululabit & virgultũ ei' nũq̃ deficiet: q̃ si senuerit: in terra est radix eius. Si vo in petra emortuus fuerit trũcus: ab odore aquæ reflorebit & faciet fruticẽ sicut nouella. Vir vo si mortuus fuerit abierit? Et mortalis si ceciderit: vltra nõ erit. Nõ tibi videtur in verbis his cũ quodã pudore arguere homines & dicere. Ita ne stultũ est hominũ genus: vt quũ videãt excisæ arboris truncũ rursuz pululare de terra: & lignũ emortuũ iterũ vitã recipere: ipsis ne lignis quidẽ aliq̃d simile de semetipsis nec arboribus opinent? Vt aũt scias q̃ veluti interrogantis modo legendũ sit qđ dixit: mortalis autẽ quũ ceciderit: nõ resurget? in cõsequẽtibus probat. Subiũgit nanq; statim. Si eñ mortuus fuerit homo viuet. Et paulopost dicit. Expectabo vsq; quo iterũ fiã. Et iterũ idẽ dicit. Qui resuscitaturus est super terrã pellẽ meã: q̃ hæc nũc haurit. Hæc quidẽ ad probationẽ dicta sunt pfessionis nostræ: q̃ cõfitemur in symbolo hui' carnis resurrectionẽ. Qđ eñ adiunctũ est huius. Vide q̃ cõsonũ sit oĩbus his q̃ de diuinis voluminibus memorauimus. Quid eñ aliud indicatur in dictis Job quæ superius exposuimus: q̃ quũ dicit resuscitabit pellẽ meã: q̃ hæc nũc haurit. i. q̃ ista tormẽta pperit: nõne apte dicit hui' carnis resurrectionẽ futurã: hui' in quẽ q̃ tribulationũ & tẽtationũ cruciamẽta q̃ sũt nũc sustinet? Sed & apostolus quũ dicit. Oportet eñ corruptibile hoc induere incorruptionẽ: & mortale hoc induere immortalitatẽ. Nunq̃d nõ corpus suũ quodãmodo cõtingẽtis & digito palpãtis ẽ vox? Hoc ergo qđ nũc corruptibile corpus est: resurrectionis gratia incorruptibile erit: & hoc q̃ nũc mortale est: immortalitatis virtutibus induet. Vt sicut christus resurgens a mortuis vltra iã nõ morit: mors ei vltra nõ dñabit: ita et q̃ in christo resurgẽt: nec corruptionẽ sentiẽt vltra: nec mortẽ non natura carnis abiecta: sz cõditiõe eius: & q̃litate mutata. Erit ergo corpus q̃ resurget a mortuis incorruptibile: & imortale nõ solũ iustorũ: sz etiã pctõrũ. Justorũ quidẽ: vt semper possint permanere cũ christo. Peccatores vo: vt absq; interitione sua debitas luãt pœnas. Qđ aũt iusti semp cũ dño christo pmaneãt: iã & in supiorib' edocuimus: vbi ostẽdim': q̃ apl's dicit. Deinde nos q̃ viuimus: q̃ reliq̃ sum': simul cũ illis rapiemur in nubib' obuiã xp̃o in aera: & ita semp cũ dño erimus. Nec mireris: si caro sanctorum in tãtã gloriã ex resurrectione mutabit: vt in occursum dei suspẽsa nubib' & aere vecta rapiat: quũ ipse apl's exponẽs quãtũ cõferat deus his q̃ diligũt eũ dicat. Qui trãsmutauit corpus hũilitat' nr̃e cõformẽ fieri corpi claritatis sue. Nihil ergo absurdũ est. Si sanctorum corpa dicant nubibus in aera sustolli: quũ ad formã corpis xp̃i qđ in dextera sedet dicant reformãda. Sz & hoc sanct' apl's vel de se vel de cæteris sui loci vel meriti addidit et dixit: q̃ cõsuscitabit nos cũ xp̃o: simulq; faciet cedere in cęlestib'. Vñ cũ hec & eorũ similia q̃ plurima sancti dei in repromissiõibus habeãt in resurrectiõe iustorum: nõ erit iã difficile credere etiã illa q̃ pphete pdixerãt: q̃ iusti scz fulgebũt sicut sol: & sicut splẽdor firmamẽti in regno dei. Cui eñ difficile videbit eos fulgorẽ solis hituros ac siderũ: ac firmamẽti hui' splẽdore decoratos: q̃bus vel vita vel cõuersatio angelorum dei parat in cęlis: vel cõformãdi dicunt ad gloriã corporis xp̃i? Ad quã gloriã saluatoris ore promissam respiciẽs sanctus apl's dicit. Q̃ seminatur corpus aĩale: resurget corp' spũale. Si eñ verũ est: sicut certe verũ est: q̃ iustos quoq; & sanctos angelorum cõsortiis sociabit diuina dignatio: certũ est: q̃ & corpora eorum in spiritalis corporis gloriã vertet. Nec hoc tibi cõ naturalẽ corporis rationẽ videat esse pmissum. Si eñ credimus sm ea quæ scripta sunt: q̃ accipiẽs deus limũ terræ: plasmauit hoĩem: & hæc fuit natura corporis nostri: vt voluñtate dei terra verteret in carnẽ cur tibi aut absurdũ: aut cõtrariũ videt. Si iisdẽ rõnibus q̃bus terra pficisci dr in corpus aĩale rursuz corpus aĩale in corpus pficisci spũale credatur? Hæc q̃dẽ atq; his similia multa inuenies in scripturis diuinis de resurrectiõe iustorum. Dabit aũtẽ etiã peccatorib': vt supra dixim': incorruptionis & immortalitatis ex resurrectione cõditio: vt sicut iustis deus ministrat ad ppetuitatẽ glorię: ita peccatorib' ad plixitatẽ cõfusiõis ministret: & pœnę. Sic eñ pphetecũ diffinit eloquiũ: cui' & pauloante meminim': vbi dicit. Et multi resurgẽt de terræ puluere: hi q̃dẽ in vitam ęternã: hi

autem in confusionem: & opprobrium ęternum.

¶ Hieronymus epistola. ij.

Resurrectionē etiā carnis cōfitemur & credim⁹: vt dicamus nos in eadē in qua nunc sumus veritate membrorum esse reparandos: qualesq; semel post resurrectionē fuerimus effecti in perpetuum permansuros.

Grego. ¶ Grego. lib. xiiij. moraliū super illud Job. Scio enī ꝙ redemptor meus viuit &c.

Redemptor noster suscepit mortem: ne mori timeremus: ostendit resurrectionem: vt nos posse resurgere confidamus.

¶ Grego. in homelia tractans illud Joan. xx. Quia vidisti me Thoma &c.

Non casu factum est: vt discipulis dn̄m videntibus post resurrectionē: electus ille discipulus tunc deesset: post autē veniens audiret: audiēs dubitaret: dubitās palparet: palpans crederet. Non casu gestū est: sed videndo & palpando factus est testis verę resurrectionis.

¶ Gregorius super illud Matthęi vltimo. Quidam autē dubitauerunt.

Qd discipuli tarde crediderint: nō tā infirmitas illorꝫ ꝙ nostra firmitas fuit: nā illis dubitantib⁹ resurrectio multis argumentis mōstrat: q̃ & comedit: & se oculis videndū: & manibus palpādū & contractādū pbuit: qd de solo spū esse nō pōt. Minus inquit Maria magdalene pręstitit quę statim credidit ꝙ Thomas qui diu dubitauit.

¶ Gregorius lib. xiiij. moralium.

Sunt nōnulli cōsiderātes: ꝙ spiritus a carne soluit: ꝙ caro in putredinē vtit: ꝙ putredo in puluerē redigit: ꝙ puluis in elemēta resoluitur: vt nequaꝙ ab humanis oculis videat: resurrectionē fieri posse desperāt: & dum arida ossa respiciūt: hęc vestiri carnibus: rursum quoad vitā viridescere posse diffidunt. Qui si resurrectionis fidē ex obediētia nō tenent: certe hāc tenere ex ratione debuerāt. Quid enī quotidie nisi resurrectionē nostrā in elemētis suis mūdus imitat. Nā per momēta tēporū cernimus arbusta viriditatē foliorū amittere: a fructuū prolatiōe post largitionē cessare: & ecce subito quasi ex arescenti ligno velut quadā resurrectiōe veniēte videmus folia erūpere: fructus grādescere: & totā arborē rediuiuo decore vestiri. ¶ Ibidē.

Cōsiderem⁹ paruū cuiuslibet arboris semē qd in terrā iacit: vt arbor ex illo pducat: & comphendamus: si possumus: vbi in illa tāta paruitate seminis tā immēsa arbor latuit: quę ex illo pcessit: vbi lignū: vbi cortex: vbi viriditas foliorꝫ: vbi vbertas fructuū? Nūquid nō in semine tale aliq̃d videbatur: quū in terrā iaceret? Quid ergo miruꝫ si tenuissimum puluerē a nostris oculis in elemētis redactū: quū vult de⁹ in hominē reformat q̃ ex tenuissimis seminib⁹ immēsa arbusta reintegrat?

Joannes chryso. ¶ Joan. chrysosto. sup illud Matthęi. xxij. Qui dicūt nō esse resurrectionem.

In omni re: aut actu virt⁹ agēdi spes est futuri. Qui enim arat: arat vt metat: q̃ pugnat: pugnat vt vincat: & post pauca: tolle ergo spē resurrectionis: & resoluta est obseruātia oīs pietatis. De hac materia habes supra in iudiciū finale.

¶ Retributio grę. ἀνταπόδοσις. εος. ἡ. vel ἀνταπόδομα. ατος. τό. & ἀνταποδίδωμι retribuo dicitur. Est aūt retributio idem qd remuneratio a retribuoq; venit quod est remunero.

¶ Reuelatio graece ἀποκάλυψις. εως. ἡ. & ἀποκαλύπτω reuelo dicitur. Reuelatio addit supra visionē intelligētiā: visorū fm bea. Tho. sup epistolā secundā ad corin. c. xij. co. j. fi.

Reuerentia graece αἰδώς. όος. ἡ. & αἰδέομαι reuereor dicit. Est autem reuerentia honor exhibitus in testimonium virtutis. Reuerentia est timor initialis & castus. Tamē capi potest in bono: & in malo: sicut etiā cōfusio id est erubescentia fm. b. Tho. sup psal. xxxiiij. col. xvij.

Quereri est actus timoris: & vt debetur deo est actus latrię fm eundē scda scdę. q. lxxxj. arti. ij. Quereri est honorare: a quo reuerentia honor: quē tam in verbis: ꝙ in factis alicui exhibemus. Quare rē aliquā turpē noīaturi: solem⁹ dicere salua reuerētia: saluo honore. Itē reuerēdus dignus reuerentia: & reuerenter cū reuerentia. Reuereor aūt cōponit ex re & vereor. Est aūt vereri timere cū pudore quodā erga eū quē metuimus. Quidā tn̄ hęc separant sic: ꝙ vereri sit hominis liberi: timere serui. ꝙ ille pudoris: hic pęne metu teneat. ¶ Petrus aposto. j. cap. ij.

Petrus apostol⁹. Omnes honorate: fraternitatē diligite: deum timete: regem honorificate: serui subditi estote in omni timore dominis: nō tantum bonis: & modestis: sed etiā discolis.

Hiero. ¶ Hieronymus ad nepotianum: & habetur distin. xcv. c. esto.

Esto subiectus pontifici tuo: & quasi parentem animę ama: sꝫ episcopi sacerdotes sciāt se esse non dominos: honorent clericos: quasi clericos: vt ipsis episcopis honor deferatur. Scitū est illud horatoris Domitij. Cur ego inquit te habeā vt principē: quū tu nō me habeas vt senatorem?

Grego. ¶ Gregorius super ezechielem.

Boni reuerēdi sunt: ne offendātur: ne fortasse p eos ille prouocetur ad iram: qui eorū corda semper inhabitat.

Isidorus ¶ Isidorus lib. iij. de summo bono.

Cham filij noe sciētia damnantur: qui suorū propositorū culpas in publico pdūt: habituri Sem & Japhet: si reuerenter operiuntur.

Glosa ¶ Glo. ecclesiastici tertio sup illud. Honora patrē tuū vt superueniat tibi bene &c.

Cham nuditatem patris irrisit: & semen suum in seruitutē perpetuā dānauit. Absalon quoq; Dauid de regno expulit: & concubinas eius incestauit: sed morte condignas pœnas luit. Helisei caluicium pueri Bethel irriserunt: & duo vrsi de saltu ex eis quadragintaduos lacerauerūt: q̃ puerilis stultitia iudęorū in caluarię loco christum crucifixum irrisit: sed quadragesimosecundo anno post ascensionem eius duo vrsi Vespasianus & Titus de saltu gentium egressi illusores seuissime laniauerunt.

Boetius ¶ Boeti⁹ de philosophica cōsolatiōe li. iij.

Non possumus ob honores reuerentia indicare dignos quos ipsis honorib⁹ iudicam⁹ idignos.

Seneca. ¶ Seneca epistola. xl.

Bonus vir sine deo nemo est. Ille dat cōsilia magnifica & recta: magnorum fluminum capita veneramur: coluntur aquarum calentium fontes: et stagna: quę vel opacitas: vel immensa altitudo sacrauit. ¶ Ibidem.

Si hominem videris: intentum periculis: intactum cupiditatibus: inter aduersa fœlicem: in medijs tempestatibus placitum: ex superiore loco homines videntem: non subijcit te veneratio huius? vis istuc diuina descendit.

¶ Seneca epistola. lxv.

Multum egerunt qui ante nos fuerunt: sed nō peregerunt. Suscipiendi tamen sunt & ritu deorum colendi: quam venerationē pręceptoribus meis debeo: eandeꝫ illis pręceptoribus generis humani: a quibus tanti boni initia fluxerunt. Si consulem video aut prętorem: omnia quibus honor haberi solet faciam: equo desiliā: caput adaperiam: semitam cedam. Quomodo ergo Marcum Catonem: & Lęlium sapientem: & Socratē cum Platone in animū meuꝫ sine dignitate summa recipiam? Ego illos veneror: & tantis nobilibus assurgo. ¶ Cicero tuscu. q. lib. vltimo.

Cicero. Adolescentis officium sit maiores natu vereri: atq; ex his probatissimos eligere quorum consilio vtatur. ¶ Cicero lib. officiorum.

Adhibenda est igitur quędam reuerētia aduersus homines: & optimi cuiusq;: & reliquorum.

Valeri⁹ maxim⁹. ¶ Valerius maximus lib. viij.

Pithagorę tanta veneratio ab auditoribus tributa est: vt quę ab eo acceperant: in disputationem deducere nephas putarent. Qui etiam interpellati ad reddendā causam: hoc solū respondebant ipm dixisse: magn⁹ honor: sꝫ scolatinus. De hac materia habes supra vbi honor: & laus.

¶ Reus ἔνοχος. ου. ὁ. dicitur: et est ille qui in rem hoc est causam: ac iudicium vocatus est. A quo reus stipulādo est qui stipulatur. Reus promittendo qui suo nomine quid pro altero pmittit. Item reus voti qui suscepto voto se numini obligat. Damnatus voti qui promissa vota iam soluit: & sunt propria sacrorum verba.

Reum agere est accusare: reum peragere est cōdemnare. Hinc reatus de quo supra.

¶ Rigor graece ῥῖγος. εος. τό. & ῥῖγος. ου. ὁ. rigidus dicitur. Est autem rigor iuris excessus: vel austeritas: qui quandoq; statuitur ad terrorem aliorꝫ. Rigor venit a rigeo: quod proprie est frigeo: & quoniam quę frigent horrent: & durescūt: per methaphoraꝫ rigere & rigescere pro indurari accipit. Hinc rigor non modo pro frigore: sed etiam pro duricie capitur: & asperitate.

Risus graece γέλως. ωτος. ὁ. et γελασμός. ου. ὁ. risibilis dicit. Est auteꝫ risus vox confusa lętitię insultationem immoderata hylaritate denuncians scdm Cassiodorum super psal.

Risibile addit aliquam naturam extraneā supra hoīem: quę est pręter essentiaꝫ hoīs. ex. b. Tho. in quęst. disputatis de veritate. q. j. arti. v.

Risus a rideo venit: quod graece γελάω dicitur. Unde ridiculus adiectiuū: quod est contēptu et derisione dignus. Ridiculum vero substantiuū significat dictum qd risum potius ꝙ derisionē excitat. Hinc etiam arrideo hoc est lętitiam animi ridendo ostendo. Ridiculosus idem est quod ridiculus. ¶ Isocrates in sermone admonitorio ad dimonicum.

Isocra. μήτε γέλωτα προπετῆ στέργε: μήτε λόγον μετὰ θράσους ἀποδέχου.

τὸ μὲν γὰρ ἀνόητον. τὸ δὲ μανικὸν. i.

Neq; risum petulanteꝫ ama: neq; sermonē cum audacia suscipe.

Hoc quidem enim stultum: hoc vero furiosum.

Menan. ¶ Menander.

γέλως ἄκαιρος ἐν βροτοῖς δεινὸν κακόν. i.

Risus intempestiuus inter mortales graue malum. ¶ Idem.

γελᾷ δ' ὁ μωρὸς: κἄν τι μὴ γέλοιον ᾖ. i.

Ridet auteꝫ stultus: & si quid ridiculum non sit.

¶ Rixa graece ἐρίθεια. ας. ἡ. & ἐρίζω rixor dicitur. Est autem rixa audax voluntas vindicandi iniuriam factam fm Albertum magnum libro. iij. compendij capitulo. xvij.

Rixa videtur quoddā priuatum bellum: qd agitur inter personas priuatas: nō ex aliqua publica authoritate: sꝫ magis ex inordinata volūtate. Rixa est cōtradictio in factis scilicet mutua percussio: & particulare bellum: sine authoritate publica. Sed contentio est in verbis fm bea. Tho. secunda secūdę. q. xlj. arti. j. c.

Rixa a ringo dicitur. Est enim ringere siue ringi rostrum torquere: quod canes faciunt latraturi. Hinc ringi pro irasci capit: & tacitū stomachari. Terētius. Ille ringitur tu rides. A rixa fit rixor verbum: quod est iurgor: contendo. A quo rixosus: contentiosus.

¶ Ros graece δρόσος. ου. ὁ. & δροσηρός. οῦ. ὁ. roscidus dicitur. Est autem ros vapor concretus in aqua: & neq; sic fuerit ęstus: vt exiccetur: sursum ductus: neq; sic frigidus: vt congeletur vapor ipse fm Aristo. lib. j. meteororum.

Ros & pluuia differunt sola quantitate fm bea. Tho. super Job. c. xxxviij. co. vij.

Ros est humor qui sereno tempore e cœlo fluit. A rore fit rosidus: hoc est rore perfusus. Vergilius. Sepibus in nostris paruaꝫ te rosida mala (dux ego vester eram) vidi cum matre legenteꝫ. Hoc est mala quę matutino rore humecta sunt.

¶ Ruditas graece σκαιότης. ητος. ἡ. dicitur: & venit a rudus quod proprie a veteribus dicitur res rudis: aspera: & imperfecta. Ideo hominē imperitum rudem nominamus. A quo fit erudio qd est doceo: instruo: & eruditio doctrina: et erudite doctrina et erudite docte: & ruditas imperitia. Rudus nouum & rudus vetus et rudis quid sint vide supra in eruditio.

¶ Rugitus graece ὠρυγή. ῆς. ἡ. & ὠρύομαι rugio dicitur. Est autem rugitus vox leonis: & vrsi propter vehementiaꝫ doloris: vel famis. Ideo significat vehementiam tristitię & fletus. ex. b. Tho. super. ps. xxxvij. co. vij.

¶Ruina græce πτῶσις.ιος.ἡ. πίπτω cado dicitur. A ruo venit ruina quæ proprie significat casum: ponitur quoque interdũ pro excidio: vnde ruinosum. Hinc rutum instrumentũ rusticũ: q eo ruina eruitur: et rutabulũ: qd eo ignis proruatur: vt panes coquãtur. Hinc etiã ruto verbuz sine c ab eruendo spiritu: licet et cum c scribi possit. Vergilius. Atq; oẽm cocciti eructat harenam.

Sopho. ¶Sophocles in aiace.

ἀλλ' ἄνδρα χρὴ κἂν σῶμα γεννήσῃ μέγα δοκεῖν πεσεῖν ἂν ἀπὸ σμικροῦ κακοῦ.i.

Sed virum oportet: et si corpus natura sortitus sit magnum. Existimare posse cadere: et a paruo incõmodo.

¶Rumor græce φήμη.ης.ἡ. Et est nouitas sine certo authore. Quid vero differat a fama vide supra in fama.

Acerdos grece ἱερεύς.έως.ὁ. et ἱερωσύνη.ης.ἡ. sacerdotiũ dicitur. Est autem sacerdos is qui deo dicat⁹ est ad sacrificia facienda. A quo sacerdotiũ ipm sacerdotis munus officiumq;.

Exodi. ¶Exodi capi.xix. Sacerdotes qui accedunt ad dñm sanctificentur: ne forte percutiã eos.

Leuitici. ¶Leuitici ca.xxi. Qui habuerit maculam: panes non offerat deo suo: nec accedat ad ministerium eius: si cęcus: si claudus.

Numeri ¶Numeri capitulo.xxi. Homo de semine Aaron: qui habuerit maculam non offerat panes coram dño: nec accedat ad ministeriũ eius.

Paralip. ¶Paralipomenon.c.xxix. Vos elegit dominus: vt stetis coram eo: et ministretis: colatisq; eum: cremetisq; ei incensum.

Matth. ¶Matthæus capi.viij. Vade et ostende te sacerdoti.

Lucas ¶Lucas capitulo.xvij. Ite ostendite vos sacerdotibus.

Joannes ¶Joannes capitulo.xx. Quorum remiseritis peccata remittuntur eis.

Paulus. ¶Paulus primæ ad corint.capi.iiij. Sic nos existimet homo: vt ministros Christi et dispensatores ministeriorũ dei: hic iam queritur inter dispẽsatores: vt fidelis quis inueniatur. ¶Paulus primę ad timotheum capi.j. Diacones pudicos: non bilingues: non vinolentos: non turpe lucrũ sectantes. ¶Ibidem. Constitues per ciuitates præsbyteros. ¶Idem capitulo.v. Qui bene præsunt præsbyteri: duplici honore digni habentur: maxime qui laborant in verbo doctrinæ. Dicit enim scriptura. Nõ alligabis os boui trituranti. Et dignus est operarius mercede sua. ¶Paulus ibidem. Aduersus presbyterum accusationẽ noli recipere: nisi sub duobus: aut tribus testibus. ¶Paulus ad timotheum secũdę.c.ij. Nemo militans deo impedit se negocijs secularibus vt ei placeat: cui se probauit.

Augusti. ¶Aug.li.de corpore dñi: et habet.j.q.j.c.intra.

Intra catholicã ecclesiã in mysterio corporis et sanguinis dñi: nihil a bono mai⁹ nihil a malo minus perficitur sacerdote: q2 non in merito consecrantis: sed in verbo perficitur creatoris et virtute spiritussancti. Si eñi in merito esset sacerdotis: nequaq ad christũ pertineret. Nunc autez: sicut q baptizat ipse christus est: ita ipse est q per spiritũsanctũ hanc suã efficit carnẽ: et trãsfundit in sanguinẽ. Credendũ est eñi q in verbis xpi sacramenta cõficiuntur: cuius prius creantur imperio: eius vtiq; verbo recreantur ad melius.

¶Augu. et habetur di.xxxviij.ca. quę ipsis. Quę ipsis sacerdotib⁹ necessaria sunt ad discendum id est sacramentorũ liber: lectionari⁹: antiphonarius: baptisteriũ: compotus: canones pœnitentiales: psalteriũ: homelię: per circulũ anni in dñicis diebus: et singulis festiuitatibus aptæ: ex quibus oĩbus si vnuz defuerit: sacerdotis nomen vix in eo constabit: quia valde periculosæ euangelicæ minę sunt: quibus dicitur. Si cęcus cæco ducatum prestet ambo in foueam cadunt.

¶Augu. et habetur distin.lxxxiij.c. nemo. Nemo quippe nocet in ecclesia dei ampli⁹: q qui peruerse agens: nomẽ vel ordinem sanctitatis: et sacerdotis habet. Delinquentez nãq; hunc redarguere nullus prẽsumit et in exempluz culpa vehemẽter extenditur: qñ pro reuerẽtia ordinis peccator honorat. Episcopus itaq; q talium crimina nõ corrigit: magis dicẽdus est canis impudicus: q episcopus.

¶Augustinus in glosa super illud timothei.v. Qui bene præsunt. Presbyteri qui bene præsunt vita et doctrina digni habentur: a subditis duplici honore scilz vt spiritualiter eis obediant: et exteriora bona ministrent. Boni eñi dispẽsatores et fideles: nõ solum honore sublimi premiari debent: sed et terreno: vt nõ contristent indigẽtia sumptuũ: et gaudeãt obedientia spiritualiũ. Instãtior eñi fit si nõ humilietur inopia: et crescit in illo authoritas: quum videt se etiam in presenti laboris fructum percipere: non vt abundet: sed vt non deficiat.

¶Augustinus ad Marcellinum. Illi nanq; in hac vita positi ligãdi atq; soluẽdi potestatẽ habent: qui apostolorũ exempla et documenta sequuntur. Ideo soli Petro cõcessa est: et oĩbus suam doctrinã: et vitaz seruãtibus. Magna est ergo sacerdotum dignitas: q2 propter eorum vnctionẽ et dignitatẽ multi ex ipsis virtutes et mirabilia operati sunt: et vsum prophetãdi habuerunt: de quorũ numero Cayphas põtifex in deorũ fuit: qui quum põtifex in dieuicis suę a se ipso locutus nõ fuit: sed per grãm sacerdotalis ordinis ac sanctę vnctionis alta voce clamauit. Expedit vobis: vt vnus moriatur pro populo: ne tota gens pereat: hoc autem a seipso non dixit.

¶Augustinus lib.de pœni. et habetur ibidẽ distin.vj.ca.qui vult. §.sacerdos. Sacerdos itaq; cui oĩs offertur peccator: ante quẽ statuitur oĩs languor: in nullo eorũ sit iudicandus: q in alio iudicare est prõptus. Iudicãs eñi aliũ q est iudicãdus: cõdẽnat seipm. Cognoscat igitur se: et purget in se: qd alios videt sibi offerre. Caueat vt a se proijciat q̃cquid dãnosum

in alio reperit: aiaduertat quod dicit. Qui sine pctõ est primus in illaz lapidẽ mittat. ¶Ibidẽ. Caueat spiritualis iudex: sicut nõ cõmisit crimẽ nequitię: ita non careat munere scientię. Oportet vt sciat cognoscere quicquid debet iudicare: iudiciaria enim potestas hoc postulat: vt qd debet iudicare discernat. Diligens igitur inquisitor: subtilis inuestigator: sapienter et quasi astute iterroget a peccatore: qd forsitan ignorat: vel verecundia velit occultare.

¶Hierony. et habet. dist.xxxij.c.hospitiolũ. Hospitiolum tuum aut raro: aut nunq mulierum pedes terant. Vide supra in mulier.

¶Hieronymus ad damasum papam de filio prodigo: et habet di.xxxvij.c.sacerdotes. Sacerdotes dei omissis euangelijs et prophetijs videmus comœdias legere. Vide infra in scriptura sacra.

¶Hieronymus super Malachiam: et habetur distin.l.c.sacerdotes. Sacerdotes nomen dñi despiciunt: et q̃tum ad se panem pollutum offerũt: qui ad altare indigne accedunt: quiq; dato munere sacerdotium præsumunt.

¶Idem ad Nepotianum: et habetur.xvij.quest.j.c.clericus. Clericus qui Christi seruit ecclesię interpretetur primum vocabuluz suum: et nois diffinitione prolata nitatur esse qd dicitur. Si eñi cleros grece latine sors appellat: ppterea clerici dicũtur: quia de sorte dñi sunt: vel q2 ipse dñs sors.i.pars clericorũ est: et q2 vel ipse pars dñi est: vel et dñi partẽ habet: talez se exhibere debet: vt ipse possideat dñm: et ipse possideatur a dño. Qui dominum possidet: et quum propheta dicit: pars mea dñs nihil extra dñm habere potest. Qd si quippiam aliud habuerit præter dñm: pars eius nõ erit dñs: verbi gratia: si auruz: si argentũ: si possessiones: si variam supellectilẽ: cum istis partibus non dignatur dñs fieri pars eius: si autem ego pars dñi sum: et funiculus hæreditatis eius: non accipio partes inter cæteras tribus: sed quasi leuita et sacerdos viuo decimis et altari seruiens: altaris oblatione sustentor: habens victũ et vestitum: his cõtentus ero: et nudam crucem nudus sequar.

¶Hieronymus in hieremia: et habetur distin.xlv.c.recedite. Sed illud non ociose transeundũ est: q vno peccante: ira dei super omnẽ populũ venit: hoc quo modo accidit: qñ sacerdotes q populo presunt: erga delinquentes beniuoli videri volunt: et verentes peccãtiũ linguas: ne forte male de eis loquãtur: sacerdotalis seueritatis immemores noluit complere quod scriptum est. Peccantem coram omnibus argue: vt cæteri metum habeant. et iterum. Auferte malũ a vobisipsis. Nec zelo dei succensi imitantur apostolũ dicentem. Tradidi huiusmodi hoiem sathanæ in interitũ carnis vt spiritus salu⁹ fiat. Neq; illud euãgelij implere student vt si viderint peccantẽ: primo secreto eum conueniãt: post etiam duobus: vel tribus adhibitis testibus: qui si contẽpserit: et post ecclesię correctionẽ non fuerit emẽdatus: de ecclesia expulsum velut gentilẽ habeãt et publicanũ: et dum vni parcunt: vniuersę ecclesię moliunt interitũ: quę est ista mia: q ista bonitas: Vni parcere: et oẽs in discrimen adducere. Polluit eñi ex vno peccatore ppl's. Sicut ex vna oue morbida vniuersus grex inficit. Sic vel vno fornicãte vel aliud quodcunq; scelus cõmittente plebs vniuersa polluitur. Hinc etiam alibi dicit. Rectorẽ subditis: pietas matrem: disciplina vero patrem exhibeat.

¶Hieronymus Damaso papæ: et habetur xvj.q.j.quoniam quicquid. Quoniam quicquid clerici habent pauperũ est. Vide supra in hospitalitas.

¶Hieronymus super Ezechielez lib.ij. Grandis dignitas sacerdotũ: sed grãdis ruina si peccant. Lætamur ad ascẽsum: sed timeamus ad lapsum. Non est tanti gaudij excelsa tenuisse: quanti mœroris de sublimioribus corruisse: nec enim solum pro nostris delictis reddem⁹ rationem: sed pro oĩm quorum abutimur donis: et nequa q sumus de eorum salute solliciti.

¶Hieronymus super Aggeum prophetaz. Considera sacerdotũ esse officium de lege interrogatos respondere. Si sacerdos est: sciat legem dñi. Si ignorat legem dñi ipse se arguit nõ esse sacerdotẽ. Dñi sacerdotis est enim scire legem: et ad interrogationem respondere de lege.

¶Hieronymus in epistola ad nepotianum. Cõuiuia tibi vitanda sunt sæculariũ: et maxime eorum q honoribus tument. Turpe est eñi añ fores sacerdotis dñi: et pauperis crucifixi: et qui cibo quoq; vescebatur alieno lictores consulum: iudicemq; puinciæ: et milites excubare: melius est apud te prandere: q in palatio.

Ambro. ¶Ambrosius in epistola ad Vercelleñ. et habetur distin.xxvj.c.qui sine. Qui sine crimine vnius vxoris est vir: tenetur ad legem sacerdotij suscipiendi: qui autem iterauerit coniugium: culpam quidez non habet coinquinati: sed prerogatiua exuitur sacerdotis.

¶Idem in ep'la ad Theodosiũ imperatorem. Nihil in sacerdote tam periculosuz apud deum: et tam turpe apud hoies: q q sentiat veritatẽ non libere pnunciare.

Grego. ¶Gregori⁹ Andreæ tarãtino episcopo: et habetur dist.xxxiij.c. habuisse. Habuisse te concubinã manifesta veritate cõperimus: et te illius criminis participationẽ habere: de qua etiam cõtraria est quibusdã innata suspicio: sed q2 in rebus ambiguis absolutũ non debet esse iudiciũ: hoc tuę conscientiæ cõmittendũ eligimus: qua de re si in sacro ordine cõstitutus eius te recolis permixtione maculatũ sacerdotij honore deposito ad ministrãdũ nullo modo præsumas accedere: secur⁹ in animę tuæ periculo te ministrare: et deo nostro te sine dubio reddere rationem: si huius sceleris cõscius in eo quo es ordine cælans veritatẽ permanere volueris.

¶Gregorius oĩbus per regnũ italicũ: et teutonicorũ: et habet di.lxxxj.c. si q presbyteri. Si qui psbyteri sunt: diaconi: vel subdiaconi: qui in crimine fornicationis iaceant interdicim⁹ eis ex parte dei patris oĩpotentis: et sancti Petri authoritate: ecclesiæ introitũ: vsq; quo pœniteãt: et emendent. Si qui vero in peccato suo perseuerare maluerint: nullus vestruz eorũ presumat

audire officiū: quia bn̄dictio eorum vertetur in maledictionē: ⁊ oratio in peccatū: testante dn̄o per prophetam: maledicā inquit bn̄dictionibus vestris. Qui vero huic saluberrimo p̄cepto obedire noluerint: idolatrię peccatū incurrent. Samuele testāte: ⁊ beato Gregorio instruente: peccatum ariolandi est non obedire: et scelus idolatrię nō acquiescere. Peccatū igitur paganitatis incurrit: quisquis dum christianū se esse asserit: sedi apostolicę obedire contemnit.

¶ Greg. symmacho: ⁊ habet̄ ibidē. ca. volum⁹.

Volumus vt sacerdotes prohiberi debeātne cū mulieribus ꝯuersentur: excepta dūtaxat matre: vel sorore: vel vxore quę caste regenda est.

¶ Grego. in registro: ⁊ habet̄ ibidē. ca. legit̄.

Legitur ꝙ beatus Augustinus nec cum sorore habitare cōsenserit dicens: q̄ cū sorore mea sunt sorores meę nō sunt. Docti ergo viri cautela magna nobis debet esse instructio.

¶ Gregorius ianuario episcopo: et habetur distin. lxxxj. capi. Archidiaconum.

Archidiaconū tuum: vt audio habitare cum mulieribus prohibuisti: ⁊ nunc vsq3 in ea prohibitione despiceris: qui nisi iussioni paruerit: eum sacro ordine volumus esse priuatum.

¶ Gregorius ad Hermanū meten. ep̄m: et habetur distin. xcvj. capi. quis dubitet.

Quis dubitet sacerdotes christi regum ⁊ principum omniūq3 fideliū patres: ⁊ matres censeri. Nonne insanię miserabilis esse cognoscitur: si filius patrem: discipulus magistrum sibi conetur subiugare: ⁊ iniquis obligatiōibus illum suę potestati subijcere: a quo credit non solum in terra: sed etiam in cœlis se ligari posse: ⁊ solui?

¶ Gregorius lib. xxiiij. moralium.

Penset ergo sacerdos: quia ad satisfaciendū districto iudici de sua tantūmodo anima fortasse vix sufficit: ⁊ quot regendis subditis pręest: reddendę apud deum ratiōis tempore (vt ita dicā) tot solus animas habet.

¶ Grego. in homel. Dign⁹ est mercenari⁹ ⁊c.

Pensate fratres: quātę dānationis est sine labore percipere mercedem laboris: quanti criminis precia peccatorū accipere: ⁊ nihil contra peccata prędicādo dicere. ¶ Gregori⁹ homelia. vj.

Semper in sacerdotali pectore cum terrore seueritatis custodiri debet virtus mansuetudinis: vt ⁊ iram mansuetudo custodiat: ⁊ ira mansuetudinem ne forte dissoluta sit: zelus discretiōis accendat. ¶ Gregorius homelia. xvij.

Nullum ab alijs præiudiciū: ꝙ a sacerdotib⁹ tolerat deus: quādo eos quos ad aliorū correctionem posuit: dare de se exēpla prauitatis cernit. Plærūq3 quod est grauius sacerdotes qui propria dare debuerant: etiā aliena diripiunt. Plærunq3 si quos humiliter. Si quos cōtinenter viuere cōspiciunt irrident. ¶ Gregori⁹ ibidē.

Ingrediuntur electi sacerdotū manibus expiati cœlestem patriam: ⁊ sacerdotes christi per vitam reprobam ad inferni supplicia festinant: cui rei similes dixerim sacerdotes malos: nisi aquæ baptismatis: quæ peccata baptizatorū diluens illos ad regnum cœleste mittit: ⁊ ipsa in cloacas descendit. ¶ Greg. sup Ezechielē homel. xj.

Nos qui sacerdotes vocamur: qui supra ea mala quę propria habemus alienas quoq3 mortes addimus: quia tot occidim⁹ quot ad mortē ire quotidie tepidi ⁊ tacentes videmus.

¶ Gregorius in registro.

Causa sunt ruinæ ppl'i sacerdotes mali. Quis eīm se pro populi peccatis intercessor obijciat: si sacerdos q̄ orare debuerat grauiora cōmittat?

¶ Joannes chryso. super Matthæum. — Joannes chryso.

Vere magna cōfusio sacerdotū: ⁊ oīm clericorū: quādo laici īueniunt̄ fideliores eis: ⁊ iustiores. Quomodo non sit confusio esse inferiores illos laicis: quos ⁊ æquales esse confusio est?

¶ Joānes chryso. sup illud Matthæi. xxiij. Amen dico vobis: super omnia.

Bene agente populo vnusquisq3 pro suo merito remuneratur. Sacerdos autem pro bonis oīm. Habebit enim pro proprijs auream: ⁊ pro acquisitione aliorum aureolam.

¶ Idem super Matthæum homel. xxv. tractans illud. Super cathedrā Moysi.

Multi sacerdotes et pauci sacerdotes. Multi in noīe: ⁊ pauci in opere. Videte ergo quomodo sedeatis super cathedram: quia cathedra non facit sacerdotē: sed sacerdos cathedrā: non locus sanctificat hominem: sed homo locum. Qui bene sederit super cathedram: honorem accipit ab illa: qui male sederit iniuriam facit cathedrę. In iudicio enim sedes: si bene vixeris quidem: et bene docueris: omnium iudex eris: si autem bene docueris: ⁊ male vixeris tui solius. Nam bene viuendo: ⁊ bene docendo populum instruis: quomodo debeat viuere: bene autem docendo: ⁊ male viuendo: instruis deum: quomodo te debeat condemnare.

¶ Isidorus lib. vij. ethymologiarū capitulo xij. ⁊ habetur distin. xxj. capi. cleros. — Isidorus

Cleros ⁊ clericos hinc appellatos credimus: qr Matthias sorte electus est: quem primum per apostolos legimus ordinatū. Cleros enim græce sors latine: vel hæreditas dicitur. Propterea ergo dicti sunt clerici: qr de sorte domini sunt: vel quia domini partē habent. Generaliter autem clerici nuncupantur omnes: qui in ecclesia christi deseruiūt: quorum gradus ⁊ nomina sunt hæc: ostiarius: psalmista: lector: exorcista: acolythus: subdiacon⁹: diacon⁹: presbyter: episcop⁹.

¶ Beda super Lucam: ⁊ habetur distin. xxxj. capi. sacerdotibus. — Beda.

Sacerdotibus: vt semper valeant altari assistere: semper ab vxoribus est abstinendum: semperq3 castitas obseruanda præcipitur.

¶ Aristoteles lib. vj. politicorum. — Aristo.

Oportet in ciuitate aliquos esse curā deorū habentes: sc3 sacerdotes. ¶ Plautus in rudēte. — Plautus

Quis est homo tanta confidentia: qui sacerdotem violare audeat?

¶ Ouidius epistola didonis ad æneam. — Ouidius

Pone deos: et quæ tangendo sacra prophanas.
Non bene cœlestes impia dextra colit.

De hac materia habes supra: vbi prælatus: et religio.

¶ Sacellum græce ἱερόν. οῦ. τό. dicitur. Et est locus paruus deo sacratus cū ara secundū Caium Trebatiū li. ij. de religionib⁹. Estq3 diminutiuū de sacrū scd̄m Aulū gelliū li. vj. c. xij. noc. at.

Sacramētū a sacrū venit: qd̄ græce ἱερόν. οῦ. τό. dicit̄. Et est inuisibilis gratię visibilis forma secundum Augusti. Sacramentū est materiale elemētū extrinsecus oculis suppositū: ex institutione figurās: ⁊ similitudinem repræsentans: ⁊ ex sanctificatione aliquā gratiā inuisibilē ꝯferens scd̄m Hugonē de sacramētis li. vj. pte. ix. cap. ij. Sacramētū est sacrę rei signū ī quo tegmēto visibiliū diuina virtus salutē secretius operatur. Sacramentū etiā est qd̄ iurisiurādi sacratiōe interposita geritur. Vn̄ sacramētū militare dicit̄.

¶ Sapientię cap. ij. — Sapiētię

Nescierunt sacramenta dei.

¶ Augu. cōtra Petilianū: ⁊ habet̄. j. q. j. ca. Neq3 in homine. — Augu.

Neq3 in homine bono aliquis dei sacramēta fugiat: neq3 in homine malo.

¶ Augu. cōtra epistolā Parmeniani: ⁊ habetur ibidē cap. Oīa sacramenta.

Oīa sacramēta obsunt indigne tractātibus: prosunt tamē p eos digne sumētib⁹: sicut ⁊ verbum dei. Vnde dictū est. Quę dicunt facite: quę autē faciūt facere nolite. ¶ Aug. li. ꝯtra Donatistas.

Scio quia lapidis ex aqua fructū ferre nō pōt: ⁊ p lapideos canales trāsit aqua ad ortos: ⁊ in canali lapideo nil generat̄: sed ort⁹ plurimū fructū affert. Spiritualis v̄o virtus sacramēti: vt lux plura ab illuminandis recipitur: si per immundos transit: non coinquinatur.

¶ Augu. in lib. de docri. Christiana.

Intra catholicā ecclesiā in ministeriū corporis ⁊ sanguinis dn̄i nil a bono maius: nil a malo min⁹ perficit̄ sacerdote: vide supra in sacerdos.

¶ Greg. ⁊ habet̄. j. q. j. c. Multi sæculariū. — Grego.

Multi sæculariū hoīm: quū plus sacerdotis vitā ꝙ suā discutiūt: in magnū cōtēptionis diuinorū sacramentorum crimē incurrunt. Magna eīm trabe habentes vulneratos oculos: eāq3 negligētes: festucam tenuē in aliorū cōspiciunt oculis: quā dum incaute festināt auellere: erroris in foueā dilabuntur. Minus quidē considerātes: ꝙ non eos sacerdotū vita læderet. Si ipsi humiliter bonis sacerdotum admonitionibus aurem accōmodarēt. Sed dum hypocritarū more plus illorū famam ꝙ propriam vitam: vel vitę negligentiam dijudicant: spernunt sancta monita: et spiritualia dona. Vnde fit vt nō solum ab eis dicta respuant: sed qd̄ est deterius diuina etiā mysteria contēnat: vt nec corporis communionē nec sanguinis dn̄i nostri Jesu Christi eorū ministerio confectam assumant: putātes hanc minus esse sanctificatā: ⁊ illorū fiat officio: quorū vita eorum oculis videtur ignobilis. Heu inꝗ magnū laqueum incidunt: vt diuina ꝙ occulta mysteria plus ab alijs sanctificata posse fieri credāt: quū vnus idēq3 spūsanctus in eccl'ia diffusa per totum orbē terrarū: incōprehēsibiliter ea mysteria et occulta atq3 inuisibiliter ⁊ operando sanctificet: ⁊ bn̄dicendo benedicat. Mysteriū itaq3 fratres ob hoc dicit̄: ꝙ secretā ⁊ reconditā habet dispensationē. Sacrificiū autem quasi sacrū factū: quia p̄ce mystica cōsecratur pro nobis in memoriā dn̄icę passionis. Sacramentū v̄o est ī aliqua celebratione: quū res gesta ita fit: vt aliq̄d sanctificate accipiamus: quod sancte accipiendum est. Sūt aūt sacramēta: Baptisma: Crisma: Corpus et sanguis Christi: qui ob id sacramenta dicunt̄: quia sub tegmento corporaliū rerū: diuina virtus secretius salutē eorūdē sacramētorū operatur effectū. Vnde a secretis virtutib⁹ vel sacris sacramēta dicunt̄: quę ideo fructuose penes ecclesiā fiūt: qr sanctus in ea manēs spūs eorūdē sacramētorū latenter operat̄ effectum.

¶ Grego. ⁊ habet̄. j. q. j. cap. Non nocet.

Nō nocet malitia ep̄i: neq3 ad baptismū infantis: neq3 ad ecclesię consecrationem: qr baptisma a deo datur: non ab homine venit: sic ⁊ Eucharistia ⁊ oīa quæcūq3 in altari ponūtur: nō ab homine: sed a deo sanctificationem accipiunt.

¶ Sacrificium græce θυσία. ασ. ἡ. ⁊ θύω sacrifico dicitur. Est autem sacrificiū ꝓprie aliq̄d factū in honorē debitū soli deo ad eū placandū secūdum bea. Tho. scd̄a scd̄ę. q. lxxxj. ar. iiij.

Sacrificium et oblatio differunt. Quia oblatio est omne quod exhibetur in cultu dei. Sacrificium: si inde fiet aliquod sacrū consumendū: ex bea. Tho. ij. ij. q. lxxxv.

Sacrificiū a sacrificio venit: qd̄ ita differt a lito: vt sacrificare sit veniā petere. Litare v̄o ꝓpitiare: ⁊ votum impetrare. Plaut⁹. Si hercle isthuc vnꝗ factū est: tum me Juppiter faciat: vt semꝑ sacrificē: nūꝗ litē. Ista tamen sæpe ꝯfundūtur: et vtrūq3 sumit̄ pro sacrū facere. A sacrifico venit sacrificus: ⁊ sacrificulus rex sacrorum.

Sacrilegiū græ. ἱεροσυλία. ασ. ἡ. ⁊ ἱερόσυλος. ου. ὁ. sacrilegus dr̄. Est aūt sacrilegiū sacrę rei violatio: vel vsurpatio: ⁊ accipitur ibi violatio ꝓ quacūq3 irreuerentia: aut dehonoratione. Et dicitur secundum Inno. sacrilegium quasi sacrilædium.

Sacrilegium est omne quod fit ad irreuerentiam rei sacrę secundum bea. Tho. secunda secūdę. q. xcix. o.

Sacrilegus est qui rē sacrā: aut e sacro loco furatur: a quo tale furtum sacrilegium dicitur.

¶ Augu. super Joannem: ⁊ habetur. xxiij. quæst. iiij. cap. Quid ergo voluit. — Augu.

Non vndecūq3 tollere hoc est sacrilegium cōmittere sed de ecclesia qui aliquid furat̄ iudę ꝓditori comparatur. ¶ Hierony. ep'la. xxxiiij. — Hiero.

Amico rapere quicꝗ: furtum est: ecclesiam fraudare: sacrilegium est. Accepisse aliquid erogandum pauperibus: ⁊ esuriētibus: apertissimi sceleris est. Aliq̄d inde subtrahere omniū prædonum crudelitatem superat.

¶ Idē Damaso papę: ⁊ habetur. xvj. q. j. ca. Quoniam quicꝗ.

Clericos autē illos conuenit ecclesię stipendijs sustentari: qb⁹ parētū ⁊ amicorū nulla suffragantur stipendia. Qui aūt bonis parentū ⁊ operib⁹ sustentari possunt: si qd̄ pauperū est accipiūt: sacrilegiū pfecto incurrūt: ⁊ cōmittūt: ⁊ p abusionē taliū iudiciū sibi mādūcāt et bibunt.

¶ Hieronymus epl̄a. v.

Sufficit ergo hoc quod vidim⁹: q̄ diuinitas nosse nos voluit: Nec vltra cognitio porrigēda est: ne sacrilegus vnusquisq; teneatur: q2 concessos terminos fuerit cognitionis egressus.

Grego. ¶ Gregorius Sabino subdiacono: ⁊ habet̄ xvij. q. iiij. cap̄. Sacrilegium.

Sacrilegium ⁊ contra legem est: si quis qd̄ venerabilib⁹ locis relinquit̄ praue volūtatis studijs tentauerit suis cōpendijs retinere.

¶ Grego. vniuersis episcopis hyspanis: et habetur. j. q. iij. cap̄. Audiuimus.

A sacrilegio quoq; hoc facinus nō dispar dixerim: quum id qd̄ sponte et sacro deliberationis arbitrio gratis fieri debuit: sub pecunię pactiōe

Cicero. causatur. ¶ Cicero lib. ij. de legibus.

Sacrū sacroue cōmēdatum: qui dēpserit, rapueritq; parricida esto.

¶ Cicero lib. ij. de legibus.

Sacrilego pœna est: neq; ei soli qui e sacro abstulerit: sed etiam ei qui sacro cōmendatū: quod et nūc multis fit fanis.

Iustinus ¶ Iustinus historiarū lib. iiij.

Philomenes pmus inter cōfertissimos dimicās cecidit: ⁊ sacrilegij pœnas impio sanguine luit.

Aulus gellius. ¶ Aulus Gelli⁹ noctiū atti. li. iij. capite. ix.

Nam quū oppidū Tolosanū inter alia Quintus Cepio cōsul diripuisset: multūq; auri in ei⁹ opidi templis fuisset: quisquis ex ea direptione aurū attigit misero cruciabiliq; exitu perijt.

Lucanus ¶ Lucanus lib. iij.

Quis [em̄] læsos impune putaret.
Esse deos?

Iuuena. ¶ Iuuenalis satyra. iij.

Nemo malus fœlix: minime corruptor: ⁊ idem
Incestus: cū quo nuper vittata iacebat
Sanguine adhuc viuo terrā subitura sacerdos.

¶ Saeuitia græ. χαλεπότης. ητος. ἡ. ⁊ χαλεπός. οῦ. ὁ. sæuus dicit̄. Est aūt sæuitia idē qd̄ crudelitas: hæc ⁊ sæuitudo dicit̄: hinc ⁊ sęue crudeliter. Sæuus quandoq; idē qd̄ magn⁹. Verg. Maternis sæuus in armis Aeneas: quandoq; p crudeli: nōnunq̄ p irato. Itē sæuio irascor: vel crudelitatē exerceo. Seuū sine diphthōgo pinguedo est cornigerorū dūtaxat: quę ī vna parte dētata sunt: ⁊ quę in pedibus talos habent. Bisulca vo quęq; scissos pedes in digitos habent: ⁊ carent cornibus nō seuum: sed adipem habent qui concretus est: ⁊ quū refrixit: facile frāgitur: sempq; est in fine carnis sine sensu: quia nec arterias habet: neq; venas.

¶ Sanctificatio græce ἁγίασμα. τος. τό. dicit̄. Et est mundicia a peccato: vel confirmatio in bono: vel deputatio ad cultū dei. Et tertiū cōuenit irrationabilib⁹ rebus: vt ecclesię: vestibus: et huiusmodi secundum bea. Tho. scd̄a scd̄æ. q. lxxxj. ar. viij. c.

Anctitas græ. ἁγιωσύνη. ης. ἡ. ⁊ ἅγιος. ου. ὁ. sanctus dicit̄. Est aūt sanctitas sciētia colēdorum deorū secundū Ciceronē lib. j. de natura deorum. Sāctitas est virtus faciēs homines fideles ⁊ seruātes ea: q̄ ad deū sunt iusta fm Andro. Sanctitas est ab oī immundicia libera: ⁊ pfecta: et oīno immaculata mundicia scd̄m Dionysium de diuinis nominibus. c. xij. ⁊ bea. Tho. j. sen. di. x. q. iiij. ar. iiij.

Sanctitas a sancio venit. Sācire em̄ proprie est cōsecrare aliquid sub sanguine hostię: vnde sanctū dicit̄ quasi sanguine cōsecratū: ⁊ sanctio proprie vocatur lex cum terrore pœnę.

Sanctitas: sctitudo: sanctimonia eiusdē significationis sunt. ¶ Leuitici cap̄. xix. Leuitici.

Locutus est domin⁹ ad Moysen dicēs. Loquere ad omnem cœtum filiorum Israel: ⁊ dices ad eos: sancti estote: quia ego sanctus sum dn̄s de⁹ vester. ¶ Paulus ad Hebręos cap̄. xij. Paulus.

Pacem sequimini cū omnibus: ⁊ sanctimoniā sine qua nemo videbit deum.

¶ Idem ad Thessalon̄. j. cap̄. iiij.

Hæc est voluntas dei sanctificatio vestra.

¶ Paulus primę ad Corinth. cap̄. xj.

Gloria nr̄a hæc est: testimoniū ɔscientię nostrę.

¶ Augu. de diffinitione eccl̄ię dogmatū. Augu.

Nullus sanctus ⁊ iust⁹ caret peccato. Nec tn̄ ex hoc desinit esse iustus vel sanct⁹ quū affectu teneat sctitatē. ¶ Aug. li. de doctrina christiana.

Ille iuste ⁊ sancte viuit: qui rerum integer æstimator est. Ipse est qui ordinatā habet charitatē ne aut diligat: qd̄ non est diligendū: aut nō diligat: qd̄ diligēdū: aut amplius diligat: qd̄ minus est diligendū: aut minus diligat: qd̄ ampli⁹ est diligēdum: aut minus aut ampli⁹: qd̄ æque diligendum est. ¶ Augustinus ibidem.

Ista sunt q̄ sanctitatis causa seruāda sunt: pudicitia corporis: castitas animę: ⁊ vitas doctrinę.

¶ Hierony. sup epistolā Pauli ad phil. ⁊ habet̄. xj. q. iij. cap̄. Si quis dixerit. Hiero.

Si quis dixerit iustū iniustū: ⁊ iniustum iustum: abominabilis est vterq; apud deū. Similiter qui sanctū dicit nō sanctū: ⁊ rursus nō sanctū asserit sanctū: abominabilis est apud deum.

¶ Hiero. ibidē: ⁊ habetur ibidem.

Si quis hominū qui sanctus nō est: sanctum esse crediderit: ⁊ eum iunxerit societati: christū violat: cui⁹ mēbra sum⁹. Et infra. Oēs credētes scd̄m apostolū Christi corpus efficimur. Qui in Christi corpore errat ⁊ labit̄: asserēs mēbrum ei⁹ esse sanctū: quum nō sit: vel nō esse sanctum: quū sit: vide quali crimine obnoxius fiat. Esaias enim dicit. Dulce amarū: ⁊ amarū dulce: ponētes tenebras lucē: ⁊ lucē tenebras: dulce puto esse sanctimoniā: amarū qd̄ sanctimonię cōtrarium est.

¶ Hieronymus in epl̄a ad Nepotianū.

Nec rustic⁹: nec tantū simplex frater ideo se sanctū putet: si nihil nouerit: nec peritus ⁊ eloquēs in lingua æstimet sctitatē: multoq; meli⁹ est de duob⁹ imperfectis rusticitatē sanctā habere: q̄ eloquentiam peccatricem.

¶ Hiero. in episto. ad paulinum.

Non hierosolymis fuisse: sed hierosolymis bene vixisse: laudandū est: q2 ⁊ hierosolymis ⁊ de britānia æqualiter patet aula cœlestis.

¶ Hierony. episto. ad filiā mauricij.

Sancta magis esse q̄ videri stude. Nil prodest estimari qd̄ nō sis ⁊ duplicis peccati reatus est: non habere quod crederis: ⁊ vt habueris simulare.

Ambro. ¶ Ambro. in lib. de Joseph.

Discamus ergo ⁊ sanctorū inuidiā: vt imitemur patientiā: ⁊ cognoscamus illos nō naturæ prestantioris fuisse: sed obseruātiæ maioris: nec vitia nescisse: sz emēdasse. ¶ Greg. in morali. Grego.

Sancti viri quo altius apud deū virtutū dignitate proficiūt: eo subtilius indignos se esse dephendūt: q2 dū proximi luci fiūt: quicquid eos in seipsis latebat inueniunt.

¶ Gregorius in moralibus.

Sancti viri nec elatione sunt liberi: nec ex timore submissi: quū rectitudo eos ad libertatem nō erigit: cōsideratio infirmitatis ipsa in humilitate custodit. ¶ Grego. moralium. xxiiij.

Viua enim lectio est vita sanctorum.

Ioānes chrysost. ¶ Ioan. chrysosto. super mat. cap. xxiiij.

Sanctorū virorū est nō inquirere māsionē: vbi clariores sunt viri: sz vbi fideliores: nec gaudēt vbi epulæ largę sunt: sed vbi sanctitas floret.

¶ Ioan chrysosto. ibidem.

Quæ est ista iustitia: sanctos colere ⁊ sanctitatē cōtēnere. Primus gradus pietatis est: sanctitatē diligere. ¶ Ioan. chry. in sermo. de cōfesso.

Qui sanctorū merita religiosa charitate mirat̄: quicunq; iustorū glorias frequenti laude collo quit̄: eorū mores sanctos atq; institiam imitet̄. Qm̄ quē delectat alicuius sancti meritū: delectare debet par circa cultū dei obsequium. Quare aut imitari debet si laudat: aut laudare nō debet si imitari detrectat: vt q̄ sanctorū merita admiratur: mirabilis ipse vitę sanctitate reddatur.

¶ Ioan. chryso. de Ioan. baptista sermo. viij.

Ioan. virtutū schola: magisterium vitæ: sanctitatis forma: norma iustitię: virginitatis speculum: pudicitiæ titulus: castitatis exemplū: pœnitentiæ via: peccatorū venia: fidei disciplina: legis summa: euangelij actio: apostolorū vox: silentiū prophetarū: lucerna mūdi: officiū pręconis: pręco iudicij: dn̄i testis: totius medius trinitatis.

Petrus rauēnas ¶ Petrus rauēnas in sermo. de Ioā. bapti.

Nascitur Ioānes maior hoīe: par angelis: tuba cœli: preco xp̄i: archanū patris: filij nuncius: signifer superni regis: peccatorū venia: iudęorum correctio: vocatio gentiū: ⁊ (vt proprie dicam) legis gratiæ fibula.

Origen. ¶ Orige. home. xlij. super illud Leuitici De sanctis nō exibit ⁊c.

Qui peccat de sanctis exit: non enim in locis sancta querenda sunt: sed in actibus ⁊ vitæ moribus: q̄ si fm deū sint: ⁊ fm pceptum dei habeant: etiā si in domo sis: etiā si in foro: ⁊ qd̄ dico in foro: etiā si in theatro inueniaris verbo dei deseruiens: in sanctis te esse nō dubites.

Iuuena. ¶ Iuuenalis satyra. xiij.

Egregiū sanctūq; virū si cerno bimembri
Hoc monstrū puero: vel mirāti sub aratro
Piscibus inuentis: ⁊ fœtæ comparo mulæ.



Apientia græce σοφία. ας. ἡ. ⁊ σοφός. οῦ. ὁ. sapiēs dicit̄. Est autē sapiētia multarū: ⁊ mirabiliū rerum scientia: fm Aristote. li. primo rhetoricorum. Sapientia est cognitio primarū ⁊ altissimarū causarū fm Aristotelem lib. j. metaphysicæ.

Sapientia est scientia sempiternorū fm Alpharabiū lib. de diuisione philosophiæ.

Sapientia est rerū diuinarū ⁊ humanarū sciētia cognitioq;: q̄ causa cuiusq; rei fit: ex quo efficit̄ vt diuina imitet̄: hūana oīa virtute inferiora ducat fm Ciceronem lib. iiij. tuscu. quæstio.

Sapientia qua formaliter sapientes sumus: est quædam participatio diuinæ sapietiæ: quæ deus est fm bea. Tho. secunda scd̄æ. q. xxiij.

Omnis sapiētia est sciētia inquātū est de cōclusionibus: sed differt a cæteris scientijs inquātū est de principijs fm bea. Tho. prima scd̄ę. q. lvij. articulo. ij.

Sapientia a scientia differre videtur: q2 sapientia est rerū diuinarū cognitio. Sciētia vo humanarū. Quare Augustinus super primę ad corin. cap. xij. ait. Sapientia est in cōtemplatione æternorū. Scientia vo in occupatiōe tēporaliū. Item Aug. li. de trinita. Hæc est sapientię ⁊ scientię recta distinctio: vt ad sapientiā pertineat æternarum rerum cognitio intellectualis. Ad scientiā vo tēporalium rerum cognitio rationalis.

Sapiētia a sapio dicit̄: quod est recte sentio. qui eā profitent̄ σοφοὶ sophi: hoc est sapientes appellant̄: quo nomine illi septem clarissimi viri vocati sunt. s. Thales milesius: Solō salamini⁹: Chilon lacedęmonius: Pittacus mitylenëus: Bias prienęus: Cleobulus lyndius: Periander corynthius. Sed postea Pythagoras primus nō se sophū sz phm appellauit: hoc est nō sapiētē: sz sapientiæ amatorē. Ita scientiam ipsam nō sophiā: sz philosophiā nūcupandā existimauit: qm̄ nullus hoīm sapiēs esset: qd̄ soli deo cōtingit.

¶ Thobias cap. iiij.

Consilium semper a sapiente perquire.

¶ Iob cap. xxviij.

Sapiētia vo vbi inuenitur: ⁊ quis est locus intelligentię? Nescit homo preciū ei⁹: nec inuenitur in terra suauiter viuentiū. Abyssus dicit: non est in me: ⁊ mare loquitur: nō est mecum.

¶ Iob cap. xxxij.

Sperabā em̄ q̄ ætas prolixior loqueret̄: ⁊ annorum multitudo doceret sapientiā: sed vt video spiritus est in hominibus: ⁊ inspiratio omnipotētis dat intelligentiā. Nō sunt longeui sapientes nec senes intelligūt iudicium.

David. ¶ David psalmo. cx.

Initiū sapiētię est timor dn̄i. ¶ Prouer. c. j.

Audiēs sapiēs: sapiētior erit: ⁊ intelligēs gubernacula possidebit: aīaduertet parabolam ⁊ interpretationem: verba sapientiū ⁊ enigmata eorū.

¶ Ibidem.

Timor dñi principiū sapiētiæ. ¶Ibidem.

Sapientiā atq3 doctrinam stulti despiciunt. ¶Prouer. cap. j.

Sapiētia foris pdicat: in plateis dat vocem suā: in capite turbarū clamitat: in foribus portarū vrbis profert verba sua dicens. Vsq3quo paruuli diligitis infantiā: ⁊ stulti ea quæ sibi sunt noxia cupiunt: ⁊ imprudentes odibunt scientiam. ¶Idem cap. iij.

Beatus hō q̃ inuenit sapientiā: ⁊ q̃ affluit prudētia. Melior est acq̄sitio eius negociatione auri ⁊ argēti primi ⁊ purissimi fructus ei⁹: pciosior est cunctis opibus: ⁊ oīa q̃ desiderātur: huic non valebunt comparari. ¶Ibidem.

Gloriā sapientes possidebunt: stultoꝝ exultatio ignominia. ¶Prouer. cap. iiij.

Tene disciplinā ne dimittas eā: custodi illam: q2 illa est vita tua. ¶Ibidem cap. vij.

Dic sapientiæ: soror mea es: ⁊ prudētiā voca amicam tuam. ¶Prouerbio. cap. viij.

Accipite disciplinā meā ⁊ nō pecuniā. Doctrinā magis q̃ aurū eligite. Melior est enim sapiētia cunctis opibus preciosissimis. Et omne desiderabile ei nō pōt comparari. Ego sapientia habito in consilio: ⁊ eruditis intersu3 cogitationib⁹. ¶Ibidem.

Meum est consiliū ⁊ æquitas: mea est prudētia: mea est fortitudo. Per me reges regnāt: ⁊ legu3 conditores iusta decernūt. Per me principes imperāt: ⁊ potētes decernūt iustitiā. Ego diligentes me diligo: ⁊ q̃ mane vigilauerint ad me: inuenient me. Mecū sunt diuitiæ: ⁊ gloria: opes superbæ ⁊ iustitia. Melior est fructus meus auro ⁊ lapide precioso: ⁊ genimina mea argēto electo. In vijs iustitiæ ambulo: in medio semitarū iudicij: vt ditē diligētes me: ⁊ thesauros eoꝝ repleam. ¶Prouerbio. cap. x.

Filius sapiens lætificat patrē: filius vō stultus mœstitia est matris suæ. ¶Ibidem.

Labia iusti erudiunt plurimos: q̃ autem indocti sunt: in cordis egestate morient. ¶Ibidē. c. xj.

Vbi non est gubernator: populus corruet: salus autē vbi multa consilia. ¶Prouer. cap. xiij.

Astutus oīa agit cū cōsilio: q̃ autē fatuus est aperit stultitiā. ¶Ibidem capi. xvj.

Posside sapientiā: q2 auro melior est: ⁊ acquire prudentiam: quia preciosior est argento. ¶Ibidem cap. xxiiij.

Vir sapiens fortis est: ⁊ vir doctus robustus ⁊ validus. ¶Idem cap. xxix.

Vir sapiēs si cū stulto cōtenderit: siue irascatur siue rideat non inueniet requiem.

Eccl's. ¶Ecclesiastes capi. j.

Locutus sum in corde meo dicēs. Ecce magn⁹ effectus sum: ⁊ precessi oēs sapientia qui fuerūt ante me in hierusalē: ⁊ mēs mea cōtemplata est multa sapienter ⁊ didici: dediq3 cor meū: vt scirē prudētiā atq3 doctrinā: erroresq3 ⁊ stultitiā. Et agnoui q, in his quoq3 esset labor ⁊ afflictio spiritus: eo q, in multa sapientia multa sit indignatio: ⁊ qui addit sciētiā addit ⁊ laborem. ¶Ecclesiastes cap. ij.

Et vidi q, tantū pcederet sapientia stultitiā: quātum differt lux a tenebris. ¶Idem cap. iiij.

Melior est puer paup ⁊ sapiēs: rege sene ⁊ stulto: q̃ nescit puidere in posterū. ¶Eccl's. c. ix.

Melior est sapiētia: q̃ arma bellica: ⁊ qui in vno peccauerit multa bona pdet. ¶Idē cap. x.

Post industriā sequetur sapiētia. ¶Sapientiæ cap. j.

Sapien. Quoniam in maliuolā aīam nō introibit sapiētia: nec habitabit in corpore subdito peccatis. ¶Idem capitu. iij.

Sapientiā eīm ⁊ disciplinā q̃ abijcit infœlix est: ⁊ vacua est spes illorū: ⁊ labores sine fructu: et inutilia opera eoꝝ. ¶Sapientiæ capi. v.

Melior est sapiētia q̃ vires: ⁊ vir prudēs q̃ fortis. ¶Sapientiæ capi. vj.

Clara est ⁊ quæ nūq̃ marcescit sapiētia: ⁊ facile videt ab his q̃ diligūt eā: ⁊ inuenit ab his q̃ quærūt illā: præoccupat q̃ se concupiscunt: vt illis se prior ostēdat. Qui de luce vigilauerit ad illā nō laborabit: assidentē eīm illā forib⁹ suis inueniet. ¶Sapientiæ cap. vij.

Preposui illā regnis ⁊ sedibus: ⁊ diuitias nihil esse dixi in cōparatiōe illius: nec cōparaui illi lapidē preciosum: qm̄ omē aurū cōparatione illi⁹ harena est exigua: ⁊ tāq̃ lutū estimabit argentū in conspectu illius. Super salutē ⁊ speciē dilexi illā: ⁊ pposui pro luce habere eā: qm̄ inextinguibile est lumē illius. Venerūt aūt mihi oīa bona pariter cū illa: ⁊ innumerabilis honestas p manū illi⁹: ⁊ letatus su3 in oībus: qm̄ añcedebat me ista sapiētia ⁊ ignorabā: qm̄ bonoru3 oīm mater est. Quā sine fictione didici: ⁊ sine inuidia cōmunico: ⁊ honestatē illius nō abscōdo. Infinit⁹ eīm thesaurus est oībus: quo qui vsi sunt: participes facti sunt amicitiæ dei ppter disciplinæ dona cōmēdati. ¶Ibidem.

Neminē eīm diligit de⁹: nisi q̃ cū sapiētia inhabitat. Est eīm hec speciosior sole: ⁊ sup oēm dispositionē stellarū luci cōparata inuenitur prior.

Eccli. ¶Ecclesiastici cap. vj.

Cor sapiētis intelliget ī sapiētia: ⁊ auris bona audiet cū omī cōcupiscētia sapiētiā. ¶Ibidē.

Sapiēs cor ⁊ intelligibile abstinebit se a peccatis: ⁊ in operibus iustitiæ successus habebit. ¶Ibidem.

Et si videris sensatum euigila ad eum: ⁊ gradus ostioꝝ illi⁹ exterat pes tuus. ¶Ibidē ca. x.

Seruo sensato liberi seruiēt: ⁊ vir prudēs ⁊ disciplinatus nō murmurabit correctus: ⁊ inscius nō honorabitur. ¶Ecclesiastici capi. xxxviij.

Vnusq̄sq3 in arte sua sapiēs est. ¶Eccli. c. xl.

Vinū ⁊ musica letificāt cor: ⁊ sup vtraq3 dilectio sapiētiæ. Tibiæ ⁊ psalteriū suauē faciūt melodiā: ⁊ sup vtraq3 lingua suauis. Gratiā ⁊ speciē desiderabit oculus tuus: ⁊ sup hoc virides sationes.

Paulus. ¶Paulus ad corin. primæ capi. iij.

Nemo se seducat. Si quis videt inter vos sapiēs esse in hoc sæculo: stultus fiat: vt sit sapiens. Sapientia eīm huius mūdi stultitia est apud deum. Scriptum est enim. Comprehendam sapientes in astutia eoru3. ⁊ iterum. Dominus nouit cogitationes sapiētum: quoniā vanescunt. Nemo itaq3 glorietur in hominibus.

Iacobus ¶Iacobus in epl'a capi. j.

Si quis aūt vestrū indiget sapientia: postulet a deo qui dat oībus affluenter: ⁊ nō improperat: ⁊ dabit ei. Postulet autem in fide: nihil hæsitans. Qui eīm hæsitat similis est fluctui maris: qui a vento mouetur: ⁊ circunfertur. Nō ergo æstimet homo ille q, accipiat aliquid a dño. Vir duplex animo: inconstās est in vijs suis.

August. ¶Aug. li. de ci. dei: ⁊ habet. xxvj. q. iij. ca. Qui sine.

Qui sine saluatore salutē vult habere: ⁊ sine vera sapientia æstimat se prudentē fieri posse: nō sanus sed æger: nō prudens sed stultus in ægritudine assidua laborabit: ⁊ in ciuitate noxia stultus ⁊ demens permanebit. ¶Aug. in li. quæ. euangelij: ⁊ habet di. xlj. ca. Quod dicit.

Qd dicit dñs in euāgelio. Iustificata est sapientia ab oībus filijs suis. Vide supra ī Abstinētia. ¶Augu. de vera religione.

Qui se diligit stultum: non proficiet ad sapientiam: nec fiet quisq3 qualis eē cupit: nisi se oderit qualis est. ¶Augu. de libero arbitrio.

Nō aliā putes esse sapientiā: nisi veritatē: in qua tenetur ⁊ cernit summū bonū: nullo loco est: nusq̃ deest: foris ammonet: intus docet demētes: in se oēs in melius cōmutat: a nullo in deterius cōmutat: nullus de illa iudicat: nullus sine illa bene iudicat. ¶Augu. de vita beata.

Maior ⁊ miserabilior egestas nō est: q̃ egere sapiētia. Et qui nō eget sapiētia: nulla re oīno egere potest. Est ergo animi egestas: nihil aliud q̃ stultitia. ¶Augu. ix. de ciui. dei. cap. ij.

Hiero. Homini nullā est causa philosophādi: nisi vt beatus sit. ¶Hiero. contra Iouinianum.

Sapiens nūq̃ solus esse potest. Habet secum omnes qui sunt: ⁊ fuerunt boni: ⁊ animum liberum: ⁊ quocunq3 vult transfert. Et quod corpore non potest: cogitatione complectitur. Et vbi hominum inopia fuerit: loquitur cum deo.

Ambro. ¶Ambro. in epl'a ad Simplicianum.

Sapiens non metu frangit: nec potestate mutatur: nō attollitur psperis: non tristibus mergit. Vbi enim sapientia: ibi virtus animi: ibi constantia: ⁊ fortitudo. Sapiens semp idem est: non minuitur: nō auget rerū mutationibus: nec vt paruulus fluctuat: vt circūferat omni vento doctrinæ: sed manet pfectus in Christo: fundatus charitate: radicatus fide. Sapiens igit defect⁹ rerū ignorat: ⁊ varios animi nescit affectus: sed fulget sicut sol iustitiæ: qui in regno patris sui fulget. ¶Idē epl'a ad Cōstantinū epl'a. xxxvj.

Sapienti nihil alienū: nisi qd virtuti incōgruū. Quocunq3 accesserit sua omnia secum fert. Totus ei mundus possessio est: quoniā toto eo quasi suo vtitur.

Grego. ¶Grego. in moralibus: ⁊ habetur di. xxxviij. ca. Qui ea.

Qui ea quæ dei sunt sapiūt: a domino sapiūtur. Et qui ea quæ dei sunt nesciunt: a dño nesciuntur: Paulo attestāte: qui ait. Si q̄s ignorat ignorabitur. ¶Grego. li. ix. moralium.

Ad veram sapientiam peruenire nō possunt: q̃ falsæ suæ sapientiæ fiducia decipiuntur. ¶Grego. lib. x. moralium: exponens illud Job. xij. Deridetur iusti simplicitas.

Huius mūdi inq̄t sapiētia est cor machinationibus regere: sensu3 verbis velare: quæ falsa sunt vera ostendere: quæ vera sunt falsa demōstrare. Hāc qui sciūt: ceteros supbiendo despiciūt: hāc qui nesciūt subiecti ⁊ timidi in alijs ipsam mirātur. hec sibi obsequētibus precipit honorū culmina querere: adepta temporalis gl'iæ vanitate gaudere: irrogata ab alijs mala multiplici⁹ reddere. Quū vires suppetunt nullis resistentibus cedere: quum virtutibus possibilitas deest: quicq̄d p malitiā explere nō valet: hoc ī pacifica bonitate simulare. ¶Gregorius ibidem.

Iustorū inq̄t sapiētia est: nil per ostētationē fingere: sensum verbis aperire: vera vt sunt diligere: falsa deuitare: bona gratis exhibere: mala libentius tolerare q̃ facere: nullā iniuriæ vltionē querere: p veritate contumeliam lucrū putare. Hæc iustorū simplicitas deridet: ⁊ a mūdi sapiētibus fatuitas reputat. Quid eīm in hoc mundo stultius q̃ admissa possessa rapientib⁹ relaxare: nullā p acceptis iniurijs reddere: imo adiūctis alijs patientiā pbere. ¶Greg. li. xxvij. moraliū.

Summa cura prouidendū est: nec accepta sapiētia: quū ignorantiæ tenebras illuminat: lumē humilitatis tollat: ⁊ iam sapientia eē nequeat: quæ ⁊ si locutionis virtute fulgeat: elationis tamen velamine cor loquentis obscurat.

¶Bernar. sup cantica sermone. xxiij. Bernar.

Sol non oībus quibus lucet etiā calefacit: sic sapientia multos quos docet q̄d sit faciendum nō continuo ⁊ accendit ad faciēdum. Aliud est multas diuitias scire: aliud est possidere. Nec notitia diuitem facit: sed possessio.

¶Hugo de clau. animæ li. iij. ca. xvj. Hugo.

Ab oīb⁹ libēter disce quæ nescis: humilitas eīm tibi cōmune facere potest: qd natura cuiq3 pprium facit. Sapiētior omnibus eris: si ab oībus discere volueris. Qui ab omnibus accipiunt ditiores sunt. ¶Boetius de philosophica consolatione lib. j. prosa. iij. Boetius

¶Vanagloria grece κενοδοξία.ας.ἡ.dicit̃. Et vno mõ dicit appetitũ dignitatis ⁊ excellẽtię: ⁊ sic est idẽ cum supbia: ⁊ est vitiũ capitale. Quia aĩus directe mouet̃ ad dignitatẽ ⁊ excellentiam appetẽdã. Alio mõ dicit appetitũ laudis ⁊ sic ẽ filia supbię. ex sancto. Bona.ij.sen.di.xlij.q.ij.
Vanagloria est voluptas stulte ostentando quę sua non sunt aut iactando qui minime vera sunt ⁊ imprudenter mentiendo. Quod sane vitiũ summę est stultitię argumentum.
De hac materia vidę supra vbi Inanis gloria.
¶Vaporatio grece ἀναθυμίασις.εως.ἡ.⁊ ἀναθυμιάζω vaporo: ⁊ ἀτμίς.ίδος.ἡ.vapor ðr. Est aũt vapor aquę disgregatio: ⁊ natura ei⁹ humida est ⁊ calida. Exhalationis aũt natura calida ⁊ sicca scðm Aristo.lib.j. Meteororum.
Vapor est substantia calida ⁊ humida vi solis ab aqua: vel aqueo educta. De hac materia vide supra in Arbore corporis.
Uarietas grę. ποικιλία.ας.ἡ.et ποικίλος.ου.ὁ.varius dicitur. Est aũt varietas: vel variatio idẽ qð diuersitas. hinc variabile.i.mutabile. Venit aũt vari⁹ a varus: ita ⁊ vario verbum. Varus eñ ille ꝑprie dicit̃ qui pedes obtortos habet. Quare ꝑ obtorto aliq̃ñ ponit̃. Persi⁹. Et non fallit pede regula varo. Hinc varices illę venæ in cruribus ⁊ fere grandiores dicuntur: quæ freq̃ẽter tumidę sunt: atq₃ obtortæ. A quib⁹ varicosus appellatur: qui tumidiores habet huiusmodi venas. Iuuenalis. Varicosus fiet haruspex.
¶Paulus ad Corinthios primæ. ca.xij. Paulus.
Unicuiq₃ autẽ datur manifestatio spiritus ad vtilitatẽ. Alij q̃dẽ ꝑ spiritũ datur sermo sapiẽtię. Alij autẽ sermo sciẽtiæ: ẜm eundẽ spiritũ. Alij fides in eodem spiritu. Alij gratia sanitatũ in vno spiritu. Alij opatio virtutũ. Alij genera linguarũ. Alij interpretatio sermonũ. Hæc autẽ oĩa operat̃ vnus atq₃ idem spiritus: diuidens singulis prout vult.
¶Paulus ad Thimotheũ secundæ ca.ij.
In magna autẽ domo nõ solũ sunt vasa aurea: et argentea: sed ⁊ lignea: ⁊ fictilia: ⁊ quędam quidem in honorem: quędam autem in contumeliam.
¶Aristo. Politicoꝝ libro.j.
Non idem vnicuiq₃ delectabile est: secundum naturam: sed alterum alteri.
¶Cice.lib.de natura deorum.
Quid inter ipsos hoĩes: nõne ⁊ simillimis formis dispares mores: ⁊ moribus figura dissimilis?
¶Val.max.lib.vj.titu.de mutatione morum ⁊ fortunæ. Valeri⁹ maxim⁹.
Piget Themistoclis adolescentiam attingere: siue patrem aspiciam abdicationis iniungentem notam: siue matrẽ suspendio sui finire vitam: ꝓpter filij turpitudinẽ coactã: quuz omniũ postea graij sanguinis virorum clarissimus extiterit: Mediũq₃ Europæ: et Asiæ: vel spei: vel desperationis pignus fuerit. Hæc enim salutis suæ patronum habuit: illa vadem victoriæ assumpsit.
¶Lucius Apuleius de asino aureo li.iij. Lucius apuleius
In cœtu turbulento varię fuere sententię.
¶Paulus Orosius de Ormesta li.j. Paulus. orosius.
Assolẽt humanę mutabilitati oĩa sordere pñtia.
¶Terentius comœdia vltima. Terenti⁹.
Verum est: quot hoĩes tot sententię.
¶Hora.carminũ li.iij. Ode.j. Horati⁹.
Est vt viro vir latius ordinet
Arbusta sulcis: hic generosior
Descendat in campum petitor.
Moribus hic meliorq₃ fama
Contendit: illi turba clientiũ
Sit maior. ¶Hora.in arte Poetica.
Tristia mœstum.
Vultũ verba decẽt: iratũ plena minarũ:
Ludentẽ lasciua: seuerũ seria dictu.
Format eñ natura prius nos intus ad omnẽ
Fortunarũ habitũ: iuuat: aut ĩpellit ad irã:
Aut ad humum mœrore graui deducit: ⁊ angit
Post effert animi motus interprete lingua.
¶Ibidem.
Intererit multũ Dauus ne loquat̃: An heros:
Maturusve senex: An adhuc florente iuuenta
Feruidus: an matrona potẽs: An sedula nutrix:
Mercator ne vagus: cultor ne virentis agelli:
Cholcus: an Assyri⁹: Thebis nutrit⁹: an Argis.
¶Hora.in arte Poetica.
Aetatis cuiusq₃ notandi sunt tibi mores:
Mobilibusq₃ decor naturis dandus ⁊ annis.
Imberbis iuuenis tandem custode remoto:
Gaudet equis canibusq₃: ⁊ aprici gramine cãpi
Cereus in vitium flecti monitoribus asper:
Utilium tardus: prouisor prodigus æris:
Sublimis: cupidusq₃: ⁊ amata relinquere pnix.
Conuersis studijs ætas: animusq₃ virilisq₃.
Quęrit opes ⁊ amicitias: Inseruit honori.
Cõmisisse cauet qð mox mutare laboret.
¶Hora.sermonũ li.j.Satyra.iiij.
Quemuis media elige turba:
Aut ob auaritiã: aut misera ambitiõe laborat:
Hic nuptarũ insanit amoribus: hic puerorũ:
Hunc capit argenti splẽdor: stupet Albius ære
Hic mutat merces surgenti a sole: ad eũ quo
Vespertina tepet regio: quin ꝑ mala pceps
Fertur: vti puluis collectus turbine: ne quid
Summa deperdat metuens: aut amplict vt rẽ.
¶Hora.sermo.li.ij.Satyra.j.
Castor gaudet equis: ouo prognatus eodem.
Pugnis: quot capitũ viuunt totidẽ studiorum
Milia. ¶Hora.episto.li.j.ep̃la.viij.
Quę nocuere sequar: fugiã que ꝑ fore credã:
Romæ Tybur amẽ ventosus Tybure Romã.

turpitudo. [illegible]

Venia grę. συγγνώμη. ης. ἡ. ὁρ. remittere. Et est debitæ pœnæ remissio fm Senecā li. de Clemētia. ὁρ. aūt venia q optanti eueniat. Venia aliqñ capiť pro indulgentia. Est aūt indulgere: obsequi: t aliqd delicate cōcedere. Quare indulgētia est mollis t delicata permissio. Terentiꝰ Demea numiū indulges filio. ¶ Matthęus cap. xviij. Matth.

Accedens Petrus ad Jesum dixit. Domine quotiens peccabit in me frater meus t dimittam ei? Vsq; septies? Dixit illi Jesus. Nō dico tibi vsq; septies: sed vsq; septuagesiessepties.

¶ Augu. de verbis dñi. tractans illud apostoli. Donantes vobismetipsis. Augusti.

Audistis forma. Si septuagesiessepties Christꝰ peccata tibi donauit: si huncuſq; ignouit: t vltra negauit pone t tuſlimitē: t vlterius noli ignoscere. ¶ Augu. de Agone Christiano.

Debet ecclesia catholica correctis t firmatis filiis libēter ignoscere. Quū ipsi Petro personaz eius gestantis: t quū in mari turbasset: t quū deū spes carnaliter a passione reuocasset: t quū aurem serui gladio precidisset: t quū ipsum dñm etiā negasset: t quū in simulationē postea superstitiosaz lapsus esset: videamus veniā esse cōcessam: eum q; correctū: atq; firmatū vsq; ad ōnīce passionis gloriam peruenisse. ¶ Augu. de verbis dñi tractans illud apostoli. Donantes vobismetipsis ꝛc.

Dicit dñs dimitte t dimittet tibi. Si ego prior dimisi: dimitte illis postea. Nā si nō dimiseris reuocabo te: t quicqd dimiseram replicabo tibi.

¶ Aug. de verbis dñi sermone. xv.

Dimitte nobis debita nostra: sicut t nos dimittimus debitoribꝰ nostris. Ne dicas in lingua: ignosco: t corde differas. Nouit eñ quum dicas. vocē tuam audit homo: conscientiā tuam deus inspicit. Melius est eñ dum non clamas ore t dimittis in corde: q̄ blandus ore: crudelis in corde.

¶ Augustinus super Matthæū. vj. Et dimitte nobis debita nostra.

In hac petitiōe si mentiť: totius oratiōis nullus est fructus. Pecuniā aliqñ repetere concediť: ſz debitū peccatoriū petenti veniā nūq̄ iuste negatur. ¶ Augu. li. ij. confessionū.

Gratię tuæ deputo: t misericordię: q̄ peccata mea tanq̄ glatiem soluisti: gratię tuę deputo et quecunq; nō feci mala: quę enim facere non potui? t omnia mihi dimissa esse fateor: t quę mea sponte feci mala: t quę te duce non feci.

¶ Hiero. sup Matthęum li. iij. Hiero.

Non vsq; septies: sed vsq; septuagesiessepties. i. quadringentis t nonaginta vicibus: vt totiens peccanti fratri dimitteret in die: quotiens ipse peccare non posset. ¶ Hiero. sup illud Matthei. xviij. Si peccauerit in te frater tuus.

Si peccauerit i nos frater noster: t i qualibet cā nos lęserit: dimittendi habemus potestatē: immo necessitatē. Quia dñs precepit vt debitoribꝰ nostris debita dimittamus. Si aūt in deum quis peccauerit nō est nostri arbitrij: vt dicit scriptura: si peccauerit in me frater meus dimittam ei? Vsq; septies? Dixit illi Jesus. Nō dico tibi vsq; septies: sed vsq; septuagesiessepties.

Venditio vide 22.77.

¶ Venundo grece πωλέω dicit: vñ venditio dicitur. Venditio vero t emptio non solū consistit in datione t acceptione pecunię: sed oium quorū precii pōt numismate mensurari scōm beatū Tho. iiij. sen. di. xxv. q. iij. ar. iij.

¶ Veneficiū grece φαρμακεία. aς. ἡ. t φάρμακον venenum: t φαρμακοῦργος. ου. ὁ. veneficus dicitur. Venefici aūt dicunť: qui veneno hoīes extingunt. Dicunť etiam venefici qui malis artib? t fascinationibus ac poculis amatoriis vtuntur. Horum artes veneficia appellantur.

ra: si aūt peccauerit homo in hominē: rogabit p eo sacerdos: si aūt peccauerit in deū quis rogabit pro eo? Et nos ecōtrario in dei iniuria benigni sumus: t in nostris contumeliis odia exercemus. ¶ Ibidem super illud. Si non remiseritis de cordibus vestris.

O formidolosa snia: si parua fratribus nō dimittimus magna nobis a deo nō dimittuntur.

Ambro. ¶ Ambrosius li. j. de officijs: t habeť. xxiij. q. iij. ca. Est iniusta.

Est iniusta misericordis. Vide supra in Misericordia. ¶ Grego. li. iij. moral. Grego.

Si hoc qđ in nos delinquit: ex corde nō dimittimus: t illud rursus exigitur: qđ nobis iam per pœnitentiā dimissum fuisse gaudebamus.

¶ Idem li. x.

Apud misericordē iudicē nequaq̄ sine venia culpa relinquitur: quū per feruorē zeli ex eius amore peccať. Sepe nāq; magnis hoc doctoribꝰ miranduſq; contigit: quo vt alta charitate feruent: modū correctionis exaggerēt: t lingua aliqd qđ non debent dicāt: quia mentē dilectio quantuſ debet inflāmat: sed verbū prolatę cōtumeliæ tā to citius partiť: quāto minus ex qua radicat pro deat penſatur. ¶ Isido. li. iij. de summo bono. Isidorus

Multi aliorū vitia cernunt: sua nō aſpiciūt: t cuſ ipsi maximis criminibus obnoxij teneanť: peccata minora fratribus non dimittunt.

¶ Ventus grece ἄνεμος. ου. ὁ. t ἀνεμώλιος. ου. ὁ. ἡ. ventosus dicit. Est aūt ventus impetus aeris in vnā partem fluentis. Vel sic.

Ventus est magna multitudo exhalationis ſcali dæ t siccæ motæ lateraliter sup terram ad multam distantiā scōm Aristotelem lib. iij. meteororum. Dicitur autem a venio. Hinc ventosus: hoc est plenus vento: vt regio ventosa. Vel inanis. vt verba ventosa: oratio ventosa: hoc est sine pondere: sine effectu. Hinc etiam ventositas: hoc est inanis iactantia: t vanitas. Hinc etiam ventilare: qđ est mouendo ventum captare.

¶ Venustas grece σεμνότης. ητος. ἡ. t σεμνός. ου. ὁ. venustus dicit. Est aūt venustas pulchritudo quędā: a qua venustus pulcher: venuste pulchre: t venusto ornato. vnde venusta oratio est que cum gratia quadā: ac venere dicitur. Dicunť autem hęc a venus: quod pulchritudinē significat. Quin. Quod cum gratia quadam: t venere dicit.

¶ Verbum grece λόγος. ου. ὁ. t προλαλόγος. ου. ὁ. verbosus. Est autem verbum quod significat tē pus: cuius ps extra nihil significat: t est semp eorum q̄ predicanť nota scōm Aristo. li. j. perihermenias: t tunc a grecis ῥῆμα. ατος. τὸ. dicitur. Verbum vocale in nostra lingua impositū est a corporali motu. s. ab aeris verberatione: sed ad significandū oē qđ dicit interius: vel exterius.

Verbū mentis nihil aliud est q̄ cōceptio intellectus: q̄ est operatio. i. ipsum intelligere: vel spēs intellecta. ex. b. Tho. j. sen. di. xxvij. q. ij. ar. ij. iij. c.

Verecundia grece αἰδώς. όος. ἡ. t αἰδέομαι verecundor dicitur. Est autez verecundia timor neglectionis vel dedecoris secundum Aristotelem li. ij. ethicorum. vj. de. ij. paral.

Verecundia est dolor quidam atq; perturbatio exmalis aut pſentibus: aut futuris: que infamiā inferunt prouenientes scōm eundem li. iij. Rhęto. Verecundia est timor turpitudinis exprobrabilis. Et principaliter respicit vituperiū: sed respicit culpam cōsequēter: t hoc duplicīter. s. cessando: t celādo. ex. b. Tho. scōs scō. q. cxvj. ar. ij. 144. Verecundia a vereor: qđ est timeo dicitur. Quid aūt ab erubescentia differat: vide supra in Erubescentia. Eccle. ¶ Ecclesiastici ca. vij. Vitiat.

Gratia eñ verecundię illius sup aurū. Ambro.

¶ Ambrosius li. j. de officijs. ca. 8. 9. 3.

Pulchra virtus est verecundia: t suauis gratia: que non solum in factis: sed etiā in ipsis spectatur sermonibꝰ: ne modū prętergrediaris loquēdi: ne qđ indecorū sermo resonet tuus. Speculū enim mentis plerūq; in verbis refulget: spiritū vocis librat modestia: ne cuiusq̄ offendat aurez vox fortior. Deniq; in ipsolocanendi genere: prima disciplina verecundia. ¶ Ibidem.

Tacebat i periculis. Susanna: t gratius verecundię: q̄ vitę damnū putabat: nec arbitrabat pericolo pudoris tuendam salutem. Soli deo loquebatur: cui poterat casta verecundia loqui: refugiebat ora intueri virorum. ¶ Ambro. ibidem.

Est eñ verecundia pudicitię comes: cuius societate castitas ipsa tutior est. Nōne hęc stulte publicant: q̄ cōmendauit eū qui nec oculos suos audebat ad cęlū leuare? Paulus oratione deferri pcepit: cum verecundia t sobrietate. ¶ Ibidem.

Verecundia quū sit oibus ætatibus: psonis: tpibus: t locis apta: tū adolescentes inuenilesq; annos maxime decet. Ut artifex in materia cōmodiore melius operari solet: sic verecundia in ipsoquoq; corporis decore plus eminet. Jta tū vt etiam ipse nō sit affectatus decor corpis: sed naturalis: simplex: neglectus: magisq̄ ornatꝰ: vel cultus: vel expetitꝰ. ¶ Amb. de morte Abel t Chain. Iuuenis. 8.

Erubescere debemꝰ t condēnare peccatū: nō defendere: quū pudore culpa minuiť: defensiōe cumulať. ¶ Hiero. ad Pāmachiū de morte Pauli. Ingenia liberaliter educata facilę verecundia: q̄ metus superat: t quos tormēta nō vincunt: interdum vincit pudor. ¶ Hiero. ibidem. Hiero.

Quicquid pudet dicere: pudeat t cogitare.

¶ Grego. sup Ezechielē homelia. x. Grego.

Sicut verecundia laudabilis est in malo: ita reprehensibilis est i bono. Erubescere eñ malū sapiētię est: bonū vero erubescere fatuitatis. Qui erubescit mala pœnitendo q̄ fecit ad vitæ libertatē puenit. Qui vero erubescit bona facere: a statu rectitudinis cadit: itaq; ad damnationez tendit. Sicut per redemptorē dicitur. Qui me erubescit t meos sermones ꝛc. Bernar.

¶ Bernar. sup cantica sermone. lxxxvij.

Quid amabilius verecundo adolescente? Quā pulchra: t q̄ splendida gēma mox fit verecundia in vita t vultu adolescentis? q̄ vera t minime dubia bonæ spei nuncia: bone indolis: virga disciplinę: expugnatrix malorū: propugnatrix puritatis innatæ: specialis gloria conscientię: fame custos: vitę decus: virtutis sedes: virtutū primitię: naturę laus: t insigne toti? honesti. ¶ Ibidē.

Verecundia sozor est continentiæ. Nullū æque manifestū indiciū colūbinæ simplicitatis: t ideo etiam testis est innocentiæ: lampas pudicitię mentis iugiter lucens: vt nil in ea turpe: vel indecorū residere attētet qđ non illa illico perdat.

Hugo. ¶Hugo de institutione nouicioꝝ.

audiences

Hęc dicentibus erubescenda essent: si a facientibus ꝓsumpta non fuissent: Nūc aūt sustineat in audiendo verecundiā: q̄ noluit in faciēdo habere disciplinā. ¶Seneca epistola. xj.

Seneca.

Bonū in adolescēte signū est: quū illi ex alto ruboꝛ suffundit: magis in iuuenib⁹ apparet: quib⁹ t plus caloris est t tenera frons: veteranos nihilominus t senes tangit: quidā aūt nō magis ꝙ quū erubuerint timendi sunt quasi omnē verecundiam effuderint. ¶Idem.

Artifices scenici hoc indicio imitanť verecūdiam: deſciunt vultū: vel submittūt: figunt in terram oculos: t deprimunt: ruboꝛē sibi exprimere nō possunt: nec ꝓhibeť: nec adhibeť: Nil aduersus hanc sapia ꝓficit: sui iuris est: iniussus venit: in iussus discedit. ¶Seneca epistola. xxv.

Nutriendus est pudoꝛ: qui ꝙdiu in animo duraverit aliquis erit bonæ spei locus.

¶Seneca in ꝓuerbijs.

Recta ingenia debilitat verecundia: ꝓtinus cōfirmat audacia. ¶Ibidem.

Turpia ne dixeris: paulatim enim pudoꝛ ꝙ verba discutitur.

Aristo. ¶Aristo. li. iiij. æthicoꝝ.

Verecūdia nō cōuenit oī ætati: sed tantū iuueni li. ¶Ibidem.

Iuuenes verecundos laudamus.

¶Ibidem.

Senem verecundum nullus laudabit.

Licero. ¶Licero in epistolis.

Sed tū qui semel fines verecundię pertransierit: eū bene t graviter oportet ec̄ impudentem.

Homer⁹ ¶Homerus in e Iliados.

ἀιδομένῳ δ' ἀνδράσι πλέονες σόοι. ἠὲ τέθνανται. i.

Verecundantiū virorū plures salui ꝙ interficiūtur. ¶Idem ω Iliados.

ὃν δέ οἱ ἀιδὼς γίγνεται ἠ τ' ἀμφάσμέγα σ' ὀνίνησι. id est

Neq; ipsi verecundia

Est quę viros valde lædit atq; iuuat.

¶Idem in ρ odysseæ.

ἀιδὼς δ' οὐκ ἀγαθὴ κεχρημένῳ ἀνδρὶ πορεῖναι. id est

Verecundia non bona indigentē virū comitať.

Pytago. ¶Pythagoras.

πρῆξεισ' ἀ αἰσχρόν ποτε μήτε μήτ' ἄλλον μήτ' ἰδίᾳ. πάντων δὲ μάλισα αἰσχύνεο σ'αυτόν. id est

Facies a ūt turpe vnq̄ nihil: neq; cum alio.

Neq; solus. Oīm aūt maxie verecundare teiſq;

Veritas greece ἀληθεια. ασ. ἡ. τ ἀληθής. έος. ὁ. ἦ. verus dicit. Est aūt veritas ꝙ quam immutata ea quę sunt: aut fuerunt: aut futura sunt dicuntur secundum Licero. lib. Rhętoricoꝝ.

Veritas est adæquatio rei ad intellectū secūdū Aristo. li. ij. Metaphysicę. Veritas dicit a verū: qđ est solidum: sincerū: nō falsum: Venit enī verum a ver veris: quoniā verno tpe sole arietē ingresso oia vere nascūtur: partusq; ad maturitatem perueniūt: quū alijs tpibus nata sæpe deficiant. Hinc verifico: verisimile: t veridicus deducuntur. ¶Eſdræ primica. iiij. Eſdræ

Veritas magna est: t fortior ꝓ omnibus. ¶Ibidem.

Omnis terra veritatē inuocat. ¶Ibidem.

Non est cū ea quicq̄ iniquū. ¶Dauid ꝑs. xj. Dauid.

Diminutę sunt veritates a filijs hominum.

¶Idem ꝑs. xxiiij.

Uniuersæ viæ dñi: misericordia: t veritas.

¶Hieronymus ad Celantiā. Hiero.

Oēt⁹ itaq; iurare lingua tua ꝓrsus ignoret: tantusq; in te sit veritatis amoꝛ: vt quicq̄d dixeris iuratū putes. ¶Idē sup Ezechielem.

Non meret audire veritatē: qui fraudulenter interrogat. ¶Gregoꝛ. li. x. moraliū. Gregoꝛ

Bonoꝝ mens quo durioꝛa ꝓ veritate tolerat: eo æternitatis ꝓmia certius sperat.

¶Joan. Chryſ. de laudibus Pauli homeli. iij. Joānes chryſo. falſitas

Talis est conditio falsitatis vel erroꝛis: vt etiaꝫ nullo sibi assistente confestim cadat ac defluat. Talis autem e diuerso veritatis status: vt etiā multis ꝛpugnantibus suscitetur t crescat.

¶Idem sup Matthęū.

Nō pōt eis esse excusatio condemnatiōis ignoratia veritatis: quib⁹ fuit inuestigandi facultas: si fuisset q̄rendi se voluntas. Nā si veritas salus t vita cognoscēt⁹ se diꝛ magis queri dz ꝙ pecunia. pōt⁹ecci negligētia.

¶Boetius libꝛo. j. prosa. iij. de philosophica consolatione. Boetius

Sed sibi semper mētens imprudētia rerū merita non potest immutare. Nec mihi socratico decreto fas esse arbitroꝛ: vel occuluisse veritatē vel cōfessis se mendacium. ¶Idem lib. iij. metro. j.

Tu quoq; falsa tuens bona prius

Incipe colla iugo retrahere.

Vera debinc animum subierint.

¶Lactā. fir. dini. instī. aduersus gētes. li. j. ca. j. Lactan⁹

Magno t excellenti ingenio viri: quum sese doctrinæ penitus dedissent: quicquid laboris poterat impendi: contemptis omnibus publicis: et priuatis actionibus: ad inquirendæ veritatis studium contulerunt: existimantes multo ec̄ præclarius humanarum diuinarūq; rerū inuestigare ac scire rationē: ꝙ struēdis opibus: aut cumulandis honoꝛibus inhærere. Quibus rebus qm̄ fragiles terrenæq; sunt: t ad solius corꝑis pertinēt cultū: nemo melioꝛ: nemo iustioꝛ effici potest. Erant quidē illi veritatis cognitiōe dignissimi: quā scire tantopere cupiuerūt: atq; ita vt eā rebus oībus anteponerent. Nam t abiecisse quosdam res familiares suas: t renunciasse vniuersis voluptatibus constat: vt solaꝫ nudamq; veritatem nudi expeditiq; sequerent: tā tum apud eos veritatis nomē atq; authoritas valuit: vt in ea esse summi boni præmiū prædicarent. Sed neq; adepti sunt id quod volebant: t operam simul: atq; industriam perdiderunt. Quia veritas id est archanū summi dei: qui fecit omnia: ingenio studiū

fabulę curiosus

fraus:

ꝙsa:

1·16·i·Virtus ꝓ intellectu.

2·Veritas ꝓ sponte et sine dubio dicte.

3·Virtus ꝓ ingenio querulus.

4·Virtus ꝓ ingenio.

5·Miles fortitudo tā ꝓ virtute ꝙ ingenio.

6·Virtus creata nō ꝛ eterna.

7·Veritas immutabilis.

22.109·

ſ·i·sen·diſtig·dq̄ſ

ſuber·de·v·c·ſa·c·18.

nil nisi verū. ¶Aristo. li. j. posteꝛioꝝ.

Omne de quoꝛ cōtingit: aut affirmare: aut negare: verū est: quia est. ¶Ibidem.

Ex veris t nō demonstratiue est syllogizare: ex necessarijs aūt nō: sed demōstratiue. ¶Ibidē.

Ex veris semp sequit ipsum verum.

¶Porphirius in vniuersalibus. Porphi⁹ rius.

Ab eo qđ res est: vel non est: oratio dicitur vera vel falsa. ¶Licero Tusc. quę. lib. iij. Licero.

Quid enī laboꝛ: nisi vt veritas in oīm quæstione explicetur? ¶Ibidem lib. iiij.

Verum dicentibus facile cedam.

¶Licero Rhętoricoꝝ nouoꝝ li. iij.

Et qui in sermonib⁹ t cōuentu amicoꝝ verum non dixerit: nisi ꝙ eum sibi in cōcionib⁹ credas: a mēdacio tēperatum. ¶Periāder. Perian.

ἀλήθειαν ἔχον. id est

Veritatē habe. ¶Menander. Menan. Nocrmis

ἡ γλῶσσ' ἁμαρτὰ νοῦσα τἀληθῆ λέγει. i.

Lingua aberrans vera dicit.

¶Plautus in Amphitryone. Plautus

Miserrima ista hæc miseria ē seruo bono apud hærū qui verba loquit: si id verū vincitur.

¶Terentius in Andria. Terētius

Veritas odium parit. ¶Terētius ibidē.

Potin mihi verū dicere? Nihil facilius.

¶Vernus græ. ἔαρινός. αν. ὸ. dicit. Unde verna deducit. Verna enī seruꝰ dicit ex ancilla nostra in nostris ædibus natus. Unde vernaculū appellamus quicquid in domo t patria nostra natum est: t vernaculā linguā cōmunē atq; vulgarē. Dicitur aūt verna a vere: quoniā tps veris ad generādum maxime est idoneum. Et oīm ancillarū cōsuetudinem verno tempoꝛe habeāt.

¶Versipellis græ. παμφυρΓοσ. ον. ὁ. dicitur. Hi autez versipelles dicunť: qui modo vnū: modo aliud ostendunt: t quolibet se fraudulenter commutant. Plautus. Versipellem se facit: quando lubet. Est autē hoc verbū tractū ab his hominibus qui in lupos verti: rursusq; restitui sibi dicunť. Uergi. Ibis ego sepe lupum fieri: t se condere siluis Hœrim: sæpe animas imis excire sepulchris.

¶Versutia græ. παμφυΓία. ασ. ἡ. τ παμφύρΓοσ. ον. ὁ. astutus dicit: quicqđ sit vide supra in Astutia. Versutus est cuius celeriter mēs versatur: sm Ciceronem lib. iij. de natu. deoꝝ.

¶Versus græ. Sίχοσ. ου. ὁ. Est autem versus aliquādo nomen: t significat carmen: a quo diminutus fit versiculus. modo ordinem. Uergil. Ille etiam seras in versum distulit vlmos. Aliquādo est ꝓpositio: t accusatiuum vult: t fere semper postponitur: vt Italiam versus. Differt autem versus a Carmine: quia versus solus est. Carmen vero significat modo vnū versum: modo duos: modo plures etiā totū poema. Et dicit Carmen quasi canimē. Est igitur Carmen quicquid pedibus continetur. Significat etiā Carmen incantationē. Uerg. Carmina vel cœlo possunt deducere lunam.

¶Vestigium græ. ἴχμοσ. εσοσ. τὸ. dicitur: t est ꝓprie impressio pedis: id est signuꝫ quod a pede relinquitur: dictum ꝙ veluti indumentum sit pedis. ſ. sen. diſtꝫ. Hic Peruestigo atq; Inuestigo que significāt quę rendo inuenio. hinc etiam vestigabūdus: vestiga-

tor: investigator fiunt. paral.

¶ Vestis græca dictio videtur ἐσθής.ῆτος.ἡ.et ἔνδυμα.ατος.τὸ. vestimentum: et ἐνδύω vestio dicitur. Vestem iurisconsulti diffiniunt esse quicquid induendi: præcingendi: amiciendi: insternendi: tegendi: accubandi: gratia paratum est. Sunt qui velint vestem et vestimentum nihil differre. Alij vero ita distinguunt: quod vestis generaliter dicatur: vestimentum vero particulariter. Alij dicunt vestimenta esse non modo lanea: linea: bombycina: serica: sed etiam scortea: frondea: scripea: palearia: et ex quacunque materia facta sunt ad corpus tegendum. Dicitur autem vestis: teste Varrone: a velando.i. tegendo: quod corpus velet.i. tegat: vnde et investes imberbes dicimus.

¶ Via græce ὁδός.οῦ.ἡ.et ὁδέτης.ου.ὁ. viator dicitur. Est autem via locus per quem habere iter omnibus licet. Aliquando accipitur pro ipso itinere: hoc est actu ambulandi. Interdum pro ratione. Vergi. Inveni germana viam. Hinc viatores qui magistratibus parebant: hominesque ex agris ad magistratus frequenter evocabant: secundum Ciceronem lib. de senectute.

¶ Victima græce θυσία.ας.ἡ. dicitur. Et est quæ dijs immolatur ob devictos: quæ et hostia dicitur. Eiusdem enim significationis sunt. Nec placet quod quidam dicunt. Hostias dici pecudes quæ dijs immolantur: quum exercitus in hostes ducimus. Victimas vero quæ post victos hostes sacrificantur. Nam falsum esse liquet. ¶ Ovidius. *(Ovidius)*

Victima quæ dextera cecidit victrice vocatur.
Hostibus a domitis hostia nomen habet.

¶ Vicinitas græce γειτνίασις.ιος.ἡ.et γειτνιάω vicinus sum. Vicini non tam hi qui eundem incolunt locum: quod qui prope domum nostram habitant. hinc vicinia deducitur: et convicinium vbi plures inter se vicini sunt: et vicinitas pro propinquitate vicinorum: et quandoque pro vicinorum multitudine. Dicuntur autem hæc a vico. Est autem vicus proprie pars vrbis. Quippe vrbs in vicos: quasi in minora membra dividitur: vt Romæ: Suburra: Esquiliæ: Vicus autem a via dicitur: quod via circum haberent vici. ¶ Hesiod⁹. *(Hesiod⁹.)*

πῆμα κακὸς γείτων. ὅσσον τ᾽ ἀγαθὸς μέγ᾽ ὄνειαρ
ἔμμορέ τοι τιμῆς. ὅς τ᾽ ἔμμορε γείτονος ἐσθλοῦ.i.
Damnum malus vicinus: tantumque bonus magna vtilitas.
Sortitus est honorem: qui sortitus est vicinum bonum.

Victoria.g. νίκη.ης.ἡ. vel νῖκος.εος.τὸ.et νικητής.οῦ.ὁ. victor: et νικάω vinco dicitur. Venit autem victoria a vinco quod est supero: quasi vim facio: vel animi compos fio. Hinc victor qui voti compos est: et victrix: et victoriosus. Hinc etiam victima de qua supra.

¶ Ioannes in epi.j.c.v. *(Ioannes)*

Omne quod natum est ex deo vincit mundum: et hæc est victoria quæ vincit mundum: fides nostra. Quis est autem qui vincit mundum: nisi qui credit: quoniam Iesus est filius dei.

¶ Ambrosius lib. de officijs. *(Ambro.)*

Non est gloriosa victoria: nisi vbi fuerint laboriosa certamina.

¶ Lactanti⁹ fir. divi. insti. lib. vj. ca. vj. *(Lactanti⁹)*

In arbitrio dei: non tuo posita est victoria. Et plerunque improbi: et numero: et conspiratione sunt potentiores quam boni: vt ad eos superandos non tam virtus sit quam fœlicitas necessaria. ¶ Plato lib. de legibus. *(Plato.)*

Quoniam libera est anima: et domina passionum: vincere autem seipsum omnium victoriarum prima et optima. Vinci autem a seipso: et turpissimum est et pessimum.

¶ Valeri⁹ maximus lib. v. *(Valeri⁹ maxi.)*

Ea demum victoria: et apud deum: et apud homines minimum invidiæ habitura est: quæ plurimum humanitatis habet. ¶ Lucan⁹ lib. iiij. pharsaliæ. *(Lucan⁹.)*

Vincitur haud gratis iugulo qui provocat hostem.

¶ Ovidius meta. li. ix. in principio. *(Ovidius)*

Quis enim sua prœlia victus
Commemorare velit? Referam tamen ordine. Nec tam
Turpe fuit vinci: quam contendisse decorum:
Magnaque dat nobis tantus solatia victor.

Viduitas græce χηρεία.ας.ἡ.et χήρα.ας.ἡ. vidua dicitur. Vidua proprie ex significatione vocabuli: seu secundum æthymologiam dicitur quælibet mulier sine viro: etiam si nunquam virum habuisset: quasi sine duitate. Et dicitur a ve quod est sine: vt vecors: et vesanus. ff. de ver. signi. l. Malum. §. Viduas. Vel sic.

Vidua dicitur quasi idua: hoc est a viro divisa. Iduare enim etrusca lingua dividere est. Hinc viduare pro privare capitur. Hinc etiam viduertas calamitas dicta: quod viduet id est privet bonis. A viduo pariter divido per compositionem deducitur. Veteres enim quod nunc divido dicimus dividuo dicebant. Vnde dividuum quod modo separabile: modo separatum significat. Cuius contrarium individuum: quod græci ἄτομον vocant. De quo vide supra in Individuum.

¶ Exodi cap. xxij. *(Exodi.)*

Viduæ et pupillo non nocebis: si læseris eos vociferabunt ad me. ¶ Ecclesiastici cap. xxxv. *(Eccli.)*

Nonne lachrymæ viduæ ad maxillam ascendunt: et exclamatio eius super deducentes eas: a maxilla quoque ascendunt in cœlum: et dominus exauditor non delectabitur in eis.

¶ Paulus. j. ad Timotheum. c. v. *(Paulus)*

Viduas honora quæ vere viduæ sunt. Si qua autem vidua filios: aut nepotes habet: discat primum domum suam regere: mutuam vicem reddere parentibus.

¶ Ibidem.

Vidua in delitijs vivens: mortua est.

¶ Idem primæ ad Corinthios. c. vij.

Dico innuptis et viduis: bonum esse illis si sic permaneant: sicut ego. Quod si non continebant nubant. Melius est enim nubere quam vri.

¶ Augustinus lib. de bono coniugali. *(Augu.)*

Sicut bonum erat. Vide supra in Castitas.

¶ Hieronym⁹ epla. xcvj. *(Hiero.)*

Quid facit hæc vidua inter familiæ multitudinem: inter ministrorum greges?

¶ Ibidem.

Caveto omnes suspitiones: et quicquid de te probabiliter fingi potest. ¶ Hieronym⁹ ibidem.

Nesciat vidua bigamiæ indulgentiam.

¶ Verg. li. iiij. æneidos. et sunt Didonis verba de Sicheo marito suo. *(Vergili⁹.)*

Sed mihi vel tellus optem prius ima dehiscat:
Vel pater omnipotens adigat me fulmine ad vmbras:
Pallentes vmbras herebi: noctemque profundam:
Ante pudor quam te violem: aut tua iura resolvam.
Ille meos primus qui me sibi iunxit amores
Abstulit: ille habeat secum: servetque sepulchro.

¶ Fran. petrar. cantilena. xxxv. stantia. vij. *(Franci. petrar.)*

Non fa per te di star fra gente alegra:
Vedova sconsolata in veste negra.

¶ Vigilia græce ἀγρυπνία.ας.ἡ.et ἀγρυπνέω vigilo dicitur. Est autem vigilia solutio et remissio sensus. Aristo. lib. de sensu et sensato.

Vigilia est dispositio in qua anima imperat sensibus et virtutibus exterioribus: et movet voluntarie ad operandum secundum Avicennam.

Vigilia dicitur a vigeo. Est enim vigere validum et robustum esse: quasi vim agere. Quare vigiles non segnes non torpentes: quales sunt dormientes: sed qui in vigore suo sunt. Vnde pervigiles non modo assidue vigilantes: sed diligentes: et industrios dicimus. Hinc vigilare quod est studium ac diligentiam adhibere: et invigilare alicui rei incumbere. Pervigilareque quod est assidue vigilare. Martialis. Nam vigilare leve est: pervigilare grave est.

¶ Vilitas græ. φαυλότης.ητος.ἡ.et φαῦλος.ου.ὁ. vilis dicitur. Vile autem proprie dicitur quod parum valet. Cuius contrarium est carum. Venit autem vilis a villa: vt quidam volunt vna littera abiecta: quoniam omnia in villa viliora sunt: et minori precio venduntur: quam in vrbe. Hinc vile pro abundanti ponitur: quia quicquid nimis abundat vile est: hoc est parvo venditur precio. Vergi. Vilemque faselum.

¶ Vilicus græ. οἰκονόμος.ου.ὁ.et χωρίον.ου.τὸ. vila dicitur. Est autem villicus villæ custos: et qui fructibus percipiendis et colligendis præponitur. Villa vero non ager est: sed domus in agro. A villa fit villula diminutivum: hoc est parva villa: et villicus et villica. Necnon villicari: quod modo est rusticari: modo villæ præesse. hinc etiam villanus qui in villa habitat.

¶ Vindemia græ. τρυγητός.οῦ.ὁ.et τρυγάω vindemio dicitur. Dicta autem est vindemia a vino demendo. Vnde fit etiam vindemio verbum: et vindemiator qui vindemiat. Vindemia etiam ad alia transfertur. Plinius. Prima mellis vindemia melior.

Vindicta græ. ἄμυνα.ας.ἡ.et ἀμυντήριος.ου.ὁ. vltor dicitur. Est autem vindicta iniuriæ contumeliæve illatæ punitio: a vindico quod est vlciscor: quod est compositum a vim et dico. Vnde vindex vltor iniuriæ: et vindicatio ipse actus vltionis.

Vindicatio est per quam vis: aut iniuria: et omnino omne quod obfuturum est: defendendo: aut vlciscendo propulsatur secundum Ciceronem in rhe. Cuius contrarium est abiectio suique contemptio. paral.

Vindicatio est virtus specialis: quæ ad hoc natura inclinat: et consistit in medio duorum vitiorum: scilicet crudelitatis: et sævitiæ secundum excessum: et remissionis secundum defectum. ex bea. Tho. secunda secundæ. q. lxxx. ar. ij.

Vendicare est (vt ita dicam) appropriare: et dicitur a venum qui assi conveniens mihi dico. Venum autem dicitur quasi venium: vnde et venundo: et venundatio: quæ est permutatio rerum: et contractus ex conventione provenientes. A venundo fit detractis duabus litteris vendo: vnde venditor: et venditio: et venditor: et vendibile: quod facile vendi potest.

¶ Levitici capi. xix. *(Levitici.)*

Ne quæras vltionem: nec memor eris iniuriæ civium tuorum. ¶ Proverbio. capi. xxiiij. *(Prover.)*

Ne dicas quomodo fecit mihi: sic faciam ei: et reddam vnicuique secundum opus suum. ¶ Ecclesiastici. c. xxviij. *(Eccli.)*

Qui vindicari vult: a domino inveniet vindictam.

¶ Paulus ad hebræos cap. xj. *(Paulus.)*

Scimus enim qui dixit: mihi vindictam et ego retribuam. ¶ Cassiodorus episto. xxviij. *(Cassiod.)*

Qui discrepat a peccante: qui semper excessum nititur vindicare. ¶ Seneca tragœdia. j. *(Seneca.)*

Sæpe vindicta obfuit. ¶ Phocylides. *(Phocyl.)*

μὴ μιμοῦ κακότητα δίκῃ δ᾽ ἀπάλειψον ἅμαρτον πειθὼ μὲν γὰρ ὄνειαρ, ἔρις δ᾽ ἔριν ἀντιφυτεύει: id est

Noli imitari malum virum: sed iustitiæ relinque vindictam. Consiliatio enim vtilitatem: sed contentio contentionem gignit. ¶ Iuvenalis satyra. xiij. *(Iuvena.)*

At vindicta bonum: vita iucundius ipsa?
Nempe hoc indocti. ¶ Ibidem.
Chrysippus non dicit idem: nec mite Thaletis
Ingenium. ¶ Iuvenalis ibidem.
Quippe minuti.
Semper et infirmi est animi exiguique voluptas
Vltio: continuo sic collige: quod vindicta.
Nemo magis gaudet quam fœmina.

Vinum græ. οἶνος.ου.ὁ.et οἰνοφόρος.ου.ὁ.ἡ. vinifer dicitur. Vinum aliqui volunt dictum a vi: quod vim inferat menti. Alij vero volunt græcum esse: et ab οἴομαι dictum quod est puto: quoniam qui copiosius bibunt: multa quæ non sunt imaginantur. A vino fiunt vinolentus: hoc est ebriosus: vino se ingurgitans: et vinosus eiusdem fere significationis. Vitis a ferendo vino. Vindemia de qua supra: et vindemio: vinarium quod ad vinum spectat: vinacea substantivum plurale: quod significat grana vvæ iam passæ: et vinaceus adiectivum: vnde acinus vinaceus.

¶ Homerus in ζ Iliados. *(Homer⁹)*

ἀνδρὶ δὲ κεκμηῶτι μένος μέγα οἶνος ἀέξει. i.
Viro autem defatigato manum robur vinum auget.

¶ Idem in β odyssee.

οἶνον καὶ ἄλφιτα μυελὸν ἀνδρῶν. i.
Vinum et farinam medullam hominum.

¶ Idem in ξ odyssee.

οἶνος γὰρ ἀνώγει
ἠλεός, ὅς τ᾽ ἐφέηκε πολύφρονά περ μάλ᾽ ἀεῖσαι
καί θ᾽ ἁπαλὸν γελάσαι, καί τ᾽ ὀρχήσασθαι ἀνῆκε
καί τι ἔπος προέηκεν ὅπερ τ᾽ ἄρρητον ἄμεινον
id est

Vinum enim iubet.
Stolidum faciens quodque impulit prudentem valde cavere:
Et tenerum ridere: et saltare incitavit.
Et aliquod verbum emittere fecit quod non dictum melius erat.

Ex.j. epigrāmatō ¶Ex primo epigrammaton.
ὄινος καὶ τὰ λοετρὰ καὶ ἡ περὶ Κύπριν ἐρωὴ
ὀξυτέρην πέμπει τὴν ὁδὸν εἰς ἀίδην.id est
Uinum ꝛ balnea:ꝛ circa venerem amoꝛ.
Per velocioꝛem mittit viam in infernum.

Nicerat⁹ ¶Niceratus.
οἶνος τοι χαρίεντι μέγας πέλει ἵππος ἀοιδῷ
ὕδωρ δὲ πίνων καλὸν οὐ τέκοις ἔπος.
Uinum sane gratioso magnus est equus poetę.
Aquā aūt bibēs bonū nō faceres versum.
De hac materia habes supꝛa vbi ebꝛietas.

Irginitas græ. παρθενία.ας.ἡ ꝛ παρθένιος.ου.ὁ.virgo: ꝛ παρθένιος.ου.ὁ. virginalis dicit. Est aūt virginitas per purā cōtinētiā ab omī concubitu immunis:ꝛ in carne coꝛruptibili incoꝛruptionis perpetua meditatio ꝑm Augustinum. dicitur autem a viroꝛe ꝙ impoꝛtat immunitatē a concupiscentiæ adustione circa delectationes venereas. ex bea. Tho. secunda secundæ.q.clij. Uirgo a viridioꝛi ætate: hoc ē validioꝛe appellata est. Uerg. De Pasiphę matre duaꝝ filiaꝝ dixit. Ah virgo infœlix quæ te dementia cœpit? Ouidius. Adultera virgo. Aliquando intactā ꝛ rei venereæ expertem significat. Ouidius. A iuuene et cupido credatur reddita virgo? Uirgo nunc nomen cōis generis est: et tā marē ꝙ fœminā significat rei venereæ expertem. A virgo fiūt viginitas: virgine⁹: quod est aut fuit virginis. Uirginalis: dignus virgine: virgunculam veteres paruam virginem dixere.

Genes. ¶Genesis cap.xxiiij.
Uirginitas enim thesaurus impꝛeciabilis est.

Paulus. ¶Paulus.j.ad Coꝛinthios cap.vij.
De virginibus pꝛęceptum domini non habeo: consilium autem do.

¶Ibidem.
Mulier innupta:ꝛ virgo cogitat quę domini sunt:
Apoca. vt sit sancta:ꝛ coꝛpoꝛe:ꝛ spiritu.

¶Apocalip.cap.xiiij.
Nemo poterat dicere cāticum:nisi illa.xliiij.milia.

¶Ibidem.
Uirgines eñ sunt: ꝛ sequūtur agnū quocūꝗ ierit.
August. ¶Aug. de bono virginali super illud Uirgines eñ sunt: ꝛ sequūtur agnū quocūꝗ ierit.
Agnum sequi quocunꝗ ierit est ipsius virginitatē mentis ꝛ coꝛpoꝛis imitari.

¶Ibidem.
Gaudia virginum non sunt eadem:cum nō virginibus ꝗuis Christi. Nam sunt alijs alia: sed nullis talia. ¶Augu.epl'a.cxxviij.
Beatius est in carne imitari vitam angeloꝛum: ꝙ ex carne augere numerum moꝛtaliū. Hęc est vberioꝛ fœcundioꝛꝗ fœlicitas: non ventre grauescere: sed mente grandescere: non lacescere pectoꝛe: nō visceribus terrā: sed oꝛationib⁹ cœlū parturire.

¶Aug. de bono coniugali.
Sicut bonū erat quod Martha faciebat. Uide supꝛa in Castitas.

¶Aug. de continentia viduali.
In coniugali vinculo: si pudicitia conseruatur dānatio non timetur: sed in virginali ac viduali cōtinētia excellētia muneris amplioꝛis expetitur: qua expetita ꝛ electa ꝛ voti debito oblata iam non solū nuptias capessere: sed etiam si non nubant nubere velle dānabile est. ¶Augu.super ps.xvij.
Quæ est virginitas mentis? integra fides: solida spes: sincera charitas.

¶August. super ps.xxix.
Quid pꝛodest integra caro: mente coꝛrupta? Melius est humile coniugium: ꝙ superba virginitas.

Hiero⁹. ¶Hieronymus epl'a.lxvij.
Rarus sit egressus in publicum. Nunꝗ causa deerit pꝛocedendi: si semper quum necesse fuerit: fueris pꝛofectura.

¶Idem ad Eustochium epl'a.xliiij.
Caue queso: ne quando dicat de te deus: virgo Israel cecidit: ꝛ non est qui resuscitet eam. Euidēter loquoꝛ. Quum omnia possit deus: suscitare nō potest virginem post ruinam. Ualet quidem liberare a pœna: sed non coꝛonare coꝛruptam.

¶Idem: ꝛ habetur.xxxiij.q.v.
Hoc solum nunc dico: vide supꝛa in Castitas

¶Idem epl'a.xliiij.
Si experto creditur: hoc pꝛimum moneo: vt sponsa Christi vinum fugiat pꝛo veneno: hæc aduersus adolescentiam pꝛima arma sunt dæmonum.

¶Ibidem.
Uinum ꝛ adolescentia duplex incendium voluptatis. Quid oleum flamme adijcimus? Quid ardenti coꝛpusculo fomenta ignium ministramus? Moderatus cibus: ꝛ nunꝗ vēter expletꝰ: sint tibi quotidiana ieiunia ꝛ refectio saturitatem fugiens.

¶Hiero. ad Demetriaden epi.lxvij.
Sit sermo virginis pꝛudēs: modestus: ꝛ rarus: nō tam eloquentia pꝛęciosus ꝙ pudoꝛe. Mirentur omnes te tacente tuam verecundiam: te loquente pꝛudentiam.

¶Ibidem.
Nunꝗ detractio ex virginis oꝛe pꝛocedat.

¶Hieronymus in sermone de Assumptione.
Bene angelus ad virginem mittitur: quia semper est angelis cognata virginitas. Pꝛofecto in carne pꝛeter carnem viuere: non terrena vita est: sed cœlestis: vnde in carne angelicam gloꝛiam acquirere maioꝛis est meriti: ꝙ habere. Esse enim angelum fœlicitatis est: esse vo virginem virtutis: dum hoc obtinere nititur cum gratia: quod habet angelus ex natura: vtrūꝗ tamen: ꝛ esse virginem: et angelū diuini muneris est officium: non humanum.

Ambro. ¶Ambro.li. de virginitate.
Ubiꝗ in virgine comes singularum virtutū est pudoꝛ. hic indiuiduus debet esse virginitatis: sine quo non potest esse virginitas. Teritur officijs pudoꝛ: audacia emicat: risus obꝛepit: modestia soluitur dum vꝛbanitas affectatur.

¶Ambꝛosius super lucā lib.j.
Trepidare virginū est: ꝛ ad omēs viri ingressus pauere. Omēs viri affatus vereri. Disce virgo verboꝛum vitare lasciuiam. Maria etiā tacet in salutatione angeli.

¶Ambꝛo. de viduitate.
Uirgo quæ chꝛistum requirit non debet esse vulgaris: non in foꝛo: non in plateis: non esse voce ꝗrula: gressu lubꝛica: auditu facilis: vilis aspectu.

¶Ambꝛosius libꝛo de viduis.
Supergreditur virginitas conditionem nature humanę per quam hoīes angelis assimilantur: maioꝛ tñ est victoꝛia virginū: ꝙ angeloꝛū. Angeli enim sine carne viuunt: virgines vero in carne triumphant. ¶Ambꝛosius de virginitate.
Claude vas tuum ne vnguentum effuat: claude virginitatem: verecundia loquēdi: ꝛ abstinentia gloꝛiandi. ¶Ibidem.
Non est casta quę metu cogitur: nec honesta quę mercede conducitur. ¶Ibidem.
Quis neget hanc vitam esse de cœlo? quam non facile inuenimus in terris: nisi postꝗ dñs in huius coꝛpoꝛis membꝛa descendit.

Grego. ¶Gregoꝛius in glosa super illud Genesis xix. in monte saluum te fac.
Uirginitas altus mons est ad quē angelus hoꝛtatur: sed qui videt se non posse ascendere maneat in segoꝛ.i. in legitimo matrimonio: quia melius est mediocri bono vti: ꝙ per abꝛupta libidinū pꝛęcipitari.

Phocyli. ¶Phocylides.
παρθενικὴν δὲ φύλασσε πολυκλείστοις θαλάμοισι
μὴ δέ μιν ἄχρι γάμων πρὸ δόμων ὀφθῆμεν ἐάσῃς.
κάλλος δυστήρητον ἔφυ παίδων τοκέεσσι.id est
Uirginem custodias bene clausis thalamis
Neꝗ ipsam vsꝗ ad nuptias ante domum conspici permittes.
Pulchꝛitudo difficilis custoditu est pueroꝛū parentibus.

Paulus silēti. ¶Paulus silentiarius.
καλὰ τὰ παρθενίης κειμήλια παρθενίη δὲ τὸν βίον ὤλεσεν ἂν πᾶσι φυλαττομένη.
τοὔνεκεν ἐνθέσμως ἄλοχον λάβε. καί τινα κόσμῳ δὸς βροτὸν ἀντὶ σέθεν. φεῦγε δὲ μαχλοσύνην.i.
Pulchꝛi virginitatis thesauri: sed virginitas
Uitam perderet vtiqꝫ omnibus seruata.
Iccirco legitime vxoꝛem cape: et aliquē mundo
Da moꝛtalem pꝛo te. Fuge autem adulterium.

Plautus ¶Plautus in epidicho.
Non nimis potest pudicitiā quisꝗ seruare filię.

Ouidi⁹. ¶Ouidius metamoꝛ.lib.v.fabula.iij.
Omnia terrent
Uirgineas mentes.

¶Idem lib.xiij.fabula.ij. de iphigenia.
Tunc quoqꝫ cura fuit partes velare tegendas.
Quum caderet: castiqꝫ decus seruare pudoꝛis.

¶Idem lib.xiiij.fabula.xvj.
Salue virginei flos intemerate pudoꝛis.

¶Ouidius epistola œnones ad paridem.
Nulla reparabilis arte
Læsa pudicitia est: deperit illa semel.

¶Ouidius epi. paridis ad helenam.
Lis est cum foꝛma magna pudicitię:

Catullus ¶Catullus in epitalamio.
Ut flos in septis secretus nascitur hoꝛtis
Ignotus pecoꝛi nulli contusus aratro:
Quem mulcent auræ: firmat sol: educat imber:
Multi illum pueri multæ optauere puellę.
Idem cum tenui carptus defloꝛuit vngui:
Nulli illum pueri: nullæ optauere puellæ.
Sic virgo dum ītacta manet: tum chara suis: sed
Quum castum amisit polluto coꝛpoꝛe floꝛem:
Nec pueris: hæc chara manet: nec chara puellis.

Horati⁹. ¶Hoꝛatius carminū lib.iij.ode.xxvij.
Leuis vna moꝛs est.
Uirginū culpę.

Frācisc⁹ petrar. ¶Frācisc⁹ petrar. sone.cclxxiij.
Chara la vita: ꝛ doppo lei mi pare
Uera honesta: chen bella donna sia.
Loꝛdine volgi: e non fur madre mia
Senza honesta mhai cosse belle o chare.
Et qual si lascia dal suo honoꝛ pꝛiuare:
Ne donna e piu: ne viua ꝛ se qual pꝛia
Appare in vista: ꝛ tal vita aspꝛa ꝛ ria
Uia piu che moꝛte ꝛ di piu pene amare.
Ne di lucrecia mi marauigliai:
Se non come a moꝛir se bisognasse
Ferro: ꝛ non li bastasse il doloꝛ solo.
Uengan quanti philosophi fur mai
A dir dicio: tute loꝛ vie fien basse
Et questuna vedremo alzarsi al volo.

¶Franciscus petrar. triūpho moꝛtis lib.j.
Poche eran per che e rara vera gloꝛia.

Irilitas græce ἀνδρεία.ας.ἡ. et ἀνδρεῖος.ου.ὁ. virilis dꝛ. Est aūt virilitas idē qd̄ fiducia. Iō ē pars potētialis foꝛtitudīs ꝑm.b.Tho. scda scdę.q.cxxviij. de qua videre potes supꝛa in arboꝛe foꝛtitudīs. A vir venit virilis foꝛtis: magnanim⁹: ita ꝛ virago mulier foꝛtis: ꝙ viro similis sit: ꝛ græce ἀντιάνειρα.ας.ἡ. dicitur.

Iob. ¶Iob.capi.xxxvij.
Uiri perfectę vitæ hoīes memoꝛantur.

Paulus. ¶Paulus pꝛimæ ad coꝛin.ca.xj.
Ubi vir caput ē mulieris. ¶Ibidē scdę ca.xiij.
Quādo fact⁹ sum vir: euacuaui ꝗ erāt paruuli.

Augusti. ¶Augustinus lib.iij. sermonū: sermone.xiij.
¶Uir enim dicitur a virtute: eo ꝙ libidines vincere debet.

Grego. ¶Grego. moꝛa.lib.xxvj sup illud Iob.xxiij. De ciuitatib⁹ fecerunt viros gemere.
Uiri sunt qui perfectis gressib⁹ per viam dei nō fluxe ꝛ eneruiter currunt: sed viriliter.

¶Idem.xxxviij. super illud Iob. Accingere sicut vir lumbos tuos.
Scriptura sacra viros vocare cōsueuit: qui vias dñi foꝛtib⁹: ꝛ non dissolutis gressibus sequūtur.

¶Gregoꝛius moꝛa.xxviij. super illud pꝛouerbio. O viri ad vos clamito.
Ego non fœminis: sꝫ viris loquoꝛ: qꝛ hi ꝗ fluxa mente sunt: verba mea percipere nequaꝗ possunt: carnalis eñ voluptas: ꝛ fœminea mollicies aut fluxua lænitas: et desidiosa ociositas offœminant.

Lactāti⁹ firmian⁹. ¶Lactāti⁹ fir.li.vj.ca.iiij. diui.insti.
Bonus vir nō audet ꝗcꝗ cogitare: aut facere: qd̄ nō audeat ꝑdicare. Semꝑ ita viuam⁹ vt rationē nobis reddēdā arbitremur.

Seneca. ¶Señ.epl'a.lxxvij.
Ergo in homine quocūꝗ nihil pertinet ad rem: ꝗtum aret: ꝗtum fœneretur: quā multis salutetur: ꝙ pꝛæcioso incumbat lecto: ꝙ placido poculo bibat: sed ꝙ bonus sit. Bonus autem est: si ratio explicita ꝛ recta est: ꝛ ad naturę suæ voluntatem accommodata. Hæc vocatur virtus: hæc est honestum et vnicum hominis bonum: nam cum sola ratio perficiat hominem: sola ratio perfecta beatum facit: hæc autem vnum bonum

est quo vno beatus efficitur scilicet virtus.
¶Seneca libro de beneficijs.
Vir bonus non potest non facere qd facit: non est enim bonus: nisi fecerit.
Aristo. ¶Aristoteles libro. iij. æthicorum.
Bonus singula cum ratione iudicat.
Cicero. ¶Cicero libro officiorum.
Est igitur vlla res tanti? aut commodum tam expetendum: vt viri boni nomen et splendorem amittas? ¶Cicero in vltimo tuscu. quæsti.
Jam vero q̄ potest vir bonus non ad id quod laudabile sit omnia referre quæ agit: queq3 sentit? Refert autem omnia ad beate viuendum. Beata ergo vita laudabilis: nec quicq̄ sine virtute laudabile. Beata igitur vita virtute conficitur.
Lucius. apule. ¶Lucius apuleius de deo socratis.
Nihil est enim deo similius τ gratius: q̄ vir animo perfecto bonus: qui hominibus cæteris antecellit: q̄tum ipse a dijs immortalibus distat.
Horati⁹. ¶Horatius epistolarum lib. j. epi. xvij.
Vir bonus est quis?
Qui consulta patrum: qui leges iuraq3 seruat:
Quo multę magnæq3 secantur iudice lites:
Quo responsore: τ quo causæ teste tenentur.
Virtus græce ἀρετή. ñō. ñ. τ est animi habitus naturæ modo ratiōe consentaneus: habetq3 quattuor partes: prudentiā: iustitiam: temperantiam: τ fortitudinem: de quibus omnibus vide locis suis. Virtus est affectio animi constans cōueniensq3 laudabiles efficiens eos in quibus est. Et ipsa per se sua sponte separata etiā vtilitate laudabilis ꝓm Ciceronem in rheto.
Virtus est mediocritas duorum vitiorum: alterius ꝓm excessum: alterius ꝓm defectū ꝓm Aristotelem libro. ij. æthicorum.
Virtus est habitus electiuus in mediocritate cōsistens: quo ad nos ratione terminata: et vt sapiens terminaret ꝓm eundem. ¶Ibidem.
Virtus ex viro appellata est. Viri aūt ꝑpria maxime est fortitudo ꝓm Cicero. lib. tuscu. quęst.
Vir dicitur eo ꝙ maior vis est in eo: q̄ in fœmina: et hinc virtus nomen accepit ꝓm Lactantium libro de opificio dei.
Virtus est perferendorum malorum fortis: atq3 inuicta patientia. Et quoniā fortitudo cæteris omnibus virtutibus excellit: factum est vt omnes rectę animi affectiones virtutes appellentur. Et sic quicquid vitio contrarium est virtus dicitur: diffiniturq3. Virtus est affectio animi vt supra.
Prouer. ¶Prouerbiorum capi. iij.
Noli prohibere benefacere eum qui potest: si vales: τ ipse benefac.
Eccl's. ¶Ecclesiastes. ca. iij.
Et cognoui ꝙ non esset melius: nisi lętari τ facere bene in vita sua.
Sapien. ¶Sapientię ca. iij.
Bonorum enim laborum gloriosus est fructus.
Paulus. ¶Paulus ad corint. secundę capi. j.
Nam gloria nostra hæc est testimonium conscientiæ nostrę. ¶Paulus ad galathas ca. v.
Fructus autem spiritus est charitas: gaudium: pax: patientia: benignitas: bonitas: longanimitas: mansuetudo: fides: modestia: continentia: castitas. ¶Paulus ad timotheū primę ca. vj.
Sectare vero iustitiam: pietatem: fidem: charitatem: patientiam: mansuetudinem.
¶Ad eundem secundę capi. ij.
Juuenilia autem desideria fuge: sectare vero iustitiam: fidem: charitatē: τ pacē: cū his qui inuocāt dn̄m de corde puro.
Petrus. ¶Petrus. ij. ca. j.
Fugientes eius quę in mundo est concupiscentię corruptionem. Vos autē curam omnem subinferentes ministrate in fide vestra virtutē. In virtute autem scientiam: in scientia autem abstinentiam: in abstinentia autem patientiam: in patientia autem pietatem: in pietate autem amorē fraternitatis: in amore autem fraternitatis charitatem. Hæc enim si vobiscum assint: τ superēt: non vacuos: nec sine fructu vos cōstituent in domini nostri Jesu christi cognitione.
Joannes ¶Joannes epistola. iij. ca. j.
Qui bene facit ex deo est: qui male facit non videt deum. ¶Augu. in epi. ad macedoniū.
In hac vita virtus non est: nisi diligere qd diligēdum ē: id diligere prudētia est: nullis inde auerti molestijs fortitudo est: nullis illecebris temperantia est. Nulla superbia: iustitia est.
August. ¶Augustinus de libero arbitrio lib. ij. ca. ij.
Bona magna sunt virtutes quibus ratione viuitur. Minima sunt quorūlibet corporū species: quibus recte viui pōt. Media sunt potētię animi sine quibus recte viui pōt. Virtutibus nemo male vtitur. Cæteris aūt bonis. i. medijs τ minimis non solum bene: sed etiā male quisq3 vti potest. Et ideo virtutib⁹ nemo male vtitur: q2 opus virtutis est bonus vsus illorum: quibus bene: et non male vti possumus. Nemo autem bene vtendo male vtitur. ¶Aug. de ciuitate dei lib. iiij.
Non est vera virtus nisi quæ ad eum finem tendit: vbi est bonum hoīs: quo melius nō est: vnde virtuosus homo res petere non debet.
Ambro. ¶Ambro. τ habet. xxxij. q. j. quū renunciat.
Quum renūciatur improbitati asciscitur virtus. Egressus enī malitię: virtutis operatur ingressum: eodemq3 studio quo crimen excluditur: innocentia copulatur.
Boetius. ¶Boetius de philosophica consolatione libro. iiij. prosa. j.
Nam imperante florenteq3 nequitia virtus non solum præmijs caret: verumetiam sceleratorum pedibus subiecta calcatur: et in locum facinorū supplicia luit: quę fieri in regno scientis omnia: potentis omnia: sed bona tantūmodo volentis dei: nemo satis potest: nec admirari nec conquęri: tum illa. Et esset inquit infiniti stuporis omnibusq3 horribilius monstris. Sicuti tu ęstimas in tanti veluti patrisfa. dispositissima domo vilia vasa colerentur: preciosa sordescerent: sed non ita est. Nam si ea quę pauloante cōclusa sunt inconcussa seruantur: ipso de cuius nunc regno loquimur authore cognosces: semper quidem potentes bonos esse: malos vero abiectos semper: atq3 imbecilles: nec sine pœna vnq̄ eē vitia: nec sine præmio virtutes: bonis fœlicia: malis semper infortunata contingere.
Lactāti⁹ firmian⁹. ¶Lactantius firmia. diui. insti. lib. j. capi. j.
Virtus enī colenda est: non imago virtutis τ colenda non est sacrificio aliquo: thure: aut precatione solenni: sed voluntate sola: atq3 ꝑposito.
¶Lactantius ibidem.
Nam quid est aliud colere virtutē: nisi eam compræhendere aīo: aut tenere? ¶Ibidem.
Qui enī sic virtutes colunt: vt vmbras: τ imagines virtutū cōsectētur: ea ipsa q̄ vera sunt tenere nō possunt. ¶Lactāti⁹ fir. li. iij. diui. insti.
Seneca quoq3 nullū esse aliud virtutis pręmiū: q̄ immortalitatē fatetur. Laudās virtutē in eo libro quem de immatura morte ꝯscripsit. Vna inquit res est virtutis: q̄ nos immortalitate donare possit: τ pares dijs facere. Sꝫ τ stoici quos secutus est: negant sine virtute effici posse quemq̄ beatum. Ergo virtutis pręmiū beata vita est. Si virtus: vt recte dictum est: beatā vitam facit: non est igitur: vt aiunt phi: ꝑpter seipsam virt⁹ expetenda: sed ꝑpter vitam beatā: q̄ virtutē necessario sequit: qd argumētum docere eos potuit in quo esset summū bonū. ¶Idem libro. iij.
Virtutē stoici esse aiunt: q̄ sola efficiat vitam beatam: nihil pōt verius dici. ¶Ibidem.
Nullus igitur ex virtute fruct⁹ est: vbi virtus mortalis est: τ caduca. Itaq3 vmbrā quandā virtutis videbant: ipsam virtutē non videbant.
¶Lactantius fir. diui. insti. lib. vj. ca. v.
Virtus est iram cohibere: cupiditatem cōpescere: libidinem refrenare. ¶Ibidem.
¶Omne igitur virtutis officium est: non peccare: quo profecto fungi nō potest: qui deū nescit: quoniā ignoratio eius a quo bona oriuntur: imprudentem impingat in vitia necesse est: itaq3 vt breuius τ significantius vtriusq3 rei summa officia determinē. Scientia est deum noscere: virtutes colere: in illo sapientia: in hoc iustitia continetur. ¶Lactantius lib. vj. capi. iiij.
Vna est igitur virtus: ac bonorū via: quę fert non in elisios campos: vt poetæ loquuntur: sed ad ipsam mundi arcem. At læua malorum exercet pœnas: τ ad impia tartara mittit.
¶Idem libro. viij. capi. j.
Nemo virtuti fauet nisi qui pōt. Sequi autē facile non est oībus: hi possunt quos paupertas: τ rerum indigētia exercuit: τ capaces virtutis effecit. Nam si virtus est tolerantia malorū: non capiunt ergo virtutē: qui semper in bonis fuerūt: quia mala nec experti sunt: nec ferre possunt assuetudine: ac desiderio bonorū: q̄ sola nouerūt. Eo fit vt pauperes τ humiles deo credant facilius: q2 sunt expediti: immo nō cathenati τ cōpediti seruiūt ad vultū dn̄ę cupiditatis: q̄ illos inextricabilibus vinculis irrętiuit: nec possunt in cœlum aspicere: qm̄ mens eorum in terrā prona humiq3 defixa est. Virtutis autē via nō capit magna onera gestantes. Angustus est trames per quē iustitia hoīem deducit in cœlum: hūc tenere non pōt: nisi qui fuerit expeditus: ac nudus. Nā isti locupletes multis τ in gētibus sarcinis onerati per viam mortis incedūt: q̄ latissima est: quoniam late perditio dominatur: ad iustitiam pręcepit: quæq3 nos dei magisterio de virtute ac veritate disserimus quibus si repugnare audebūt: hostes se necesse est virtutis iustitiæq3 fateantur.

Seneca. ¶Seneca epistola. lxxxix.
Superuacua ex animo extollenda sunt. Non dabit se in has angustias virtus.
¶Seneca epistola. lxxxviij.
Virtus extollit hoīem: τ sup astra mortales collocat: nec ea q̄ bona: aut mala vocātur: aut cupit nimis aut expauescit. ¶Seneca epl'a. cx.
Omnibus enim natura dedit fundamēta: semenq3 virtutum. ¶Seneca epistola. cxij.
Quę est enim virtus superuacua: contemnere?
¶Idem epistola. lxxv.
Virtus regna: vrbes: prouincias temperat: fert leges: colit amicitias: inter ꝑpinquos liberosq3 dispensat: officia modo arcto fine circūdat: paupertatis: exilij: orbitatis non tamen minor est si ex altiore fastigio in priuatum ex regno in humilem subducitur: ex publico: ex spacioso rure in angustas domos vel angulos coit.
¶Seneca epistola. lxvij.
Errare mihi videtur qui dixit. Gratior et sepulchro veniens in corpore virtus adiuuat: non enī vllo honestamento eget. Ipsa magnū sui est decus: τ corpus suum consecrat. Potest ex casa vir magnus exire: ex deformi humiliq3 corpusculo formosus animus: τ liber: et magnus.
¶Seneca tragœdia. ix.
Pulchrum eminere est inter illustres viros: consulere patriæ: fera cęde abstinere: tempusq3 iræ dare. Orbi quietem: sæculo pacem suo. Hęc est summa virtus: petitur hac cœlū via. ¶Ibidē.
Sed locum habet virtus inter astra. ¶Ibidē.
Nunq̄ stygias fertur ad vndas
Inclyta virtus. ¶Seneca tragœdia. ix.
Viuite fortes: nec letheos: sæua ꝑ amnes. Vos fata trahent. Sed quum summas exiget horas.
Consumpta dies: iter ad superos gloria pādet.
Aristo. ¶Aristoteles lib. ij. æthicorum.
Circa voluptates: τ tristitias est moralis virtus.
¶Aristoteles ibidem.
Circa difficilia ars semꝑ fit: τ virtus. ¶Ibidē.
Virtus non est passio: q2 ꝓm passionē: nec laudamur: nec vituperamur. ¶Ibidem.
Virtus non est potētia: q2 potentes per naturā sumus: boni autē τ mali non sumus per naturā.
¶Aristoteles libro. ij. æthicorum.
Virtus est habitus qui habentē perficit: τ opus eius bonum reddit. ¶Aristoteles ibidem.
Oīa aūt vel rei: vel virtuti cōsonant. ¶Ibidē.
Oīs virtus cōsistit in medio. ¶Ibidem.
Virtus certior est: τ melior omni arte.
¶Ibidem libro. iij.
Melius est mori: q̄ facere cōtra bonū virtutis.
¶Aristoteles lib. iiij. æthicorum.
Virtuosus bene vtitur q̄buscunq3. ¶Ibidem.
Virtuti perfectæ non fit condignus honor.
¶Ibidem.
Maior virtus est bona operari: q̄ turpia non operari. ¶Ibidem.
Optimus est qui non solum vtitur virtute ad se: sed ad alios. ¶Aristo. lib. v. æthicorum.
Habens vnam virtutem habet omnes.
¶Ibidem libro. vij.
Hoīes dij dicuntur fieri: ꝑpter vtutū excellētiā.

Virtus.

Aristoteles lib. iij. politicoꝝ.

Oportet bonam ciuitatem de virtute esse sollicitam. ¶Ibidem.

Virtuosum melius est principari: qꝫ multos alios. ¶Aristoteles lib. vij. physicoꝝ.

Virtus ē dispositio pfecti ad optimū. ¶Ibidē. Unumquodqꝫ tunc perfectum est: quum attingit propriam virtutem.

Cōmēta. ¶Cōmentator super. vij. physicoꝝ.

Virtus est quedam perfectio.

¶Idem super. viij. physicoꝝ.

Sapiens naturaliter est virtuosus.

Aristo. ¶Aristoteles lib. j. de cœlo ⁊ mundo.

Virtus actiua terminatur ad maximum: passiua vero ad minimū. ¶Idē li. de sensu ⁊ sensato. Operatio non est sine virtute.

¶Aristoteles lib. j. æthicoꝝ.

In fortunatis virtus refulget. ¶Ibidem. Sicut vna hirundo non facit ver: nec vna calida dies: nec modicum tempus facit estatē: nec vna virtus virtuosum hominē facit: sic nec vna dies: nec modicum tempus facit hominem felicem.

Cicero. ¶Cicero libro de amicitia.

Qui autem summum bonum in virtute ponunt: præclare illi quidem: sed hæc ipsa virtus amicitiam gignit: ⁊ cōtinet. Sine virtute esse non pōt.

¶Cicero ibidem.

Virtute em̄ ipsa non tam multi prediti esse: qꝫ videri volūt: hos delectat assentatio. ¶Ibidē. Nihil virtute amabilius: nihil est quod magis alliciat ad amandum: quippe cum propter virtutē et probitatem: ⁊ eos quos nunqꝫ vidimus quodammodo diligamus. ¶Ibidem.

Neqz isti sunt audiēdi: qui virtutē duram: et quasi rē ferream quandā esse volunt. ¶Ibidem. Quid est enim tam absurdum? qꝫ lætari multis rebus inanibus: vt gloria: honore: ędificatione: vestitu: cultuqꝫ corporis. Animo autem virtute prędito: eo vel qui amare: vel cyta dicam) reda mari possit: non admodum delectari. ¶Ibidē. Fructus enim ingenij ⁊ virtutis onusqꝫ præstantię tum vel maxime accipitur: quum in proximū quēqꝫ transfertur. ¶Cicero de amicitia.

Sine virtute: nec amiciam: nec vllam rem expetendam consequi possumus. ¶Ibidem. Maxima culpa est in eo: q ⁊ virtutē aspernatur: et in fraudem obsequio impellitur. ¶Ibidē. Omnino est amans sui virtus. Optime enim se ipsa nouit: qꝫ amabilis sit intelligit.

¶Cicero libro de amicitia.

Vos hortor: vt ita virtutē locetis: sine qua amicitia esse nō pōt: vt ea excepta nihil amicitia præstabilius putetis. ¶Cicero. lib. de senectute. Sed mihi nec diuturnus quicqꝫ videt: in quo est aliquid extremi: quū em̄ aduenit id: tū illud qđ prēterijt efflurit. Tantū remanet id qđ virtute: et recte factis consecutus sis. ¶Ibidem.

Nec vero clarorum virorum post mortem honores permanerent: si nihil eorum ipsorum animi efficerēt: quo diutius memoriā sui teneremus.

¶Cicero lib. ij. tuscu. quæstio.

Scis igitur: si quid de corinthijs tuis amiseris: posse habere te reliquam supellectilem saluam virtutem autē si vnam amiseris: ⁊ si amitti non potest virtus) sed si vnam cōfessus fueris te nō habere: nullam esse te habiturū. ¶Ibidē li. iij. Et si hoc quidem cōmune est virtutum. Omnes enim inter se nexæ ⁊ ingatę sunt.

¶Cicero lib. iij. tuscu. quæst.

Plerqꝫ em̄ quęstiones q̄ aduitam mortesqꝫ pertinent a virtutis fonte ducuntur. Qñ igitur virtus est affectio animi cōstans conueniensqꝫ laudabiles efficiens eos in quibus est ⁊ ipsa per se sua sponte: separata est vtilitate laudabilis: ex ea proficiscūtur honestę voluptates san ę: actiones: omniqꝫ recta ratio: qꝫ ipsa virtus breuissime recta ratio dici pōt. Huius igitur virtutis contraria est vitiositas. ¶Ibidē lib. vltimo. Illa enim si modo vita est virtus omnia quę cadere in hominem possunt: subter se habet: eaqꝫ despiciens casus contemnit humanos: culpaqꝫ omni carens præter seipsam nihil censet ad se pertinere. ¶Ibidem.

At nos virtutem semper liberam volumus semper inuictā: quę nisi sunt: sublata virt⁹ est: atqui si in virtute satis est prędidi ad bñ viuendu: satis est etiā ad beate: satis em̄ certe est in virtute vt fortiter viuamus: fortiter etiā vt magno aīo. Et quidē vt vlla re nunqꝫ terreamur: semperqꝫ simus inuicti: sequitur vt nihil pœniteat. Nihil de fit: nihil obstet: ergo oīa ꝓfluenter: absolute: prospere. Igitur ad beate satis aut ad fortiter viuendum virtus pōt: satis ego etiam ad beate. Etem̄ vt stultitia: ⁊ si adepta est qđ cōcupiuit: nunqꝫ se tamen satis consecutā putat: sic sapientia semper eo cōtenta est: quod adest: neqz eniz vnqꝫ sui pœnitet. ¶Cicero rhęto. veterum lib. j.

Qui virtutē habet: is nullius rei ad beneviuendum indiget. ¶Cicero ibidem.

Sæpe virtus ex magnificentia in quo gravitas et auctoritas est plus proficit ad mām cōmoendam: qꝫ humilitas ⁊ obsecratio.

¶Cicero rhęto. veterum lib. ij.

Præmia vtutis ⁊ officia sancta ⁊ casta esse oportet: neqz ea aut cum improbis cōmunicare: aut in mediocribus hominibus promulgari.

¶Cicero rhęto. nouorum lib. iij.

Nemo erit: qui censeat a virtute recedendū esse.

¶Ibidem.

Nulla vtilior res est incolumitate: virtutibus vti nemo potest: qui suas rationes in tuto non collocauit. ¶Ibidem.

Virtus nullo tempore relinquenda est.

¶Cicero rhęto. nouorum lib. iiij.

Difficile est primum virtutes reuereri: qui semper secunda fortuna sit vsus. Liber is existimandus est: qui nulli turpitudini seruit. ¶Ibidē. Omnes bene viuendi rationes in virtute sunt collocande: propterea qꝫ sola virtus in sua potestate est. Omnia præter eam subiecta sunt fortune dominationi. ¶Cicero ibidem.

Ei non multum potest obesse fortuna: qui sibi firmus in virtute: qꝫ in casu præsidium collocauit. Nam si quis spei non multū collocarit in casu: qđ est qꝫ ei magnope casus obesse possit. ¶Ibidē. Diuitias sine diuitū esse: tu veroviꝝ tutē præfer

tes nō deserunt. ¶Ibidem.

Unice filię pater Themistoclen cōsulebat: vtrū filiolatas eā paupi ornato an locupleti parūq; bono collocaret: cui is: malo inquit virū pecunia: qꝫ pecuniā viro indigētem: quo dicto stultū monuit: vt generū potius qꝫ diuitias generi legeret.

¶Juli⁹ Celsus de gestis Cæsaris li. vij. Julius Celsus.

Laudis cupiditas: ⁊ timor ignominię ad virtutem excitant.

¶Isocrates ad Dimonicū sermo. admoni. Isocrg.

Τῆσ ἀρετῆσ οὐδέμ κτῆμα σεμνότερον οὐδὲ βεβαιότερον ἐστί. id est Virtute nulla possessio venerabilior: neqz firmior est.

¶Hesiodus. Hesiod⁹.

Τῆσ δ ἀρετῆσ ἱδρῶτα θεοί προπάροιθεν ἔθηκαν ἀθάνατοι. μακρὸσ δὲ καὶ ὄρθιοσ οἶκοσ ἐπ᾽ αὐτην. καὶ τραχὺσ τὸ πρῶτον. ἐπὴν δ᾽ εἰσ ἀκρον ἵκηται. ῥηι δὴν δ᾽ ἤπειτα πέλει χαλεπῶσ περ ἐοῦσα. i.

Ante virtutem dei sudorem posuerunt
Immortales: longa ⁊ ardua via ad ipsam:
Et aspera primū. Post qꝫ ad summū pucētū fuerit.
Facilis deinde est: difficilis qñ fuerit.

¶Menander. Menand⁹.

Ὅτ᾽ ἄλογόν μέγιστον ἔστιν ἀρετή βροτοῖσ. id est Scutum maximum est virtus mortalibus.

¶Paulus silentiarius. Paulus silētiarius.

μή τε βαθυκτεάνοισι τύχησ κουφίζεο ῥοιῇ. μή τε σέο γυάλιμη φροντὶσ ἐλευθερίην. πάσσ γὰρ ὑπ᾽ ἀζαθέεσσι βίοσ πολεμίζεται. ἀγραιοσ τὴ καὶ τὴ μιν ὠθεῖ ἀντιμετέλκομενοσ. ἡ δ᾽ ἀρετὴ σαθερόντι καὶ ἀτρόπον. ἠὲ ἐπὶ μοῦνα κύματα βαρυσαλέοιο πλοντοπόρει βιότου. i.

Neqz diuitis fortune eleueris impetu
Neqz tuam flectat cura animi libertatem.
Otis em̄ sub instabilibus vita subsicitur auris.
Huc ⁊ illuc frequēter exagitata.
Virtus aūt firmū qđ ⁊ immutabile: q̄ supra sola
Undas audacter transeas vitę.

¶Plautus in Amphitrione. Plautus

Virtute dixit victores viuere Juppiter nō ambitione: neqz pfidia: qñ min⁹ eadē histrioni sit lex: q̄ summo viro. Virtute ambire oportet: non fauoribus.

¶Plautus in amphitryone.

Sat habet fauto⁹ qui semp recte facit: Scilicet illis fides est qb⁹ est ea res in manu.

¶Ibidem.

Virtus pmiū est optimū virtus oīb⁹ reb⁹ anteit. Profecto libertas: salus: vitia: res: ⁊ parētes: patria: ⁊ pgnati tutantur: ⁊ seruant. Virt⁹ i se oīa habet: oīa sunt bona: quē penes est virtus.

¶Plautus in duobus captiuis.

Qui per virtutem peritat: non interit.

¶Plautus in Trinumio.

Ut bene viuit: diu viuit.

¶Virgil. Aenei. li. iij. Virgili⁹.

Ecque tū puero est amisse cura parentis?
Ecquid in antiquā virtutē aīosqꝫ viriles
Et Pater Aeneas: ⁊ auunculus excitat Hector.

¶Virgili⁹ Aeneidos lib. v.

Gratior ⁊ pulchro veniēs in corpore virtus
Adiuuat.

¶Virgili⁹ Ibidem.

Pudor incēdit vires: ⁊ cōscia virtus.

¶Ibidē.

Exigui numero. Sed bello viuida virtus.

¶Quidius tristiū lib.iiij.Elegia.iij.
Hectora quis nosset? fœlix si troia fuisset:
Publica virtutis per mala facta via est.
Ars tua Typhi iacet: si non sit in æquore fluct⁹:
Si valeāt botes: ars tua Phœbe vacet.
Quę latet: inq; bonis cessāt nō cognita rebus
Apparet victis arguiturq; malis:
Dat tibi nostra locū tituli: fortuna: caputq;
Conspicuū: pietas quo tua tollat: habet.

¶Quidius tristiū lib.iiij.Elegia.vj.
Scilicet aduersis probitas exercita rebus
Tristi materiā corpore laudis habet.
Si nihil infesti durus vidisset Ulysses:
Penelope fœlix: fed sine laude foret.
Victor echionias nisi vir penetrasset in arces:
Forsitan Euadnen vix sua nosset humus.
Quū pelia genitę: tot sint: cur cognita nobis?
Nempe fuit misero nupta p vna viro.
Effice vt Iliacas tangat prior alter harenas:
Laodomia nihil cur referatur erit.

¶Quidius tristiū lib.iiij.Elegia vltima.
Si quid habent igitur vatū præsagia veri:
Protinus vt moriar: nō ero terra tuus.
Siue fauore tuli: siue hanc ego carmine famā:
Jure tibi grates candide lector ago.

¶Quidius de Ponto lib.j.Elegia.ix.
Si modo non census: nec clarum nomen auorum
Sed probitas magnos ingeniūq; facit.

¶Quidius de Ponto lib.ij.Elegia.ij.
Difficille est fateor: sed tenditur ardua virtus:
Et talis meriti gratia maior erit.

¶Quidius de Ponto lib.iij.Elegia.ij.
Corpora debētur mœstis exanguia bustis
Effugiunt structos nomen: honorq; rogos.
Occidit Theseus: et q̄ comitauit Orestem:
Sed tamen in laudes viuit vterq; suas.
Vos etiam seri laudabunt sæpe nepotes:
Claraq; erit scriptis gloria vestra meis.

¶Quidi⁹ de Ponto.li.iiij.Elegia.ij.
Excitat auditor studium: laudataq; virtus
Crescit: et immēsum gloria calcar habet.

¶Quidius Fastorum lib.ij.
Fraude perit virtus.

¶Horatius carminum lib.j.odē.xxij. Horat⁹.
Integer vitę scelerisq; purus:
Nō eget mauris iaculis: neq; arcu:
Nec venenatis grauida sagittis
Fusce pharetra.
Siue per syrtes iter æstuosas
Siue facturus per inhospitalem
Caucasum: vel q̄ loca fabulosus
Lambit Hydaspes.
Nāq; me sylua lupus in Sabina
Dum meam canto lalagen: et vltra
Terminū curis vagor expeditus:
Fugit inermem.

¶Horatius lib.ij.Ode.xxviij.
Non ebur: neq; aureum
Mea renidet in domo lacunar:
Non trabes Hymetię.
Premunt columnas vltima recisas
Aphrica: neq; Attali
Ignotus hæres regiā occupaui:
Nec laconicas mihi
Trahunt honestas purpuras clientes.
At fides et ingeni
Benigna vena est: pauperemq; dites.
Ne petit: nihil supra
Deos lacessit: nec potentem amicum
Largiora flagito:
Satis beatus vnicis sabinis.

¶Horatius carminum lib.ij.ode.ij.
Virtus repulsę nescia sordidæ
Intaminatis fulget honoribus:
Nec sumit: aut ponit secures.
Arbitrio popularis auræ.
Virtus recludens immeritis mori
Cœlum negata tentat ire via:
Cœtusq; vulgares: et vdam
Spernit humum fugiente pēnna.
Est et fideli tuta silentio
Merces: vitabo qui Cereris sacrum.
Vulgarit arcanę sub isdem
Sit trabibus: fragili emq; mecum.
Soluat phaselum: sæpe diespiter
Neglectus incesto addidit integrum.
Raro antecedentem scelestum.
Deseruit pede pœna claudo.

¶Jbidē lib.iij. ode vltima.
Exegi monumentum ære perennius:
Regaliq; situ Pyramidū altius:
Quod non imber edax: non aquilo impotens
Possit diruere: aut innumerabilis
Annorum series: et fuga temporum.
Non omnis moriar: multaq; pars mei
Vitabit libitinam: vsq; ego postera
Crescā laude recens: dum capitolium
Scandet cum tacita virgine pontifex.
Dicar qua violens obstrepit Aufidus:
Et qua pauper aquæ Daunus agrestium.
Regnator populorū: ex humili potens
Princeps Aeolium carmen ad italos
Deduxisse modos: sume superbiam
Quæsitam meritis: et mihi delphica.
Lauro cinge volens Melpomene comam.

¶Horatius carminū lib.iiij.Ode.iiij.
Fortes creantur fortibus: et bonis
Est in iuuencis: est in equis patrum
Virtus: neq; imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam:
Doctrina sed vim promouet insitam:
Rectiq; cultus pectora roborant.
Vtcunq; defecere mores:
Dedecorant bene nata culpæ.

¶Jbidem ode. ix.
Non possidentē multa vocaueris
Recte beatum: rectius occupat
Nomen beati: qui deorum
Muneribus sapienter vti:
Duramq; callet pauperiem pati:
Peiusq; læto flagitium timet.
Non ille pro charis amicis:
Aut patria timidus perire.

¶Horatius epistolarū lib.j.episto.j.
Si quadringentis sex septē millia desunt.
Est animus tibi: sunt mores et lingua: fidesq;:

Plebs eris: at pueri ludentes rex eris aiunt:
Si recte facies: sic murus aheneus esto:
Nil cōscire sibi: nulla pallescere culpa.

¶Horatius episto.lib.j.episto.ij.
Rursus quid virtus: et quid sapientia possit:
Utile proposuit nobis exemplar vlyssem:
Qui domitor troię multorum prudus vrbes
Et mores hominū inspexit: latiq; per æquor
Dum sibi dō socijs reditum parat: aspera multa
Pertulit: aduersis rerum immersabilis vndis:
Sysenum voces: et circes pocula nosti.
Quæ si cū socijs stultus cupidusq; bibisset:
Sub domina meretrice fuisset turpis et excors:
Vixisset canis immūdus: vel amica lutosus.

¶Jbidem.
Vt iugulent homines surgit de nocte latrones
Vide supra in tempus.

¶Jbidem.
Querit argentū pueriq; beata creandis
Uxor: et inultæ pacantur vomere siluę.
Od satis est: cui contingit: nihil amplius optet.
Non domus: et fundus non æris acerus et auri
Aegroto domini deducit corpore febres:
Non animo curas: valeat possessor oportet
Si comportatis rebus bene cogitat vti
Qui cupit: aut metuit: iuuatillū sic dom⁹ aut res
Vt lippū pictę tabulę: fomenta podagram:
Auriculas cytharæ collecta sorde dolentes:
Sincerū est nisi vas q̄cunq; infundis acescit.
Sperne voluptates: nocet empta dolore voluptas. ¶Horatius epistolarū lib.j.epistola.vj.
Si latus: aut renes morbo tentantur acuto:
Quære fugā morbi: vis recte viuere? quis nō?
Si virtus hoc vna potest dare fortis: omissis
Hoc age deliciis. ¶Jdē episto.xvij.
Vir bonus est quis.
Qui cōsulta patrū: qui leges iuraq; seruat:
Quo multæ magnęq; secant iudice lites:
Quo reus sponsore: et quo causę teste tenentur

¶Horatius epistolarū lib.j.episto.xvij.
Oderūt peccare boni virtutis amore.
Oderunt peccare mali formidine pœnæ.

¶Jbidem.
Vir bonus et sapiens audebit dicere pentheu
Rector Thebarū quid me perferre patiq;
Indignū coges? adimā bona: nempe pecus: rem
Lectos: argentū? tollas licet: et manicis: et
Cōpedibus: sæuo te sub custode tenebo.
Ipse deus simulac ipse volā: me soluet opino:
Hoc sentit: moriar mors vltima linea rerū est.

¶Horatius epl'arū lib.j.episto.xvij.
Virtus est medium vitiorū vtrinq; redactū.

¶Horatius epistolarū lib.j.episto.xxj.
Maiores pennas nido extendisse loqueris:
Ut quanto generi demas: virtutibus addas.

¶Horatius epistolarū lib.ij. epistola.ij.
I bone quo virtus tua te vocat: i pede fausto.
Grandia laturus meritorū præmia.

¶Juuenalis satyra.j. Juuena.
Probitas laudat et alget. ¶Juuena. saty.x.
Maior fame sitis est q̄ virtutis: quis em virtutem amplectitur ipsam.
Præmia si tollas.

¶ Fran. Petrar. Triũpho castitatis.

Frãcisc⁹ Petrar. O ha virtu cheda bon non se scompagna
Mostro in quel puncto ben: come ha gran torto
Che abandona lei: daltrui se lagna.

¶ Fran. petrar. Triũpho mortis ca. iij.

Che ne foco ne ferro a virtu noce.

Dantes. ¶ Dan. floren. purgatorij cãtica ca. vij.

Rade volte resurge per li rami
Lhumana probitate: ꝛ questo vole
Quei chella da: per che da lui si chiama.

¶ Ibidem cap. xx.

O bon Fabricio
Cum pouerta volesti anci virtude:
Che gran richeza possidet cum vitio.

¶ Vis græ. βία. ας. ἡ. ꝛ βίαιος. ου. ὁ. violentus dicitur. Significat aũt aliquando vis: virtutem. Verg. Longam multa vi muniet Albã. Nõnunq̃ possibilitatem. Verg. Non ea vis animo: nec tanta superbia victis. Interdum violentiam. Idem. Quæ vis immanibus applicat oris? Hinc fit violo: quod est corrumpo: contamino: polluo: et quasi vim infero. quod proprie de virgine dicitur.

Vis est omne quod est principiũ operationis. Sʒ virtus importat principium operationis perfectę. ex. b. Tho. iij. sen. di. xxiij. q. i. ar. iij.

Visus græ. ὄψις. ... ὁρατός. οῦ. ὁ. visibilis: ꝛ ὁράω video dicitur. Est autẽ visus non forma oculi: sed anima: ſm quod ab ea fluit visus. ex. b. Tho. super lib. de Anima. xix. Visionis nomen extẽditur ad significandum omnem cognitionem sensuum: ꝛ intellectus: propter dignitatem visus: ꝛ certitudinẽ eius: ſm eundem. j. parte. q. lxvij. ar. j. c. ¶ Psalmus.

David. Auerte oculos meos: ne videant vanitatem.

Hierem. ¶ Hieremias cap. ix.

Mors intrat per fenestras. ¶ Threnoꝝ ca. j.

Oculus meus deprędatus est animam meam.

August. ¶ Augu. confessionum lib. x.

Sunt enim oculi principes ad nocendũ in sensibus.

Hierony. ¶ Hieronymus.

Impudicus oculus impudici cordis est nuncius.

Grego. ¶ Grego. mora. xxj. super illud Job. xxxj. Pepigi fœdus cum oculis meis.

Non debet intueri quod nõ licet concupisci.

Seneca. ¶ Seneca de remedijs fortuitorum.

Irritamenta sunt oculi vitiorum: duces scelerum: huic adulterium oculi ministrant: huic domum quã concupiscat. ¶ Seneca Tragœdia. v.

Visu carenti: magna pars veri latet.

Aristote. ¶ Aristo. lib. j. metaphysicæ.

Sensus visus multaꝝ rerum nobis differẽtias demonstrat. ¶ Aristo. lib. de sensu ꝛ sensato.

Visus multaꝝ rerũ differẽtias nobis demonstrat.

¶ Aristo. lib. j. Rhetoricorum.

Melius est subtiliter videre: q̃ subtiliter odorare: q: visus melior est odoratu.

Plautus ¶ Plautus in truculento.

Non laudandus est: quum plus credit qui audit: q̃ qui videt. ¶ Plautus ibidem.

Non placet: quum illi prius laudant: qui audiũt q̃ qui vident: pluris est oculatus testis vnus: q̃ auriti decem: qui audiunt: aut istas res dicunt: qui vident plene sciunt.

De visu: organo: obiecto: actibusq; eius vide supra in arbore Animæ.

Vita græ. βίος. ου. ὁ. ꝛ βιοτεύω viuo dicitur. Est autem vita mansio animæ in corpore: ſm Aristote. lib. de morte ꝛ vita.

Vita est mansio animæ nutritiuæ in calido: ſm eundem ibidem.

Vita (vt Donatus affirmat) significat ζωήν: modo viues: animã: alimentũ: spaciũ viuẽdi: ꝛ fortunã q̃ viuẽtibus accidit. Teren. Nã tua quidem hercle vita hæc expetenda. ¶ Deuteronomij ca. viij.

Deutero. Non in solo pane viuit homo. ¶ Job ca. v.

Job. Homo ad laborem nascitur. ¶ Job ca. xiiij.

Homo natus de muliere: breui viuẽs tpe. Vide supra in Homo. ¶ Ecclesiastes cap. ix.

Eccles. Nemo est qui semper viuat. ¶ Ibidem.

Melior est canis viuus leone mortuo.

¶ Ecclesiastes cap. viij.

Eccli. Viuẽtes sciũt se esse morituros. ¶ Eccli. c. xxx.

Melior est mors q̃ vita amara.

August. ¶ Augu. de verbis dñi sermo. xvj.

Breuis est vita: ꝛ ipsa breuitas semper incerta.

¶ Augu. de verbis dñi sermo. xvij.

Quid est diu viuere: nisi diu torqueri? ¶ Ibidem sermo. xl.

Diu viuere quid est: nisi ad finem currere?

¶ Augu. episto. xlvij.

Neq; in tpe vtiliter viuit: nisi ad comparandum meritũ quo in æternitate viuat.

¶ Augu. super ps. vj.

Longitudinẽ vitæ huius nõ facit: nisi spes viuendi. Nã nihil videt esse celeri⁹ q̃ qcq̃d in ea iã preteritũ est. Quũ ergo dies iudicij venerit: tunc sentient pctõres: qm̃ nõ sit lõga nimis vita q̃ trãsit.

¶ Augu. sup psal. xxxvj.

Si toto tempore illo viueres ex quo adã de paradiso emissus est vsq; in hodiernũ diẽ. Certe videres vitã tuã nõ fuisse diuturnã: q̃ sit euolasset. Uni⁹ aũt cuiusq; vita hoĩs quanta est: adde quãtoslibet ãnos: duc lõgissimã senectutẽ: qd ergo? Nõne aura matutina est. Ergo lõge sit dies iudicij: qñ erit retributio iustoꝝ ꝛ iniustorũ: tuus certe vltimus dies abesse nõ potest lõge. Adhuc te prepara: qualis enĩ exieris de hac vita: talis redderis illi vitæ.

¶ Aug. in originali: tractãs illud Jacobi. iiij.

Quæ enim est vita nostra

Vita hęc est: vita dubia: vita cęca: vita erũnosa: quã humores tumidãt: dolores extenuãt: ardores exiccãt: aer morbidat: escę inflant: ieiunia macerãt: ioci dissoluunt: tristitię cõsumũt: sollicitudo coarctat: securitas hebetat: diuitiæ iactãt: paupertas deijcit: iuuẽtus extollit: senectus incuruat: infirmitas frãgit: mœror deprimit: ꝛ post hęc oĩa mors interimit. Uniuersis gaudijs finem imponit: ita quũ eẽ desierint: nec fuisse putẽtur.

Hiero. ¶ Hiero. super Amos lib. iij.

Nihil fugacius seculo: rebusq; seculi: quas dum tenemus amittimus: ꝛ p infantiã: pueritiã: iuuẽtutem: ac virilem: ꝛ ingrauescentẽ ac maturã ętatẽ: annosq; vltimos senectutis: vtiq; septẽ spacia Philos vitam describit humanam: mutamur ꝛ currimus: ꝛ nescicẽtes ad mortis terminos peruenimus. ¶ Hiero. epl'a. lxxix.

Nihil ita decipit: q̃ quũ ignorẽt hoies spacia viuendi longiorẽ sibi vitã repromittunt.

Ambro. ¶ Ambro. in sermõe de quadragesima.

Tantis malis hęc vita repleta est: vt cõparatione eius: mors remediũ putetur esse: non pœna. Nam ideo breuẽ illã deus facit vt molestię eius quę psperitate vinci vel tolli non poterant: temporis exiguitate finirẽtur. Deniq; sanctus Job dicit: militia est vita hoĩs sup terram.

Grego. ¶ Grego. moraliũ li. xiij.

Reproboꝝ mentes iccirco multa nequiter agũt: q: se hic viuere diutius arbitrantur. Justi vero dum breuitatem vitę suę considerant: elationis ꝛ immundiciæ culpas declinant.

¶ Grego. li. xxiij. moraliũ.

Solent nonnulli viatores: quum amœna fortasse prata in itinere conspiciunt pergendi moras innectere: ꝛ ab accepti itineris rectitudine declinare. Eorumq; gressus tardat pulchritudo itineris: dum delectat. Electis ergo suis pergentibus ad se dñs huius mundi iter asperum facit ne dum quisq; vitę presentis requie: quasi viæ amœnitate pascitur: magis eum diu peregre: q̃ citius peruenire delectet: ne dum oblectatur in via obliuiscatur quod desiderabat in patria.

¶ Grego. li. xxiij. moraliũ.

Quot dies vitę peragim⁹: quasi in itinere ad locũ propositum tot passibus ppinquamus: prę sentem vitã: quasi viam subigendo transimus.

¶ Greg. mora. xvij. sup illud Job. xxiiij. Eleuati sunt ad modicũ: ꝛ non subsistunt.

Gloria iniquorũ quasi stabilis æstimatur. Sed quum hanc repentinus finis intercipit: breuem fuisse deprehendit. ¶ Seneca epl'a. lj.

Seneca. Infinita est volubilitas tpis: punctum est qd viuimus. ¶ Seneca epl'a. cij.

Respice celeritatẽ rapidissimi tpis: per quod citissime currimus. ¶ Grego. j. registri.

Grego. Vita nostra nauiganti similis est. Is enim q̃ nauigat stet: sedeat: iaceat: semp vadit: quia impulsu nauis ducit. Sic ꝛ nos siue vigilãtes: siue dormientes p momenta tẽporũ quotidie ad finem tendimus. ¶ Greg. mora. xij. sup illud Job. xiiij. Breues dies hoĩs sunt.

Velut non esse constat: quod cum tanta velocitate transcurrit.

¶ Greg. mora. vij. sup illud Job. Expectate.

Lactan. firmi. Parum est quicquid finitur.

¶ Lactantius. fir. diui. insti. li. vj.

Hęc enim vita intemperabilis q̃ breuis est. Iccirco ꝛ bona eius ꝛ mala breuia sint necesse est. Illa vero spũalis q̃ huic terrenę cõtraria est: qm̃ sempiterna est. Iccirco ꝛ bona eius: ꝛ mala sempiterna sunt. Ita fit ꝛ vt bonis breuibus mala æterna ꝛ malis breuibus bona æterna succedant. Itaq; quũ simul pposita sint hoĩ bona ꝛ mala: cõsiderare vnũquemq; secũ decet: q̃to satius sit pro perpetuis bonis mala breuia pensare: q̃ pro breuibus ꝛ caducis bonis: mala perpetua sustinere.

Seneca ¶ Seneca epistola. xij.

Lęti dicamus. Vixi: ꝛ quẽ dederat cursum fortuna peregi. Crastinũ si adiecerit: lęti recipiamus.

¶ Seneca epl'a. xxij.

Nemo q̃ bñ viuat: sed q̃ diu: cõsiderat: quũ oĩb⁹ possit contingere: vt bñ viuant: vt diu nulli.

¶ Seneca epistola. xxiij.

Quidã tunc incipiunt viuere: quũ desinendũ est: immo quidã ante desierunt viuere: q̃ inciperent.

¶ Seneca epistola. lxxj.

Pernauigauimus Lucilli vitam: ꝛ quẽadmodũ in mari: vt ait Vergi. noster. Terręq; vrbesq; recedunt: Sic in occursu rapidissimi tpis: primum pueritiã abscindimus: deinde adolescentiã: deinde quicquid est inter iuuenẽ: ꝛ senẽ: mediũ in vtriusq; cõfinio positũ: deinde senectutis optimos annos: nouissime incipit ostendi publicus finis gñis humani: scopulũ illũ putamus eẽ dementissimi. Portus enĩ aliqñ petendus est: nunq̃ recusandus ¶ Seneca epl'a. lxxij.

De partibus vitę oẽs deliberamus: de tota nemo deliberat. ¶ Seneca epl'a. lxxviij.

Quõ fabulas sic ꝛ vita: non q̃diu: sed q̃ bñ acta sit refert. Nil ad rem pertinet quo loco desinas. Quocũq; voles desine: tantũ bonam clausulam impone. ¶ Cicero Rheto. nouoꝝ li. iiij.

Cicero. Qui nihil habet in vita iucundius vita: is cũ virtute: vitã non põt colere. ¶ Vale. maxi. li. ix.

Valeri⁹ maxim⁹. Humanæ vitę cõditionẽ primus ꝛ vltimus dies continet: quia plurimũ interest quibus auspicijs inchoetur ꝛ quo fine claudatur.

¶ Aristo. li. de causa lõgitudinis ꝛ breuitatis vitæ.

Aristo. Gentes que in calidis regionibus sunt: longioris sunt vitę: q̃ quę in frigidis sunt.

¶ Aristo. li. de iuuentute ꝛ senectute.

Vita conseruatur per calidũ ꝛ humidũ.

¶ Aristo. Aethicorũ li. x.

Vita cõtemplatiua melior est: q̃ vita q̃ est ſcdm̃ hoĩem cõem: q: vita cõtemplatiua est vita diuina. ¶ Homerus in λ odyssee. Verba sunt Achillis mortui optantis vitam.

Home. βουλοίμην κ' ἐπάρουρος ἐὼν θητευέμεν ἄλλῳ
ἀνδρὶ παρ' ἀκλήρῳ, ᾧ μὴ βίοτος πολὺς εἴη
ἢ πᾶσι νεκύεσσι καταφθιμένοισιν ἀνάσσειν.

Velim potius sup terrã existens seruire alij
Viro pauperi: cui nõ victus sufficiens sit:
Quam oĩbus mortuis corruptis imperare.

¶ Phocylides.

ὁ βίος τροχός. i. Vita rota. ¶ Idem.

Phocy. ἐργάζευ μοχθῶν ὡς ἐξ ἰδίων βιοτεύσῃς.
πᾶς γὰρ ἀεργὸς ἀνὴρ κλοπίμων ἀπὸ χειρῶν
μὴ δ' ἄλλου παρὰ δαιτὸς ἔδοις κύβαλισμα τραπέζης
ἀλλ' ἀπὸ τῶν οἰκείων βιότων φάγοις ἀνύβριστος.
εἰ δέ τις οὐ δεδάηκε τέχνην σκάπτοιτο δικέλλῃ:
ἔστι βίῳ πᾶν ἔργον ἐὰν μοχθεῖν ἐθέλησθα.
ναυτίλος εἰ πλώειν ἐθέλεις εὐρεῖα θάλασσα.
εἰ δὲ γεωπονίην μέθεπειν μακραί τοι ἄρουραι.

Operare: laboribus vt proprijs vitã ducas.
Ois enĩ piger homo viuit furacibus a manibus.
Neq; ab alicuius cõuiuio comedas frustũ mẽsę

Sz de ppriis cibis comedas nō affect⁹ cōuitijs.
Si vero aliqs nō didicit artē: effodiat bidenti.
Conuenit vite dē opus: dūmodo laborare velis.
Nauta si nauigare vis: est latū mare.
Sinañt agriculturā aggredi: lōge adsunt terræ.

Ex. j. epigrāms. ¶ Ex primo Epigrāmaton.
ζῆ σὺν λογισμῷ καὶ μενεῖς ἀνενδεής. id est
Viue cū ratione: ⁊ manebis sine indigentia.

Pallad. ¶ Pallades.
γῆς ἐπέβην γυμνός: γυμνὸς θ' ὑπὸ γαῖαν ἄπειμι
καί τι μάτην μοχθῶ, γυμνὸν ὁρῶν τὸ τέλος. i.
Terram ascēdi nudus: Nudus sub terram ibo:
Et quid frustra laboro: nudū quū videam finē?

Lucian⁹. ¶ Lucianus.
τοῖσι μὲν εὖ πράττουσι πᾶς ὁ βίος βραχύς ἐστι.
τοῖς δὲ κακῶς μία νὺξ ἄπλετός ἐστι χρόνος. i.
Fœliciter quidē agentibus oīs vita breuis est.
Sed male: vna nox immensum est tps.

Menan. ¶ Menander.
καρπὸς δ' ἀγαθός ἐστιν εὔτακτος βίος. id est
Fructus aūt bonus ē bene cōposita vita. ¶ Idē.
λάβε πρόνοιαν τοῦ πρέποντος βίου. id est
Cape prouidentiā cōuenientis vite. ¶ Idē.
ἀμελοῦντα τοῦ ζῆν οὐκ ἔνεστ' εὐσχημονεῖν. i.
Negligentem viuere: non licet bene compositū esse. ¶ Idem.
βίον μὲν οὐδεὶς ὃν προαιρεῖται βιοῖ. id est
Viuit quidē nullus quā eligit vitā. ¶ Idē.
βίος ἐστὶν ἄν τις τῷ βίῳ χαίρῃ βιῶν. id est
Vita est si quis vita gaudeat viuens. ¶ Idē.
βίος κέκληται διότι βίᾳ πορίζεται. id est
Vita vocata est q2 vi paratur. ¶ Idē.
βίος βίου δεόμενος οὐκ ἔστι βίος. id est
Vita victu indigens nō est vita. ¶ Idē.
ζῶμεν γὰρ οὐχ ὡς θέλομεν, ἀλλ' ὡς δυνάμεθα. id est
Viuimus enim non vt volumus: sed vt possum⁹: ¶ Idem.
οὐκ ἔστι βίον εὑρεῖν ἄλυπον οὐδενί.
Non est vitam inuenire sine tristitia in aliquo. ¶ Idem.
τυφλὸν δὲ καὶ δύστηνον ἀνθρώποις βίος. id est
Cæcum quid ⁊ miserū hominibus vita. ¶ Idē.
τὸ ζῆν ἀλύπως ἀνδρός ἐστιν εὐτυχοῦς. id est
Viuere sine tristitia viri est fœlicis. ¶ Idē.
ὡς ἡδὺς ὁ βίος, ἄν τις αὐτὸν μὴ μάθῃ. i.
Quā suauis vita: si quis ipam nō discat. ¶ Idē.
ζῆν βουλόμενος μὴ πράττε θανάτου ἄξια. id est
Viuere volēs ne facias morte digna. ¶ Idē.
ζῆν αἰσχρόν, οἷς ζῆν ἐφθόνησεν ἡ τύχη. i.
Viuere turpe est: quibus viuere inuidit fortuna. ¶ Idem.
πάντες καλῶς ζῆν θέλομεν, ἀλλ' οὐ δυνάμεθα. id est
Oēs bene viuere volumus: sed non possumus.
¶ Idem.
ὡς ἡδὺ τὸ ζῆν μὴ φθονούσης τῆς τύχης
Quam suaue est viuere non inuidente fortuna.
¶ Idem.
ζήτει συνάγειν ἐκ δικαίων τὸν βίον. id est
Quere ducere ex iustis vitam. ¶ Idē.
βέβαιον οὐδὲν ἐν βίῳ δοκεῖ πέλειν. id est
Firmū nihil in vita videt esse. ¶ Idem.
αὐτά σε διδάσκει τοῦ βίου τὰ πράγματα. id est
Ipse te docent vitæ res.

Sopho. ¶ Sophocles in Aiace furente.
ἀλλ' ἢ καλῶς ζῆν, ἢ καλῶς τεθνηκέναι τὸν εὐγενῆ χρή. id est
Sed vel bene viuere: vel bene mori
Generosum oportet. ¶ Ibidem.
ζῆν αἰσχρὸν αἰσχρῶς τοῖς καλῶς πεφυκόσι. id est
Viuere turpiter turpe bene natis.

Horati⁹. ¶ Horatius sermonū li. j. satyra. ix.
Nil sine magno
Vita labore dedit mortalibus.

Iuuena. ¶ Iuue. satyra. x.
Hec data pœna diu viuentibus: vt renouata
Semp clade domus: multisqz in luctibus: in qz
Perpetuo mœrore: ⁊ nigra veste senescant.

Vitiū gre. ἐλάσσωμα. ατος. τό. dicit. Vitium qd virtuti opponitur: est habitus animi nature nō rationi repugnans. Nōnunq̄ sumit pro errore. Plinius. Librum vitijs plenum. Vitium est habitus: aut affectio animi in tota vita incōstans: et a seipsa dissentiens scdm Tulliū. ex bea. Tho. prima scde. q. lxxj. ar. j. Dicit aūt a vito tas. qd est caueo es. Vitiū a morbo differt. Q2 morbus est habitus quidā cōtra naturā: qui vsum rei facit deteriorē: vt febris: insania que phrenesis dicitur. Vitiū vero perpetuū est vt cæcitas: claudicatio: vecordia. Morb⁹ igitur cū accessit discessitqz est. Vitium vero perpetuo manet. Vitiositas quid differat a malitia vide supra ī Malitia.

Hiero. ¶ Hiero. in epla contra Ruffinū: ⁊ habetur distin. lxvj. ca. Nasci.
Non in seminibus: sed in voluntate nascētis: causa vitiorum est: atqz virtutum.
¶ Idem ad Demetriadē virginem.
Tibi nō tātū expellenda sunt vitia q̄ refellēda. Quia vtiqz facilius est nō suscipere q̄ suscepta semel deponere. Nec eorū tanta dulcedo est: vt ea debeamus pferre virtutib⁹: quū nec in oibus sit delectationis illecebra: ⁊ a plerisqz etiā ea q̄ videntur dulcissima respuantur.
¶ Hiero. in epla ad Demetriaden.
Quidā superbiā libertatis loco ducūt. Adulationē pro humilitate suscipiunt. Malitiā prudētie vice amplectūtur: ⁊ iustitie simplicitatis nomen imponūt: ac fallaci ac pessima similitudine decepti vitijs pro virtutibus gloriantur.

Grego. ¶ Grego. ⁊ habet di. xlj. cap. Sæpe se.
Sæpe se vitia ingerūt: ⁊ se esse virtutes mētiuntur: vt tenacitas: parsimonia: effusio: largitas: crudelitas: zelus iustitie: remissio: pietas: velit videri. ¶ Gregorius lib. j. moraliū.
Quāuis p omne vitiū qd ppetrat: humano cordi antiqui hostis vir⁹ infundit: in hac tū nequitia id est inuidia tota sua viscera serpens cōcutit: et imprimēde malitie pestem vomit.
¶ Grego. li. xxxj. moralium.
Prima vitia decepte menti, quasi sub quadam

ratione se ingerūt: sed q̄ sequūtur dū mentē ad oēm insaniam pertrahunt: quasi bestiali clamore mentē cōfundunt.
¶ Grego. sup Ezechielem homelia. xij.
Sunt quedā vitia quasi per quandā cognationē sibi propinqua: sicut dissolutio spūs: appetitus gule: ⁊ immundicia luxuriæ: multiloquium: fallacia: atqz periurium. Ex dissolutione spiritus mens ad ingluuiem ventris rapitur: ⁊ dum cibis venter extendit: ad luxuriā caro trahit. Ex multiloquio fallacia generatur: q2 difficile est: vt q̄ multa loquit: nō etiā mentiat: ⁊ sepe mendaciū etiā periurio tegit: vt añ humana iudicia velet.

Seneca. ¶ Seneca epla. xl.
In vitia alter alterum trudimus: quō ad salutē reuocari potest: quem nullus retrahit: ⁊ populus impellit.
¶ Seneca epla lib. x.
Vitia te mercede sollicitant: auaritia pecuniam promittit: luxuria multas ac varias voluptates: ambitio purpuram ⁊ plausum: ⁊ ex hoc potentiā: ⁊ quicquid potentia ponit.

Aristo. ¶ Aristo. lib. j. Rhetoricorū.
Quicquid fuerit superabundans: ⁊ magis q̄ eē debet: hoc est malum.

Valeri⁹ maxim⁹. ¶ Valerius maxi. li. ix.
Neqz em̄ vllum finitur vitium: vbi oritur.

Hesiod⁹. ¶ Hesiodus.
τὴν μέν τοι κακότητα καὶ ἰλαδόν ἐστιν ἑλέσθαι ῥηιδίως: ὀλίγη μὲν ὁδός, μάλα δ' ἐγγύθι ναίει. i.
Vitium quidē ⁊ vbiqz est capere
Facile. Breuis quidē via: valde aūt ppe habitat.

Horati⁹. ¶ Horatius.
In vitium ducit culpe fuga.

Iuuena. ¶ Iuuena. Satyra. xiiij.
Fallit em̄ vitium specie virtutis ⁊ vmbra.

Proper. ¶ Propertius li. ij. Elegia. xxij.
Vnicuiqz dedit vitiū natura creato.

Dantes. ¶ Dantes florē. inferni cant. ca. xxx.
Maggior difecto men vergogna laua.

¶ Vituperiū gre. ψόγος. ου. ὁ. ⁊ ψέγω vitupero dicitur. Venit aūt vituperiū siue vituperatio a vitupero. Vituperare em̄ est vitio aliquid dare. Terenti⁹. Nunc quā rem vitio dent: queso animaduertite. Et subiungit. Id isti vituperant factum. Venit aūt vitupero: ⁊ vituperiū a vitium scdm Augustinū: q2 hoc quelibet res vituperatur. ex. b. Tho. prima scdæ. q. lxxj. ar. ij. c.

¶ Vniuocū gre. συνώνυμον. ου. τό. Dicunt aūt vniuoca quorū nomē est cōe: ⁊ scdm illud nomē substantie rō est eadē sm Aristo. li. pdicamētorū. Vniuocū quodcūqz est vnū de quinqz prædicabilibus scdm. b. Tho. cōtra gentiles. j. ca. xxij. fi.

¶ Vniuersale gre. καθολικόν. οῦ. τό. dicit. ⁊ est qd de pluribus aptū natum est predicari scdm Aristotelē li. j. Perihermenias.
Vniuersale est qd de omni: ⁊ per se: ⁊ scdm quod ipsum est scdm Aristo. li. j. posteriorū.

Voluntas grece θέλημα. ατος. τό. vel ἐθέλησις. εως. ἡ. dicit. Est aūt voluntas appetitus boni cū ratiōe scdm Arist. li. j. Rhetoricorum.
Voluntarium est cuius principiū est in ipso sciente singula que agit secundum Aristotelem li. iij. Aethicorum.
Voluntariū dicit qd est scdm inclinationem voluntatis: et hoc dupliciter. s. ad agendū: ⁊ patiendum. ex. b. Tho. j. pte. q. lxxxij. ar. j. c.
Voluntas cōpleta nō est nisi de possibili: qd est bonū volenti. Velleitas vero scdm quosdā incōpleta de impossibili. Quia. s. aliqd vellet: illud si eēt possibile. ex. b. Tho. prima scde. q. xiij. ar. v.

Eccli. ¶ Ecclesiastici ca. xv.
Deus ab initio cōstituit hoiem: ⁊ reliquit illū in manu cōsilij sui. Adiecit mandata ⁊ pcepta sua. Si volueris mādata cōseruare: cōseruabunt te: ⁊ in perpetuū fidē seruare. Apposuit tibi aquā ⁊ ignem: ad qd volueris porrige manū tuā. Ante hoiem vita ⁊ mors: bonū ⁊ malum. Qd placuerit ei: dabit illi: quoniā multa sapientia dei: ⁊ fortis in potentia: videns oēs sine intermissione. Oculi dñi ad timentes eū: ⁊ ipse agnoscet oēm operam hois. Nemini mandauit impie agere: ⁊ nemini dedit spaciū peccandi. Nō enim concupiscit multitudinē filiorū infideliū: ⁊ inutilium.

Paulus. ¶ Paulus ad Corin. ij. c. viij.
Si enim volūtas prompta est scdm id qd habet: accepta est: non scdm id qd non habet.

Jacobus ¶ Jacobus in epi. c. j.
Vnusquisqz vero tentatur a concupiscentia sua: abstractus ⁊ illectus. Deinde cōcupiscentia: quū cōceperit: parit peccatum: peccatū vero: quū cōsummatum fuerit: generat mortem.
¶ Jacobus in epi. c. iiij.
Vnde bella ⁊ lites in vobis? Nōne ex cōcupiscētijs vestris? q̄ militant in mēbris vestris.

Augusti. ¶ Augu. de verbis apli ser. xviij. ⁊ habetur. xxij. q. j. c. Homines falsum.
Interest quemadmodum verbū procedat ex aīo ream linguam non facit nisi rea mens.
¶ Augu. li. de libe. arbi.
Deus est author meriti: q̄ ⁊ voluntatē applicat operi ⁊ opus applicat volūtati. ¶ Augu. de verbis apostolorū Petri ⁊ Pauli.
Quum vult nō potest: q2 qū potuit noluit. Ideo per malum velle: perdidit bonum posse.
¶ Augu. de Trinita. li. xiij.
Mala volūtate nō solū quisqz miser efficit: sed miserior ptāte: qua desideriū male volūtatis impletur. ¶ August. li. de lib. arbitrio.
Voluntas auersa ab incōmutabili bono: ⁊ cōuersa ad proprium bonū: ⁊ aut exterius: aut ad inferius peccat. Ad proprium cōuertitur: quum sue potestatis vult esse. Ad exterius: quum aliorum propria: vel quecūqz ad se nō pertinent cognoscere studet. Ad inferius: quum voluptatem corporis diligit.
¶ Augu. de ver. apo. Petri ⁊ Pauli.
Sola voluntate miser quisqz efficitur: sed miserior quum desideriū male voluntatis impletur.
¶ Augustinus ⁊ habet de pœni. di. j. capi. Si propterea.
Si propterea non facis furtum: q2 times ne inueniaris: intus in corde fecisti: reus furti teneris: ⁊ nihil tulisti. ¶ Aug. de lib. arbi. ⁊ habetur ibidem capi. Si cui.

Si cui etiam non contingat potestas concumbē di cum coniuge aliena: tñ planum sit eũ aliquo mō cupere. Et si ptās detur esse facturũ: nō minus reus est: q̄ si in ipso facto deprehenderet.

¶ August. de libero arbitrio.

Voluntas nihil habet: nisi ex se indicat. Nec quidem tardũ ingeniũ: nec labilis memoria: nec inquietus appetitus: nec sensus obtusus: nec vita languens reũ per se statuerunt hoiem: sicut nec cōtraria innocentē. Et hoc nō ob aliud: nisi q͛ hæc necessario: ꝛ præter voluntatē posse prouenire ꝓbantur. ¶ Aug. li. xij. de ciuitate dei.

Quum se voluntas: relicto superiore: ad inferiora conuertit: efficitur mala. Non q͛ malum est quo se conuertit: sed q͛ peruersa est ipsa cōuersio. ¶ Ibidem.

Nemo querat efficientē cām voluntatis malæ. Non est efficiens: sed deficiens: q͛ nec effectio: sed defectio est. ¶ Aug. sup ps. xxxv.

Iustitia dei est aliqñ vt sanus sis: aliqñ vt ægrotes. Si qñ sanus es: dulcis est volũtas dei: ꝛ qñ ægrotas: amara est voluntas dei. Nō recto corde es: quare? q͛ non vis dirigere voluntatē tuā ad voluntatē dei: sed dei vis curuare ad tuā. Illa recta est: sed tu curuus. Volũtas tua corrigenda est ad illã: nō illa curuãda: est ad te ꝛ rectum habebis cor. ¶ Augu. sup ps. cxxxiiij.

Quia deus cor querit: cor inspicit intus: testis ē iudex approbator: adiutor: coronator: sufficit vt offeras voluntatē. Quũ potes ore confitere ad salutē. Quũ aũt nō potes ore: corde ad iustitiã: corde laudas: corde benedicis: corde in ara consciētię victimas sacras imponis: ꝛ respondet tibi: pax in terra hominib⁹ bonæ voluntatis.

¶ Idem sup ps. lvij.

Quicquid vis ꝛ nō potes: factũ deus cōputat.

¶ Augu. li. lxxxiij. questionũ.

Qui querit quare deus voluit mundum facere: causam querit voluntatis dei. Ois aũt cā efficiens maior est: q̄ id quod efficit. Nihil aũt maius volũtate dei. Nō igitur eius causa querenda est.

¶ Aug. sup epi. Joannis homelia. vij.

Non est considerandũ q̄d hō faciat: sed quo aĩo ꝛ voluntate faciat. In eodē facto inueniem⁹ deũ patrē: in quo inueniemus ꝛ iudã. Patrē bñdicimus: iudã aũt detestamur. Nã traditio Christi facta est a deo patre: ꝛ iuda. Vna res facta est: quã tñ pater ꝛ filius fecit in charitate: iudas in proditiōe. Diuersa igit intentio diuersa facit facta. ¶ Augu. super illud Matthei. vj. Si lumen quod in te est ꝛc.

